a bilis pariens malum exemplum, & ſcandalum,[a] & ſic
reprobanda, de conſue. cap. pen. in fi. Hoſti. [*Exemplo*]
uitandum eſt ergo malum exemplum, infra de præ-
ben. niſi eſſent. ¶ [*In ulti. glo. in fi.*] & ſupra c. proximo.

ANNOTATIONES.

a ¶ Scandalum. Ad hoc quod no. Io. An. ſupra eo. cum olim, ſuper
glo. fin. & in c. ſuper his, de conſan. & aff. ſuper. 2. glo.

1 *Clerici coniugati in rebus ſuis non gaudent clericali priuilegio.*
*Quid ſi nunquam depoſuiſſent tonſuram? nu. 2.*
*Cui ſubſunt, num. 4.*
3 *Clerici depoſiti corrigibiles gaudent clericorum priuilegio, incor-
rigibiles autem poteſtati ſeculari tradendi.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum.*

CAPVT VIIII.

1 X parte. C. Clerici † coniugati in re-
bus ſuis non gaudent priui
legio clericali. & ſecundum Hoſti. tria fa-
cit, primo & ſecũdo ibi, quidã, ponit duas
querelas duarum fraudum. tertiò ponit contra eas re
medium, ibi, Cum igitur. congruentius dicũtur duæ
partes tantum, & pars huius. de priuil. ex parte. 2. [*Lit-
2 terati*] litterati † non excuſantur à publicis muneribus
ff. de mu. & hono. ut gradatim, ſaluo quod de docen-
tibus dicitur. C. de profeſ. & me. l. medicos, & l. fi. & de
a hoc inſti. de excu. tu. item [a] ratione [*Publice*] concor.
ſupra cap. prox. [*Reſumunt*] quid ſi nunquam depoſuiſ-
ſent, ſed ſemper reſeruaſſent tonſuram? poteſt dici, ꝙ
in his, de quibus loquitur, priuilegiũ retinuiſſent. nã
tales ſub eccleſiæ regula ſunt tenendi. 31. diſt. ſi qui. 12.
q. 2. quia tua, maxime ſi beneficium teneant, ut ibi, ſe-
cundum Go. Sed Hoſt. dicit hoc eſſe contra caſum ſe-
quentis. uer. ut ſtatim dicam [*Abiectam*] ſup. & nihilo-
minus ſeculares negociationes exercent, Inno. [*Defe-
runt*] & ſic ipſam non relinquunt, & ſic mouit, ſupra
Gof. quæſtionem hic poſitam ſecundum Hoſti. [*Præ-
textu*] quia deferunt [*Deo*] Marci. 12. Math. 22. [*Talibus*]
3 clericis coniugatis. ſecus dicit Innocen. in clericis † de
poſitis corrigibilibus, qui clericaliter uiuere debent,
& habitum portare. 71. di. dictum. l. di. accedens. unde
ab eccleſia deffendi debent. incorrigibiles autem po-
teſtati ſeculari ſunt tradẽdi, de hoc ſupra de iudi. cum
4 non ab homine, Hoſti. ¶ Vlt. † gl. ſignat contrarium,
& ibi remittit. ¶ In gloſſ. ul. ibi dic, ut ibi. Dicebat hic
ꝙ in his, quæ pertinent ad res ſubſunt dominio tem-
porali. In his uerò, quibus urgetur perſona, ſecus, dic,
ut infra eo. cap. uno lib. 6. [*& ibi, ar. contra*] ad id, quod
hic dicit, clericũ in monitione perdere priuilegium.

ANNOTATIONES.

a ¶ Item. Et uide. ff. de mu. & hono. l. fi. & ff. de uaca. mu. in hono-
noribus. §. philoſophis.

*SVMMARIVM.*

1 *Si clericus in minoribus militetur, non eſt cogendus ferre habi-
tum in clericalem.*
*Idem in alio quocunque.*
*Et quis cogatur eum deferre.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
*Miles dei factus, deſinit eſſe miles ſeculi, & ideò non poteſt feu-
dum retinere: ſic è contrario. maior eſt milite ſeculi.*
*In quibus hi milites conueniant.*
*Nec beneficia plura eccleſiaſtica, nec militias duas poteſt quis ha-
bere, licet contrarium ſeruetur.*

CAPVT X.

1 T conſultationi. C. Si clericus
† in minori-
bus militet, non eſt cogendus ferre habi-
tum clericalem. Dicit Ab. quod hic dici-
tur, nõ eſſe ſpeciale in militem: quia idem in alio quo-
cunque, remittit ad decre. de apoſta. tuæ [*Tantum*] q,
d. non eſt in ſacris, nec profeſſus religionem, nec ha-
bet eccleſiaſticum beneficiũ. hæc tria excludit illud,
Tantum, Gof. ¶ Prima. † gl. ponit op, quam reprobat,
¶ *In*



3 ¶ [*In* † *glo. 1. ibi, non eſt uerum*] Sicut factus miles dei, de-
ſinit eſſe miles ſeculi, ideò non poteſt feudum retine-
re, ex quo ſeruitium facere non poteſt, in li. feu. de eo,
qui. ar. bel. depo. c. 1. & ſi de feu. contro. fu. c. clericus.
ſic econuerſo, & multofortius, ut hic, & ſi. d. c. 1. & 2.
apparet in his, quæ no. ſupra c. diuerſis. miles enim dei
maior eſt milite ſeculari, vt no. infra de præbẽ. epiſco-
pus. Sed in hoc conueniunt,[a] quia ſicut non poteſt
quis habere plura beneficia eccleſiaſtica, inf. ti. 1. quia
nonnulli, & c. relatum, infra de præben. quia intantũ,
& c. ad hæc, ſic nec duas militias C. qui mili. non poſ.
l. 4. §. in poſterum, lib. 12. ff. de collegi. illi. l. 1. ſi. ad mu-
nicip. libertus. §. præſcriptio. de conſue. tamen ſeruatur
contrarium: ſed multa per patientiam, & c. ſecundum
Hoſti. & adde quod dicam, infra de ſpon. cõmiſſum.

ANNOTATIONES.

a ¶ Conueniunt. Facit quod no. glo. & ibi uide Bar. in l. miles, ff. de
re. iu. & uide Barto. in l. miles. §. mulier ff. de mili. teſta. & Bar. e-
tiam in le. affectionis, ff. de dona. in contrarium facit quod no. Io.
And. in ſpe. de pec. cle. in rubri.

*SVMMARIVM.*

1 *Diſpoſitio tituli.*
2 *Tituli huius argumentum ubi alibi tractetur, & repetatur, &
quæ ei decretales aliorum titulorum conueniant.*
*Clericus in eccleſia reſidere debet, & ſi non fecerit, quid agendũ.*
*In hoc eſſe ſcopum tituli.*

## De clericis non reſidentibus, Rub.

1 ¶ Dictum † eſt ſupra quomodo propter mulierũ cõ-
ſortia beneficijs ſuis priuãtur. hic tractatur de his, qui
à beneficijs excluduntur eo, quòd in eis non reſidẽt.
& ideò immediate &c. Gof. uel ſic, quia nullus debet
præſumere promoueri ad eccleſiaſticam dignitatẽ,
uel præbendam, de quibus infra cap. 1. niſi reſideat, in
fra cap. 3. & ſe. antequàm tractemus de præben. dica-
2 mus de cleri. non reſi. ſecundum Hoſti. habetur † ma-
teria. 6. q. 1. per totum, & repetitur in 6. Conuenit ru-
bricę de conſti. cum omnes, de renunc. ad ſuplicatio-
nem, de offi. uica. cap. fi. de appel. peruenit. 2. de uoto.
cap. fi. & lib. 6. de reſcrip. cap. fi. de elec. licet canon. §.
is etiam, & in fi. eo. titu. cum non deceat, & cle. de ſta.
mona. ne in agro. §. ſane. 2. Dicebat Ab. quòd totus ti-
tulus ad hoc tendit, Clericus debet in eccleſia reſide-
re: quod ſi non fecerit, monẽdus eſt, ut ad eccleſiam
redeat, & poterit priuari, ſi ter monitus non redeat.
hoc, ſi ſcitur, ubi ſit: aliàs ſeruet, qđ dicitur. j. e. ex tuæ.

*SVMMARIVM.*

1 *Epilogus capituli.*
*Eſt, pro præſumitur.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
*Epiſcopatũ non poteſt quis dimittere ſine licentia papę, & quãdo.*
*Interpretatio bona de malo, & peccato fieri non poteſt, ſi conſtat,
aliàs in dubio ſit benigna.*

CAPVT I.

1 On liceat. Breue ẽ. Dicit Ho-
ſti. tria tangit † ca-
nonum prohibitionem, prohibitio-
nis cauſæ præſumptionem [*Epiſcopo*]
nec electo, maximè confirmatio, ſu-
pra de transla. inter corporalia, Goff.
a [*Eſt*] i. præſumitur[a], Gof. [*Inuentus*] nec
eſt ueriſimile, ꝙ de facili inueniatur, ſup. de præſum.
2 quia ueriſimile, Hoſtien. ¶ Secunda † glo. arguit, & ſi-
gnat contrarium. ¶ [*In glo. 1. ibi, perdere*] per ſententiam
papæ, ſine cuius licentia non poteſt expreſſe, uel taci-
tè epiſcopatum dimittere ſecundum Egi. de hoc de
reg. licet, & quod dicam de con. præben. cum noſtris,
ſuper uer. poſſidebat [*& ibi, & c. quanto*] & hoc, quan-
do tranſit ut prælatus, etiam ſi uacante ſecunda à cle-
ricis ipſius eccleſię ſit electus. uel dic trãſire cauſa mo
ræ diutinæ faciendæ eccleſia ſua ſpreta. infra c. ſequẽ-
ti, nec alienos terminos uſurpãdo. 9. q. 2. per totũ Ho.
¶ [*In glo. 1. ibi, dignitatis*] uel diuitiarum, Inn. [*& ibi. c. 2.*]
& 17. q. 1. ſi epiſcopus quis, vbi de hoc [*& in fine*] ſolue,
ut no. in prædicta decre. 2. de elec. Dicebat Hoſtiẽ. de
malo, & peccato non poteſt fieri bona interpretatio,
ut hic, & de iureiur. & ſi Chriſtus. §. quędam, quod eſt
uerum, ex quo de ipſo euidenter conſtare poteſt, ut
hic: quando non conſtat, ſit benigna, ut in cõtrario.

ANNOTATIONES.

a ¶ Præſumitur. Præſumtio ergo uehemens inducit actum manife-
ſtum, uide Bar. in l. 1. ff. de fur, & facit de præſum. literis, & c. ſe.

*SVMMARIVM.*

1 *Cardinalis deponitur, qui in titulo ſuo non reſidet.*
*Geſta faciunt fidem perpetuò.*
*Eò quòd, pro quia.*
*Transfugis non ſubuenitur.*
2 *Additio gloſſarum.*
*Cardinalium dignitas, & priuilegia quæ.*

CAPVT IX.

1 X geſtis. C. Deponitur † cardinalis,
qui in titulo ſuo non reſi-
det [*Geſtis*] quæ fidem faciunt perpetuam.
C. de re iudi. l. geſta. ſupra de probatio. cap.
ulti. [*Tituli*] de hoc dic, ut no. ſupra de elec. corã, alias
quondam, Hoſt. [*Eo, quòd*] i. quia [*Inſtituta*] 7. q. 1, ſi quis
epiſcopus, Egi. [*In alienis*] ut uagus, eccleſia ſua ſpre-
ta, Hoſt. captiuis [*Demoratur*] ſubuenitur, non transfu-
gis. ff. ex quibus ca. ma. inter, Vincẽ. uide quod dixi in
2 ſpe. eo. ti. in fi. ¶ [*In* † *glo. 1. in fi.*] Ala. & idem Inn. Hoſt.
uerò, licet fateatur, quòd in ſolum papam plenitudo
reſidet poteſtatis, contra quam ſcribere non intẽdit,
põderauit, quòd hic ad cardinalis depoſitionem fuit
ſynodus congregata, cum cardinales tanquam maxi-
mi debeant ſpeciali prærogatiua lœtari, de of. leg. c. 1.
li. 6. & ſunt pars corporis papæ, qui non iudicãtur ab
alijs. 11. q. 3. aliorum, & cum eo iudicant orbem, qui
fi. ſint legi. per uenerabilem. §. rationibus, uer. ſunt au-
tem. ſatis ergo decet eos eſſe participes priuilegij ſin-
gularis. & dicit, quòd papa non conſueuit, & ſecundũ
quoſdam non poteſt aliquem de cardinalibus excõ-
municare, uel aliquod præceptum facere ſine conſi-
lio & cõſenſu ſuorum fratrum, & ad quod arguit de
decre. irrefragabili. §. 1. de offi. ordi. & de decr. i. de ex-
ceſ. præla. Dicit etiam Cardi. gaudere priuilegio decr.
quia periculoſum, de ſen. exc. cũ enim & in ſpecie pa-
pa eos non liget, nec creditur, quòd ſub genere hoc
facere uelit, de of. leg. ꝙ trãſlationem: exemplum po-
nit de canone. 23. d. in nomine domini, & de decre. li-
cet, de ele. Inducit etiam auctoritatem de. i. regum. 2.
Domini ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos or-
bem. ¶ [*In gl. 2. ibi, remotus*] & plures teſtes requiruntur
ad eos conuincendum. 2. quæſtio. 4. præſul. & c. ſeq.
quod no. de ſciſma. c. uno, lib. 6. in glo. quanto.

*SVMMARVM.*

1 *Dignitates eccleſiæ plures uni conferri nõ debẽt, & cui cõferendæ.*
*Diuiſio decretalis.*
*Nonnulli, ideſt aliqui.*
2 *Præbendas etiam plures habere quis uetatur, ſi unica ſufficiat.*

3 *Parochialis eccleſia quæ dicatur.*
*Parochiæ limitatæ quo tempore.*
*Parochia in alterius præiudicium non conſtruitur, niſi in caſu, & cuius auctoritate.*
4 *Beneficium curatũ habẽs, ſi recipiat alterum ſimile, perdit primũ.*
*Si uerò primum non erat curatum, & incpit nunc habere curam, utrum ualet, an uerò habeat optionẽ, utrũ maluerit, retinendi.*
*Beneficium ſimplex non poteſt fieri curatũ, niſi auctore diœceſano.*
*Beneficia duo curata tenens eſt inelegibilis.*
*Eccleſia ruralis, in qua nullus inhabitabat, nunc denuò inhabitant aliquæ familiæ, an incipiat habere curam.*
5 *Eccleſia tranſlans ad aliam parochianos an dicatur eſſe curata.*
*Parochialia iura multa ſunt.*
6 *Eccleſias ne duas curatas dicatur habere rector, ad cuius eccleſiam populi duarum uillarum concurrunt.*
7 *Eccleſias duas parochiales etiam ex conſuetudine quis retinere non poteſt.*
8 *Eccleſias, cuius populus eſt mortuus, rector tamen habet emolumenta, non dicitur parochialis.*
*Res facilius ſubijcitur quàm perſona.*
9 *Eccleſias ſi duas epiſcopus curatas uno uerbo & momento det alicui, nec conſtare poteſt cuius poſſeſſionem prius fieri nactus, utra uocet.*
10 *Eccleſias duas habendi prohibitio habuit initium ab apoſtolo.*
*Dignitates etiam duas.*
*Auaritiæ uitium in clericis reprobatur.*
*Miniſterium pro dignitate.*
*Beneficia duo quem habere non poſſe quæ dicantur.*
11 *Beneficiorum non ſunt domini ea obtinentes.*
*Habenti dare idem quod eſt perdere.*
12 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 13.*
*Per alios quæ fieri poſſint, ſi qua fieri iubeantur habita ratione perſonarum, uide pulcherrimam diſtinctionem, & nu. 14. ad fi.*
24 *Additio gloſſarum.*
*Per uicarium quando poſſim eccleſiæ deſeruire.*

## C A P V T III.

1 QVia nonnulli. C. Vni † plures di
gnitates, vel eccle
ſiæ conferri non debent. & debet eccleſia
illi conferri, qui reſidere, & regere ualeat
per ſeipſum: alias perdet eccleſiam, & donans confe-
rendi poteſtate priuabitur. Dicebat Hoſtiẽ. tria facit,
ponit uitium, adhibet remedium, imponit pœnam.
Ponendo uerò uitium tria facit. primò ipſum nomi-
nat, ſecundo exemplificat, tertio reprobat [*Nonnulli*]
i. aliqui. ſic ſupra de reſcriptis, quia nonnulli, Hoſtien.
[*Non ponentes*] i. ultra modum auaritiam amplectẽtes,
& hic nominat uitium ſecundum Hoſt. [*diuerſas*] hic
2 exemplificat [*Eccleſias*] nec † etiam plures præbendas
poteſt quis ſimul habere, infr. ti. proxi. Cum nõ igno-
res, dummodo una per ſe ſufficiat: alias etiam de iure
cõmuni plures præbendæ poſſunt ſimul haberi. infra
c. conquerente, infra ti. proxi. cum teneamur, Goffre.
3 [*Parochiales*] i. curam † habentes, ut exponit glo. iſtius
decre. de præben. de multa. Limitatę uerò fuerũt à tẽ-
pore Dionyſij, quod dic, ut infr. de his, quæ fiũt à præ-
lato, paſtoralis, in prin. & quiſque rector ſuis terminis
ſit contentus, de ſepul. cap. 1. de paroch. cap. 2. nec una
parochia in alterius præiudicium conſtruitur, niſi ex
cauſa & auctoritate diœceſani, quod dic, ut de ec. ædi.
ad audientiam, de no. ope. nun. cap. 1. nec ſufficit infe-
rioris auctoritas, de excel. præla. ſicut unire. habẽs ue-
4 ro tale curatum, recipiens aliud ſimile, perdit primũ,
ut in præ. decre. de multa. Si uerò primum erat nõ cu-
ratum, & incipit nunc habere curam, putat Hoſt. ꝙ ſi
id fiat ipſo rectore ſciẽte & conſentiẽte, uacet ipſum
primum, alle. de conſue. cum dilectus. §. dictus, & qđ
legitur & no. de ſta. mona. recolentes, §. fi. Sed ſi id fa-
ctum ſit eo ignorante, putat ꝙ infra 6. menſes habeat
optionem retinendi, quod maluerit, ar. infra ti. 1. à re-
ferente, & c. præterea, de præben. gratia, lib. 6. Simplex
tamen beneficium non poteſt fieri curatum niſi au-
ctorizante diœceſano, ut patet ex præmiſsis. Item te-
nens duo curata ſine diſpenſatione eſt ineligibilis, ut
patet de elec. dudum. 2. infra ti. j. cum iam dudũ. Quid
ſi eccleſia ruralis ẽ, in qua nullus inhabitat: nũc de in-
habitãt ibi aliquę familiæ? Canõ uidetur dicere, ꝙ in-
cipit habere curã 10. q. 3. Vin. Dic cũ Ho. ꝙ ſi à princi-
pio eccleſia fuit parochialis & limitata, nec fuerũt po
ſtea per dięceſanũ limites extincti, tũc quaſi iure poſt
liminij reincipit eccleſia curam habere, ar. de electio.
quia diligẽtia. Si uerò nunquã fuit limitata, uel ſi fuit,
dięceſanus tamen limites ſubtraxit, tunc curã non ha
bet, niſi per dięceſanum ad ſtatum priſtinum reduca-
b tur, alle. de maio. & obe. inter[b] quattuor. Quid ſi om-
5 nes parochiani † unius eccleſiæ ad aliam transferant
ita, quod alterius ſint parochiani? de parochi. cap. fin.
dic ſecundum Hoſti. ꝙ prima eccleſia incipit eſſe ſine
cura quo ad actum: quia non habet quem curet, ar-
gu, op. ff. ſiquis cau. l. fin. ſed non quò ab habitũ: quia
iura parochialia remanent, quæ ſunt multa, ut patet
in ſum. de paro. §. in quibus conſiſtit ius parochiale.
Dicitur ergo parochia nullorum parochianorum, ſi
cut epiſcopus nullius eccleſiæ, de tranſla. inter. putat
tamen Hoſtien. quòd quò ad materiam hanc & decr.
de multa, quæ uidentur attendere periculum anima-
rum parochianorum, tale beneficium non uidetur
inter beneficia curata computandum: Quia ubi nul-
lus eſt parochianus, nulla poteſt parochiani anima
6 periclitari. ¶ Quid ſi duæ † uillæ, uel populi diſtant ab
inuicem, ſed in altera tantum eſt eccleſia, de qua uter
que populus conuenit ad diuina, nũquid illius eccle
ſiæ rector dicitꝰ habere duas curatas, cũ habeat duos
populos, uel duas uillas? Dic quòd non, cum non ſit
conſideranda pluralitas uillarum plebis, uel populi,
ſed unitas eccleſiæ, per quam patet rectorem unum
unius, de præben. cum non ignores. i. reſpon. Si tamẽ
diſtantia induceret periculum, poſſet fieri, quod dici-
tur de ecc. ædi. ad audientiam, & tunc locus eſſet his
7 iuribus. ¶ Quid ſi ſemper † de conſuet. unus rector
duas parochias tenuit, nunquid ille, qui eas poſsidet
nunc, per ſolam conſue. excuſatur? dicit Hoſtiẽ. quòd
non, cum deliquerit, & conſue. hæc, quæ periculoſa
eſt animabus, in talibus non excuſet, vt patet de ſimo.
non ſatis, & c. ſeq. uide quæſtionem ſuper rubrica, qui
8 contra iura iura. de re. iur. li. 6. ¶ Quid ſi † aliquis tenet
eccleſiam, cuius ratione ꝑcipit decimas, oblationes,
& primitias, & baptizat, & ſepellit, nullum tamen pa-
rochianum habet: quia omnes ſunt mortui, nunquid
ratione mortuorum, pro quibus tenetur orare, & ra-
tione perceptionis, uel exercitij dictorum iurium di-
cetur habere curã? Reſpõdeo mortuorũ non homo,
ſed ſolus deus curam habet, in quos non cadit pote-
ſtas clauium, quamuis proſint eis opera charitatis, de
ſen. excom. à nobis, quantum uerò ad perceptionem
aliorum iurium dic, quòd licet conſuetudo poſsit da
re uni eccleſiæ ius ꝑcipiẽdi prædiales decimas in alia,
de decimis cum ſint, & c. an apoſtolicæ, non tamen
idem de perſonalibus, nec de iure baptizandi alienũ
parochianũ, nec de oblationibus, primitijs, uel alijs,
quæ inter perſonalia computantur. res enim facilius
ſubijcitur, quam perſona, ut patet ſupra de foro com.
ſignificaſti, & uidetur cõſuetudo irrationabilis, de pa
rochi. c. 2. de pen. & re. omnis, niſi quãtum per ius ca-
nonicũ approbatur, ut ꝙ archidiaconus, & quidã alij
præſcribant iura parochialia, & habent iuriſdictionẽ,
de conſue. de preſcrip. cũ olim, & c. ueniens, de de off.
archidia. c. fi. ſed irrationabile eſſet, ꝙ unus rector inſ.
paro-



rochiam alterius omnia præſcriberet, de ſepul. c. 1. &
c. certificari. Sed nec per receptionem talium iurium
dicit eccleſiã curã habere. ut ſupra uer. quid ſi omnes.
9 ¶ Quid ſi † epiſcopus eodem uerbo & momento det
alicui duas eccleſias cum cura, nec conſtare poteſt,
cuius poſſeſsionem primo ſit nactus, quæ dicetur ua-
care? Dicit Hoſti. ꝙ deficit non ius, ſed probatio. ff. de
teſta. tu. duo ſunt. uel non tenetur reſpondere, q̃a quæ
ſtio excogitata & ficta, nec legiſlatores inſpiciũt quod
raro fit, in aucten. ut ſine prohi. ma. fi. tu. ge. §. quia ue-
rò, colla. 8. ar. ff. de legi. nam ad ea. 4. di. erit. Vel poteſt
dici, ꝙ uacat utrunque, nec de rigore iuris tenuit do-
natio, ſicut duas carnales uxores non poteſt quis ſi-
mul ducere, de diuor. gaudemus. §. quia uerò, & uide
b quod ibi dixi[b] in glo. patet ergo. Dicit tamen Hoſti.
ꝙ forte aliqui contrarium iudicarent, dando huic op
tionem de altera, infra 6. menſes. & facit quod dictum
eſt ſupra circa principium. remittit ad no. de ele. dudũ
2. de pœ. & re. oĩs. dicit Guil. in Spec. ti. 2. §. uidendum,
uer. ſed quare, ꝙ ad ſuam inſtantiam per Hoſt. factam
10 hanc gloſſam [*Inſtituta*] q̃ habuerunt † initiũ ab apoſto
lo dicẽte. i. ad Corinth. 7. ꝙ quiſq; in ea uocatione &c.
21. diſt. c. 1. [*ut eum unum*] hic tangit cauſam reprobatio-
nis uitij, Hoſt. [*Vix implere*] quia in duo diuiſum &c. ſu
pra ti. 1. diuerſis [*Miniſterium*] hoc ſupra uocauit dignita
tem, infra c. ſe. Hoſt. hoc poſſe intelligi non ſolũ de di-
gnitate, ſed & de quolibet alio beneficio eccleſiaſtico
ex conſue. priuilegio, ſtatuto, uel alio quocunq; mo-
do legitimo reſidentiã requirente. ſed addit Hoſ. puta
c de iure. j. eo. conquerente[c]. [*Committi*] non † dari: q̃a nõ
11 ſunt dñi. j. de dona. c. 2. de præb. inter cætera [*Valeat*] &
hoc faciat. j. c. prox. [*Amittat*] ꝑpetuò, niſi reſtituatur
[*Priuetur*] no. Pe. & Ab. ꝙ hñti dare, idẽ eſt, quod per-
12 dere. ¶ Prima † glo. ponit 5. modos, quibus accipitꝰ di-
13 gnitas. ¶ [*In 1. † glo. ibi, l. una, in prin.*] inter poteſtates erant
quæſtores. ¶ [*In glo. pe. ibi, nemo*] uide de probatio. ex lite
ris, in glo. 2. ¶ [*In glo. pe. ibi, inter artifices*] uide in c. ſtatim
alle. ſuper 3. glo. [*& ibi, §. ne autem*] Si honorata perſona
iubetur inſulam, monumẽtum, uel aliq̃d tale facere,
hoc fiũt per alios. Secus, ſi iuſsit liberalibus ſtudijs im-
bui, uxorẽ ducere, domũ ſuis manibus extruere, uel
pingere, uel his ſi. & uide de offi. dele. c. fi. in 3. glo. ¶ [*In*
14 *† gl. 1. ibi, de multa*] ibi dicam de hoc [*& ibi, denique*] ubi de
hoc in 1. glo. & ſupra de reſcriptis, ſedes. ¶ [*In glo. pe. ibi,*
*uicarium*] dicebat hic Ala. extra illum caſum ẽt ex con
ſuetudine hoc licere. unde dixit uarias eſſe conſuetu-
dines eccleſiarũ, ut dicam in c. extirpandæ, ſuper uer-
bo in quo caſu [*& in fi.*] hoc ſm regulare, ut. j. de reg.
iu. põt quis, li. 6. ubi plene de hic, Gof. hoc ꝑ eundẽ. §.
ne autem, dicebat primum procedere in his, quæ con
ſiſtunt in faciendo: ſm in his, quæ conſiſtunt in dãdo.

### ANNOTATIONES.

a ¶ Inter. Ad materiam uide glo. quæ incipit, ſed nunquid, & ſuper illa Io. An. in c. licet canon, de ele. li. 6. & facit quod no. Bar. de colla. illi. l. fi. & quod no. Io. An. in c. 2. de no. ope. nun. in gl. ſic ſupra.
b ¶ Dixi. Facit, quod no. Bar. in l. duo, præal. & in l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos, ff. de le. 2. ubi quæritur. an autem in ueritate teneat.
c ¶ Conquerente. Vide quod no. per glo. & doct. de reſcri. li. 6. & in cle. gratiæ, eo. ti. & infra eo. c. fi. & de præben. cum iamdudum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Ad eccleſiam præſentatus, non confirmatur, ſi apparet, quòd ibi, reſidere non debeat.*
*Si non reſidet confirmatus, quamuis reſidere poſſit, appellatione remota priuabitur, niſi in caſibus, nu. 2.*
*Fraus legi ſi fiat, reprobatur, & qualiter fiat.*
2 *De dignitate an ea prouideri poſſit, qui ſibi impetrauit de beneficio prouideri.*
*De reſidendo cauere qui teneantur.*
*Eccleſiam recipiens non intendens reſidere, uel intendens, donec pinguiorem poterit adipiſci, minus canonice promouetur.*
*Peccatum tamen tale aboletur pœnitentia.*
*Ambitio ſequitur ex animo ſic excipientis.*
4 *Prælati inferiores dant licentiam eundi ad ſcholas, uel alio eccleſiam obtinente.*
*Non reſidentis pœnam quis imponat.*
5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 6.*
*Verba cum effectu ſunt accipienda, ex ſuffra. iuncta glo.*
*Non uerbis ſed rebus legem imponimus.*
7 *Additio gloſſarum.*
*Per uicarium quis eccleſiæ poteſt inſeruire, & quibus.*

## C A P V T IIII.

1 RElatum. Caſus. Præſentatus † ad ec-
cleſiam nõ confirmatur,
ſi apparet, quòd ibi reſidere non debeat.
& confirmatus ſi non reſidet, quamuis re-
ſidere poſsit, priuabitur app. re. & ſunt duæ partes. ſe-
cunda ibi, Cum igitur. dicebat Hoſtien. fit fraus legi,
& uerbis tantum legem imponit. reprobatur inten-
tio, & exponitur lex a qua excipitur, fruſtratoria ap-
pellatio reprobatur [*Beneficium*] Latera. concil. dixit de
2 dignitate, per quod poſſet † notari, quòd prouideri
poſsit de dignitate ei, qui ſibi impetrauit prouideri
de beneficio: ad idem de uerbo. ſigni. cum tibi, & 1. q.
4. ex multis: ſed hoc eſt falſum in impetrante, infra de
præbend. capi. fina. Sed & Late. concil. de beneficio di
xerat per uerbum miniſterium, ut ibi [*Non admitti*] ſi
præſumantur, uel ſciantur tales, uel niſi caueant, In-
no. de reſidendo, niſi ſint ſuſpecti, de præſum. literas,
uel ſi conſue. hoc hẽat infra eo. ex parte, uel ſtatutũ, in
fra ti. 1. ſignificatũ, ſm Hoſt. [*Admiſſi*] cũ cautione, uel
3 ſine, Hoſt. [*Amoueri*] no. Hoſt. arguit, ꝙ ſi q̃s recepit ec-
cleſiã non intendens reſidere, uel intendẽs, donec pin
guiorẽ poterit adipiſci, minus canonicè promouetur
ſi. ar. de cõdi. appo. c. fi. 7. q. 1. ſicut uir. ex tali. n. animo
ſequitur ambitio, infra ti. 1. q̃a in tantũ. tamen tale pec
catum pœnitentia aboletur, infra de ſimo. c. fi. ad hoc
uide, infra de ele. cõmiſſa, in fi. lib. 6. [*Licentia*] petita &
obtenta. P. [*Prælatorum*] no. ſm Ho. & Inno. inferiores
4 † ꝑlatos dare licentiã eundi ad ſcholas, uel alibi. ad idẽ
infra de ele. licet canon, in fi. lib. 6. & uide quod ibi di-
xi ſuper gl. pe. pœnã tñ non reſidentis imponet is, ad
quẽ ſpectat deſtitutio, nõ inferior, ut dicã, infra c. qua-
liter [*Vel ſtudio*] hæc diſiunctiua inferiora reſpicit: alĩàs
ſequeretur, ꝙ cauſa ſtudij ſine licentia prælati poſſet
5 abeſſe [*Honeſtis*] infra eo. decætero, Inn. ¶ Pe. † gl. ſignat
6 contrarium, & ſoluit. ¶ [*In 3. † glo. ibi. §. docere*] ſi uocatus
in ius fuit vi exemptus, tamen nihilominus ſtetit in iu
dicio, illi edicto non eſt locus [*& ibi. §. hoc autem*] can.
in 1. concor. glo. [*& ibi. l. 2, in fi.*] ibi, non uerbis, ſed re-
7 bus legem imponimus. ¶ [*In glo. diffugium, ibi, reſidere*] uel
dic ſm Phi. & Guil. ꝙ ibi allegabatur iuſta cauſa, pu-
ta diſpenſatio, uel aliud ſimile, & ideò in dubio recipi-
tur appellatio, hic non; & ideò non recipitur, de ap-
pell. ut debitus [*& in fi.*] ſic & pendente diſpenſatione
ſeptennii, infra de elect. cum ex eo, & pendente anno
probationis, infra de regu. beneficium, libro ſexto.

### *SVMMARIVM.*

1 *Laicum quis etiam non poteſt alterius diœceſis recipere ſine literis eius epiſcopi, & quando.*
*Literæ commendaticiæ diuerſi ſunt generis, & à quibus dentur, & qua de cauſa earum poteſt amiſſio probari per teſtes, nu. 3.*
*Conſuetudo dat facultatem ei, qui iure communi non habet, & in quo hic, in fin.*
*Expreſſio nominatim debet eſſe eius, de quo quæritur in literis apoſtolicæ ſedis.*
2 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 3.*

C A P V T   V.

1 FRaternitati. Breue eſt [*Clericum*] ſed† nec laicū.71. di. primatus, de tēp. ordi. c. ſi. li. 6. [*Commendatitijs*] cōmēdaticiæ dimiſſoriæ, & à ſolo danẜ
epō: & uacāte ſede eas non dat capitulū, q̄a eſt quædā
a alienatio.71.di. fraternitatē: cōmēdaticiæ[a] ad ordines
danẜ ēt per ſolū epm̄ de iure cōi, & uacante ſede danẜ
ꝑ capitulū, uel alium, ad quem ſpectat adminiſtratio
ſpiritualiū, de tēp. or. cū nullus. §. 3. li. 6. Cōmendatitiæ
pacificæ danẜ ēt per epm̄, de con. di. 5. non oportet. 2.
& has olim dabant corepiſcopi ẜm Gra. 68. di. §. inter
epōs, ſed iſtæ ēt ab inferioribus dari poſſunt, Io. And.
[*Epiſcopi*] non archidiaconi, ſupra de off. Archi. ſignificaſti. j. li. 6. de tēp. ordi. cū nullus, niſi hoc habeat de cōſue. ut no. Io. 9. q. 2. epiſcopū. & hoc in decre. ſignificaſti: nec præiudicet noua decr. de conſti. c. 1. li. 6. [*Recipere*] retinendo, uel alteri eccleſiæ alligando. j. ti. 1. expoſuiſti. Secus, ſi tranſeundo, de cleri. pere. tuæ. accedit. ff. de rece. l. 1. ẜm Hoſt. dicit Boa. ꝙ præbendare poſſet, cū nullum fiat præiudiciū epiſcopo illius cleri. [*Ap. ſede*] cui ab omnibus eſt obediendū, de reſcriptis, ſi quādo, cum ſi. [*Mandatum*] hoc expreſſo, ꝙ ſit clericus alienus, Egi. facit quod no. de reſcriptis, ſi proponēte in ul
2 ti. glo. ¶ Prima† gl. trac. de duplici dimiſſoria. ¶ [*In 1. gl. ibi, dicuntur*] & dicunẜ dimiſſoriæ, q̄a ad eū, ad quem ap
3 pellaẜ, cā dimittiẜ, ut ibi. ¶ [*In† gl. 1. ibi, teſtimonium*] & hoc
reſpectu dicunẜ cōmendaticiæ, ad hoc. j. ti. 1. in Late. in
b fi. dicunẜ ēt formatę, q̄a dātur ſub certa[b] forma, ut patet 73. di. ꝑ tot. ubi poniẜ eorū tenor. Si tn̄ eſſent amiſſæ, poterunt probari per teſtes, de cleri. pere. tuæ, Vin. Gof. & Hoſtien. [*& ibi, ut ibi dicitur*] & 19. q. 2. duæ ſunt.

ANNOTATIONES.

a ¶ Commendaticiæ. Archiepiſcopus autem ſubditis ſuffraganeorum non dat, uide Ioan. And. in c. cum nullus, infra allegato.

b ¶ Sub certa forma. Sunt etiam literæ credentiæ, quibus an credi debeat, & de ipſarum uiribus, uide Bart. in l. Lucius, ff. de fideiuſ.

*S V M M A R I V M.*

1 *Nonreſidens in beneficio etiam modicæ æſtimationis, eo priuari debet, niſi in caſibus, & quibus, nu. 3.*
*Beneficium non eſſe ſufficiens, in tempore collationis opponi debet, aliàs ſibi imputet.*
*Victum quærere poteſt artificio clericus, niſi habeat ſufficiens beneficium.*
*Extorquendi uerbum notat uiolentiam.*
*Beneficio quis, quod habuit ſimoniace, uel contra concilium, quod inhibet eius ſine cauſa diuiſionem, priuari debet, uel alia ſi habet beneficia.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 3.*

C A P V T   VI.

1 COnquerente. Qui† nō reſidet in beneficio ēt modicæ æſtimationis illo priuari dēt. & ſunt duę partes. in prima impetrātis q̄rela. in ſecunda cōmiſſionis forma [*Ab eo*] preſbytero [*Sua*] presbyteri [*De qua*] ſ. eccleſia [*Vix*] huic alſoni nō inſiſtit Papa: q̄a tp̄e collationis debuit hoc opponi. 8. q. 2. dilectiſſimi: q̄rat ergo ſibi victū artificio. 91. di. clericus uictū, Egi. [*Extorquere*] uiolentiā notat [*Illud*] 20. ſolidorū [*Collatum*] quacūq; auctoritate [*Vel*] repete, ſi tibi conſtiterit [*Deſeruiat*] idē, ſi cōſtaret id factū ſimoniacè, vel ꝯ cōcil. quod inhibet diuiſionē, & nouæ pēſionis aſſignationē ſine cā. infra ti. 1. extirpādæ, in fi. & c. maioribus, de cenſi. prohibemus, ẜm Hoſt. [*Silentiū*] no. quod ſiq̄s non reſidet in eccleſia ſua, uel hēt alia beneficia, pōt
2 agi ꝯ eum, ut remoueaẜ, Inno. ¶ [*In† gl. 2. ibi. l. 1.*] uide in præ. c. licet, ſuper ult. gl. ¶ [*In glo. 3. ibi. §. 1.*] uide ſupra eo.
3 relatū, in 1. gl. ¶ [*In† gl. 1. infi.*] ar. ꝯ 31. di. omnino, ibi de hoc. in 1. glo. ¶ [*In glo. ulti. ibi, ſe habeat*] ſ. ut per uicarium ſeruiatur, uel niſi ex indulgentia hoc competat, ut liceat abeſſe, & prouentus recipere, Goffre. [*& infi.*] de hoc, infra de reſcriptis: gratia, libro ſexto.

*S V M M A R I V M.*

1 *Reſidere fingitur, qui eſt in ſeruitio prælati, niſi fiat malitioſe uel eccleſiæ, & licentia quando ſit opus, & cuius.*
*Imperſonale ſi ſit reſcriptum, omnes amplectitur.*
*Epiſcopus quot ſecum præbendatos poſſit habere ſecum, & quando cum licentia, & quorum.*
2 *Additio gloſſarum.*

C A P V T   VII.

1 DEcætero. C. Qui† eſt in ſeruitio prælati, fingiẜ reſidere. ponit dictū, à quo excipit ibi, Niſi [*Seruitio ſuo*] idē in aliis clericis quò ad ſuos prælatos, niſi hoc fieret malitioſe. dēt, n. eſſe neceſſitas, uel utilitas prelati, uel eccl̄iæ, infra eo. ad audientiā, Inno. pro Inno. facit, q̄a non apparet, cui loquaẜ; forte ſcripſit inferiori prælato. Hoſti. dixit, ꝙ epiſcopus non req̄ſito capitulo duos ſecū pōt hr̄e, q̄ habebunt præbēdas, ēt ſi nō oſtendant ſe procuraſſe utilitatē eccleſię. In aliis neceſſaria eſt licentia capituli, uel probatio utilitatis, uel neceſſitatis eccleſię, j. eo. ex ꝑte tua. Et dicit Egi. & Gui. hic, quod dicā, infra eo. ad audientiam [*Victualia*] no. hic Hoſt. quod no. Bar. infra ti. 1. licet [*Abſenti-*
2 *bus*] etiam ex iuſta cauſa, Egi. ¶ [*In 1.† glo. ibi, iuri ſperitos*] uide hanc & ſe. in c. infra alle. ſuper ulti. glo. ¶ [*In glo. ulti. in fi.*] ſed dantur ſolum preſentibus, qui interſunt di
a uinis, infra eo. t. c. uno,[a] lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶ Vno, li. 6. Ibi uide gl. Io. An. & in c. cum non deceat, de ele. lib. 6.

*S V M M A R I V M.*

1 *Nonreſidens clericus, uel prælatus, qui citatus non reuertitur, intra terminum non impeditus, priuandus eſt, & nu. 2. & excipit etiam, ut num. 4.*
*Domicilium tranſtuliſſe quis dicatur, ad uerb. potius.*
*Temporis longitudinis effectus, ibid.*
2 *Vocatio ſola, uel monitio requiritur in notorijs.*
*Excuſatio ſi iuſta ſit non uenientis, indicat reuocationem totius.*
3 *Veniſſe non dicitur, qui non manſit, nec amplius monendus.*
*Perueniſſe dicitur, quod permanſurum eſt.*
*Præeſſe in quo dicantur hic eccleſiæ prælati ſine peccato.*
*Prælati quibus idonei eſſe debeant, ad uerb. præeſſe.*
4 *Suffragium gloſſarum.*
*Terminus ſi detur, ut quis abeſſe poſſit ab eccleſia, & non redeat, eſt ea priuandus, ſi monitus fuit in termino redire.*
5 *Additio gloſſarum.*
*Mora purgari non poteſt à clerico non reſidente, & generaliter in operis patrono præſtandis.*

C A P V T   VIII.

1 EX parte. C. Priuandus† eſt prelatus, uel clericus non reſidens, q̄ citatus non reuertiẜ, infra terminū congruū ſibi ad hoc aſſignatū, nec hēt iuſtū īpedimentū. hoc dicit cū duobus. c. ſeq. Et dicit Hoſ. ꝙ no. hic tria, facti ꝑuerſio, ꝑuerſi monitio, moniti rebellis punitio: uel cōis diuiſio. ſecunda ibi, q̄a igiẜ [*Potius*] q̄ ī eccleſia vr̄a, quā ſpreuit, & alias ambit. ſ. c. i. & hoc denotat uerbū, elegit, ſ. quaſi domiciliū transferendo, Hoſti. quod ēt per uerbū. 10. annos, quaſi tanto tp̄e uideaẜ domicilium elegiſſe. C. de in colla. l. 2. li. 10. Secus, ſi per tm̄ tēpus non ſtetiſſet. ff. de iniur. l. lex Conelia. §. domum, ſuper quo uide quod dixi de foro compe. quod clericis, ẜm Hoſt. [*Scribatis*] non eſt. n. citatio, ſed notificatio: ſed ſi intelligis citationē. potuit hoc fieri
2 auctoritate papæ, ẜm Hoſti. [*Vocatus*] nota† ꝙ ſufficit
ſola uocatio, uel monitio, ut redeat: quia id non pōt
eſſe niſi notoriū. j. c. ſe. ſi tamen hēt iuſtā excuſationē,
quare non rediit, totū reuocabiẜ. 7. q. 1. præſentium. 3.
q. 5. c. 1. Inno. & ſ. de re iudi. cū Bertoldus, ẜm Hoſt. ſed
3 hoc intellige, ut dicā. j. eo. inter, in fine [*Venire*] &† manere, nā ſi rediit, & ſtatim receſſit, nō rediſſe uideẜ. ſ. eo. relatū. ff. de diuor. l. diuortiū: & dicitur perueniſſe, quod permanſurū eſt. ff. de uer. ſig. l. aliud, & deterior eius dolus &c. in aucten. de litig. §. ſi uerò, colla. 7. unde nec decętero monendus erit, de cohabitatione cleric. clericos, & c. ſicut, & c. ſi āt [*Præeſſe*] ſ. iudicando, qđ ſit ſine peccato. 3. q. 7. iudicet [*Prodeſſe*] prædicando, & miniſtrando; & ſic ſit peritus & expertus 39. di. Petrus, Hoſt. *Facultatem*] contra de cōceſ. præ. c. 1. & 2. ſolue, ut
4 dicā. j. ca. proxi. ¶ [*In† glo. 1. ibi, monendus*] niſi licentiatus
fuiſſet ad certū tempus, quo caſu ſi ultra illud tempus abfuerit, priuari pōt, niſi iuſtā cauſam habet. 7. q. 1. præſentiū, ut ſic dies interpellet. j. de loca. potuit, ẜm Goff. iſtud procederet, ſi in datione licētiæ monitus fuiſſet redire in termino, ut ēt dixi, ut lit. non cont. quoniā §. porrò, ſuꝑ glo. de hac, ibi, primū. idē no. 7. di. ſanctorū.
5 ¶ [*In† glo. 1. in fi.*] & ſic non pōt hic purgari mora operæ .n. ſunt præſtandæ patrono, quandocunq; illas poſcit. ff. de ope. liber. cum patronus. 1. reſpon. Hoſtien.

*S V M M A R I V M.*

1 *Temerarius dicitur recedens abſq; licentia prælati.*
*Abſentem archiepiſcopum ab reſidentia an capitulum poſſit ad eam reuocare.*
*Rediſſe non dicitur, qui non manſit.*
2 *Ad electionem in locum abſentis quibus præcedentibus procedi poſſit, & cuius auctoritate.*
3 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
*Datæ tempus non inſpicitur contra uſurarios.*

C A P V T   IX.

QValiter. Summatū eſt. ſ. c. proxi. [*Archiepiſcopus*] de eodem archiepiſcopo loquiẜ, ſupra de renun. ad ſupplicationem, ẜm Gof. & Hoſt. & Io. [*Temeritate*]
1 i. ſine† noſtra licentia, Egi. [*Expectatus*] non fuit neceſſe tantū expectare. unde in hoc factum narratur, & ſupra c. proxi. & ſupra c. 1. [*Veſtras*] aliàs, noſtras: & certè bene uidenẜ neceſſariæ literæ papæ: aliàs cōtra, de ma. & obe. cū inferior, ẜm Hoſt. Inno. uerò qui habebat, Veſtras, in textu. no. capitulū reuocare poſſe epiſcopum. per hanc. n. uocationem à canonicis factā Papa
2 mandat ad alterius electionē procedi [*Redierit*] & maneat, ut dixi, ſ. c. prox. [*Idoneam*] quæ ſciat præeſſe, & ꝓdeſſe, ſupra c. prox. [*Eligatis*] no. nullā ſuperioris licentiā neceſſariā, ſed ſolam reuocationē ſufficere, ad hoc ut procedatur ad alium eligendū, ar. contra, infra ca. prox. nos credimus, ꝙ quantūcunq; moneant prælatū, uel ſocium de redeundo: non tamen poſſunt procedere ad eligendū ſine illius auctoritate, in cuius manibus pōt renunciare: q̄a inferior &c. 21. di. inferior, de tranſla. inter, Inno. & hoc placet Hoſti. quia par in parem &c. de elec. innotuit. q̄ ēt dicit requiri, ꝙ monitus per ſuū iudicē priuetur prius, q̄ alius eligatur. uide quod dicā de præb. extirpandæ, ſuper glo. ipſo iure; alle. Hoſt. de renun. admonet, de conceſſio. præb. c. 1. qđ eſt ꝯ. Sed dicit Hoſt. ꝙ hic intelligitur uacare eccleſia, cū iuris præſumptione habeat eccleſiā pro derelicto, papa, qui ſuper oēm. l. eſt, approbante, de conceſſio. præb. propoſuit. ſic ſupra cap. proxi. uel dic, ꝙ ꝑ alias literas papa citauerat illum ad reſidentiam ſub pœna priuationis, quam tulerat, ſi ad terminū non rediret.
3 ¶ Secūda† gl. no. tempus receptionis &c. ſignat cōtrariū. ¶ [*In gl. 1. ibi, miles, uel ioculator*] de hoc infra ca. fi. [*& ibi. c. 1.*] ubi de hoc. ¶ [*In glo. pe. ibi, datæ*] ut ſi impetrans etiam poſt datam exigit uſuras, non audiatur per reſcriptum, niſi prius illas reſtituat [*& in fi.*] uide quod dicam infra ti. 1. dilectus. 2. ſuper glo. ſecunda.

*S V M M A R I V M.*

1 *Eccleſias deſerunt uarijs de cauſis clerici, & quæ liceant, & quæ minime, & nu. 2.*
2 *Præſertim, pro tantum.*
*Impedimentum ſuperueniens legitimum prodeſt, nequis eccleſia priuetur, uel aliud patiatur, & reuocatio fiat contra eum acti, & quo caſu.*
*Eo exiſtente monitio quem non arctat.*
*Excuſatio debet in termino fieri, ut inuet.*
3 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 4.*
*Argumentum à contrario hic ceſſat, niſi in caſu.*
*Neceſſitas excuſat à licentia non petita, quæ petenda erat.*

C A P V T   X.

INter quatuor. Summatū eſt. ſ. c. ſecūdo, & eſt pars de ma. & obe. de cleri. pere. & de relig. domi. inter quatuor. Et dicit Hoſt. no. hic tria, facti dubitatio, dubitationis reſponſio, reſponſio
1 nis exceptio [*Iuſta† & neceſſaria*] Dicebat Hoſt. quòd alii qui hoc faciunt cauſa ambitionis, & ſic carere debēt habita & ambita, ſupra de transla. quanto. Alii cā cupiditatis, puta negociationis, de uita, & honeſtate clericorū, cap. fin. Alii cā utilitatis. j. ti. 1. de multa. Alii ex cā probabili ſtudiorū, ſupra eo. relatū. ff. ex qui. ca. ma. necnon. Alii cā honeſtatis, ut peregrinationis, de con. di. 5. non oportet. Alii cā reipublicæ, ſupra eo. decætero. j. eo. cū dilectus, & c. ad audientiā. Alii ex cauſa ſpeciali, ut priuilegii, infra eo. cū ad hoc. Cōſuetudinis de conſue. cum oēs, & conſtitu[illegible] j. eo. cū dilectus, & c. ſe. Alii cauſa humilitatis, v[illegible] religionē intrant, infra de regu. licet. 7. q. 1. hoc [illegible] q̄. Alii cauſa neceſſitatis, ut quia infirmi ſunt. [illegible] c. fi. Alii cauſa uagationis, & nudæ uoluntatis, ſupra duobus. c. proxi. Hoſti.
2 [*Præſertim*] pro† tantum 11. q. 3. ſi epiſcopus, Egi. [*Expectari*] admoniti, ut redeant. T. [*Eis*] eccleſiis, uel præbendis [*Impedimento*] no. ꝙ etiam ſi ſine iuſta cauſa fuerit, ſi tamen poſtea incipiat legitimo impedimento teneri, non priuabitur eccleſia, & hoc ea ratione: quia monitio dēt ꝓcedere, monitio uerò tunc, qn̄ impeditus eſt, eū arctare non pōt. ſ. de ele. bonæ. 2. Inn. quinimo ẜm Hoſt. & ſi à principio eū arctauerit, & ſuperueniente impedimento cōparere non poſſit, ex quo de hoc cōſtiterit, erit ſn̄ia lata ꝯ eū retractanda, de re iudi. cū Bertoldus. qđ intelligo, ſi impeditus fuit illo impedimento, ēt ſe. j. terminū excuſauerat: aliàs ſec⁹; ad hoc de ele. cupientes. §. ꝙ ſi, li. 6. ad hoc, infra c. ult. in fi. ibi, excuſa
3 tionē rationabilē &c. ¶ Prima† gl. facit duo. dicit arg.
4 à contrario ceſſare, & arguit, ꝙ bonū &c. ¶ [*In† gl. 1. ibi, à contrario ſenſu*] dicebat Hoſt. ꝙ propter neceſſitatē occurrentem poſſet habere locū contrarius ſenſus. nam plerunq; nec locus, nec tempus patitur &c. ff. de exerci. l. 1. quod concedi poteſt, ſi in breui reuertatur. ff. de diuor. l. 3. in fi. ¶ [*In glo. 3. ibi, refertur*] de uariis enim temporibus loquuntur iura, ut no. ut lit. non conte. quoniam. §. ſi uerò, in prin. magnæ glo.

*S V M M A R V M.*

1 *Abſens clericus ſi ubi ſit, neſcitur, edictis tribus publicis citabitur apud eccleſiam, ſi poſtea per ſex menſes expectatus non ueniat, ea priuabitur. uide nu. 2. de citatione, & nu. 3.*

*Epiſcopus hac decretali non comprenditur.*
*Fraus ſemper in abſente præſumitur, qui ſemper debeat eccleſiæ ſeruire.*
*Culpa magna comparatur fraudi.*
*Citatio ad quos peruenire non poſſe dicatur, & per edictum fieri queat.*
3 *Perſonaliter fieri debet, & quando, & per quē hic clerici abſentis.*
*Electio, uel collatio nunquid fieri poſſit abſque citatione abſentis, in cuius locum clericus ſubſtituitur.*
4 *Abſens clericus licet reuertatur, punietur ex eo, quòd abfuit ultra quàm debuit.*
*Collatio beneficij eius qui pro derelicto eccleſiam habere præſumitur, fieri poteſt, & quo obſeruato, & nu. 5.*
*Pro derelicto eccleſiam quibus rationibus quis præſumatur.*
5 *Abſente clerico interim de fructibus deſeruitur eccleſiæ.*
5 *Spoliari beneficio quare hic dicatur, & non priuari.*
*Ordinari nolentis pœnæ.*
7 *Excommunicatus an retineat officium, & adminiſtationem prælaturæ, & quando per abſolutionem recuperent ipſo iure.*
8 *Degradatio clerici per quos fieri poſſit, & executio.*
*Pronunciatio aliquando fit ab his, qui ultra progredi nequeunt.*
9 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 10.*
*Reſtituere non poteſt præſes prouinciæ, quem damnauit.*
*Sententiam nec ſuam pecuniariam reuocare.*
10 *Additio gloſſarum. & nu. ſequen.*
*Edictum ubi publicari ſufficiat, & quibus eo non procedi poſſit.*
12 *Abeſſe ab eccleſia quibus caſibus & quo iure quis poſſit.*
*Vagationis licentia nullo iure permittitur, nec conſuetudine ulla concedi poteſt ab eccleſia, nec à prælato dari, & data reuocatur à ſuperiore.*
*Sufficit ad beneficij etiam non requirentis reſidentiam priuationem.*
13 *Degradatum, & depoſitum quis poſſit reſtituere.*

## CAPVT XI.

1 EX tuæ. C.ˢ Si † neſcitur, ubi ſit clericus abſens, tribus publicis edi
ctis citabitur apud eccleſiā. & ſi poſtea ex-
pectatus per 6. menſes non ueniat, ea pri-
uabitur. ſecunda ibi; Contra eos, non reſpicit titulum
[*Eorum*] clericorum inferiorum, non epiſcoporū, Ho-
2 ſti. [*Fraudulenter*] ſemper † præſumitur fraus, cum ſem-
per debeat eccleſiæ ſeruire. unde cum iſta ſit magna
culpa, iuſtè comparatur fraudi. ff. man. ſi fideiuſſor, in
prin. & ff. depo. quod Nerua, Innocenti. Dicebat Ho.
ꝙ fraus erat in latitando ad citationē impediendā, ut
ſequit̃ [*Valet*] uel quia latitant, uel quia ſunt ultra ma-
re, uel in prouincia ualde remota, Innocen. uel aliàs
extra prouinciā, ubi nec citatio fieri poteſt, ſupra de
do. & contuma. cauſam, & c. cum olim. §. finali. eis ta-
men, ſi reperirentur, poſſet extra prouinciā intimari,
ſm ea, quæ no. ſupra c. ex parte. imò & pōt quis citari
extra prouinciam, de foro competen. Romana. §. con
a trahentes ᵃ. ſed ad hoc forſan non tenetur iudex, ut in
ſuperioribus, de hoc ſupra de procurat. dilectus, ſm
3 Hoſti. [*Citatio*] facienda † perſonaliter, ſi ſcitur, ubi eſt,
uel pōt de facili inueniri, fiet autem per epiſcopū, uel
eo abſente per capitulū, uel illum, ad quē ſpectat ius
inquirendi, uel quem res tangit; & ſi requiſitus non ve
nerit, licet ſua auctoritate non poſsint requirentes ad
electionē procedere, obtenta tamen licētia à ſuperio-
re, qui præſtare debet, eligere poterunt, ſupra eo, qua-
liter. uide quod ibi dixi in ulti. glo. dicunt Inno. & Ho-
ſti. quoſdam dicere, ꝙ ex quo certum eſt, ꝙ ab eccle-
ſia abeſt ſine iuſta cauſa, poteſt alteri conferri eccleſia
etiam ſine citatione, & ſine ſuperioris auctoritate, de
præbend. extirpandæ, ſed dicit Hoſtien. primum di-
4 ctum plus placere. ponunt † autem pro certo, ꝙ licet
reuertatur, punietur ex eo, ꝙ abſens fuit ultra, quàm
debuit, in diebus feſtiuis, uel aliis. 7. quæſtio. 1. ſi quis,
& l. di. contumaces [*Peruenire*] no. Ioan. & Lau. de con.
di. 5. non oportet. 2. ꝙ ſi clericus tamdiu abſit, ꝙ dubi-
tetur, an uiuat, an mortuus ſit, deſinit habere liberam
adminiſtrationē: ſed hoc non probant iure, & iſta de-
cre. probat contrariū. fatentur tamen hic Innocēti. &
Hoſt. ꝙ ſi uehemens præſumptio eſt, ꝙ habeat eccle-
ſiam pro derelicto, quę reſidentiam exigit, puta reci-
piendo ſecundā talem, uel recipit uxorē, fit miles, uel
ioculator. uel agit ſolennem pœnitentiā 81. diſtin. ſi
diaconus, conferri pōt eius beneficium; de hoc infra
c. ulti. in glo. ſecunda. dicunt tamen prędicti tutius eſ-
ſe beneficium non conferri, niſi prius de facto ſibi ſen
tentialiter abiudicetur, de cōceſ. præben. cū noſtris, &
c. literas, & patet ſupra titulo primo. c. primo, & 2. [*Tri
næ*] nec ſufficit una, licet peremptoria. uide, quod ſcri-
pſi in Specul. eo. titulo, ſuper Rubrica in 3. quęſtione
5 [*Sex menſes*] & interim † de fructibus deſeruiat̃ eccleſię,
j. eo. c. pe. [*Deſeruerint eccleſias*] Inno. in prin. uoluminis,
dicit, ꝙ hic in regiſtro ſequit̃, ut iuxta ſanctiones cano
nicas eis &c. Itē ubi ſtatim ſequitur, procedatur, addit
de regiſtro hoc modo, ut ipſos &c. tertia correctio ſu-
per uer. ſpiritualiū [*Spoliari*] ēt lit. non cont. ut no. infra
6 glo. pen. Ideò autem † dixit, ſpoliari, & non priuari ſm
Hoſt. quia non fertur ſententia, ſed datur beneficium
quaſi uacās. ſic abſens ſpoliari uidetur. ſic infra titulo
primo, Referente, & infra c. fi. quod dic, ut dixi. ſ. eod.
b qualiter ᵇ [*Eos*] melius dixiſſet alios: qa ſupra de infe-
rioribus, hic de epiſcopis [*Excommuniationis*] no. ꝑ hoc
Abb. ꝙ nolens ordinari pōt excōicari: licet enim pœ-
na non reſidētis ſit priuatio beneficij, ut per totum ti-
tu. & 7. quæſtio. prima. ſi qui: tamē excōicatur, ut hic,
Sic licet eadem ſit pœna nolentis ordinari, de electio.
cū in cunctis, de ætate, & qualitate, quæris: tamen ex-
cōicari poterit ratione prædicta: ad idē quod no. Vin-
cen. de officio uica. c. fina. & Inno. infra titu. prim. pro
c illorum ᶜ [*Nec ſic*] per ſuſpenſionem. ſ. excommunica-
tionem, quā uilipendunt, Hoſti. [*Spiritualium*] ita erat
in antiqua. Dixit Inno. in prin. uoluminis, & Hoſt. hic,
ꝙ litera concor. de regiſtro eſt, epiſcopatuum [*Remo-
7 ueat*] ergo † excōicatus retinet officium, & adminiſtra-
tionem prælaturæ, contra ſupra, de ap. paſtoralis. Dic
ſm Inno. & Hoſti. ꝙ per excommunicationem bene
ſunt priuati adminiſtratione ſpiritualium, & tempora
lium: ſed illam per abſolutionē recuperant ipſo iure.
Sed poſtquàm fuerint amoti, per abſolutionē excōi-
cationis, non recuperabūt adminiſtrationem: cōcor.
quod dicam de falſa. dura, in prin. Alii uoluerunt di-
cere per hanc literam, ꝙ excommunicatus retinet ad-
miniſtrationem, quam exercet nō per ſe, ſed per aliū
ſaltem quò ad ſpiritualia: uel dic ſm Hoſt. ꝙ ſatis cum
primo dicto concor. ꝙ per excommunicationem nō
ſunt priuati, ſed ſuſpenſi [*Præſunt*] nunc, ſed eis remotis
non præerunt [*In eos*] ab adminiſtratione remotos [*De
8 gradationes*] innuit, quòd † Cardina. potuit degradare.
quod intelligas ex ſpeciali mandato. ſed an hoc erat
congruum, quòd preſbyter ipſos degradaret? Dicit
Hoſtien. quòd non audet ponere os in cœlum. ſępe
enim talibus concedit papa epiſcopalia. 95. diſti. per-
uenit. uel dic quòd non eſt incongruum, quòd pro-
nunciet, licet ſit incongruum, quòd degradet. Pro-
nunciabit ergo, & per epiſcopos prouincię exeque-
tur, ſicut dicitur de electo confirmato, de elect. noſti.
quod dic, ut ibi no. Hoſtien. [*Si expediat*] ideſt ſi pœni-
tuerint, & utilitas eccleſiæ hoc expoſcat, Hoſti. ¶ Se-
9 cunda † gl. ſignat contrarium, ſoluit, contra ſolutionē
allega. duo iura. ¶ Vltima glo. quęrit, & ſoluit. Item ar
guit, alleg. tria iura, & duo allega. in contrarium. ¶ *In
10 † prima glo. ibi. §. prætor*] hanc & ſe. uide, de dolo & contu
macia, cauſam, ſuper 3. gl. [*& ibi, ex eo*] uide ut lite non
conteſta.



conteſta. quoniam, ſuper glo. ſi non poteſt. ¶ [*In glo. ſe-
cunda, ibi, interdicimus*] uide ſupra eo. qualiter, in prima
glo. ¶ [*In glo. ulti. ibi. l. 1. in fine*] pręſes prouincię, quem dā
nauit, reſtituere nō poteſt, cum nec pecuniariam ſen-
tentiam ſuā reuocare poſsit. & idem dicit lex ſequens.
11 ¶ [*In † gloſſa prima, in fine*] dicit Hoſt. cum latitant, ſufficit
edictum publicari ad domos, uel eccleſias per prima
iura. ſed ſi infra prouinciā faciunt ſui copiam. procedi
non poſſet ex edicto, quod nō perueniſſet ad eos. nec
contra latitantes ex edicto non ſolenniter propoſito
& ſic loquitur ꝯ̃rium. ¶ [*In gloſſa ſecunda, in fine*] de hoc. 8.
diſti. propter, infra de loca. potuit, & infra de regulis iu
ris, mora, lib. ſexto. ¶ [*In gloſſa quarta, in fine*] & ibi aliqua
12 ſcripſi. de notatis hic per Inno. & Hoſt. ultra ea † dicūt
hic, ꝙ etiam ex probabili cauſa non licet abeſſe niſi
de licentia prælati. de hoc dixi, ſupra c. relatum: uel ni
ſi id permittat conſuetudo. facit, quod dicam infra. c.
proximo. tamen, ut dicunt, conſuetudo non poſſet in
ducere, ꝙ ſine iuſta cauſa uagentur. eſſet. n. contra bo
nos mores; & in læſionem eccleſiarum; unde non ua-
let, de conſuetudi. ca. 1. nec prælatus dare poteſt licen-
tiam uagandi, quam ſi dederit, ſuperior reuocabit, li-
cet forte dans reuocare non poſsit, ſupra de cleri. con
iuga. diuerſis. quod tamen Inno. non fatetur. Vnde di
cit Hoſti. ꝙ cum uagari ſonet in peccatum, ipſe dans
contrauenire poterit: quia factū non tenet, iuxta ibi
no. & ſupra de iureiur. ſicut, & trigeſimaquinta quæ-
ſtio. 9. quod quis. dicunt etiam, ꝙ delictum uagationis
ſufficit ad priuationem beneficij, ſeptima quæſtio. pri
ma, non oportet, & c. ſe. propter quod dicunt decret.
locum habere. quò ad delictum uagationis etiam in
beneficiis non requirentibus reſidentiam. ¶ [*In gloſſa ex
iſto, & in fine*] & tertia, quæſtio. nona, in ſumma. ¶ [*In gl.
ſed nunquid ibi, cum eis*] depoſitis ſcilicet. & eſt arg. ſecun-
dum Hoſt. ad quæſtio. no. de electio. innotuit, ad finē
13 [*& in fine*] ſolenniter † degradatum ſolus papa reſtituit.
depoſitum uerbotenus reſtituere poteſt, qui depo-
ſuit. hoc not. ſecunda quæſtio ſexta, ideo. 1. de hoc in-
fra de cleri. excommuni. mini. clerici. Alibi tamen Io.
diſtinxit inter depoſitum pro crimine, & contumacia
ſeptima quæſtio. prima, ſi quis preſbyter. de hoc ſatis.
in Spec. ti. ſecundo. §. nunc oſtendendum, uer. nono.

ANNOTATIONES.

a ¶ Contrahentes uide ibi Ioan. And. poſt Archi. & per glo. de do. & contu. cum olim.
b ¶ Qualiter. Vide Ioan. And. de offi. ordi. in nouella, lib. 6. & de reſti. ſpo. ſolicitæ, ſuper 2. glo.
c ¶ Pro illorum. Et uide Ioan. And. poſt Inno. in c. quæris, prællega. ubi Inno. tenet contra.

SVMMARIVM.

1 *In ſtudio quòd abſens percipiat fructus præbendæ, priuilegiatus, ſtudens in ſtudio particulari, non utitur priuilegio, excipitur, nume. 5.*
*Studij cauſa fructus ut percipiat quis abſens, quibus rationibus ſit indultum. & an licentia ſufficiat, & cuius, & quid conferat.*
2 *Licentiam petere non ſufficit, niſi obtineatur, & ſi denegatur, recurritur ad ſuperiorem.*
*Studium generale quid conducat, & ubi dicatur eſſe, ad dictio. exercitium.*
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 4.*
*Non interuenire quid, uel perperam, uel uitioſe, uel non ſufficienter, nulla eſt differentia, cum exemplis.*
*Artificem qui promittit, ſufficit præſtare mediocrem, ad fin.*
5 *Additio gloſſarum.*
*Fraudis ubi ſuſpitio ceſſat, & legis diſpoſitio propter eam facta.*
*Exhæredatio non quæuis ſubmouet filium à bonorum poſſeſſ. contra tabulas.*
*Studij priuilegia habet curia Romana, in fin.*

## CAPVT XII.

1 TVæ fraternitatis. Caſus. Priuilegiatus † ꝙ
abſens in ſtudio fructus præbendæ perci-
piat, ſtudens in ſtudio particulari priuile-
gio non utetur. hoc dicit in terminis. & in ſumma. &
ſunt duæ partes. quæſtio, & reſponſio. ſecunda ibi, ad
rit. Certum enim eſt, ꝙ non ualet promiſſio uacaturę,
licet de iure mandare poſſit recepto præbendam aſſi-
gnari, quàm cito ſe facultas offerret inf. eo dilectus, ſm
Innoc. & ſic fiet auctoritate præſentium. quod nō fie-
ret ex ui receptionis. ſi. de iud. quia. V. ſm Hoſti. uel ſm
3 eum, ut dicit gl. Quærūt prædicti † doctores. quid ſi pri-
mo recepto auctoritate capituli recipit ſecūdus aucto
ritate Papæ, cui prius debeat præbēda? Super hoc dic,
4 ut j. eo. hi qui, li. 6. Nunquid aūt † contra impetrantem
à Papa, qui petit præbendam, uel canoniam tantum, ſe
a poſſit opponere receptus à capitulo [a] proprio motu.
Remittit Innoc. ſup. de reſcriptis, mandatum, & quia
Hoſtien. hic poſuit illam glo. Innoc. hic proſequamur
eam, & uī ibi Innoc. uelle, ꝙ nō poſſit ſe opponere re-
ceptioni, cum in can. nullum ſibi fiat p̃iudicium, nec
aſſignationi prębendæ, cum in illa nullum ius habeat:
pōt tñ cōtra litteras opponere, ꝙ ſunt ſurreptitiæ: quia
ſi Papa ſciuiſſet, nō ſcripſiſſet pro illo, ar. ſup. de offi. de-
leg. ex parte. 1. quia nunquam intendit dare lr̃as alteri
præiudiciales. ff. de uul. ſubſti. ex facto. C. de eman. nec
auus ſup. de reſcriptis, ad aures, de ſta. mo. in ſingulis. §.
porro, cum concor. nō ob. quod eius nō intereſt, cum
nullum ius habeat in prębenda, ut ſup. dictum eſt: quia
& ſi principali conſiderato non habeat ius; tñ rōne ac-
ceſſorij auditur: quia ſuperior, cum ſe facultas obtule-
rit, ſibi faciet aſſignari præbendam, ut hic, & inf. de cō-
ceſ. præben. cum ſuper. ex quo tamen is, pro quo Papa
ſcripſit, receptus eſſet, ceſſaret prędicta oppoſitio, cum
ille



ille nō ex literis, ſed ex receptione ſe iuuet. & ſi dicatur,
ꝙ ex receptione ſimplici nō competit ius ad uacaturā,
fateor ex ſimplici, ſed bene cōpetit ex illa, quæ fit aucto
ritate Papæ. Ho. dicit prædicta eſſe contra communem
& ſolennem opin. quæ habet, ꝙ literæ beneficiales ſur
reptitiæ ſunt nullę, & omnis proceſſus habitus per illas,
de quo no. ſupra de reſcriptis, ad audi ētiam. 2. Quare di
cit, & ſic tenemus tales literas nō eſſe ſurreptitias. & ob
hoc iſte illi præfertur, ut prædixi. Item illa receptio, in
quantum reſpicit uacaturam, eſt contra ius, licet de be
negnitate ſibi, cum ſe facultas offert, prouideatur. Item
per dictum Inn. daretur materia capitulo illudendi Pa-
pæ, & eius poteſtatem uſurpandi, contra id, quod habe
tur de alie. mu. iu. c. 1. de offic. leg. quod translationem.
Item cōſtat, ꝙ cæteris etiam paribus præfertur habens
5 auctoritatem Apoſtolicam, de maio. & obed. per tuas,
infra eod. ſi à ſede, libr. 6. Format † etiam Innoc. hic quaſ
dam quæſtiones, quæ fundantur ſuper illa falſa opin. ꝙ
in literis beneficialibus inſpiciatur tempus præſentatio
nis, quæ falſa eſt, ut etiam hic dicebat Ho. infra eo. cum
tui, & de reſcriptis, tibi qui, li. 6. Quærebat enim, & diffu
ſæ tractabat de recepto auctoritate Papæ, qui neſcit tē-
pus p̃ſentationis ſuæ. i. ſuarum literarū, & ſic neſcit, quā
p̄bendam petere debeat. illud verò dubium hodie poſ-
ſet occurrere in paritate datæ; & tunc dic, ut inf. li. 6. de
reſcriptis cap. penult. Dicebat tamen hic Hoſtien. eo ca
ſu Papam conſulendum, de offi. deleg. c. 2. de re iud. ca.
6 fi. dixit † etiam hic Innoc. quoſdam dicere, quorum di-
ctum hodie nō procedit per decre. ſi clericus, eo. ti. li. 6.
ꝙ ubi ſecundus tenet præbendam, quæ primo de iure
debetur: tamen, quia primus execratur lites, præelegit
habere ſuo ordine unam de uacaturis, hoc facere pote
rit, dummodo ſit talis, & in eo ſtatu, ꝙ ſi nulla præben-
da ei delata fuiſſet, omnes alios de iure præceſſiſſet, &
hoc ideò, quia p taciturnitatem huiuſmodi nullum fit
alij præiudicium, cū etiam ſi auferret primo ſuam prę-
bendam: primus tamen illis expectātibus præferretur.
unde dimittendo illum in pace, ſi loco illius expectan-
tibus præferatur, eis præiudicium non generatur, nec
eſt uituperanda illius uerecunda cogitatio, qui litē exe
crat. ff. de ali. mu. iu. ca. fac l. 4. §. poteſt. Sed dices, iſte ſic
receptus habet ius in prima: ſi petat ſecūdam, habet ius
in duabus. ſed intentio Papæ, & ipſa ueritas cōtraria eſt,
de reſcriptis ad audientiam 2. & ca. in noſtra. Solu. dicit
Innoc. uerum eſt, ꝙ habet ius in prima: ſed recepta ſecū
da perdit illud ius, & tranſit ad proximū, & dicunt qui-
dam hoc uerum, etiam ſi ſecundus in can. ſit receptus
auctoritate Papę, & per hoc ius habeat in ſa, argum. de
maio. & obedien. c. 1. Alij dicunt, quòd ſi ſecundus rece
ptus eſt, & per conſequens in ſecunda præbenda, ius ſi-
bi ſit acquiſitum, primam præbendam non poteſt pe-
tere primò receptus: quia nō licet collatori ius alterius
in alterum transferre: ſecus, ſi ſecundo nō eſt ius quæſi
tum in ſecunda: quia tunc conferetur primo. nā ſi præ-
benda inuenitur uacans, nec primus habet ius, nec ſe-
cundus, melius eſt, ꝙ primo aſſignetur præbenda expe
dita: ſecūdo illa, quæ eſt in lite. unde & ſi aliquis habuiſ
ſet præbēdam per 10. annos, & modo ſpoliatus eſſet ea
de facto, uel de iure, forte quia debebatur alij, ſi modo
inuenitur aliqua uacans, danda eſt ſibi, & non alijs, pro
quibus poſt ſuam receptionem eſt ſcriptum. art. 7. q. 1.
paſtoralis, ſm Innoc, dic ut in præ. decre. ſi clericus [*Ca-*
*reat*] ſi uacat, uel alia poteſt ei de communibus prouide
7 ri, de conſti. cum. M. Innnocen. ¶ Prima † gl. arguit, obij
cit, & ſoluit. ¶ Secunda glo. ſignat contrarium, & remit
8 tit. ¶ Tertia glo. obijcit, & ſoluit. ¶ [*In † gl. 1. ibi, Herennius*]
parum facit. uide inf. eo. dilecto, ſuper 3. gloſſ. ¶ [*In glo. ul.*
*ibi, unum ex familia*] ſi teſtator iuſſit hæredē, cum morere
tur, fundum Titianum reſtituere uni ex familia teſtato
ris, quem eligeret, fruſtra legat hæres illum fundum il-
li, quem elegerit, non enim facultas neceſſariæ electio-
nis propriè liberalitatis beneficium eſt [*& ibi, ſi quis pro*
*uxore*] non donat, qui neceſſarijs oneribus ſuccurrit, &
ponit caſum de marito, qui pro coniuge uecturas, uel
9 uectigal ſoluit. ¶ [*In † glo. i. ſuper uer. promittuntur*] etiam ſi in
terrogatio non pręcedat, nec ullum ciuile ueſtimentū
interueniat, Goff. [*& ibi, non eſt contra ius*] hodie dic, ut in
fr. de conceſ. præben. c. 2. li. 6. ¶ [*In glo. ult. ibi, ut ſingulæ*] &
inf. de inſti. ca. fin.

---

A N N O T A T I O N E S.

a ¶ Capitulo. Quia dicit litetas apoſtolicas ſurreptitias, cum non faciant mentionem de ſua receptione.

*S V M M A R I V M.*

1 *Reditus capellarum ſuarum religioſi minuere nequeunt, quod non permittitur à diæceſanis, num. 2. uide num. 5.*
*Parochias, neque diuidere queunt, uide num. 5.*
*Auaritiæ deteſtatio ex multis auctoribus.*
2 *In beneficio percipiendo conſuetudinem attendendam.*
3 *Contra factum ſuum quis uenire poteſt, & quo hic caſu.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 5.*
*Reditus diminui non conſentiente diæceſano non poſſunt, & ſi conſentire recuſat, recurritur ad ſuperiorem.*
*Parochiæ diuiſio quando liceat, & quibus conſentientibus.*
*Præbendæ diuiſio non licet.*

## C A P V T X.

1 AVaritiæ. Caſus. Religioſis † reditus cle
ricorum capellarum ſuarū
minuere nō poſſunt, nec parochias diuide-
re, & ſunt duæ par. dicebat Hoſtien. religio-
ſorum auara peruerſio: peruerſionis correctio. ſecūda
ibi, Ideoq;. Et nota, ꝙ in ſuperſcriptione præferūtur ca-
nonici regulares, ſed dicit Abba. hoc uerum, quia de ui
tio auaritiæ tractat [*Seruitus*] ad colo. 3. & dicitur hoc,
quia auarus numo quaſi Deo reuerentiam exhibet, ut
no. i. q. 1. cum omnis, & ſequebatur in antiqua. Seruitus
hi debent radicem ſtudioſius extirpare, qui ſeculi uani-
tatibus renunciantes, elegerunt Domino in religionis
habitu militare. Saluſtius, Auaritia ſtudiū habet, quod
nemo ſapiens concupiſcit. & Seneca. Turpe lucrum, ut
diſpendium fugito. & Eccl. 13. Bona eſt illa ſubſtantia,
ubi peccatū non eſt in conſcientia. Tullius lib. 2. de oſ-
ficijs, Nullū uitium deterius auaritia. præſertim in prin
cipibus, & rempublicam gubernantibus. Valerius li. 9.
c. 4. in fi. de Phomeo Rege Cypri, titulo Rex inſulæ: ani
mo uerò pecunię mācipium miſerabile, ſpecialiter de
auaritia ſenum, lib. de ſenectute, quid abſurdius, quàm
quo minus reſtat viæ, eo plus viatici quærere? Sene. lib.
de moribus, Monſtro ſimilis eſt auaritia ſenilis. quid. n.
ſtultius, quam via deficiente viaticum augere, vide de
2 elect. auaritię, lib. 6. ſuper 2.[a] gl. [*Conſueuiſtis*] no. in † perci
piendo beneficio conſuetudinem attendendam, infra
de conceſ. pręben. ex parte, ſecundum Hoſtien. [*Minora*
*ſtis*] hoc non permittunt hodie diecęſani etiam in exē-
ptis, quod dic ut in cōcilio vien. de ſup. neg. prælat. quia
regulares. 2. reſpon. [*Ipſarum*] i. ipſis eccleſijs ſeruientes
[*Archiepiſcopi*] qui diœceſanus erat, ut patet in ſuperſcri-
3 ptione [*Reuocetis*] poteſt † ergo quis uenire contra factū
ſuum. de hoc ſupra de fil. preſ. ueniens, Tan. ¶ Secunda
4 † glo. arguit à contrario. ¶ [*In 1. † glo. in fi.*] ibi dicitur, ꝙ
5 auaritia ſit mater omnium uitiorum. ¶ [*In glo. 2. ibi, iuſta*
*cauſa*] de hoc. 10. diſt. cap. 1. dic hoc uerum conſentiente
prælato, & clericis: alias non, de ecc. ędi. ad audientiam
56. di. ſatis. ſi nollent conſentire, & iuſta cauſa ſubeſſet,
compellentur per ſuperiorem, infr. de his, quę fi. à ma.
par.

par.cap.c.ult. Ala. & Vin. recitant,& Inn. dicit autem
Hoſ.ꝙ diœceſano conſentire nolente ad ſuperiorem
recurrendum eſt, infra de iure patro. nullus.dicit etiã
prælatum hoc facere vacante eccleſia,de cuius dimi-
nutione quæritur, de rebus ecc. non alie. dudum,lib.
5 6.Dicit † Gof. quòd clericis inuitis ex iuſta cauſa pote
rit fieri diuiſio parochiæ, dummodo ipſi congruam
a ſuſtentationem habeant,infra.de ec. ædi.a c.3.& intel
ligebat Ala. quod ſupra.dixerat in eccleſia,quæ cauſa
priuatæ vtilitatis non conceditur, & cuius bona ſunt
pauperum:ſecus in prębenda,quę clerico pro ſuo ſer
uicio tantum conceditur,quæ ipſo contradicente di-
uidi non poterit, licet quod ſibi ſupereſt, teneatur in
pias cauſas expendere.Idem Vin.

ANNOTATIONES.

a ¶ Aedi.Ibi uide gl.& ita videtur,& de re.ec.nõ alie.c.1. per gl.& Io.And.eod.ti.c.1.per gl. & Io. An.

*SVMMARIVM.*

1 *Onus præbendæ uacanti poſſunt honeſtum prælatus, & capitulum imponere.*
*Miſſas peculiares ex deuotione poſſunt audiri, non tamen licet omitti feriales.*
*Confirmatio papæ neceſſaria,ubi non tenet actus inferiorum.*
2 *Fructus præbendæ per annum canonicus decedens legat ex conſuetudine, & non ſit probabilis.*
3 *Pacta an, & quando à confirmatore mutari queant.*
4 *Confirmatio ex certa ſcientia quando facta uideatur.*
*Aſſidue, quomodo exponatur.*
5 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum.num. 6.*
*Pro non adiecta dies neque conditio, & quando habeatur.*
7 *Additio gloſſarum.*
*Miſſam celebrando pro pecuniæ receptione peccat, non tamen committit ſimoniam,niſi in caſu,& quo,nu. 9. in fi.*
8 *Operas ſuas uendere, uel locare clericus ubi, & quibus caſibus liceat,& quas.*
9 *Pro anniuerſario relinquere, uel dare certos reditus an liceat, & nu. 10.& qua forma, num. 10.*
*Conditionem apponere rei ſuæ donatori quando liceat.*
10 *Onus quando annectitur rei ſpirituali, uel temporali, tranſit ad ſucceſſores cum ea.*

CAPVT XI.

1 SIgnificatum. Caſus pñt † prelat⁹,
& capitulũ præben
dæ vacãti honeſtũ on⁹ imponere,ad quod
præbendarius teneatur. dicit Hoſt. ꝙ duæ
ſunt partes.in prima tria ponũtur,& petitur cõfirma-
tio.in 2.petitum,prout conuenit,confirmatur.ſecun
da ibi,quam ſi quidem [ *De ſanta.M.* ] licet miſſæ pecu
liares ex deuotione poſſint audiri, non tamen licet
propter illas omittere feriales,infra, de cele. miſ. qui-
dam [ *Infirmitate* ] de cleri.non reſi.c.vno,li.6.[ *Dimitte
re* ] ſi exponis,id eſt renuntiare,contra.ſ.de renun.ad-
monet.Si dicis.i. ſe abſentare,cõtra.ſup.tit.1.relatum.
Sol.hoc de priuil.uel cõſue.uel temporalia huius præ
bendæ ſpectabant ad hunc conuentum.ad hoc de pri
uile.uolentes, ad fi.lib. 6. uel dic, ꝙ quia non tenebat
conſtõ facta ſine diœceſani cõſenſu,ideo fuit neceſſa
ria confirmatio papæ,ſic ſup.de conſti. cum acceſſiſ-
2 ſent, ſecundũ Hoſt. [ *Anniuerſarium* ] ideſt fructus † il-
lius præbendæ recipiendo per annũ.forte erat ibi cõ-
ſuetudo,ꝙ canonicus decedens poſſet fructus præbẽ
dæ ſuæ,cui vellet legare per annum.hanc cõſue. capi-
tulum noluit ad hanc præbendam extendi. Phi. pro-
pter onus, quod incũbebat prębendę.graue enim eſt
vnum ſentire onus,& alterum emolumẽtũ,Gof.cre-
do,ꝙ habuerit in textu,Legare.illa uerò conſuetudo
approbabatur olim,de teſta.ad hoc.2.in prima.com-
pil.& in ſecũda.inf.eo.ti. de teſta.c.1. & hodie in extra
a ua. Io. Suſcepti, & uide. q. in regula, nemo põt plus a
[ *Inſtitutionem* ] ideſt cõſtitutionẽ,vel.i.præbendæ col-
lationem ut in prin. & no.Eg. ꝙ nõ dicit pactionem,
3 uel conditionem [ *Eatenus* ] papa † hoc mutauit de or
dinatione facta per capitulũ primũ: quia ubi dixerãt,
miſſam de ſancta Maria, papa dicit,miſſarũ ſolennia,
& vbi dicebatur, ꝙ nõ poſſet dimittere,papa addidit,
cauſa uoluptatis,&c.non credit tñ Inn.ꝙ ſi aliquid eſ-
ſet in pactis à iure tolerabile,ꝙ illud poſſet à cõfirma
tore mutari.ſed hoc nõ proprie mutatio.ſed interpre
tatio.Alij dicunt,ꝙ ſi pacta reſpiciunt religionem tan
tũ,ut hic,mutari poſſunt, etiã ſi ſint licita: ſed ſi reſpi-
ciunt temporale cõmodum, non licet ſuperiorib⁹ ea
mutare,ſi ſunt licita,& hoc placet Hoſt.auctorizante
eccleſiaſtico iudice, ad quẽ ſpectat executio vltima-
rum uoluntatum,inf.de teſt.nos quidem,& cõmuta
tio uotorũ, infra.de uoto.c.1. ſaluo ſemper,quod ha-
bes in Clem.de re.do. quia cõtingit [ *Confirmatus* ] ex
4 † certa ſcientia, ut patet per ſequentia [ *Aſſidue* ] alias
puniri poteſt.91. diſt. clericus victum. & expone hoc
uerbum,vt dixi,ſup. de offic.archipreſ.c.1. [ *Honeſtate* ]
quia forte nõ deceret eum celebrare cum vilibus ue-
ſtimentis,uel cum calice æreo ſecundũ Inn. [ *Hoc* ſci-
licet obſequium diuinorũ, & ſeruitiũ eccleſiæ. ¶ Pri-
5 ma † gl.arguit,alle.duo iura, in contrarium alia duo,
& ſoluit, & opponit. ¶ Secunda quærit,arguit,& ſol
uit. ¶ Tertiã arguit,alle.6.iura,& vnum in cõtrarium
6 alle.& ſoluit. ¶ *In gl. 1.ibi.§. 2.* ] vide de uſuris,quanto,
ſuper ult.gl. [ *& ibi,uſufructu* ] uide hanc.& ſe.de præſc.
auditis, ſuper gl.2. [ *& ibi, hæres & pure* ] ſi uſq; ad cer-
tum tempus inſtituatur hæres, habetur dies pro non
7 adiecta, & idem de conditione impoſſibili. ¶ *In † gl.
1.ibi,ſignificaſti* ] ubi de hoc,& c.8.q.3.in ſumma,& e.d.
in ea ſynodo [ *& ibi, intellige* ] ſecundum Vin. [ *& ibi,
ſubiret* ] concor.quod no.de magiſ.c.pe. in fin.vlt.glo.
[ *& ibi, appoſita* ] cum talis conditio, uel modus ſpiri-
tualis ſit:ad hoc de rerũ permu.ad quæſtiones,& hoc
placet Goffr. & Hoſt. [ *& ibi, inſtitutio* ] ita debet ſtare
propter id, quod ſequitur, & ita erãt in antiquo appa
ratu Vincentij [ *& ibi. c.ult.* ] & q.1.iudices,vbi de hoc
in gl. conſumptus [ *& ibi, cum in eccleſiæ corpore* ] & 23.
diſt.his igitur,&. 21.q.2.c vlt. [ *& ibi,committit* ] non ta-
men celebret illa intentione, vt pecuniã recipiat. tũc
enim grauiter peccaret: licet ſymoniã nõ cõmitteret,
Tan.de hoc,inf.de cler.non reſi.c.uno, li.6.in fi.pe.gl.
8 [ *& in fine* ] de hoc † per Roſ.inf. quod tempus præbẽ.
ſit cõferẽ.§.reſtat. per Ray.in ſumma,de ſymo.§.ſed
nunquid ſacerdos, & per Hoſt.in ſumma,de ſymo. §.
qualiter,uer.& ſunt hæc in ar.& Inno.& Hoſt. de hoc
no.ne præ.ui.ſu.c.3.dicẽtes,ꝙ intitulatus nullo modo
vẽdere poteſt parochianis operas etiam obtẽtu ſum-
ptuum,de con.di.i. ſufficit:aliàs cõmittit ſymoniam,
de ſymo. ſuam, & ſi eget,cogantur parochiani offer-
re,uel aſſignare,unde ſubſtentari poſſit.16.q.1.ſtatui-
mus.32.diſt. præter hæc,ar.de ec.ædi.ad audientiam.i.
& de conſecra.ec.cum ſicut:uel vt dicam,inf.de paro
chijs,ut dominicis.Si uerò extra parochiam locet, &
eſt omnino pauper, ſecundum Hoſt. & ſi non liceat
locare diuinas operas, poteſt tamen locare corpora-
les.i.poteſt ſe aſtringere ad morandũ cum aliquo do-
mino ad tẽpus, & ſeruiendũ ſibi in licitis, ut ſcribere,
dictare, pueros informare, illũ aſſociare, uel ſimilia,
quæ fieri poſſunt,ſaluo ordine, de ſymo. ne dei. & ſic
licebit in genere,quod nõ licebit in ſpecie,de iure pa
tro.ex literis,de conceſ.pręben.conſtitutus,vel quod
tutius



tutius eſt,excipiat ab hac generalitate nõ ſolum men
te, ſed uerbo ſpirituales operas, quas alteri parti ſine
precio poteſt ad idẽ tempus gratis promittere.ſed ca-
ueant, ne cõtractus inuicẽ cẽſeantur, de rerũ permu.
ad quæſtiones,& putat Inn.ꝙ ſic poſſit locare diues,
& pauper,ut pro mãſione, quã facit in eccleſia, uel ꝓ
alijs ſeruicijs, uel pro recõpenſatione dãnorum, quæ
ſuſtinet occaſione illius moræ,nõ pro diuinis officijs
9 recipiat preciũ. Sed † nunquid licet pro anniuerſario
relinquere,uel dare certos reditus,ut de illis fiat anni-
uerſarium? Inn. vr̃ placuiſſe,ꝙ non:quia illud officiũ
anniuerſarij ſpirituale eſt,licet meritorium ſit conſti-
tuere certos reditus per illos, qui debent facere anni-
uerſariũ ad ipſum faciendũ,& ſic intelligatur hæc de-
cre.ſed conuenire,da nobis tãtum,& nos omni anno
faciemus anniuerſariũ, hoc non licet his, qui habent
aliunde ſumptus, ſm eum.Nec ob. hæc decre. per id,
quod proxi. dixi: quia hoc fuit hic conſtitutũ ab his,
qui poterant:ſed donator redituũ clericus, vel laicus
hoc nõ poſſet.Nec ob. ꝙ licet donatori rei ſuæ condi
tionem apponere: quia illud uerũ de temporali,non
de ſpirituali, quã non poteſt apponere, excepta redẽ-
ptione captiuorũ,quæ põt apponi.10.q.2.hoc ius.12.
q.2. aurũ. iſtud dictum non placet ibi Hoſt. qui dicit,
ꝙ Inn.cõtradicunt iura, quibus nititur reſpondere,&
quia ſi uerum eſſet,infiniti eſſent ſimoniaci,& multę
eccleſiæ per hoc laquearẽtur,cum quotidie ſic relin-
quantur anniuerſaria:fatetur tamẽ,ꝙ ſi ex ſpãli pacto
dẽtur certi denarij pro certo numero miſſarũ dicẽda
10 rum,cõmittitur ſimonia. Aliud † eſt,quãdo onus an-
nectitur rei ſpirituali, uel temporali, ut hic cum ſuis
cõcordan. quia res tranſit cum onere,de decimis,pa-
ſtoralis,de don.cũ dilectus, de Iudæ.c.2.& ſi nõ adim
pleatur,põt res reuocari, ut in prædictis iuribus. tuti⁹
tñ eſſet ſm Hoſt.ita dicere,Relinquo tali eccleſiæ.10.
li.annuas ſuper tali domo, uel ducentas libr.ad emen
dũ.10.libr. annuas in anniuerſario meo, & inter illos
tãtũ,qui interẽrint,& officiauerint, diuidẽdas ſm cõ-
ſuetudinẽ eccleſiæ,& rogo prælatũ,& capitulũ illi⁹ ec
cleſię,vt anniuerſariũ meũ faciãt,ſicut decet. ¶ *In gl. 2.
in fi.* ] & inf.de elec.ſi religioſus.2.reſp. li.6. ¶ *In gl.pe.ibi,
mortali* ] uel ſi ꝑ ſomnium pollutus eſſet.6.diſt.c.1.Inn.

ANNOTATIONES.

a ¶ Plus. Et uide gl.& Io.An.in c.præſenti,de of.ord.li.6.& an idẽ de diſtributionibus, uide Io. And.in c.1.de cle. non reſi. lib.6,in nouella.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſentatus à religioſis etiam exemptis in eorum eccleſiis nullus inſtituetur,niſi prius aſſignetur ei congrua prouentuum portio.*
*Quod non facientibus, quid agetur,num.2.*
2 *Vicarij perpetui ſunt, & rectores inſtituti in eccleſiis monacorum, neque poſſunt per monacos remoueri.*
*Præſentia epiſcopi magis timetur.*
3 *Epiſcopalia iura in quibus conſiſtant.*
*Decretalis hæc quãdo locum habeat, conciliatur cum prima,de immuni.ecc.nu.7.in fin.*
4 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum.nu. 5.*
*In traditionibus rerum quodcunque pactum ſit, id ualet.*
6 *Additio gloſſarum,& nu.inferioribus.*
*Hoſpitalitatem exercere qui ex decoro, qui ex debito clerici teneantur,& num. 7.*
7 *Eccleſia tenuis quæ dicatur.*
8 *Religioſi quod ius tam in ſpiritualibus quàm in temporalibus habeant in eccleſiis,quas habent,& quod in clericos ipſarum,ſiue ſint abſque populo,ſiue parochiales,& nu.9.10. & 11.epiſcopo in quibus ob eas obnoxij ſint, ibid.*
*In eis,& earum clericos quid iuris epiſcopi habeant,ibid.& concedi queant, ibid.*
9 *Grangia quid, & nu. 11.*
10 *Epiſcopalis ordinis quæ,uer. omnia,quæ.*
*Hæc non poteſt ab ſe epiſcopus abdicare.*
*Religioſi etiam habent ab epiſcopo,cui ſubſunt.l.diœceſana,nu.11*
11 *Eccleſiam epiſcopus ſi conferat alteri epiſcopo pleno iure, omnia ſunt etiam ordinis epiſcopalis tranſlata.*
*Conſenſum ſi nolit epiſcopus præſtare,ſuperior adeundus.*
*Dos eccleſiæ ſi ſufficiens data non erit à patrono, uel deſineret eſſe ſufficiens, epiſcopus coget ſufficienter eum dotare, & qualiter, & datam diminui non permittet,circa fi.*
*Præſentatum à patrono quo caſu hic non inſtituet epiſcopus, & ſupra,num.1.*

CAPVT XII.

1 DEmonacis. Caſus ad † pręſentatio
nem religioſorum In
ipſorum eccleſijs nullus inſtituetur, niſi pri⁹
ei cõgrua portio prouẽtuum aſſignetur. nõ
diuiditur,& dic [ *Monacis* ] exẽptis, & nõ exẽptis,& con-
ſuetudo huic decr.cõtria non valet.inf.eo. c.1.li.6.& idẽ
in quibuſcunq; religioſis.inf.eo.in Lateranẽ. [ *Vica-
2 rios* ] perpetui † ſunt, & ſunt rectores, nec poſſunt per
monacos remoueri, quod dic, ut de capel. mo. c.1.
li.6. [ *Grauant* ] ſup. in tãtũ [ *Coram te* ] ut per id magis ti
meant [ *Aſſignatum* ] ſi monaci hanc portionẽ aſſigna
re nollẽt,elapſis 6. menſibus epiſcopus ordinet eccle
ſiã,de ſup.neg.præ.ſicut.T.& G.Inn.& Hoſ.Sed hodie
diœceſan⁹ ad hãc aſſignationẽ faciẽdã ſtatuet eis ter-
minũ,infra quẽ ſi non fiat,præſentatũ admittet,& po
ſtea faciet hãc aſſignationẽ,in qua taxãda in pluri,vel
minori nõ debet excedere,quod dic ut in cõci.Viẽn.
3 de iure patronatus,vt cõſtitutio. [ *Epiſcopalia* ] quę † cõ
ſiſtunt in proc.debita uiſitãti epiſcopo,in cathedrati-
co,& ſi.de quibus de off.ordi.cõquerente.in eccleſiis
ergo, in quibus monaci hæc onera ſubire conſueue-
runt,nõ hẽt hoc locum,ſed quod dicitur in prædicto
concil.2.rñ. [ *Congruentem* ] ſic ſupra de reſcriptis, cum
adeò,& j.eo.cum ſm, in quibus de hoc ſm Hoſ. ¶ Se
4 cunda † glo. tractat, qũo monaci interdum ex cõceſ-
ſione epiſcoporum,interdum ex fundatione habent
eccleſiã quò ad temporalia,interdum ius patronatus
tãtum, & ſubdit, quo caſu locum hẽat hoc capitulũ.
5 ¶ *In gl.ſecunda ibi,in traditionibus* ] ſequitur,rerum quod-
6 cũq; pactum ſit,id ualere manifeſtum eſt. ¶ *In † gl.pri-
ma.ibi,clerici præcipue* ] Tullius libro ſecundo de off. Do
ctorum ualde eſt patere illuſtrib⁹ hoſpitibus domos
uirorum illuſtrium [ *& ibi, tenentur* ] ſolito tamen, &
congruẽti modo, quia non poſſent omnes recipere,
Inno.Phi.ſupra,de elec.dudum.2.ad finem, allegabat
7 † illã eccleſiã eſſe tenuẽ, quæ nõ poterat honeſte pro-
curare prælatũ,nec hoſpites recipere,ut hic,& de ſup
plen.negligẽtia prælatorum. c.2. Cõcludebat aũt per
id,quod debebat eſſe ditiſſima, cum oẽs hoſpites in-
diſtincte recipere teneatur.42.diſt.quieſcamus,& do-
mus clericorum debeant eſſe cõmunes, ut præ.c.ult.
quod alle.glo.& diuitiæ ſunt bonæ ad bonũ uſum 30.
diſt.hoc ſcripſimus. In cõriũ allegat ſufficere,ꝙ habeat
neceſſaria, quæ neceſſitas reſtringitur ad uictũ,& ue-
ſtitum.12.q.1.epiſcopus. Soluebat,hæc omnia conſi-
derãda ſm qualitatem perſonæ, & ſitum eccleſiæ.Ad
primum.41.diſt. cogãtur. de ſecũdo exẽplificat, quia
minus ſufficit exiſtenti extra vias cõmunes, quàm in
uijs,dicit etiã conſuetudinẽ prouinciæ ſequendam.4.
diſt.erit.29.diſ.c.1.& uide, quod dicã infra c.cum ſm,
ſuper.uer.quantitate [ *& in fi.* ] Nõ ob.infra de immu
nitate ecc.c.1. quia hoc de charitatiua,illud de uiolẽ-
ta,ſm Hoſt.& not.idem de ſupplenda neg.præl.c.2.in
gl.

8 gl. tenentur. ¶[*In glo, 2, in prin.*] de materia † huius gl. ali-
qua, quæ tractabant hic Inn. & Hoſt. infra, eo. in Late
ranẽ. infra ſupplebo. [*& ibi, nihil ualet*] immò ualet
quò ad ius patronatus, infra de iur. pa. c. uno. li. 6. [*&
ibi. q. 2.*] vbi de hoc in ſumma, & ibi ad literam habet̃,
quod de hoc no. Io. infra de capel. mo. c. 1. habent ta-
men eo caſu cuſtodiam ipſarũ eccleſiarũ vacãtiũ, de
ap. bonæ, de off. or. cum vos, ſ̃m Inn. & Hoſt. infra eo.
in Lateranẽ, plus dicunt, ꝙ ſi in fundatione ſibi reti-
nuerũt dñium rerũ eccleſiæ, quod ibi ponet Abb. &
remouebit ad uelle presbyterum, uel monacũ, ſi ec-
cleſia nõ eſſet parochialis, ad hoc, infra. de ſta. mo. cũ
ad monaſteriũ, uer. tales, de priuil. c. 1. ad fi. li. 6. talis tñ
presbyter dẽt epiſcopo de ſpiritualibꝰ rñdere, licet nõ
habeat parochiã, nec ſit perpetuꝰ, ſ. qualiter celebret,
officiet, & ornet eccleſiã, & his ſimilia. curabit ergo il
lam epiſcopus quo ad ſpiritualia, & quo ad presbyte-
rũ, & familiã, ſi quã habet, vt eis prouideat, uel proui
deri faciat de ſacramentis eccleſiaſticis, vt pñia, eucha
riſtia, & ſi. ar. 10. q. 1. c. 1. & 2. & per totũ. aliàs ſi talis ec-
cleſia non eſſet, infra limites alicuius parochiæ certe,
quis expediret iſta, cum in tali eccleſia nec presbyter
familię, nec familia ſubſit presbytero. Eſt ergo neceſ-
ſe, ꝙ ibi de diœceſani licẽtia presbyter habeat curã fa
miliæ, & alius presbyter curã ſacerdotis, uel alr̃ proui-
deatur eis, vt quiſq; confiteri poſſit proprio ſacerdo-
9 ti, ſ̃m Hoſt. eo verò caſu, quo † eccleſiã nõ hñtẽ popu
lũ eps̃ dedit mon̄. in vſus proprios, putat Inn. ꝙ mona
a ci ad libitũ ᵃ ſine epiſcopo ponent, & reuocabũt vica-
riũ, & ſic intelligitur de dona. cõſultationibꝰ, & mon̄.
intelligitur prelatus illius eccleſiæ, uel potius eccleſia
donata intelligitur locus priuatus, uel adminiſtratio,
uel grãgia monaſterij, de cõfir. uti. uel inuti. porrecta.
infra, de cen. c. fi. per quã dicit, ꝙ nec procurationẽ de
bet, & tamen fatetur cũ Inn. ꝙ ſacerdos, qui ꝓ tẽpore
fuerit, de ſpiritualibꝰ rñdebit epõ, & licet mon̄. hoc ca
ſu, quod ſupereſt de fructibꝰ, ſibi poſſit appropriare,
dẽt tñ eccleſiã in ſtatu priſtino cõſeruare: ut. ſibi ſint
tot clerici numero, licet nõ perpetui, ut eſſe cõſueue
rant, ſ̃m Inn. & ſit rõ ſ̃m Hoſt. q̃a cultus diuinus, &c.
de conſtitu c. pe. nec ſtatus eccleſiarũ, &c, de ſup. neg.
præla. c. 2. Hoc aũt dicunt uerũ, niſi expreſſe ſic fuerit
cõceſſa, ꝙ illã ſibi approprient clericis eiectis, de dona.
paſtoralis. Alij contra. ſ. quia non poſſet epiſcopus ſic
concedere, cum id nõ proſpiciat meliora, de his, quæ
fi. à præ. tua. Dicit Ho. ꝙ prima opi. uera, ubi ſubeſt iu
ſta cã. ſecunda, vbi nõ ſubeſt. dicit aũt, ꝙ eſſet ad id iu-
ſta cã paupertas religioſorũ. 93. di. diaconi, vel ut labo
res impiorũ iuſti edãt, ne cle. uel mo. relatũ dicit autẽ
Inn. ꝙ ſi illa eccleſia eſſet collegiata, oporteret, ꝙ præ
latus & clerici eſſent perpetui, nec poſſent ab abbate
ſine iuſta cã remoueri. infra, de ſta. mo. c. 2. immò ſi
delinquãt, non corriget abbas, ſed inquiret, & epiſco-
po referet, ar. de off. arch. c. 1. Dicit Ho. nullã in hoc iu
riſdictionẽ attribuendã abbati, licet denũciare poſſit
epiſcopo. nã minor iudex, immò nec epiſcopus ſolus
examinat criminales cãs clericorũ. 15. q. 7. epiſcopꝰ. de
hoc de off. or. quãto, & de off. archi. ad hoc. nec mirũ,
ſi facilius puniuntur monaci, q̃ clerici, infra de ſimo.
10 p tuas. vbi † uerò eps̃ cõcedit monacis parochiales ec
cleſias ſimpliciter, nõ pleno iure, ẽt in vſus ꝓprios, vel
ẽt papa, niſi aliud dictũ ſit, neceſſe hẽt in ea abbas au-
ctoritate epĩ inſtituere rectorẽ, uel ad minus uicariũ
ꝑpetuũ, q̃ nec põt exinde ſine auctoritate epĩ remo-
ri. s̃. de ſup. neg. prela. c. 2, & infra, eo. extirpãdæ, & inf.
de priuil. paſtoralis, vbi de hoc: verũ ſi pleno iure con
cedat̃, tunc Ab. quaſi uicarius epĩ põt in tali eccleſia
presbyterũ ponere, & curã animarũ ei cõmittere, &
ipſum ꝑ malã adminiſtrationẽ remouere. inf. de ac
cuſa. qualiter, 2. ſi criminaliter accuſet̃, ꝑ epm̃ audiet̃,
vt no. s̃. & ſic intellige. 16. q. 7. uiſis, ubi dicit̃, ꝙ piacula
ſacerdotũ per epm̃ punient̃. oĩa, q̃ ẽt epiſcopalis ordi
nis ſunt, ſicut eſt altariũ conſecratio, collatio ordinũ,
& ſimilia, per epiſcopũ ibi fiẽt ſ̃m Inn. quod dic, vt le.
& no. s̃. de præſcr. uenięs. Itẽ ſ̃m quoſdã epiſcopus ip-
ſam poterit uiſitare, ar. infra de cẽ. cũ uenerabilis, & c.
venerabili. nã licet ſpũalia cõceſſerit abbati, vr̃ tñ ſibi
uiſitationẽ ſeruaſſe, quod dic, ut no. inf. de don. paſto
ralis, maximè ſi Abbas negligẽs ſit, uel dic, ꝙ uterque
hẽt uiſitationẽ, & ſi cõcurrant ambo, epiſcopus præ-
fert̃, niſi aliud obtineat de conſue. ſpãli, ſicut in archi.
& alijs prælatis, q̃ ſubſunt epiſcopo. exẽplũ in aliq̃bus
regionibus reperit̃, & quod dicit. c. 16. q. 2. c. 1. loq̃tur
tm̃ in diſtinctione, nec trahendũ eſt ad alia ſ̃m Inn. in
hoc ẽt caſu presbyter abbati in ſpũalibꝰ reſpõdebit. Si
q̃ris rõnẽ, quare predicta remaneant penes epiſcopũ,
cũ pleno iure trãſtulerit eccleſiã in abbatẽ ẽt exẽptũ,
rñ. quia nulla eccleſia eſt, in qua nõ oporteat fieri ea,
q̃ ſunt ordinis epiſcopalis, nec iſta potuit epiſcopus à
ſe abdicare, ar. ff. de off. præ. legatus, etiã ſi dicas, ꝙ po-
tuit, ad minus nequiuit ea in abbatẽ transferre, nec in
minorẽ epiſcopo, ut patet ĩ eo, quod ſeq̃tur, & not. in
fra, de cõſec. ec. aqua. Iuſtius ergo eſt, & æquius, ꝙ po
tius ad propriũ, q̃ ad extraneũ epiſcopũ recurſus in ta
libus habeatur, ar. inf. de teſta. cũ in officijs charitatis,
11 in prin. ¶Quid † ergo ſi epiſcopus cõferat eccleſiã al-
teri epiſcopo pleno iure? Reſp. hic põt dici, ꝙ omnia
ſunt tranſlata, dũmodò donatio alias rite facta ſit ſ̃m
canonicas ſanctiones, inf. de his, quæ fi. à præ. tua nos
& c. paſtoralis. ſin autẽ nõ cõcedat epiſcopus eccleſiã
in vſus proprios monacis, ſed vt aliàs ſit eis ſubiecta,
obtinet quod le. inf. de don. paſtoralis. Eſt ẽt no. ꝙ vbi
monaſteriũ eccleſiã ædificat, non licet ei inſtituere, ꝙ
eã hẽat ꝓ prioratu, monaſterio, ſiue grãgia, uel ꝙ ea,
q̃ dabunt̃ ei, ad proprietatẽ monaſterij deuoluant̃, &
ẽ rõ, quia capellæ monaſteriorũ ſubiectæ ſunt epiſco
pis. l. diœceſana, ut. s̃. de off. or. cõquerẽte, nec licet ædi
ficatori epiſcopalia iura minuere per quodcunq; pa-
ctum, uel lege ẽt donationi impoſitum. s̃. de pac. acce
pimus, & duobus. c. ſe. 10. q. 1. c. 2. & ſe. & c. nouerit. ſed
ſi eſſet grangia, uel prioratus monacorũ, ſiue mona-
ſteriũ, minuerẽtur iura epiſcopi, quia nõ ſubeſſent ei.
l. diœceſana. 16. q. 1. cũ pro utilitate. inf. de cen. c. fi. igit̃,
ſi hoc facere noluerit, non per ſe, ſed de conſenſu tm̃
epiſcopi hoc faciat. 10. q. 1. c. 1. qui ſi conſentire nolue
rit, nec iuſtã cãm nõ cõſentiẽdi habeat, erit ſuperior
adeundus, inf. de iure patro. nullus, ſ̃m Inn. cuius eſt
quaſi hæc tota gl. [*Et in fine*] ſ̃m Vin. Tu dic breuiter,
aut religioſi habẽt ſolũ ius patronatus in capella, aut
ſolã inſtitutionẽ quò ad regimẽ eccleſiæ, aut plenũ iꝰ
inſtituẽdi ẽt quò ad curã populi, & aut ſolẽt hæc one
ra ſupportare, & in his caſibus non loquit̃ decre. iſta.
aut habent eã pleno iure quò ad tẽporalia tm̃, aut ẽt
quò ad ſpiritualia, & regimen eccleſię cõcedendum,
ſed nõ regimen populi, uñ ad illud recipiẽdũ præſen-
tãt illũ epiſcopo, & in his caſibus põt hr̃e locũ hoc ca
pitulũ, de primo, & ſecundo patet, cũ ſolũ ſunt patro
ni, uel cũ ad alterius pñtationẽ ſolũ inſtituũt, nil dẽnt
hr̃e de reditibus eccleſiæ, niſi forſan certus cenſus in-
ſtitutus eſſet à fundatore. inf. de iure patro. præterea.
18. q. 2. Eleutherius, nec mirum, nã nec hoc liceret epi
ſcopo: multo minus abbati. inf. eo. extirpandæ. 10. q.
3. quia cognouimus, & c. ſe. & q. 2. c. 1. & ꝓcedit hoc,
ut videt̃, ſiue poſſeſſiones plenè fuerint tranſlatæ per
mon̄. ædificãtem in capellã ædificatã, ſiue retento do
minio per ædificãtem trãsferat̃ in ædificatã utile tm̃,
& illas teneat ſub certa pẽſione reddẽda patrono, uel
nõ reddẽda. nã nec illa augebit̃. ubi aũt certi reditus,
& pẽſiones aſſignant̃ eccleſiæ per patronũ, de q̃bus
certã partẽ aſſignat eccleſiæ pro dote, aliorũ omniũ
domi-



dominiũ directum & utile penes ſe retinens; hæc, ſi
dos aſſignata ſufficiens eſt, nõ ſubſtinebit epiſcopus,
ꝙ diminuatur à patrono. & ſi nõ eſt ſufficiens, uel in-
cipiat eſſe non ſufficiens, cogẽdus eſt oatronus de bo
nis, quæ penes ſe retinuit, uel aliis eccleſiam ſufficien-
ter dotare. j̃. de conſe. ecc. cum ſicut, & ar. j̃. eo. cum ſe-
cundum. quod ſi nolit facere, pręſentatum epiſcopus
non inſtituet, niſi fiat aſſignatio. & ſic poteſt hic intel
ligi. Dicunt tamen aliqui nõ male ſ̃m Inn. ꝙ ubicũq;
ex propria fundatione aliqui habẽt eccleſias, pñt exi-
gere rationem temporalium, & augere cẽſum, ita ta-
men ꝙ ſemper rectori remaneat cõgrua ſuſtentatio,
hic, & j̃. eo. extirpandæ. De tertio caſu planũ eſt, ꝙ nõ
loquitur decre. quia in illo non fit aliqua præſentatio
epiſcopo. De quarto patet in cle. de iure patro. c. ulti.
§. ſane. in duobus ergo ultimis optimè ꝓcedit, in quo
rum utroq; fit præſentatio epiſcopo, & monaci non
ſubeunt onera, ut prædixi.

*SVMMARIVM.*

1 *Dignitates, uel perſonatus quis plures in una, uel diuerſis eccleſiis
non poteſt habere*
*Quod eſt contra omnia iura, & congruam locutionem.*
*Dignitatem, canoniam, & præbendam poteſt quis habere ex con-
ſuetudine, non plures.*
*Aſſiduitas pro continua reſidentia.*
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 3.*
*Honores duos quis eodem tempore in duabus ciuitatibus non ge-
ret: ſi ſimul deferuntur, potior eſt originis cauſa.*
*Originis cauſa præfertur.*
4 *Additio gloſſarum.*
*Officijs in eadem domo duorum non ſe impedientibus quis poteſt
ſeruire.*

CAPVT XIII.

1 ADhæc. Caſus. Plures † dignitates, vel ꝑ
ſonatus in una, uel diuerſis ec
cleſiis q̃s hr̃e nõ põt. ponit dictũ, cuius rõ
nẽ ſubdit ibi, Cum ſingula [*Omni rationi*] ad
idẽ. s̃. c. 3. uñ dicit, oĩ. nã eſt hoc ꝯ naturã cõgruæ locu-
tionis, qua dicere cõpellemur de canonico, q̃ plures
tenet canonias, Petrus canonici venit. Itẽ ꝯ rõnẽ natu
ralis iuris humani primęui, q̃d req̃rit, ꝙ unus unicam
hẽat cõiugẽ carnalẽ; ergo & ſpũalẽ. & eſt ꝯ rõnẽ iuris
cañ. q̃d patet, & ciuilis, ut no. j̃. c. ꝓxi. [*Dignitates*] digni-
tatẽ, canoniã, & p̃bẽdã põt, ſi hoc hẽat cõſuetudo, s̃.
de reſcr. eã te. q̃d dic, ut j̃. de cõſue. c. 1. li. 6. [*Perſonatus*]
idẽ in p̃bẽdis, ſaluo eo, q̃d dixi. s̃. ti. ꝓx. c. 3. Gof. [*Aſſidui
tatem*] i. cõtinuã reſidẽtiã, Egi. hoc totũ cadit in c. ſeq.
2 ubi eſt ſignũ. ¶Prima gl. arguit, all̃. tria iura, & ad tex.
inducit duo ſimilia. ¶Secũda gl. alle. cõcor. ponit ius
3 nouũ, & inducit tria ſimilia. ¶[*In gl. 2. ibi. §. ulti.*] uide de
cleri. cõ. q̃d à te, ſu ꝑ ult. gl. [*& ibi. § præſcripio*] eodẽ tpe
nõ gerit q̃s duos honores in duabus ciuitatibus. & ſi
4 ſimul deferunt̃. potior eſt originis cã. ¶[*In † glo. 1. ibi, ut
ibi*] & hic [*& in fin.*] ad id, q̃d de una dicit, uidebatur ꝯ.
ff. de oper. lib. l. antep. ubi libertus ſeruit duobus do-
minis in eadem domo: ſed illud quò ad officia, nõ ad
diuerſa nec ſe impedientia, Hoſtien.

*SVMMARIVM.*

1 *Dignitates plures habens, alteram eligere, & alteram dimittere
compelletur.*
*Regulariter, pro canonicè.*
*Burdegalen. & Toloſana eccleſiæ an ſint regulares.*
2 *Additio gloßarum, & num. 3.*
*Optio retinendi unum ex duobus beneficijs obtentis non habet lo-
cum in regularibus, & quando habeat locũ in ſecularibus, nu. 3.*
*Regulares non habent proprium.*

CAPVT XIIII.

1 PRæterea. Caſus. Habens † plures di-
gnitates, alteram eligere,
alteram dimittere compelletur. & narrat
caſum, quem corrigi mandat, ibi, manda-
mus. erat in prima compilla. de exc. prælat. [*Conſtitu-
tus*] de facto, & contra omnem rationem. ſup. capitu.
proxim. Hoſtien. [*Regulariter*] ideſt canonicè. 3. diſtin.
canoni. promittendo prelatis ſuis obedientiam, ut de
buit, ſecundum Goffred. ſecundum quem ambæ iſtę
eccleſiæ ſunt ſeculares, Hoſtien. contra dicens, quod
ambæ ſunt regulares, & ſic non ſumitur argu. quod
regularis poſſet eſſe in eccleſia ſeculari, Archidiaco.
2 ¶[*In † glo. 1. ibi. c. 1.*] & ſecundo, ubi de hoc, & 16. quæſt.
ſeptima in noua [*& ibi, quorundam*] & ibi de hoc, & ſup.
de uita, & honeſta. clerico. deus qui [*& ibi, eſſe poteſt*] e-
tiam de uoluntate Abbatis, & conuentus, ſupra de e-
lectio. conſtitutis, ſecundum Innocen. qui etiam di-
cit, quod hic dicitur de optione danda non habere
locum in religioſis, qui non habent proprium uelle.
12. quæſtio. prima, non dicatis, & quod hic dicitur,
fuit de gratia: quia ultimum tantum, quod recepe-
rat, & recipere potuerat de auctoritate primi prælati,
tenere debebat. 21. quæſt. 2. ſi quis iam. ¶[*In glo. 2. ibi, iu-
3 ra*] quæ hodie locum habent in caſu, inf. de reſcript.
gratia, lib. 6. & poſſent etiam locum habere, cum ſe-
cundum beneficium eſt minus, & uilius, ſecundum
Hoſtien. qui dicit æquum in ſcholis: fatetur tamen in
iudiciis, & in curia ſimpliciter teneri decret. de multa,
& ibi etiam de hoc ſuper 3. gloſſ. in fi. [*& ibi, cum enim*]
ſecundum Lau.

*SVMMARIVM.*

1 *Ad eccleſiam ſecundam electus, ſi nolit primam dimittere, eligen-
tes poterunt reſilire.*
2 *Eccleſiæ unus debet eſſe rector & caput, & ratio, & ſemper unus
præeſt alijs, licet plures ibi ſint ſacerdotes.*
*Curam plures animarum in ſolidum in multis gerunt, ſub uno ta-
men capite.*
*Prælati poſſunt eſſe plures in una eccleſia, ſed unus ſub alio, &
num. 3.*
*Collegium pro prælato habetur, eius auctoritas quæ, & quibus
modis curam committat.*
3 *Animæ ſubſunt immediatè, & in ſolidum tribus perſonis, & quib.*
*Papa ſuper omnes eſt. Hunc qui non recognoſcit, acephalus eſt.*
*Cura animarum cui committitur à collegio, uel quocunque alio, uel
aliàs eam habet ſacerdos, quouis nomine appelletur, quibus ca-
ſibus cenſeatur habere curam, uer. & quandoque.*
*Curã qui habet hanc uarijs appellant nominibus, & quibus, ibid.*
4 *Eccleſias plures uni non licet habere regulariter, exceptis caſibus,
& quibus.*
*Ab electione quo caſu hic poterant electores reſilire, in fin.*
*Contra factum ſuum uenire quando liceat, ibid.*
5 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
*Damaſus iuriſcon. citatur.*
*Facti ſpecies quæ huius decretalis, & num. 4.*

CAPVT XV.

1 CVm non. [*ignores*] Caſus. Si electus † ad
ſecundã eccleſiam, dimit-
tere nolit primã, eligentes poterũt reſilire.
& pro exordio ponit mãdati cauſam ſecũ
dò mandatũ ibi, Cũ igitur. 3. ſoluit obſtaculum ibi, ꝙ
ſi [*Ignores*] aliàs ignoreris, & male, quia loquitur vni, &
2 j̃. dicit, facias, ſ̃m Hoſt. [*Sacerdotis*] unus † ergo debet eſ-
ſe in eccleſia, qui curam habeat aĩarũ, & qui ſit dux
& rector eccl̃iæ. 7. q. 1. in apibꝰ, ne ſint duo capita &c.

de offi.or.quoniam. Sed contra, quia quandoq; uidi-
mus in una eccleſia plures ſacerdotes inſolidum cu-
ram gerẽtes, Vt in Paduana, & in multis aliis eccleſiis
parochialibus, cathedralibus, & conuentualibus, &
in diffuſis parochiis. Solutio. hoc non obſt. quia ſem-
per ibi reperitur alius, qui præeſt ſacerdotibus, & pa-
rochianis, ut epiſcopus. & ſi ſit aliqua, quæ prælatum
non habeat, habet tamen collegium, de offi. ord. irre-
fragabili, ad cuius eſſe nõ requiritur, quòd ſit ibi præ
latus. ff. quod cuiuſ. uni. l. 1. de exceſſ. præla. dilecta. Itẽ
ſecundum Inno. bene licet in una eccleſia eſſe plures
prælatos ſecundum diuerſa, ut Archid. qui præeſt in
his, quæ ad iuriſdictionem pertinent. archipresbyter
in aliis, & ſic de cęteris. Non enim eſt contra ius, ꝙ in
eccleſia ſint plures prælati, ſed unus ſub altero, ſicut
epiſcopus eſt prælatus in omnibus eccleſiis ſibi ſubie
ctis: & tamen ſingulæ habent ſingulos prælatos. Eſt
3 autem hoc ideo, quia una poteſtas eſt ſub alia. Sed † ut
dixit Hoſtien. tres ſunt perſonæ, quibus omnes animę
ſubſunt de iure immediatè & inſolidum, ſcilicet papa
epiſcopus, & curatus, de officio archipresby. c. fin. &
ſic quantuncunq; inueniantur pares in eccleſia, ſem-
per unus præeſt uni, ſaltem papa, qui ſuper omnes eſt.
9. quæſtio. 3. cuncta per mundum, & cap. per princi-
palem, quem qui non recognoſcit in caput, acepha
lus eſt. 93. diſtin. nulla, & hæreticus. 22. diſt. capitu. 1. er
go ſemper reperietur prælatus in eccleſia ſaltem col-
legium, quod præeſt ſingulis, & ſingulorum exceſſus
corrigit, ut in prædicta decre. irrefragabili. §. exceſſus.
& quandoque ipſum collegium committit curam
animarum, quibus uult, & quando uult ad tempus,
ipſos etiam remouendo, & alios ad id præficiendo,
quando placet, qui nec propriè prælati dicuntur, nec
habent curam animarum, ſed collegium ſecundum
Innocen. nec cadit in conſtitutionem, de multa, inf.
eodem, ut ibi dicam in gloſſ. ſciendum, ad fin. quan-
doque uero datur in perpetuum à capitulo, uel quo-
cunque alio, uel etiam hoc ipſum eſt de cõſuetudine,
quod quicunq; ſacerdos eſt in eccleſia, habet curam
populi, nec ab illa poteſt ſine cauſa remoueri, & tũc
uidetur ſecundum Innocen. talem ſacerdotem cen-
ſendum iure ſacerdotis curam animarum habentis,
ſiue dicatur rector, de don. conſultationibus, ſiue ui-
carius, de officio uica. ad hæc, de præſ. conſtitutus, ſi-
ue dicatur perſona, de reſcriptis, ex parte. ad hoc. C.
de emancip. l. 1. & ſecundum Hoſtien. adde, quod no.
de reſtitutio. in integrum, tum ex literis. 1. reſp. [*Nun-
cius*] ideſt procurator, Pet. [*Contendit*] quod regulari-
4 ter † non licet, caſualiter licet in caſibus not. per Ber.
de electio. dudum. 2. & hic per Innocen. per Goffred.
de ætate, & qualita. eam te [*Locum*] ſi intelligas locum
pro præbenda, dic, quòd præbendæ requirebant reſi-
dentiam, ſupra titu. 1. capitu. fin. Innocen. [*Conſenſerint*]
uerbis exprimendo conſenſum, ſed non eligendo, &
ſic nullum contrarium ſecundum Hoſtien. uel ſecun
dum Inno. a prin. iſte presbyter noluit conſentire, ni-
ſi haberet utranque, poſtea murato propoſito uole-
bat, ſed illi nolebant. & ideò dicit, quod cum illorum
ſcandalo &c. uel ſecundum Hoſtien. poterant electo
res reſilire: quia ſuperior illius prælati à prima eccle-
ſia nolebat illum abſoluere, & licuit eis cõtra factum
ſuum uenire: quia tale erat, in quo diſpenſare non po
terant, nec illud ſine peccato ſeruarę. uide quod dicã
de conſt. præben. cum ſuper, in gloſſ. ex confeſſione.
5 ¶ Tertia † gloſſ. obiicit, & ſoluit. ¶ *In gl. pen. ibi, horrendus*]
infra de regu. iuris, quod ſemel [*& ibi, recedere*] ad hoc.
ſup. titu. 1. relatum. Dama. hoc titu. q. 7. dicit aduerten
dum, quis poſsideat, ut dicit regula in pari. j. de regu.
iuris, lib. 6. [*& in fine*] uel intellige, quòd archipresby-
ter, & clerici habebant ſuper ſe prælatum, forte ple-
banum, quo mortuo elegerunt iſtum presbyterum,
qui uolebat utranque retinere. unde diſcordia orta
inter partes delata eſt ad papam, qui mandat, ut ſe-
quitur in litera.

*SVMMARIVM.*

1 *Ordinato per epiſcopum ad ſacros abſque titulo, & nemine præ-ſentante ſucceſſor compelletur in neceſſarijs prouidere, donec titulum habeat, & quare, num. 10. & quo caſu ordinator, ſi reſignauit epiſcopatum, uel eſt depoſitus, nu. 11.*
*Diuiſio conſtitutionis.*
2 *Viuere, non luxuriari licet ex patrimonio Ieſu Chriſti.*
*Prælatus, qui appropriat ſibi fructus communitatis, quæ conſiderare, & qualiter eos debeat expendere.*
*Nomen bonum & pulchrum filijs imponendum.*
*Vel, pro ideſt.*
3 *A mendacio cauendum.*
*Culpa cum culpa hic non compenſatur, & quare, remittit.*
*Ex genere infertur hic ſpecies.*
4 *Examinari non debent ab ordinatore ab alijs epiſcopis præſentati, niſi in caſu, & quo.*
*Citatio legitima quo caſu hic ſufficiat, quomodo comparente citato procedi poteſt ad examinationem & condemnationem.*
*Collatio beneficiorum non facienda, non citatis his, quos res tãgit.*
5 *Ex qualitate perſonæ, & regionis aſſignandum beneficium, & num. 5. & 9.*
*Neceſſariorum uitæ appellatione quæ contineantur.*
*In beneficio aſſignando quot quærenda.*
6 *Ordinatores ubi poſſint ordinatis prouideri de beneficio.*
*Examinatio, an quis idoneus beneficio ſit, leuis & ſummaria uidetur ſufficere, & quando.*
7 *Literis examinatorum creditur.*
*Epiſcopus quibus caſibus cogatur alicui prouidere, & quando etiam poſt reſignationem, uel depoſitionem ſuam, nu. 11.*
8 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 9.*
*Circunſtantiæ perſonarum & locorum attendendæ, & ſup. nu. 5.*
*Modicum dicitur aliquando fideicommiſſum, duplex pondus auri.*
*Funeris ſumptus arbitrandi pro facultatib⁹ & dignitate defuncti.*
*Donare filiofamiliàs quo caſu permiſſum uideatur.*
10 *Additio gloſſarum, & num. ſequen.*
*Cultum diuinum fauorabile eſt augere per clericorum numerum.*
*Succeſſor quare hic conueniatur ex delicto defuncti, iuncta gloſſa citata, & quando non, & num. 11.*
*Hæredes epiſcopi quo caſu ex quaſi contractu, uel maleficio eius teneantur.*
*Manus ſæpe fallit &c.*

## CAPVT XVI.

1 CVm † ſecundum. Caſus. Ordi-
nato per epi-
ſcopũ ad ſacros ſine titulo, & nemine præ-
ſentãte ſucceſſor compelleť in neceſſariis
ꝓuidere, donec titulũ habeat. dicit Hoſ. arẽga, ex qua
elicit fundamẽtũ, in qua ponit cauſas ꝓmulgationis
cõſtitutionis nouę, quã intẽdit facere, & correctionis
iuris antiq: q̃relæ cõmiſsio nõ obediẽtis cõminatio.
uel ſic, primò ponit exordiũ, uel arẽgã, ex q̃bus elicit
editionẽ noui iuris, & correctionẽ antiq. ſecũdò po-
nit facti narrationẽ, mãdatũ, & cõminationẽ ibi, inde
2 eſt [*Apoſtolum*] i. ad cor. 9. [*Viuere*] Hier. † põderat, quod
dicit, uiuere, nõ dicit luxuriari. 44. di. §. 1. [*Ieſu Chriſti*] ſ.
ſuo ꝓprio ſanguine acq̃ſito. hoc cõſiderare debet p̃la
tus, q̃ ſe dñm reputat, & q̃ cõitatis fructũ ſibi in totũ
ap ꝓpriat, & ſpãlr̃ q̃ in malos uſus expẽdit. ad hoc. s̃. e.
rõ, ſ̃m Hoſt. [*Nominis*] no. fatuũ imponere filio malũ
nomẽ, Hoſ. q̃d multũ abhorret. d. Milantia. dicit. n. ꝙ
etiã ſi emerenť, imponi dẽrent bona & pulchra, licet
uẽdita p̃cio cariori [*Cũ. n.*] uerba ſunt Hie. ad Nepotia-
3 nũ [*Sors uel*] pro ideſt [*Vere*] no. † cauẽdũ a mendaciis
[*Propheta*] ps. 15. Cõſerua me dñe [*Licet*] correctio anti
q̃ iuris, Hoſt. [*Ordinatis*] ergo in quocũq; ordine, dic, vt
ſup.



eod. non liceat. Hoſtien. quare autem hic non com-
penſetur culpa facientis ſe ſic ordinari cum culpa or-
dinantis, uide quod dicam poſt Inn. de adult. intellexi
mus, ſuper gl. pen. uerſi. fallit [*Inde eſt*] ex genere infert
ſpeciem [*Subdiaconum*] ſic ſupplemus ad decr. s̃. eo. ep̃s
4 [*Præſentante*] hic patet, quòd † præſentati ab aliis epiſco
pis non debent examinari ab ordinatore; de hoc. 9. q.
2. epiſcopũ, quia prouidere eis non tenetur. Si tamen
ſciret eos crimnoſos, peccaret eos ordinando, Inno.
[*Citato*] no. caſum, in quo ſufficit, ꝙ quis citetur legiti
mè. quo non comparente poteſt procedi ad exami-
nationem, & condemnationem, Innoc. [*Legitimè*] no.
contra illos, qui beneficia conferunt non citatis his,
quos res tangit, cõtra quos eſt hic, argum. & s̃. de æta.
& quali. accepimus, de ma. & obe. inter quatuor. de
5 conſti. eccleſia, Hoſt. [*Quantitate*] ſecundum qualitatẽ
perſonæ, & regionis, ut plus in Anglia, quàm in pro-
uincia aſsignetur etiam perſonis æqualibus, ſecundũ
Hoſt. [*Neceſſaria*] per hoc intelligo prouidendum in
alimentis, ſcilicet cibariis, ueſtiario, & habitatione. ff.
de ciba. & ali. lega. l. legatis, ſecundum facultatem epi
ſcopi, & conditiones ordinati. eo. titu. cum alimenta.
ff. de uſu & habita. l. plenum, §. 1. & inf. eo. de multa,
Goff. Dicebat Hoſt. tripliciter quæri de beneficio aſsi
gnando, quod dicam, inf. eo. c. 1. lib. 6. ſuper uerbo, ſu-
ſtẽtari [*Per te*] uel alium, Inn. inf. eo. Si epiſcopus, cui,
in fin. 1. reſpon. lib. 6. [*Zamorenſi*] quæ cathedralis eſt. &
facit ad ea, quæ notaui. j. eo. quamuis. 1. lib. 6. in 7. glo.
6 [*Alia*] per hoc ſoluitur † quęſtio, quæ ſolet de facto cõ
tingere. ordinatores enim ab ordinatis conuenti no-
lunt eis in ſuis capellis prouidere, ut ipſi ibi ꝑmaneãt,
& ſeruiant. ipſi uolunt beneficium, ubi ſolent viuere,
a Vinc. [a] [*Scripturus*] comminatio [*Examinationem*] leuem
& ſummariam, Egi. [*Cum hoc*] ſcilicet ut ſit idoneus, &
7 ꝙ tu ſibi negligas prouidere [*Per literas*] creditur † er-
go literis examinatorum. Sic ſup. de renunciæ. in præ-
ſentia, de probatio. poſt ceſsionem, de re iudi. ad pro-
bandum, de cenſi. ſopitæ, Hoſt. [*Compellemus*] no. ſecũ-
dum Boa. caſum, quo epiſcopus cõpellitur alicui pro
uidere: alium habes de temp. or. uel non eſt: alium de
fil. presb. ueniens: alium de iure patro. paſtoralis: aliũ.
82. diſt. epiſcopus: alium habes no. hic in glo. fi. ¶ *Glo.*
8 *ſed † quare*] obiicit, & dupliciter ſoluit, & ſol. determi-
nat. ¶ Pen. glo. in prin. Reſpõdet per obiectionem, &
ſolutionem, cui dat duo ſimilia. Iterum obiicit, & ſol
uit. tertiò obiicit, & dupliciter ſoluit. ¶ Vlti. gl. quærit,
alle. pro & contra. ponit opinio. Vinc. demum ſoluit.
9 ¶ *In † glo. ſed quare, ibi. l. una*] uide de ſepultu. c. fi. in ult. gl.
[*& ibi, ſed & ſi ſuſceperit, §. 2.*] duplex põdus auri dicitur
modicum fideicommiſſum reſpectu perſonarũ [*&
ibi. §. 1.*] uide. s̃. tit. 1. quia nonnulli, in 1. gl. [*& ibi, filiuſ-
fa.*] ſi filio ſenatoris permittitur libera peculii admini
ſtratio, etiam donare uidetur permiſſum [*& ibi, cum
tutor*] uide de magiſt. c. 1. ſuper 3. gl. [*& ibi, ſumptus*] ſe-
quitur, funeris arbitratur pro facultatibus, uel digni-
tate defuncti. ¶ *In glo. pen. ibi, licet, in fi.*] uide de accuſa.
10 de his, ſuper 1. glo. ¶ *In † glo. 2. in fi.*] inf. de reg. iuris, qui
ſentit onus, lib. 6. ¶ *In glo. 21. ibi, ſi cupis*] ubi de hoc. ad
b idem. j. qui fi. ſint legi. per uenerabilem [b], ibi, & ui uo-
cabuli, Abb. ¶ *In glo. ſed quære, ibi. l. 2.*] & infra de hæret.
accuſatus. §. ſi uerò, in fi. lib. 6. [*& ibi, Ioannes*] de renun.
ad ſupplicationem. & quia fauorabile eſt augere cul-
tum diuinum, & ſic numerum clericorum, de conſt.
ex parte, & quia pauperibus clericis in uita prouidere
poteſt. 16. quæſt. 1. poſſeſsiones. & ordinando ſine ti-
tulo uidetur uitæ neceſſaria conceſiſſe, donec proui-
deat, & quia bona clericorum ſunt pauperum. 16. q.
1. cap. fin. ſecundum Innocen. addebat Hoſtien. alias
rationes. Opprobrium Chriſti cõnexio mercedis ad
onus, & ratio nominis, quæ hic & in principio colli-
guntur. Item ne uideatur eccleſia ipſum fraudulẽter
illaqueaſſe, arg. 20. q. 3. conſtituit. 27. q. 2. de uiduis, de
c dona. per tuas. Item quia [c] ex ſuo generali officio de-
bet epiſcopus prouidere, ne clerici ſui egeant. 10. q. 1.
per totum [*& ibi, quàm neceſſaria*] non uideo, in quo pu
niatur eccleſia, uel capitulum, cum epiſcopalis mẽſa
11 grauatur. Hoſt. [*& ibi, promotione*] Dicit Hoſt. ꝙ † ſi ordi
nator reſignauit epiſcopatui, uel depoſitus eſt, & ha-
bet, unde uitæ neceſſaria dare poteſt clericis à ſe or-
dinatis ſine titulo, ipſe compelletur, & non ſucceſ-
ſor. & dicit, ꝙ ſic fuit factum in Ambiañ. quia ſi præ-
ſentator tenetur prius, quàm ordinator, ut hic à con
trario, Ergo & ordinator, qui fuit etiam præſentator
prius, quàm ſucceſſor: imò plus videtur, ꝙ ordinator
uiuens, ſi habet de proprio, cogi poſſit, ut ordinato
conſtituat, unde perpetuo uiuere poſſit: videtur etiã,
ꝙ hæredes teneantur, cum ex quaſi contractu ſit iſta
ordinatio inter ordinatorem, & ordinatum: unde trã
ſit ad hæredem. inſti. de ob. ex quaſi contractu, & di-
xit Hoſt. idem, ſi dicatur eſſe ex maleficio, ſ̃m ea, quæ
no. infra de ſepul. c. ulti. Et licet ordinatus negligat pe
tere ab ordinatore, dum eſt potens in diuitijs, nihilo-
minus poſtea petet à ſucceſſore, ſ̃m Inn. cum hæc de
cre. ſine hac exceptione ſibi hoc ius concedat [*& ibi,
quando*] vbi de hoc, & melius, ſup. de of. Arch. ad hoc.
¶ *In glo. ſi ſcribentur, ibi, ſicut medicus*] quod ẽ ſpeciale pro
pter hominum ſanitatem. [*& ibi, probatur*] q̃a ſępe ma
nus fallitur, &c. ut ibi, [*& ibi, licet*] & ſupra, de of. leg. li
cet [*& in fi.*] ad hoc de of. del. inſinuante, de excep. pa
cto. Vin. ¶ *In glo. fi. ibi, præſentiũ*] & ibi de hoc [*& ibi, igno
rauit*] ad hoc j. eo. ſi beneficia, lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶ Vincen. Et ſic ſolui uidetur quæſtio, an qui debet alimenta, illa debeat præſtare in domo ſua, uel extra, de quo uide in Spe, qui fi. ſint legi. uet. quid ſi quis ita, & uer. ſe. & per Bart. in l. liberis. §. fi. ff. de ali. & cib. leg.
b ¶ Venerabilem. Vide Bart. in l. 1. ff. de teſt. & in l. 1. ff. de acq. poſſ. & in l. 1. §. appellata, ff. ſi cer. peta.
c ¶ Quia. Item quia obligatus eſt ratione officij, tenetur ſucceſſor, ut no. Io. An. in c. accepimus, de æta. & qua. ſup uer. p̃deceſſorib.

*SVMMARIVM.*

1 *Præbendam quam non potuit qui hoc ignoranti ſcienter contulit, illa euicta compelletur ei conferre, quam poterit.*
*Beneficia uacantia in curia confert ſolus papa.*
*Beneficia permutationis cauſa reſignata, ſi conferãtur alijs, quàm permutare uolentibus, non tenet collatio.*
2 *Præbendam ſi mandat uni papa conferri, & conferatur alteri, an teneat collatio.*
3 *Fraude interueniente etiam ipſo facto quæ fiunt, nulla etiam competente actione retractantur.*
*In permutatis iuribus quando ſtatim ius habeant permutantes.*
4 *Receptus ſi quis ſit auctoritate papæ, & ordinarius cõferat alij præbendam etiam debitam, an teneat collatio.*
*Si recipi quis mandabatur, ſed ordinarius alij conferat, quando teneat.*
*Per appellationem ſe quis ſuſpendiſſe, & remiſiſſe negocium iudici, ad quem uidetur.*
5 *Recepto aliquo per capitulum motu proprio in canonicum ad præbendam, cum ſe facultas offerret, ſi uacantem poſtea conferant alteri, primus à ſecundo non poterit auocare.*
*Receptio ad uacaturam quando non arctat.*
*Variare patronus eccleſiaſticus quo caſu poſſit.*
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 7.*
*Contra legem factum habetur pro infecto.*
*Ad ſimile tenetur mihi qui conceſſit, quod non poterat, ex legibus in ſuffragio citatis. §. in gl. ult. & nu. 8.*
*Aeſtimatio quando debeatur, ibid.*
8 *Additio gloſſarum.*
*Ad beneficium conſimile quibus caſibus euicto collato teneatur epiſcopus, & ſup. num. 1.*

CAPVT XVII.

1 INter cætera. Caſus. Is † qui hoc
ignoranti ſcienter
contulit præbendam, quam non potuit, il
la euicta compelletur illi conferre, quam
poterit; & ſunt duæ partes. Prima narrat factum. Secũ
da mandat decerni, & cauſam exprimit. ſecunda ibi,
a ſupradicto[*Debebat*] & forte fuerat decretum[a] appoſi-
tum: beneficia tamen uacantia in curia cõfert hodie
ſolus papa. inf. eo. tit. c. 2. lib. 6. & quæ dicantur ibi ua-
care, habetur. eo. tit. præſenti[*Inueſtitus*] hodie benefi-
cia permutationis cauſa reſignata, ſi cõferantur aliis,
quàm permutare uolentibus, nõ tenet collatio, ut in
conſtitu. cle. de rerum permuta. ne conceſſione. Hic
2 tractabant Inno. & Hoſt. illam quæſtionẽ, ſi papa † mã
dat conferri præbendam uni, & poſtea conferatur al-
teri, an teneat collatio? de qua no. inf. eo. dilectus. 2. di
cit tamẽ de ea, ut inf. de conceſ. præben. ſi ſoli, lib. 6. Di
cũt autem, ꝙ ideo non tenuit collatio facta Pe. quia
fraudulenter facta: uel fuit hoc, quia eps̃ id facere nõ
poterat niſi auctoritate papæ. ſ. permutationem præ-
bendarum. exceſſerat ergo fines mandati, & ideo nõ
tenuit, de of. dele. cũ olim. uel melius ſm Inn. qa papa
negocium permutationis ad ſe reuocãdo in his, quæ
ueniebant in permutatione, iuriſd. ordinarij reuoca-
rat, de offi. dele. licet. 3. q. 6. dudum. uel dic, ut dixi ſuꝑ
uer. debebat [*Retractata*] ſ. collatio præbendæ facta. P.
preterea retractata fuit petitio. H. porrecta. P. & oĩa ꝯ
3 eũ habita, cum nulla † actio ſibi contra eũ ex tali per-
mutatione competeret. C. de rerum permu. ex placi-
to. Priuatur tamen. P. beneficio: quia illud fraudulen-
ter recepit, licet contra ipſum non competeret actio:
& ſi forte fraudulenter non feciſſet, priuaretur: quia
fraus ipſo facto interuenit, & quia talia non recipiũt
intereſſe, ad quod agi poſsit, & debeat contra fraudu-
lentum collatorẽ. C. de rerũ ꝑmu. rebus: nec ad bene-
ficiũ, quod reſignauit, poterit agere, cũ illud non ha-
beat ille, per quem impeditur permutatio, & cũ om-
ne ius amiſerit renunciãdo. 7. q. 1, quàm ſit. C. de inof-
fi. teſt. cum nota. unde contra. P. non competit actio;
nec eſt aliud remedium, niſi ꝙ oĩa retractentur. & ſic
non ob. ff. de dolo, eleganter. §. ſeruus pactionis, ff. de
b eo, per quem fac[b]. eſt. l. fi. ſed etiã poteſt dici ſpeciale
in beneficiis, & ſpiritualibus, ut à quocunq; peti poſ-
ſint facta permutatione & maxime auctoritate papę:
imò uidetur, ꝙ in permutatione iuriũ, qualis eſt per-
mutatio beneficiorũ, poſtquã auctoritas ſuperioris
interuenit, ſtatim ius habeant permutãtes in iuribus
permutatis, licet ſit ſecus in reb⁹ corꝑalibus, ſm Inn.
alleg. Hoſt. ad hoc de rerum permut. quæſitum, & C.
4 eo. ex placito. Querebant † hic Inn. & Hoſt. de recepto
auctoritate papæ, ſi ordinarius confert alii præbendã
ſibi debitã, an ualeat collatio; quod eſt planũ. inf. eo.
ſi poſtquã, & c. cum cui, & c. ſi apoſtolicæ, lib. 6. Dice-
bant autem ipſi, ꝙ non ualebat. Idem uidebatur ſm
c eos, ſi mandatũ eſſet eis, ut reciperentur[c], ſed ipſi con-
tradicerent, & excommunicationem ſuſtinerent, dũ-
modo non appellarent: quia tunc uideretur tranſiſſe
mandatum in rem iudicatam. ſ. de re iud. ꝙ ad cõſul-
tationem: ſecus, ſi appellarent, uel ſi beneficium con-
ferrent ante, quàm mandatum reciperent: quia tunc
teneret collatio ſm eos, quaſi adhuc mandato papæ
non conſenſerint, nec ſit ad papam negocium reuo-
catũ. quod eſt uerum, ſm Hoſt. in fi. niſi ex ui decreti
aliud dicatur, dicit etiã, ꝙ licet prædicta uera ſint, qñ
beneficium conferunt ante receptionem mandati:
quando tñ mandato recepto appellant, & poſtea cõ-
ferunt, non eſt uerum: eo enim ipſo, ꝙ ad papã appel
lant, uidentur ſe ſuſpendiſſe, & ad papam negociũ re-
miſiſſe, unde aut reuocabitur ꝑ modũ attẽtati. 2. q. 7.
appellatione: uel ſaltim eſt perinde, quaſi non appel-
5 laſſent, de appel. an ſit, de elect. bonæ. Dixit † autem In
no. ꝙ ſi capitulũ proprio motu recepit aliquem in ca
nonicũ ad præbendam, cum ſe facultas offerret, ſi ua
cantẽ poſtea conferant alteri, primus à ſecundo prę-
bendã nõ poterit auocare: quia nec papa, qui ſe nõ in
tromiſit, ad ſe negociũ aduocauit, nec ipſi remiſerũt,
nec in uacatura ius dare potuerũt. nec ob. ſm Hoſt. ꝙ
pr̃onus eccl'iaſticus nõ p̃t uariare, de iure pr̃o. cũ aũt,
illud. n. ẽ uerũ, qñ p̃ſentatio fit ad eccl'iã uacãtẽ: hic lo-
quit̃ de receptione facta ad uacaturã: quo caſu ẽt nõ
arctat citatio, de ele. bonæ. de hoc de cõ. p̃bẽ. ſi ſoli, in
ulti. gl. [*& infra*] hic decidit̃, ꝙ, utroq; reſtituto, magr̃
Pe. q remãſit ſine p̃benda, petiit ſibi ꝓuideri. P. [*Dedi-
mus*] hoc, qđ ſeq̃t, fuit de gr̃a, ut patet in integra, Inn.
[*Et inane*] & honeſtè facimus hoc p̃ceptũ cũ decreto
6 [*decet enim &c.*] ¶ Prima † gl. ponit caſũ. ¶ Secũda rñ. ꝑ
obie. ult. all'. ꝯcor. remittit, ſignat ꝯ̃riũ, ſoluit, & diſtin-
7 guit. ¶ [*In † gl. 2. ibi. §. ſi quis*] uide hãc & ſe. in prę. c. olim,
ſuꝑ 5. gl. ¶ [*In glo. 3. ibi, non dubium*] factũ ꝯ legẽ hr̃ ꝓ infe-
cto [*& ibi, Sancimus*] uide inf. de reb. eccl. nõ alie. nulli,
ſuꝑ gl. pen. ¶ [*In ult. gl. ibi, qui reprobos*] uide de cẽſi. c. pen.
in gl. fi. [*& ibi, ſi conuenerit*] uide hãc & ſe. ſ. tit. 1. tue, ſuꝑ
gl. 2. [*& ibi, ſi quid alicui*] debet̃ ęſtimatio legati, qđ lega
tarius non capit cor̄pis uitio, qualitate relicti, uel alia
ꝓbabili cã, qđ tñ alius capere poterat: & idẽ dixi lex ſe
8 quẽs de legato, cuius cõmertiũ hęres nõ hẽt. ¶ [*In † gl.
fi. C. in fi.*] & hic ꝑ Io. Vin. Tã. & Phi. Gof. ſ. c. ꝓxi. ¶ [*In gl.
ult. ibi. ſ. c. prox.*] in gl. ul. & ex illa gl. & iſta diſtingue, aut
eps̃ & recipiẽs ſciebãt uitiũ bñficij, aut uterq; ignora-
uit: aut recipiẽs ſciuit, & eps̃ ignorauit: aut e cõuerſo
eps̃ ſciuit, & recipiẽs ignorauit. De ſcđo caſu qñ vter-
que ignorauit, Dicit Ho. ſi recipiẽs nõ ẽ ordinatus ad
bñficiũ, in nullo tenet̃ eps̃: aliàs tenet̃ non ad ęquale,
ſed ad cõpetẽs [*& ibi, præbendã*] ſed dolus dolo cõpẽſa-
bitur, ff. de dolo ſi duo. ff. de comp. ſed ambò. Hoſt.

ANNOTATIONES.

a Decretum. Si fuiſſet oppoſitum, non ualeret collatio alteri facta, de reſcrip. tibi qui, lib. 6. cum ſimili.

b ¶ Per quem. Facit, quod no. gl. inf. in c. coram, de offi. dele. & glo. penul. in c. cum ueniſſet, de reſti. in inte. & uide in l. fin. hic alleg. per gloſſ. & Barto.

c ¶ Reciperẽt. Per executorẽ, non per papã, uide de reſcri. tibi qui, & quod no. in c. ſi ſoli, in gl. ma. de conceſ. præben. lib. 6.

*SVMMARIVM.*

1 *Probare ſufficit aliquod plura contra electum opponenti, & num. 2. & 4.*
2 *A beneficio obtinendo quæ ſimul cum alijs repellant.*
*Præbendarum, & dignitatum multitudo quando liceat, & nu. 3.*
*Ambitionis, & auaritiæ uitiũ honoris aſſumptio propria admini-ſtratio ante cõfirmationẽ reprobãtur, & effectus eorũ, & nu. 3.*
3 *Præbendarum, & beneficiorum pluralitas an & quibus caſibus liceat, & num. 4.*
4 *Ex copulatiue pluribus narratis in reſcripto ſufficit alterum probare.*
*Eccleſiam defendere licet canonico: ſententia tamen formabitur in perſonam eccleſiæ.*
6 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum. nu. 6. & 7.*
*Auaritia appellatur cæca.*
*Super electione quis auditur non obſtante rei iudicata.*
7 *Conſentire quis uidetur ex quo poteſt reſiſtere, & tacet, niſi in indigno ſcienter pro moto, uide etiam, num. 5.*

CAPVT XVIII.

1 CVm iam dudum. Cas⁹. Oppo
nẽti † plura
ꝯ electũ ſufficit alterũ ꝓbare, qđ ad caſſatio
nẽ ſufficiat. Et dicit Ho. ꝙ tria facit. priò po
nit. 6. q̃ opponunt̃ ꝯ Io. electũ. ſecũdò diffinitionẽ q̃-
ſtionis



ſtionis cõditionalẽ. tertiò antipophorã [*Bittinia*] aliàs
de Britania: & petebat iſte confirmationẽ electionis,
nõ obſtante caſſatione prima cõfirmationis, q̃ facta
fuerat propter iudiciarium ordinem non ſeruatum:
uel petebat contradictor confirmationẽ caſſationis,
ad quã iuſtificandam inducebat, quæ ſequuntur, ſm
Inno. Primum plus placebat Hoſt. qui dicit id colli-
2 gi ex antiqua [*Dignitatum*] ecce † primum, qđ ſufficit vt
hic, & de ele. dudũ. 2. [*Præbendarum*] ſm hoc ꝑ ſe nõ ſuf-
ficit: ſed nec dignitatũ multitudo, ſi ꝓbaret̃ canonica
diſpẽſatio, de ele. dudũ. 2. uerſ. inſuꝑ, & ĩ. eo. de multa,
in fi. [*Ambitionis*] hoc eſt tertiũ, qđ ſufficit, ſ. eo. qa in
tm̃, de cleri. nõ reſi. relatũ. nã ẽt eſt mortale, ſm Hoſt.
[*Auaritiæ*] quartũ, qđ ſufficit, ut in gl. [*Ingerit*] Dicebat
Gof. iuxta illud, manibus & pedibus reptãt, ut ſe inge
rãt in pr̃imoniũ Ieſu Chr̃i. Et eſt qntũ, qđ ſufficit: qa
nullus dẽt ſibi honorẽ &c. ſ. de ele. quał'r. C. de epiſ. &
cleri. ſi quenq̃ [*Intruſionis*] i. malæ electionis [*Confirmatio
nem*] ſextũ, qđ ſufficit; de ele. noſti: & no. hic Pe. ꝯ p̃ſen-
tatos ꝑ religioſos, q ante cõfirmationẽ adminiſtrant
[*Atq; præbendas*] nõ dicit, vel p̃bẽdas: ꝑ quod no. plura
3 litatẽ † p̃bẽdarũ nõ ꝓhiberi. ſ. de exce. cũ eccleſiaſticę;
quod approbat gñalis conſuetudo: ſed ꝯ. 80. di. epi. 16.
q. 1. p̃ſb. ſ. eo. cũ nõ ignores, ĩ. de cõceſ. p̃bẽ. lr̃as. Sol'o
dñt qdã, ꝙ hodie de iure cõi põt qs hr̃e plures p̃ben-
das, & qa pluralitas dignitatũ, & beneficiorũ cũ cura
tm̃ hodie ꝓhibent̃. ĩ. eo. de multa. vñ, ꝙ cũ de illis ſpe-
cialiter ꝓhibeat̃, vr̃ hodie cõceſſa pluralitas p̃bẽdarũ,
arg. ſ. de p̃ſum. nõne, cũ ſuis cõcordã. Si. n. papa aliud
de p̃bẽdis nõ intellexiſſet, hoc idẽ de ipſis excepiſſet,
arg. ĩ. de decimis, ad audiẽtiã, cũ ſuis concordan. Nec
ob. capl'a ꝯ̃ria ſuperius allegata, uel alia ſimilia. loquũ
tur. n. ſm ſua tꝑa: ſed hodie ſecus, uel poteſt dici, ꝙ re-
ſtringitur ad bñficia curã habentia animarũ, uel ad il
los, q hñt nõ ſolũ pluralitatẽ p̃bẽdarũ: qa illa nõ pro-
hibet̃, Sed ad nimiã multitudinẽ, q̃ ſonat in uitiũ, &
ambitionẽ: qa hoc prohibet̃, ut hic, & ſ. eo. qa in tm̃.
Alii inhærent literæ. c. ſanctorũ, Dicentes, ꝙ quis plu-
a res præbendas hr̃e põt, ſed non erit canonicus[a] niſi in
una, arg. 72. di. c 1. & 2. & ꝑ totũ, & ſ. de ꝓc. ex inſinua-
tione, ubi reus ſuper ſecũdo bñficio cõuenit̃. nã rõne
canonicatus debet ſeruare ſtatuta prioris eccleſiæ, &
ab illius ep̃o ordines recipere, & eiuſdẽ electionibus,
& ordinationibus intereſſe, & a primo ep̃o iudicabit̃
nõ ſecundo, niſi rõne maleficij cõmiſſi, uel rei ſitæ in
aliena diœceſi aliquid aliud cõtingat; quod dic, ut le-
gitur & no. ſup. de fo. cõp. c. fi. ſm Inn. & ſup. de cleri.
nõ reſiden. c. fi. Sed ſi diligenter attendas. c. ſanctorũ,
potius prohibet pluralitatẽ præbendarũ, q̃ canonica
tuũ. Solu. põt dici, ꝙ canonicus & p̃bendarius poteſt
eſſe quis in pluribus eccleſiis: Nec obſtat, quod aliqui
obijciunt de ꝯ̃rietate & perplexitate mãdatorũ, puta
qa unus forte epiſcoporũ præcipiet, ꝙ uadat Romã,
alius ꝙ ad regẽ, unus, ꝙ reſidentiã faciat in una eccle-
ſia, alius in alia, & qa nullus põr duobus dñis ꝯ̃riis ſer-
uire. 26. di. c. 2. hoc. n. non ob. Dicendũ eſt. n. ꝙ primo
ſꝑ eſt obediẽdũ. nã ſecundus uidet̃ eũ recepiſſe, ſaluo
iure primi, arg. ſup. de confir. uti. c. fi. ſup. de iureiu. tua
nos, inf. de religio. domi. c. 2. niſi forte ſecũda eccleſia
multũ egeret, & ſine incõmodo primæ, uel cũ paruo
incõmodo illud ꝑficere poſſet: in quo caſu ꝑ ſuperio
rẽ poſſet prouideri, arg. inf. de iure pr̃ona. nullus: uel
ſi periculum eſſet in mora, ipſemet auctoritate iuris
poſſet mãdatũ perficere, arg. ff. ad Sil. ſi quis in graui.
§. ſi cũ oẽs. nec. n. eſt malitiis hominũ, qui nihil acturi
ſunt, niſi ut obijciãt, indulgendũ. ff. de rei uend. in fun
do. & eſt hoc uerũ, niſi utraq; requirat reſidẽtiam; de
quo dic, ut ſcripſi, ſup. de cleri. non reſid. c. fi. Ad illud
autẽ, c. ſanctorũ, Rñ. uerũ eſt, ꝙ in una tm̃ eccleſia de-
bet intitulari. i. nominari, ut ibi, & 70. di. c. 1. Sed hoc
eſt intelligendũ in prin. nã ex poſt facto bñ licet hr̃e
plura beneficia, quæ tamẽ nõ erũt tituli: quia cum fa-
ctus ſit clericus unius ep̃i, & alligatus uni titulo, non
fiet iterũ clericus ſecundi ep̃i ad titulũ alterius eccle-
ſiæ; unde & debet ad prioris tantum eccleſiæ titulum
ordinari. Quamuis etiam dici poſſet, ꝙ utrãq; præbẽ-
dam habeant intitulatã, & ꝙ poſsit ab utroq; epiſco-
po ordinari. Nec obſtat, ꝙ etiã laico non ſubiecto nõ
debet quis conferre eccleſiaſtica ſacr̃a. ĩ. de pę. oĩs, de
cõſecra. di. 5. non oportet, & inf. de parochiis. c. 2. & 3.
qa ex quo receptus eſt in canonicũ ſecũdæ eccleſiæ,
nõ extraneus; ſed ſubditus ẽ cẽſendus, arg. in eo, qđ le
b git̃, & no. ſ. de reſcri. dilectus[b]. 2. §. 1. Sed ob. 71, diſ. pri-
matus: ubi dr̃, ꝙ nedũ clercũ, ſed nec laicũ extraneũ
dẽat recipe eps̃ ſine cõmẽdatitiis ep̃i ſui lr̃is: qa illud
uerũ eſt quãtũ ad ordines: ſecus q̃tũ ad p̃bẽdas: uel lo
quit̃ de clericis ignotis, uel laicis. ex quo. n. clerici nõ
eſſent, ad qđ fruſtra req̃rent̃? Qđ autẽ dr̃, in c. ſctõrũ,
ſ. ꝙ ad diſpenſationẽ ep̃i nõ põt qs fieri p̃bẽdarius in
diuerſis eccleſiis, nõ ob. uoluit. n. ibi notare auaros &
ambitioſos clericos, q præbedas, & bñficia petunt, &
appetũt nõ ꝑꝑ deũ, uel utilitatẽ eccleſiarũ, ſed ꝑꝑ fru
ctus tm̃, quos cũ tali intẽtione, nec de iure cõi, nec di
ſpẽſatione tenere pñt. Si qs autẽ ſit, q in hoc nõ atten
dat ꝓpriã cõcupiſcẽtiã. ſed ſolũ honorẽ dei, & utilita
tẽ eccleſiarũ: nec honorẽ, ſed onus appetat, talis etiã
ſine diſpẽſatione plures p̃bẽdas põt percipere, & hr̃e,
dũ tñ reſidẽtiã nõ requirant, arg. 8. q. 1. in ſcripturis, &
c. qui ep̃atũ, & dũmodò ꝑſona bona ſit, & induſtrix,
& lr̃ata, q melius ſciret duas, uel 10. eccl'ias, q̃ ali⁹ unã
regere, ſm Inn. Itẽ quia magis ꝓuidet̃ eccl'iæ, q̃ perſo
næ: hic. n. publica utilitas priuatæ præfert̃ in eccleſiis.
7. q. 1. mutationes. multo fortius & idẽ fieri põt ẽt in
p̃bẽtis. nec. n. põt de eius ꝓuectione dubitari, cui pro
laboribus multis, pro morib⁹ caſtis, ꝓ actib⁹ ſtrenuis
celſioris loci p̃miũ debet̃. 61. di. miramur: ꝑꝑ fauorẽ
reipublicæ. nõ ꝑꝑ fauorẽ ꝑſonæ plures p̃bẽdæ alicui
dari pñt, ſm Inn. cuius ẽ quaſi ad literã hæc gl. ſed ſm
Hoſt. debiles ſunt iſtæ rões. & põt ad eas facile rñde-
ri: remittit aũt ad no. ĩ. eo. c. ſuꝑ. ut ibi dixi, & ad no. ẽt,
ĩ. de cõceſ. p̃b. lr̃as. ubi arguit primo pro hac parte, ꝙ
liceat hr̃e plures p̃bẽdas, uel bñficia, ex lege, quoties.
ff. de act. & obli. & C. de rei uxo. ac. l. unica. §. ſciendũ,
nã Io. Sarracenus in tribus ep̃atibus hẽbat bñficia, de
reſcrip. dilectus. 2. ad idẽ, de ꝓcu. ex inſinuatio. de ele.
eccleſias. 2. nã & in eãdẽ ꝑſonã hñt ius diuerſi prelati,
de ſent. excõ. officii; qđ nõ eſt de facili niſi rõne diuer
ſorũ bñficiorũ: bñ facit ꝓ hac parte de teſta. relatũ. 2.
Itẽ ſpãl'r hoc ꝓhibet̃ religioſis, inf. de religio. do. c. fin.
ergo ſecularibus vr̃ cõceſſũ, arg. ff. de iudi. cũ pretor,
de præſump. nõne. Itẽ nimia multitudo dãnabit̃, ſi di-
cat̃ hoc eẽ mortale, & q nimis emũgit &c. 4. di. deni-
que: nec iura ꝯ̃ria ſunt recepta. 4. di. §. leges, & in ꝓœ-
mio inſti. §. igit̃, & in auct. de hæredi. & Fal. §. 1. colla. 1.
& per cõſue. vr̃ papa diſpẽſare quaſi tacitè: ad hoc fa-
ciat decr. de multa, & prædicta decr. lr̃as, ubi papa nõ
vr̃ principal'r rñdere qõni. Gof. dicebat, ꝙ per hoc di-
ctũ T. & ſequaces palpabãt crimina, & illa inſanata re
linquebãt. l. di. ſi qs diaconus. & Hoſt. ibi tenet, ꝙ nul-
nus p̃t plures p̃bẽdas hr̃e in titulũ, arg 26. di. Acutius,
C. de pac. do. ſi mulier, & ff. ad municipa. municipes:
nec in hoc ſm eũ diſpẽſare pñt prælati. 70. di. ſanctorũ
& eſt rõ ſm eũ no. de inſti. c. 2. & inf. eo, ſuper. Eſt & rõ
nãlis, ꝙ ſingulæ præbẽdę req̃rũt ſingulos actus, & mi
niſtros, & tenent̃ canonici ad reſidẽtiã ut aſſiſij. ſ. titu.
1. c. pen, & debet eſſe numerus plenus adeò, ut in tem-
poralibus locis in defectũ ſpurios admittamus, ff. de
decurionib⁹. l. gñal'r. §. ſpurios: nec poteſt quis à loco
recedere. ff. de decurionibus. l. 1. ſeruentur ergo hæc
diligentius in eccleſiaſticis bñficiis: ut in auct. ut cle-

 ri.

ri. q recepe.colla. 5. ut ſicut in diuerſis caſtris, quorũ
qđlibet reqrit. 12. cuſtodes, nõ poſſet unus tenere lo-
cũ in oĩb⁹. & ſic nec in diuerſis eccleſiis diuerſas p̃bẽ-
das. Et ad ꝯ̃ria põt facile ſm̃ eũ r̃nderi . ꝙ loquunť ex
diſpẽſatiõe ſufficiẽti, uel no. factũ, nõ ius, qđ nõ ẽ cõſi
derãdũ de ele. cũ cãm. Tñ, ne inde tãta multitudo dã-
neť, dicit ep̃m diſpẽſare poſſe in pluribus p̃bendis ha-
bẽdis in b̃ñficiũ, nõ in titulũ, & ꝙ poſsit hanc diſpẽſa-
tionẽ facere ẽt ob p̃rogatiuã meritorũ. ut in duplici-
bus ſit adẽpta, in ſimplicibus nõ. & ſi in diuerſis ep̃ati
bus hñt illa, cõueniãt inter ſe ep̃i, qs ſit p̃latus. & am-
bo diſpẽſent, de ſent. excõ. cũ illorũ. §. ſi uerò, & pona
tur talis uicarius, q tã bñ, uel melius ſeruiat eccleſiæ,
ſicut faceret canonicus, & habeat compertẽtẽ portio-
nẽ. j. eo. expoſuiſti. ſ. tit. 1. c. pen. maxime. cũ tális eſt in
eccleſia cõſuetudo, uel ſtatutũ factũ ex cã, de cõſt. cũ
oẽs. inf. de cõceſ. p̃bẽ. ex parte, in fi. hæc no. ipſe Hoſt.
in præ. decr. literas: pro hoc dicto facit. qđ hic no. Vin
cẽ. q exponit, atq;, ꝑ uel. ff. de uer. ſig. ſæpe, dicẽs hanc
expoſitionẽ ꝓbari. ſ. eo. cũ teneamur: ſed Abb. hic di-
cebat, ꝙ magiſter ſuus tenebat ꝯ̃riũ ꝑ decr. dudũ. 2. de
elect. ubi papa non inſtitit allegationi de pluralitate
b̃ñficiorũ, & ad decre. cũ teneamur. r̃ñdet, ꝙ nõ dicit
pluralẽ irregularẽ, uel ineligibilem: ſed dicit in impe-
tratione b̃ñficiũ nõ dr̃e taceri: adde qđ dixi de reſcri.
4 gratia lib. 6. ubi ẽt remiſi ad Spe. [*Sufficiat*] no. † ex pluri
bus ẽt copulatiuè narratis in reſcripto ſufficit alterũ
probari, quod ꝑ ſe ſufficiat; de hoc ſ. de reſcri. c. 2. & c.
c olim, ad fi^c. [*Eccleſiam*] no. licet unus canonicus poſsit
eccleſiã defendere. ſ. de excep. dilectio: nõ tñ in ꝑſonã
eius, ſed eccleſiæ formabiť ſñĩa, Abb. Sed, ut dicebat
Pe. & dicit hæc glo. hic maior pars capituli reſidebat
[*Abſoluẽtes*] ſupp. hic ſm̃ Ho. nec dicat qs derogatũ iu
ribus ꝓhibẽtibus pluralitatẽ eccleſiarũ: qa nos hoc ui
demus, uel patimur, qa multa &c. Hoſt. (Tolerantur)
quod intellige, ut notať. 3. diſt. oĩs, in fi. 1. gl. ¶ Pen. gl.
5 † all. unã cõcor. in ꝯ̃riũ all. 7. iura, & ſoluit. ¶ *In gl. ult. ibi.
l. 1.*] dñs ſciẽs ſeruũ mercari in re peculari, teneť tribu
toria: nõ tñ reqriť, ꝙ uelit: ſed ſatis eſt, ꝙ nolit, ex quo
6 ſciuit. ¶ [*In† gl. 2. in fi.*] Lau. & ceca uocať, de exceſ. p̃la.
nimis. i. in prin. Gof. & inf. de ele. auaritiæ, lib. 6. ¶ [*In gl.
3. in fi.*] in 3. cõpil. ¶ [*In gl. hoc ita, ibi, caſſauerunt*] & ab iſta
ſñĩa fuit appellatũ: uel negabať ipſam fuiſſe caſſatam:
aliàs cũ ſententia tranſiſſet in rẽ iudicatã, non fuiſſet
iſte. i. poſtea auditus, Inn. dic hoc uerũ ꝯ̃ caſſationem:
ſed ſuꝑ electione potuiſſet audiri; quod dic, ut inf. de
de ele. ſi cõfirmationẽ, lib. 6. ¶ [*In gl. pen. ibi, inter dilectos*]
7 La. Io. de ele. nulli, lib. 6. ¶ [*In† gl. ult. in fi.*] §. ſcientiã: quã
Hoſt. alle. in ꝯ̃riũ, & ff. de inſtito. ſed & ſi pupillus. §. de
quo palã. nã quãuis dñs ꝯ̃dicere poſſet, ſi non ꝓteſtať
in ꝯ̃riũ, cõſentire uideť: ſic dicendũ eſt hic de papa, ut
dicamus eũ cõſentire, ex quo põt reſiſtere. 2. q. 7. qua
ꝑꝑ; uide qđ no. de re. iu. is, qui tacet, lib. 6. in prin. Siľr
poſſet dici, ꝙ & ſi quo ad p̃terita, & inq̃tũ cõtingit ani
mas cõmiſſas uideatur tacitè conſentire: non tamen
quò ad ſcienter indignè promotũ, à quo animæ req-
runť, de elect. dudũ. 2. in primis enim nõ deficit fides,
& ſi deficiat ſacramentum, de presb. non bap. ueniẽs,
d & remittit ad no. de ſup. negli^d. præla. c. penul.

ANNOTATIONES.

a ¶ Canonicus. Totum intellectum ad illud, c. ſanctorum, ponit Io. An. ſup. titu. proxi. c. fi. in gl. magna, uerſi. hoc tamen &c. ubi permittit pluralitatem, non canonicatuum, & idem hic, inf. ponit.

b ¶ Dilectus. Ad hoc de temp. ordi. cum nullus, lib. 6. & an fiat ciuis illius ciuitatis, uide Barto. in l. 1. ff. ad municip.

c ¶ Olim ad fi. Et uide gl. in c. licet cauſam, de proba. ſuper uerbo, ad quod ſe aſtrinxit, & Ioan. And. in tex. ſuper uerbo, aſtrinxit, & Barto. ff. de re iudi. l. diuus.

d ¶ Negli. In gl. & ſuper illa, per Io. And. & uide inf. eo. niſi, per gl. 3. & ſuper illa, & in text. ſuper uerbo, toleramus.

*SVMMARIVM.*

1 *Recepto in canonicũ, quàm cito ſe facultas obtulerit, debetur præbenda, & interim quotidianas deſtributiones habebit.*
*Diuiſio decretalis.*
2 *Cardinalatu nulla maior dignitas, licet olim ſecus.*
*Cardinales à papa & ſuis collegis tantum iudicari poſſunt, & eorum poteſtas quæ.*
3 *Factum de mandato papæ impugnare poteſt epiſcopus auctoritate ordinaria.*
*Numero canonicatum recipientes quempiã uidentur renunciaſſe.*
*Vacaturæ præbendæ expectatio illicita, & opportunitas uacaturæ non ſemper expectatur.*
*Similiter altarium, officiorum, portionum, miniſteriorum, eccleſiarum, & omnium redituum eccleſiaſticorum, & quorũ. nu. 4.*
4 *Præbendam, uel portionem uacaturam, an & quando receptus habeat ius petendi, & num. 5.*
*Fructus quando ſuperexcreſcentes, ibid.*
*Eorundem diſtinctio, & numerus diuerſa alibi, alibi uerò nulla, & diſtributio quæ, ibid.*
*Facultas cum ſe obtulerit, hæc oratio, ut intelligatur, & nu. 3.*
*Præbenda quo modo ſumatur, uer. & utrobiq;, & nu. 6.*
6 *Portio in eccleſiis qualiter accipiatur.*
7 *Diſtributiones quotidianas ultra numerum canonicus receptus an percipiat.*
8 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 9.*
10 *Additio gloßarum, & nu. ſequen.*
*Vtile per inutile non uitiatur regulariter.*
*Receptio ad uacaturas quando teneat.*
*Vnus actus, enunciatio non ſemper intelligitur, quòd ſimũl ſit actum, & quomodo.*
11 *Canonicos licet recipere ſine beneficijs, ex cauſa tamen, & quæ.*
12 *Canonia aliquando denuò creatur, donec uacat beneficium, & eo uacante, conſumpta eſt, & quo caſu.*
*Vltra numerum recipi quot poſſint canonici.*
13 *Legatus non poteſt ius in uacatura concedere, ſed reſeruare poteſt.*

CAPVT XIX.

1 Dilectus. Caſus. Receptio † ĩ canonicũ,
q̃ cito ſe facultas obtulerit, p̃-
bẽda debeť, & interĩ quotidianas diſtribu
tiones hẽbit. & ſm̃ Hoſ. quattuor cõtinet:
mãdatũ ap̃licũ: ſecũdò ibi, ad inſtantiã legati, iuſtũ &
ĩiuſtũ ꝓceſſũ: tertio ibi, cũ ergo, iuſti p̃cepti cõfirma-
tionẽ, iniuſti irritationẽ. quartò ibi, faciẽtes, papalem
2 ſubiũctionẽ [*Ipſum*] Thomã [*Tũc epiſcopi*] de ep̃o † cardi
na. factus eſt archiep̃s: hodie nõ ſic. nã, ut dicit Hoſ. te
net hodie curia Romana, ꝙ nulla dignitas ſit hodie
maior cardinalatu, cũ ipſi cardinales unà cũ papa iu-
dicẽt oẽs, nec poſsint iudicari ab alio, q̃ à papa, & col-
legis ſuis. 9. q. 3. nemo, & c. ſeq. arg. ꝯ̃. ſ. tit. 1. c. 2. remittit
ẽt. inf. q filii ſint legiti. ꝑ uenerabilẽ. §. rõnib⁹, de ele. ec
cle. 2. [*Epiſcopũ*] q fouebat Thomã, & ſic iſti duo erant
ex una parte, & c. ex altera, ſm̃ Ho. ſed Ab. & Egi. dñt
ꝯ̃, ꝑ fi. c. ubi mãdat ꝯpelli ep̃m, & canonicos: & notat
3 ꝑ id Abb. ep̃m † auctoritate ordinaria impugnare poſ
ſe, qđ fecit de mãdato papæ [*Ipſo*] S. Thoma [*Eis*] ſ. de c.
[*Participatione*] puta ſeptimorũ, uiceſimorũ, triceſimo
rũ, q̃ ꝓ defunctis canonicis fieri cõſueuerũt, de teſta.
c. fi. Idẽ de ſiľibus ſm̃ Ho. [*Non obuiet*] imò cõcor. illis,
q dicũt, ꝙ recipiẽtes vñr renũciaſſe, nu. inf. c. ꝓ illorũ,
de cõſt. cũ M. & his, q uolũt cultũ diuinũ augmẽtari,
de cõſti. ex parte, Hoſt. [*Lateranẽ.*] inf. de cõceſ. p̃bẽ. c. 2.
[*Illicito*] de expectatione p̃bendæ uacaturæ [*Licitũ*] in
eo, ꝙ Thomas receptus fuit in canonicũ, & fratrẽ [*Approbantes*] ſic, ſ. de reſcri. cãm q̃ [*Defraudetur*] ſi opportu-
nitas ẽ dãdi: aliàs expectabit opportunitatẽ, ut hic, de
cõſt. cũ M. de cõceſ. p̃ben. cũ ſuꝑ, ſm̃ Inn. ſm̃ quẽ hæc
opportunitas nõ eſt ſemper in uacatione p̃ebẽdæ, &
aliq̃ñ eſt ſine uacatione, de hoc, inf. de cõceſ. p̃b. acce-
dens



dens [*Præbendam*] ſi intelligas, ꝙ † præbẽdæ eſſent diſtin-
4 ctæ, nullum ius habet canonicus ad præbendam ua-
caturam ante, quam uacet; & ſic quod hic dicitur de
a præben^a. eſt gratia. Sed contrà, canonici ſine præben-
dis recepti petere poſſunt fructus excreſcentes, ſupra
de conſtitu. cum M. ergo & præbendas poſt receptio
nẽ ſuã uacantes petere poſſunt. reſpondeo, imò diuer
ſa eſt ratio. nam per uacationem præbendarum non
rumpitur indulgentia de certo canonicorum nume
ro, nec numerus augmẽtatur: imò alius loco mortui
ſurrogatur. inf. de cõceſ. præben. nulla, inf. eo. dilecto.
§. 1. uerſi. in eccleſia tñ. ubi uerò fructus ſuperexcre-
ſcunt, & indulgentia rumpitur, & numerus augmen
tatur, ut ſup. de conſti. cum M. ideoq; non poteſt fieri
promiſsio de præbenda uacatura, nec peti poteſt à re
cepto in canonicũ, ne de facto contingat rũpi nume
rũ, & eccleſiam grauari. Et idem dicẽdũ eſt de portio
nibus priuilegiatis, puta quia priuilegium dicit, ꝙ tan
tum. 12. portiones fiãt de reditibus eccleſiæ. nam hic
portiones quò ad prohibitiones uacaturarum eodẽ
iure cenſendæ ſunt cum præbẽdis: & idem intelligen-
dum eſt de altaribus, officiis, & omnibus reditibus ec
cleſiaſticis certis perſonis aſsignatis; & hoc ſatis innui
tur, inf. de conceſſi. præben. c. 2. ubi non tantum pro-
hibetur præbendas uacaturas promitti, ſed etiam mi-
niſteria, & eccleſias. Si uerò portiones non eſſent ita
priuilegiatæ, ſed tantum conſequentes ad numerũ ca
nonicorum, de talibus portionibus poſſet receptus
ultra numerum ſuum petere portionem, etiam ſi nõ
uacet ibi præbẽda, uel canonicatus, uel portio. Et eſt
ratio, quia ex quo rumpit indulgentiam in numero
canonicorum, eodem modo & in numero portio-
num. Eſt etiam acceſſoria talis portio; & ideò ſublato
principali tollitur acceſſorium. ſ. de conſtitu. tranſla-
to: ſed in alio caſu & numerus canonicorum eſt prin-
cipalis, & numerus portionum. Vbi ergo portiones
priuilegiatæ non ſunt, ut diximus, poteſt receptus ul-
tra numerum ſuam^1 petere portionẽ. Exemplum in
eccleſia Lugdũ. & Vien. in quibus non eſt certus nu
merus canonicorum, & multis aliis, in quibus eſt cer
tus numerus, & in quibus præſentes canonici, qui in-
terſunt diuinis horis, certum quid percipiunt: abſen-
tes uerò nihil percipiunt; & de tali conſtitutione loq-
tur, inf. eo. licet. hoc autem uerum eſt, niſi & conſue-
tudo ſit, ꝙ recepti ultra numerum nihil percipiant, ſi-
cut eſt in Vrbe, ubi de cõſuetudine approbata habẽt
canonicos ſine præbendis, quibus non tenentur dare
aliquam portionem. inf. certũ tempus, imò differunt
quandoq; uſq; ad unum, quandoq; ad duos, uel tres,
uel plures annos. in quo caſu ſic recepti portiones ne
queunt petere, quamuis canonici moriantur, & de ta
li conſuetu. loquitur. ſ. de maio. & obedi. ſtatuimus. ſ.
de conſtitu. c. fi. inf. de iure patro. poſtulaſti. & idem di
cendum eſt ratione eiuſdem conſuetu. ſi in eccleſiis
non ſit certus numerus canonicorum, uel portionũ,
ſecundum Inn. & Hoſt. [*Obtulerit*] non confirmat, qđ
irritauit: quia addit de quotidianis diſtributionibus:
5 uel dic, ꝙ † iſtud, Obtulerit, eſt præteriti^b temporis: un-
de non mandat, cum uacabit, uel in poſterũ ſe facul-
tas obtulerit: ſed ſi tempore harum literarum ſe obtu
lerat: uel dic, ꝙ & ſi futurum tẽpus reſpiciat, aliud eſt
dicere, cum uacabit, aliud, cũ ſe facultas &c. ut dicit
glo, uel dic quia intendit hæc decre. prouidere, ne ca-
nonicus ſit ſine beneficio temporali, quod ſonat lite-
ra, quæ dicit, quòd aſsignata fuit participanti diuino-
rum: ita, ꝙ idem fructus præbendæ &c. & quod ſequi
tur, indignum eſt, ut idem canonicus ratione præben
dæ beneficio &c. & utrobique ſumitur præbenda nõ
pro iure præbendæ diſtinctæ, ſed pro illo, quod præbe
tur ad ſuſtentationem. & quòd ſic uoluerit intellige-
re, patet ex eo: quia multæ ſunt eccleſiæ, & multi legi
timi canonici, qui ſuſtentantur de bonis eccleſiæ: nec
tamen habent præbendas diſtinctas. & eſt quaſi ſimi-
le, ſupra eo. non liceat epiſcopo ordinare clericos, &
nullas eis alimonias p̃ſtare. unde, ſi in eccleſia eſt cer-
tus numerus ſine diſtinctione præbẽdarum, ut ſupra
de uita, & honeſta. clerico. quoniam, ibi receptus ul-
tra numerum habebit partem de uictualibus, quę ue
niũt ad mẽſam, arg. hic de conſt. cum. M. non tamen
de his, quę diuiduntur inter canonicos extra mẽſam:
& ſi ſint uictualia, ut granum, uinum, & huiuſmodi,
quia & ſi non ſint ibi præbendæ diſtinctæ, intelligun-
tur tamen ibi eſſe portiones ſecundum numerum ca
nonicorum, arg. de conſtitu. c. fi. ubi uerò præbendæ
ſunt diſtinctæ, & aliqua alia communia, ibi receptus
ultra numerum habebit de cõmunibus partem ſuã.
Ratio, quia ex quo ſunt ibi præbendæ diſtinctæ, non
debent eſſe portiones priuilegiatæ: ſed ubi non ſunt
diſtinctæ, ſubueniendo antiquis canonicis, meritò di-
cendum eſt portiones ſecundum numerum canoni-
corum diſtinctas, & priuilegiatas; ad hoc de conſtitu.
cum M. de uerborum ſignificatio. olim, hæc uera niſi
illi regulares eſſent, qui non poſſunt habere propriũ,
& ſic nec per conſequens portiones diſtinctas & pri-
uilegiatas. 12. q. 1. non dicatis. Alii contra. uide quod
dicam, qui cleri. uel uo. inſinuante, ſuper glo. ergo nõ
6 erat. Et licet † portio poſsit dici prębenda, & e conuer
sò: hic tamen dicimus prębendam, quę diſtincta eſt
in reditibus, uel poſſeſsionibus certis, & diuiſa a com
munione collegii. Portio uero, quę ſic diuiſa non eſt,
ſed de omnibus reditibus communiter collectis de-
trahitur, ſecundum Innocen. cuius eſt hæc gl. ad hoc.
12. queſtio. 1. epiſcopus, & cap. eccleſiaſticis, & c præci
pimus, & de hoc, infra de uerborum ſigni. olim. ſecũ-
dum Hoſtien. uide eo. titu. tua. Dicebat Goffre. quod
prębenda ſonat beneficium diſtinctum; alleg. de con
7 ceſſio. pręben. ex parte [*Quotidianas*] per hoc † no. quòd
canonicus receptus ultra numerum percipit diſtribu
tiones: quod nõ uidemus ſeruari in receptis de neceſ-
ſitate, ut auctoritate papali. In uoluntarie receptis, ex
quo deſeruiunt eccleſię, poſſet locum habere; & eſſet
ſatis ęquum, ut dixi, ſupra de conſtitutio. cum M. ſu-
per gloſſ. hic poteſt, in fine, uel forte fuit hoc propter
contemptum primi mandati; ad hoc. inf. c. dilectus,
8 quod placet Egi. & Guil. ¶ Prima † gl. ſignat. cõtrariũ,
& ſoluit. ¶ Secunda gl. ſup. contrarium, & dupliciter
ſoluit. ¶ Tertia glo. arguit, inſtruit, quęrit opinio. po-
nit, & ſoluit. ¶ Penul. glo. no. duo. ¶ Vltima gloſſ. re-
9 ſpondet per ob. & opinionem, & ſolutionem. ¶ [*In ultima glo. ibi ſola*] aliàs Herennius, & uide in c. dilecto, ſu-
10 per 3. glo. ¶ [*In† gloſſ. arg. quòd, ibi, inter cæteras*] regulariter
enim non uitiatur utile per inutile, inf. de reg. iu. utile,
ubi ſatis de hoc [*& ibi, promittimus*] & ſic non ualet, qđ
diſtinguitur: aut unus actus eſt receptionis, & promiſ
ſionis; & tunc eſt receptio uitioſa, aut duo actus inter
ueniunt: primus in receptione: ſecundus ex interual-
lo in promiſſione; & tunc ualet: dicit. n. Inn. ſe per uer
bum unius actus non intelligere, ꝙ ſimul ſit actum:
ſed ꝙ ſimul ſortiri debeat effectũ; ac ſi dicat, licet nũc
recipiatur, tamen tunc ſolum receptio habere debet
effectum, & iura canonici per illam adipiſci, cum ua-
cabit præbenda, & ſibi dabitur, tunc enim nõ ſolũ eſt
uitioſa promiſsio præbendæ nõ uacãtis, ſed ẽt promiſ
ſio canonicatus non uacantis: ubi uero ex poſt agať,
ꝙ ſtatim habeat iura canonicatus, quãuis incontinẽ-
ti fiat proteſtatio, ꝙ primam vacaturam habebit, quę
illi promittitur, non eſt receptio uitioſa, ſed ſic pro-
miſsio; & ſic non eſt hæc decre. ubi uidetur fuiſſe uni-
cus actus, contra illam diſtinctionem, ſecũdum Inn.
11 qui † etiam hic arguit licere canonicos recipere ſine


bene-

beneficijs,ad idem, infra eo.dilecto, uer.preterea, de
conceſsi.præben.cum ſuper. Contra:canonicus non
debet eſſe ſine præbenda, ut ſupra e.relatum, nec de-
bent eſſe in beneficijs plures clerici inſtituti,quàm de
illis uiuere poſsint.de inſti.cap.1.& ca.auctoritate.Itē
poſſet hoc fieri in fraudē concil. Lateran. de conceſ.
præben.nulla, & c.conſtitutus, ergo deteſtandum.de
diuor.quanto.§.penultimo, dicit Inno.per prima iu-
ra licere canonicos ſine beneficijs recipere, ex cauſa
tamen, puta ut inſtruantur in moribus, & diuinis of-
ficijs,vt ſeruiant prioribus & antiquis canonicis,& ec
cleſijs,de maio.& obe.ſtatuimus.Si uerò fiat hoc ſine
cauſa, ſuperior caſſabit, maxime ſi fiant multi, argu-
men.ff.de uari. & extraordi.co.l.1.§.in honorarijs, &
ſe.l.2.& 3.ergo niſi iuſta cauſa probetur, officio iudi-
cis irritandum eſt, inſtitu. de offi. iudi.ſecundum In-
12 no.& Hoſti.[*& ibi,creatum*] unde † dixit Vin.per ratio-
nem, quæ ſequitur, ꝙ canonia illa non poſſet peti tā-
quam uacans, quaſi ſit conſumpta. Idem Ioan.infra
eo.dilecto [*& ibi,numerum præbendarum*] dixit Ioan.quæ
ſunt in eccleſia. Idem Vin.Phi.& Goff.ponendo glo.
Io. Sed glo.recipit uerba Io.quaſi fuerit eius mens, ꝙ
ſi.20.erant præbendę, poterant.recipi.10.& ſic de ſin-
gulis:ſed non credo,ꝙ Ioan.ſic intellexerit, quamuis
in multis eccleſijs pręcipue in Alamania ſic ſeruetur,
& ſic etiam ſeruare ſolebāt doctores legum Bon. cir-
ca Bon.conuentandos: aut nullum promouent, aut
quilibet promouet ſuum.Sed puto,ꝙ Ioan.intellexit
idem, quod glo.quòd ſi ſunt.40.præbendæ, poterunt
recipi.6.uel.7.ultra numerum. Si uerò.10.poterūt re-
cipi duo,uel tres.Si quinque,uel quattuor,unus tan-
tum,& ſic intellexit Hoſti.Glo.Ioan.dicens, quòd Io.
dixit hoc arbitrarium, & melius eſt ſic dicere, quàm
ut dicit glo. Dices ne, ꝙ quinque poſſunt recipi ultra
numerum, ubi non ſunt niſi quattuor, uel v. poterat
dicere Ioannes ad Ber.ꝙ dicit Hiero.ad Dama.prima
B.[*& ibi,res*] argumen.ff.de optio.leg.l.1.Guil.[*& in fi-
ne*] Sed pone, ꝙ recipiatur multitudo ultra numerū,
quæro,quæ receptio uitiabitur? Dic, quòd omnis, ſi
ſimul facta eſt:uel ſimul omnes recepti,quod proba-
tur,infra c.proximo,& infra eo.dilecto.Sed contra,ꝙ
ultima tantū, & quæ excedit numerum, uſq; ad quot
fieri poterat: facit,quod no. de donati. apoſtolicæ, in
4.glo.& dicatur ultima de ultimo nominatis, ad hoc
de electio.c.penul.lib.6.de præben.mandatum,quod
credo uerum:cum non ſimul, ſed diuiſim plures reci
piuntur: ſecus, ſi ſimul, ut prædixi: tamē cū receptio
non afficiat, ſi poſtea uacans præbenda confertur ſic
recepto, ex hoc nono iure tutus erit in eo iure, quo
tutus eſſet extraneus, ſi eccleſia nō haberet numerū,
tenet Io.de Deo.lib.1.q.38. ꝙ valet omniū receptio,
ſi ſunt idonei,& ſufficiunt facultates. ¶*In glo.penultima
ibi,patet*] ſecundum Ioan.[*& ibi, concilium*] cōcedendo
13 † ius in uacatura, poteſt tamen reſeruare, quod dic,
ut infra de iure patrona.cum dilectus, de offi.leg c.3.
& 4,lib.6. [*& in fine*] & ſic eſt falſum,quod opponitur
papā hoc cōfirmare,quod improbat,ut dixi in textu.

ANNOTATIONES.

a ¶De præben. Vide Io.And.ſupra eo.relatum,& de conceſ.præbē.
cap.2.lib.ſexto, & in c.ſi ſoli, per glo.

b ¶Præteriti,Verbum iſtud,obtulerit,poteſt eſſe præſentis,uel præ-
teriti temporis, & tunc dictio, cum, quæ præcedit, eſt coniun-
ctio,& ponitur pro; quia,& ſignificat cauſam. poteſt eſſe & futu-
ri temporis, & ſubiunctiui, & tunc ponitur pro quando, & facit
conditio.uide Bar.in l.1.ff.de conditio & demō.in dubio autem,
quomodo accipi debeat,dec.in.ll.& ſtatutis in futurum, & ſic &
in alijs quaſi cōtractibus in propriorem aut benigniorem,ſenſum
& uide glo, & Bar. in l.ſolemus, ff. eo. tit. & in l.cum tale.§.pœ
nalis,& in l. cū in ſecundo ff.de iniu.rup.& irri.teſta.& inducunt
legiſtæ iſta ad.q.bannitorum. uide glo. quæ incipit, ergo,in c.2.
de conſti.li.6.& Bar.in l.omnes populi,ff.de inſti.& iu. & in l.qui
Romæ.§. Augerius, ff. de uerbo. obliga.

*SVMMARIVM.*

1 *Electio an teneat cū duo ſimpliciter ad unam præbendā eliguntur.*
2 *Epilogus & ſuffragium gloſſarum, nu.3.*
*Pro parte frui, non uti poſſumus.*
*Seruitutes indiuiduæ ſunt.*
*Per non uſum amittuntur.*
4 *Additio gloſſarum.*
*Præbendarum numerus diminui non debet, & ut id intelligatur.*

## CAPVT XX

1 TVæ fraternitatis. Caſus. Non
† tenet ele-
ctio, cum ad vnam præbendam duo ſim-
pliciter eliguntur: & pars huius de procu-
rato.ut lit. non conteſt. & de ſponſa.tuæ. ſecunda ibi,
nos attendentes [*Sæpe*] & ideò prouidendum: ſic ſu-
pra de reſtitu.ſpolia.ſœpe,de appella.ſœpe[*Duo clerici*]
dixit Vin.hanc decre.loqui,quando duo pure ad unā
prębendam eliguntur.Secus,ſi ſub conditione,ar.61.
di.ſtudij.86.diſtin.archidia.inſtitu.de vulga.& pupilla.
ſubſtitu. & in eo caſu primo electo cōſentiente ceſſat
ſubſtitutio ſecundi.C.de impu. & ali.ſub.l.poſt aditā:
tu tamen dic hodie,ut de elec.cap.2.li.6.& de hoc ſu-
pra de elec.curam [*Eligantur*] ſecundum Innocen.talis
receptio non habet niſi unū ſenſum, ꝙ duo recipiun
tur ad unam præbendam uacantem ita, ꝙ ſtatim ſint
canonici,& præbendati,& præbēda diuidatur,& hoc
eſt contra decre.maioribus, & ideò caſſandū, ut in fi.
nec ob.quod ſequitur, in quo uidetur, ꝙ etiam alius
poſsit eſſe ſenſus, ſ.quòd unus ſit ſtatim canonicus &
præbendarius,& alius ſtatim canonicus,ſed non prę-
bendarius,donec præbenda uacauerit:quia non dici-
tur, infr.ꝙ iſte ſenſus eliciatur ex illis uerbis:ſed quòd
iſte ſenſus etiam tolerādus nō eſſet [*Teneant*] ſiue ſin-
gulis annis diuidendo,ſiue alternis annis utendo,nec
ob.ff.de uſufruc.l.quoties: quia illud diuiſibile, ut in
3.gl.[*Caſſanda*] contra ſupra de conſti.cum.M.ubi duo
fuerunt ad unam præbendam recepti, ſolue, ut ibi.
2 ¶ Tertia † glo. ſucceſsiue duas obiectiones ſoluit.
3 ¶ Vlti.glo.arguit. ¶*In glo.3.ibi,uſus pars*] ſequitur,lega-
ri non poteſt. nam frui quidem pro parte poſſumus,
uti pro parte non poſſumus [*& ibi,uiæ*] Sequitur,itine
ris actus, aquæductus pars in obligatione deduci nō
poteſt,quia uſus eorum indiuiſus eſt [*& ibi,Si libertus,
in fi.*] ulti. & ut ibi patet ſeruitus hæreditarij ſerui eſt
penes hæredem,& penes ſubſtitutum [*& ibi,aquam*] ſi
plures habent ſeruitutem ducendi aquā ex fundo ui-
cini periuros, quiſque.ſ.prout inferior erat ſuo riuo,
& alter deſtitit ducere tempore, quo ſeruitus amitti-
tur, ille perdit ius, licet alij uſi ſint propter rationem,
4 quam ponit gloſſ. ¶*In † glo. 1. in fi.*] Ioan. infra de re-
ſcriptis, cap.ulti.lib.ſexto. ¶*In glo, ſed cum,ibi.§.1.*] & ff.
de leg. 1.§.plane,in fi.& ff.de offi.aſſeſ.ſi eadem,de cō.
ec.uel altaris, cap.uno, lib.6. [*& ibi, diminui præbendæ*]
i.numerus præbendarum, ut ſic augeātur ſingulares
præbēdæ,hoc intēdit.¶*In gl.ultima ibi,niſi*]& dic,ut ibi.

*SVMMARIVM.*

1 *Electi duo ad aliquam dignitatem ſi compromittant in iudicem,ip
ſe poteſt alterum confirmare,& alteri ad uitam confirmati pro
bono pacis prouiſionem facere de ipſius prouentibus.*
1 *Ordinatio pro cōpoſitione ſumitur hic, non eſt ad exēplū trahēda.*
*Capitulum dicitur ſecularium clericorum.*
3 *Conuentus, & congregatio religioſorum, licet aliquando ſecus.*
*Penſionem annuam pro religioſo non credendum, quòd de facili
papa*



*papa confirmet.*
*Compromiſſi amicabilis caſus hic unus, in fin.*
4 *Videri pro præſumi.*
*Tolerandum magis quod dicitur, non dicitur confirmari.*
5 *Prioratus conuentualis eſt dignitas.*
*Obligari non poteſt quod non eſt adhuc in rerum natura.*
*Pacta ualent, quatenus tangunt rem familiarem, ſed non in alio-
rum præiudicium.*
*Capitulum cauſa pacis poteſt obligari perpetuò, ſed reſtituitur
ſi læſum eſſet.*
6 *Ad uitam alicuius ſi penſio imponatur, ceſſat eo mortuo uel re-
moto, uel qualitercunque dimittente prioratum,niſi renuntiet
in fraudem.*
*Mors ciuilis comparatur naturali, nec non dimiſſio rei propter
quam quis tenetur.*
*Fraus prę́ſumitur in renūtiāte obligato ſua uita durāte ad pēſionē.*
7 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.8.*
*Iuſſu prætoris qui pretio dato pactus eſt, non notatur.*
9 *Additio gloſſarum, & nu. ſequentibus.*
*Electiones duæ ad eandem dignitatem non ſolum de diuerſis ſed de
eodem non ualent.*
10 *Sententia ei non prodeſt, pro quo fertur, ſi conſcius ſibi ſit ius ſe
non habere.*
11 *Fraudulentum quod committitur circa numerum, & renunciando
non prodeſt committenti, uel renuncianti, & ſupra num.6.*

## CAPVT XXI.

1 NIſi eſſent. Caſus. Si duo † electi ad
aliquam dignitatem cō-
promittant in iudicem, ipſe poteſt alterū
confirmare, & alteri ad uitam confirmati
pro bono pacis prouiſionem facere de ipſius prouē-
tibus. Et primò excuſat ſuſpectam ordinationem, &
ipſius duo membra declarat. ſecundo præmiſsis mo-
tiuis cum certa moderatione illam approbat. ſecun-
da ibi, Quia igitur [*Tam qui*] iudices.ſ.delegati, quibus
fuerat cauſa commiſſa [*Ordinationem*] no.hoc uerbum
2 † ſecundum Hoſt.quod & infra ſępe repetitur, ut do-
a ceatur, quòd in talibus electionibus cōpoſitio recte[a]
dicitur ordinatio [*Quàm illi*] ſ. litigantes duo electi ad
prioratū [*Pernitiem*] pernitioſa eſt ergo ordinatio,nec
ad exemplū trahēda. Item quod agitur à prælatis &c.
infra de uoto, magnæ [*Diutinam*] expediebat ergo ec-
cleſiæ illam decidi,de elec.quia propter [*Vt ipſe*] ſolus,
& bene,ſupra e.cum non ignores [*Quod autem*] hic po-
nitur ſecūdum membrum ordinationis [*Capituli*] di-
uiſis, ſupra de reſcriptis, edoceri, in fi. [*Compromiſſum*]
3 intelligas † priorem, & clericos hic fuiſſe canonicos
ſeculares.nam hic etiam dicitur capitulum,non con-
uentus:aliàs eſſet contra.12.q.1.nō dicatis, de ſta.mo.
cum ad mona. uel dic,quòd habebit hos reditus non
ut proprium,ut eos dare, uel relinquere poſsit, ſed ut
diſpenſator,& obedientiarius, quos abbas poſſet mi-
nuere,& tollere,niſi eſſent à papa confirmati: tūc pa-
pa ſine iniuria tollere poteſt, quos ſub eius obedien-
b tia tenet[b].Inno.prima lectura plus placet Hoſti. præ-
dicta ratione,cum hic dicatur capitulum,non conuē
tus,prout communiter dicitur cogregatio religioſo-
rum, de his quæ fi. à præla.c.2.de teſti.cap.2.lib.6. Sed
quandoque contra,de tranſactione,contingit,de ele.
innotuit.Item quia non credit,quòd papa de facili re
ligioſo ſimplici confirmaret annuam penſionem,ui-
de quod dicam, qui clerici. uel uo.inſinuante, ſuper
glo.ergo non erat,& de offi.ordi.præſenti,in prin.li.6.
[*Compromiſſum*] ita,quòd metu pœnæ,uel intereſſe ſtēt
arbitrio capitulum,confirmatus,& caſſatus,qui om-
nes compromiſerunt ſecundum Inn.ſed Hoſti.dicit,
quod fuit compromiſſum amicabile, uel ipſorū uo-
luntati commiſſum [*Bono pacis*] ad uitandos labores,
4 & expenſas [*Fatentur*] aliàs † uidentur.i. præſumuntur
ex benigna interpretatione.ſi.de teſti.cum tu [*Ab om-
nibus*] tam capitulo,quàm electis, & ideo magis tole-
randa, de ele.innotuit, uer. multa [*Recepta*] & ſic non
poſſunt contrauenire, ſupra de arbi.per tuas, & C.de
arbi.l.pe.T.(Toleramus)nō cōfirmat.ſed tolerat: un-
de non poteſt dici, quòd confirmatio faciat hoc uale
re,cum confirmatio nulla fiat, ſecundum Hoſti.[*Di-
gnitas*] nota,ꝙ † prioratus eſt dignitas,de hoc ſupra de
cleri.non reſi.quia nonnulli,ſecundum Hoſtiē.quod
Ab.uerum dicit de conuentuali: de alijs ſecus, & pa-
tet hoc in clemen. de reſcrip. & ſi principalis [*Facta ſe-
ctio*] contra concil. ſupra e.maioribus: & hæc eſt una
ratio: quare capitulū tenetur, donec uixerit caſſatus
prior, non niſi quamdiu ipſe uixerit. Item tempore
compromiſsi nullus erat,& ſic dignitas nō potuit ob-
ligari ſed tantum perſona litigās.Itē agebaͭ de iure ꝑ-
ſonali,vnde prioratus,de cuius vtilitate nō agebaͭ nō
potuit obligari,ad hoc ſupra de arb.per tuas, in fi.inf.
de præca. c.2.op.arg.ff.de pac. contra iur.§.ulti.& l.in
perſonam,ubi dicitur pacta ualere, quantum tangūt
rem familiarem,ſed nō in præiudicium aliorum: ſed
capitulum idem permanet:vnde maxime cauſa pacis
potuit obligari perpetuo, quamuis reſtitui poſſet, ſi
6 lęſum eſſet ſecundum Innoc.[*Defuncto*] remoto † uel
qualitercunque prioratum dimittente. quid ſi renū-
ciet,& poſtea eligatur? præſumitur fraus,& adhuc te-
netur.ff.quibus mo. hypo. ſol. ſicut te.§. ſuperuacuū
& l.uoluntate.i.reſpon. & ulti.ff.de acqui.hæredi.ſi is,
qui bonis paternis,& infra de contrahen.emp.ad no-
ſtram. Petitur enim res eadem, & eadē obligationis
cauſa, & eædem perſonæ ſunt.ff.de excep.rei iudi.cū
quæritur, & l. ſe. nec uidetur renunciaſſe, qui ſtatim
iterum eſt aſſumptus,arg.ff.de in rē uerſo, ſi pro par-
te.§.uerſum, de elect.officij, cum ſuis concor.quod
dixi,præſumi fraudem, uerum eſt ſecundum Hoſtiē.
niſi probet ſe bona fide renūciaſſe ex aliqua rationa-
bili,& forte latenti cauſa, ut quia uitioſum habuit ini
tium: aliàs præſumitur contra ipſum,de diuor. quan
to.§.pe.ſecundum Hoſtiē. Si uerò renunciat, & facit
dari nepoti,uel alteri, qui eſt alter ipſe, uidetur elude
re penſionariū, niſi detegatur fraus: qua detecta ſub-
ueniendum eſt illi, ar.C.de repu.bo.poſ.l.2. C.ad l.Iu-
liam, de ui publica l.2. C. de dolo.l.1. C. ſi in frau.pa.
l.1.Sed uidetur præſumendam fraudem, niſi aliud ꝓ-
betur.argu.ff.de his, quæ in frau.cre.l.qui autem.§.ſi-
mili modo,& l.ait prætor § ſi cum mulier,& l.Lutius
§.1.Sed dicit Hoſti.ꝙ nec clare reſponderi poteſt, nec
de facili omnibus fraudibus occurri: malitiis enim
hominū multę uię promptæ ſunt & paratæ, in auctē.
7 de nup.§.mitiores,ante finem colla.3.¶Secunda † gl.
obijcit, & ſoluit. ſecundò quærit, arguit affirmatiue:
8 ſed contrarium ſoluit. ¶*In † glo.2.ibi, Si ſocietatem*] uide
de iureiuran.ueniens, ſuper prima gl. ¶*In 3.glo.ibi,qui
iuſſu*] ſequitur prætoris precio dato pactus eſt, nō no-
9 tatur. ¶*In † glo. 1.in fi.*] 7.q.1.omnis qui ſup.de procur.
in noſtra,& 37.diſt.qui de menſa,ubi de hoc. ¶*In gl.2.
ibi, literas*] ubi de hoc, & ſupra de arbi.cum tempore,
& 3.q.6.§.tria, uer.ſi quis uerò, & dixi de hoc. de prę-
ſcrip.cum ex officij [*& ibi, conſtabat*] quia impoſsibile
eſt ualere duas electiones ad eandem dignitatem nō
ſolum de diuerſis,ſed etiam de eodem,inf.de electio.
ut quis duas,lib.6.[*& ibi,arbitratores*] & ex tali poteſta-
te fecerunt prouiſionem annuę pēſionis: aliàs locus
10 fuiſſet appellationi [*& ibi,arbitrij*] bene † dicit: quia ſi
ex poteſtate delegata ferrent ſententiam pro illo, qui
ius non habebat, ſi is,pro quo fertur,ſcit ſe ius nō ha-
bere, non prodeſt ei ſententia, ſupra de pręſcrip.c.ſi.
ſi bonam habet cōſcientiam,tutus eſt, & iuris aucto-
ritate fulcitur.ff.de reg.iur. res iudicata, de reſcriptis,
paſtora-

paſtoralis.i.reſpon.ubi de hoc, ſecundum Hoſtiẽ.qui
aliter uidetur dixiſſe, de conceſsio.præben.ca.1.ut ibi
dicam ſuper glo.2.[*& ibi, decætero*] de delegato loqui-
tur, non de arbitro: nec ibi adiudicatur titulus, ſed ꝑ-
ſonalis cenſus. ¶[*In gl. 3.ibi,iudicis*] facit quod no. 1.q.3.
ea quæ[*& ibi, qui iuſſu*] Io.& eandem gloſſ.poſuerunt
Vincen.T.Goff.& Phi. & placet Guil.hoc dictum [*&*
11 *in fi.*] ſimile,quod de fraudulento† numero no. 1.q.1.
ſi quis neque:& hoc dictum fateor in tanto:quia ho-
die primo paciſcuntur partes de facto, datis quando-
que pignoribus, poſtea compromittunt in iudicem,
ut pronunciet, quod conuenerunt: poſſet etiam in-
telligi glo. quòd aliqui aſſumunt cauſam inquietan-
di,ut aliquam prouiſionem conſequi poſsint.

ANNOTATIONES.

a ¶Recte.Vt ſic potius ſit quædam decretum iudicis,quàm pactio, uel pactum, ut infra patet.

b ¶Obedientiam tenet. Vide Ioan. And.in c.cum inter.R.de elec. ſuper glo.2.& per ipſum in c.porrecta, de confir. uti.uel inuti.& & per moder.maxime per Pau.in cle.i.de ſup.ne.præla.& per Fe-de.de Se.in ſuo tractatu permutationis, quæſtione.17.

*SVMMARIVM.*

1 *Si contra numerum ſponte receperunt aliquem priuilegiati canonici ſuper certo numero, contra impetrantes à papa exceptione numeri uti non poſſunt, & in alio caſu, num. 3. excipitur tamen num. 15.in fine.*
*Diuiſio decretalis.*
2 *Perſonæ qualitas conſideranda, & in quibus hic.*
*Executor datus cum clauſula, contradictores, quam & quamdiu habeat poteſtatem, & nu.4.7.9.10.11.& 12.*
*Archidiaconus citatur ab auctore hic, circa fin.*
3 *Admittere, pro recipere.*
*Reluctari, quid ſignificet.*
4 *In collatione capituli nihil facit conſenſus epiſcopi.*
*Ad collationem non ſufficit conſenſus, & uoluntas collatoris, niſi committat.*
*Auctoritate noſtra factum dicitur, quod ratificamus nomine noſtro factum.*
5 *Exequendum eſt quicquid mandatur, & conſtat ex mente mandantis.*
6 *Ad canoniæ ius quæ pertineant.*
7 *Epilogus, ſuffragium, additio gloſſarum, nu. 8.9.*
*Executor & contradictor contra ſe quis eſſe non poteſt.*
*Suarum eccleſiarum appellationem quæ contineantur in mandato, quod ſit executori ut hic.*
*Archiepiſcopo, uel epiſcopo ut in eccleſiis ſuis, alicui prouideat ſi mandetur, in quibus eccleſiis id mandatum intelligatur habere locum.*
*Reſcriptũ pro paupere fauorabilius, quàm pro diuite in beneficijs.*
10 *Contradictorum appellatione qui contineantur, quorum mentio ſit in clauſula reſcripti, contradictores &c.*
*Ad hæredem, uel ſucceſſorem iudicium quibus caſibus. tranſeat.*
11 *Tractus futuri temporis pertinet ad iudicem ferendo ſententiam.*
*Excommunicatio lata in eo, qui furtum fecerint, licet dicat, conſtitutio, non tamen lata per executorem in contradictores & perturbatores, & quo caſu teneat, ibid.*
*Conſtitutio dici nequit, niſi habeat quæ debet habere conſtitutio, & quæ ſint, ibid.*
12 *Literarum beneficiorum formæ plures, & per quarum formam mandata poſſeſſio, & inueſtitio intelligatur.*
13 *Legatus quæ beneficia conferre poſſit, & reſeruare, & quando cõpellere quem poſſit ad recipiendum in canonicum aliquem.*
*Eo maior eſt delegatus ſpecialis.*
14 *Excommunicatum an recipere poſſint in canonicum ante abſolutionem cum cautione, & nu. 15.*
15 *Receptio idem, quod collatio, & in facto conſiſtit.*
*Excommunicati non poſſunt eligere, neq; conferre.*
*Numero præbendarum non intelligitur renunciatum, ſi ſupra numerum quis recipiatur, in fin.*

CAPVT XXII.

1 PRo illorum. Caſus.Canoni ci pr
uilegiati à papa ſup
certo numero, ſi ſponte receperũt aliquẽ,
ſupra numerum, contra impetrantes à pa
pa exceptione numeri uti non poſſunt. Et dicit Hoſt.
ꝙ hic ponitur gratioſa prouiſio,eluſoria exceptio,iu-
ſta ratificatio.ſecunda ibi,Cunque.tertia ibi,quia ve-
rò. Dic clarius, ꝙ ſunt duæ partes tantum. In prima
facti narratio. In ſecunda cauſæ commiſio ibi, Quia
uerò. Prima continet executoriam exceptionem,in-
ueſtituram, & excommunicationem [*Expediret*] per-
2 ſonæ igiť† qualitas in talibus eſt cõſideranda, de hoc
ſupra eo. cum ſecundum [*Cognoſceret*] archiepiſcopus
[*Contradictores*]videtur,ꝙ talis executor perpetuo poſ-
ſit in contradictores iuriſdictionem ec.exercere: un-
de & poſt mandatum, & poſt ſententiam, ſi eſt tale
negocium,in quo feratur ſententia,eos poterit com-
peſcere ex uitute clauſulæ, quod aliàs non poſſet tan-
quam officio ſuo frunctus, de offi.deleg.in literis, &
c.quærenti. Sed Inno.dicit per dictam decre.quæren-
ti, ꝙ poſt diffinitiuam hoc non poterit niſi uſque ad
annũ:& in alijs,ubi non fertur ſententia,poterit con-
tradictores compeſcere, quouſq; mãdatum plenum
ſortiatur effectum : poſtea ſi moleſtetur, executor ſe
non intromittet,ne uideatur ordinarius. nam talia re
ſcripta redarguuntur,ſupra de reſcriptis,ad hoc.Si ve-
rò aliqui adimpleuerunt mandatum : aliqui non, ſu-
per eos, qui adimpleuerunt mandatum, nihil facere
poterit,etiam ſi poſtea moleſtent: in alios uerò pote-
rit, ſecundũ Inn.qui dicit ultimò, ꝙ ex quo non mã-
datur de recipiendo,ſed delegatus inueſtit, poterit cõ
tradictores compeſcere tantum, infra annum per de-
cre.querenti,ad hoc ſupra de re.iudi.quod ad conſul-
ta.Quod dicit Hoſti.uerum quò ad nouam contradi-
ctionem,& ſententiam de nouo ferendam: ubi uerò
tempore inueſtituræ excommunicauit contradicto-
res, uidetur etiam, ꝙ poſt annum contradicens liget
ſentẽtia,niſi primò paruiſſet,ut prædixi. Dicit etiam,
quòd incidens poſt talem ſententiam non poterit ab
ſolui per delegatũ, ſed per papam, de offi.ordi.paſto-
ralis.§.præterea. ad materiam uide quod no. de teſti.
ex parte, in gl.antepe.& quod ibi dixi cum remiſſ.au-
diui curiam tenere, quòd ſi in reſcripto eſt clauſula,
Mittas in poſſeſsionem,defendas inductum, talẽ exe-
cutorem poſſe defendere poſſeſsionem etiam ei,qui
aliquamdiu habuit pacificam, quaſi talis ſit illi cõſer-
uator, cuius officiũ durat, ut dicitur de offi.deleg.ca.
ulti.§.officium, lib.6.facit infra de ſimo.querelam,in
fi.& quod ibi dicam poſt Inno. aliàs clauſula nil ope-
raretur,quod abſurdum eſſet,& contra mentem con
cedentis,infra de priui.in his,& eo.tit.ſi propter.§.i.in
a fi.lib.6.dicit pro hac parte [a] facere, quod no.ſupra de
reſcrip.ad hæc in fi.ſecundæ glo. Subdit tamen, quòd
aliquibus uidetur idem, quod ſupradictũ eſt de clau-
ſula, Cõtradictores, ne nimium derogetur ordinariæ
poteſtati,11.q.1.peruenit, de offi.ordi.licet, de ma.&
obe.per tuas: & ſecundum id dicit, quod lapſo anno
defenſio ſpectaret ad ordinarium, cuius intereſt ſub-
ditos à moleſtijs defendere [*Qui*] ſcilicet archiepiſco-
pus [*Xanctonenſi*] cathedralis eſt, quod patet infra de
3 uerb.ſig.c.ult. [*Admitterent*] i.reciperent † quod patet,
infra e. c.ad fi. [*Reluctarentur*] i. recalcitrare uiderentur
[*Indulgentiam*] in qua intelligitur, niſi in tantum excre-
uerint, & cetera ſupra de conſtitutio. cũ M.C.ex qui-
bus cauſis tutores habeantur.l.ultima,ubi excreſcen-
ti bus



tibus rebus pupilli nouus tutor datur, ad idem, infra
de cenſi.quanto.Gof. [*Quadrageſimo*] alias quadragena
rio,& eſt melior litera ſecundum Hoſt.[*Ei*]magiſtro,
ne illum reciperent:vel archiepiſcopo,ne procederet
[*Mandati*]directi pro magiſtro.P.alios enim recipiebãt
proprio motu.& illos,pro quibus Papa ſcribebat,irre
uerenter repudiabant.Inno.[*Irreuerenter*] quò ad obe-
dientiam [*Prædictum magiſtrum*] corrigit Innoc. de regi
ſtro. Prædictum magiſtrum cũ conſenſu & uolũtate
tua frater epiſcope in an.& aliorum uirorum prudẽ-
tum,de præbẽdis,& cætera.habebat forte in ſuperſcri
ptione epiſcopo Xantonẽ.& ita eſt in antiqua,ubi eſt
etiam hæc litera. hoc dixit Innoc.ad excuſandum ar-
chiepiſcopum,& ad defendẽdum litteram, ideſt pro-
uidè factum eſt. Sed dicit Hoſti.quòd hoc non profi-
cit:quia pauci libri habent, ꝙ hoc ſcribatur, Xanton.
& quia litera probat, quòd ad decanum, & capitulũ
4 † ſpectabat collatio, unde conſenſus epiſcopi nil pro-
deſſet in præiudicium aliorum. nec eſt diuinando di-
cendum, quòd hoc erat ad epiſcopum deuolutum:
quia nec nunc papa inniteretur allegationi capituli:
quod tamen facit à contrario illius uerbi, ſi vobis cõ
ſtiterit,ſecundum Hoſti. Præterea & ſi ad epiſcopum
ſpectaret collatio,non ſufficeret conſenſus, & uolun-
tas ſine commiſsione [*Vinculo*] auctoritate delegatio-
nis ſubditos ſuffraganeorum excõmunicare potuit,
Gof.[*Auctoritate noſtra*] quia mãdauimus archiepiſco-
po,ꝙ hoc exequeretur per ſe,uel alium: uel quia rati-
ficauimus, quod noſtro nomine fecit, concor. quod
de interpretatione legati dicitur, ſupra de poſtulatio.
prælato.ca.1. Sed nec uidetur magna uis in talibus fa-
5 cienda: imò quicquid † mandatur, eſt exequendum,
ex quo conſtat de mente, ut no.de reſcriptis, eam te,
ſecundum Hoſti.& adde quod dicam infra [*Volumus*]
ſit pro ratione uoluntas. 19.di.enim uerò, & c.in me-
moriam,Hoſt.[*Aliquem*] etiam unum ſolum,de con-
ſti.cum acceſsiſſent,Gof.[*Obſeruare*] ſi.ſupra de conſti-
tutio.cum omnes,& remittit Hoſtien.ad id quod no.
infra de uita & honeſta.clerico.ca.fina.[*Pertinent*] hic
6 habes † quid pertinet ad ius canoniæ: ſic ſupra eo.di-
7 lectus, Hoſti. ¶[*Glo.per† talem*] reſpondet per quæſtio-
nem,an executor datus per hæc uerba, Facias proui-
deri,uel aſsignari,poſsit inueſtire: ponit opi.ꝙ poſsit:
ſoluit contrarium,ad hanc decre.reſpondet,& remit-
tit,allegat contrarium,& ſoluit.¶[*Glo.& ita*] arguit,al-
legat duo iura,& remittit,alleg.tria in contrariũ,que-
rit,& ſoluit. ¶Gloſſ.penul.no.quòd excommunicati
canonicos recipere poſsũt,alleg.duas rationes & duo
ſimilia,ponit lecturam cõtrariam,quam non appro-
bat. ¶Vltima gloſſ.no.quod fracto numero canoni-
8 corum, & cœtera. ¶[*In† glo.& ita,ibi uoluntate*] uide in
9 præ.c.accedentibus,ſuper 1.gl. ¶[*In† glo.1.ibi,prouinciæ*]
ad hoc infra c.quamuis,lib.6.ubi dicam ſuper ultima
glo.quod hic no. Hoſti. [*& in fi.*] ex eo maxime ſecũ-
dum Inno.quia ibi erat clauſula,Contradictores &c.
& ſibiipſi quis contradicere,uel cõtra ſe executor da-
ri nõ poteſt.ff.de arbi.l.penul.idem Pe. & Abb.& per
hoc eſt dicendum ſecundum Innoc. prouidere poſſe
executorẽ,cui ſic ſcribitur,ſit archiepiſcopus,uel epi-
ſcopus in eccleſijs, in quibus habet ius archiepiſcopa
le,uel epiſcopale, etiam ſi illarum collatio nõ ſpectet
ad ipſum. nam ratione illius iuris ſua cenſentur.ff.de
b contrahen.[b] emptio.qui tabernas. Fatetur tamen ali-
quos dicere per tales literas poteſtatem non dari pro
uidendi,niſi in eccleſijs, quarum ad eum ſpectat col-
latio: pro eis ſupra de offi.ordi.licet, quaſi excitet eũ
papa per literas de eo, quod ſpectabat ad officiũ ſuũ:
& hoc maxime ſi impetrans ſit ſubditus illius, & dica
tur in litera, Pauper,uel nullũ beneficium aſſecutus:
ſic exprimit Compo. iſtorũ opinio. ſupra de reſcrip.
capitulum,in glo.magna, circa medium, uer. Item ſi
papa: ſed appro bat contrariam.nec obſtat, ꝙ de pau-
pertate dicitur : quia cum fauorabilius ſit reſcriptum
obtentum pro paupere, quàm pro diuite, ergo plus
ampliandum, de dona.cum dilecti,& hoc poſuit Ar-
chi.eo.titu.pro clericis,li.6. Item ſecundum Inno.hic
& Compo.ibi,etiam ſi nõ ponatur clauſula, Contra-
dictores, forte prouidere poterit in eccleſijs, in quib.
nil iuris habet, forte prouidere non poſſet, niſi dice-
retur in literis, In aliqua eccleſiarum tuæ prouinciæ,
uel diœce.ſecundum Inno.Cum enim tunc nil ſit in
literis,quod arctet epiſcopi poteſtatem ad prouiden-
dum de beneficijs ſuis, non eſt recedendum à forma
reſcripti ſecundum Compo. ¶In gl.2.quam quidam
non habent, quæ ſic iacet ſuper uer.contradictores,
10 hac † ſententia non comprehenduntur niſi partes, &
alij,qui de facto contradicunt, & non de iure, hoc &
ſi eſt,ordi,fuit adeò poſt Inno.qui hoc plenius proſe-
quitur,dicens etiam hæredes,vel ſingulares ſucceſſo-
res partium comprehendi:iudicium enim bene tran-
ſit ad hæredes. ff.de præto.ſtipu.l.2.in fin.& C.ſi ex de-
lict.defun.l.una.ff.de feri.oratione, in fi.ſecus in arbi-
tro.ff.de arbi.ſed interpellatur, in fi. & ſi iudicium ſit
reale,trãſit ad ſingularem ſucceſſorem:perſonale ue-
rò ad uniuerſalem tantum.ff.de ui & ui ar.l.1.§.fi.niſi
forſan ratione perturbationis,iuriſdictionis,& ſic lo-
quitur de offi.deleg.cap.1.ſed hic loquimur de pertur
batione partis:finaliter tenet, quòd etiam extraneos,
qui de facto contradicunt, & rebelles ſunt, poſsit per
hanc clauſulam executor compeſcere.ſed uidetur,ꝙ
11 † executores tales ſententias excommunicationis in
contradictores,vel rebelles,vel fautores talis aduerſa-
rij ferre non debeant,cum hoc reſpiciant tractum fu-
turi temporis, qui non ſpectat ad iudicem.ff.de uſur.
l.1.reſponde ſecundum Inno. & Hoſti.ut no.ſupra de
c procurato.auditis,& infra,de ſepul.[c] in noſtra.Itẽ alia
ratione non uidetur tenere,cum talis ſententia ſit cõ
ſtitutio,ſicut illa,Excommunico omnes,qui furtum
fecerint, de conſtitutio.cap.2.lib.6. Sed delegatus nõ
poteſt conſtitutionẽ facere,ergo nec talem ſententiã
ferre.Sol.non eſt conſtitutio,ꝙ patet ex perſona pro-
ferentis,ſ.delegati,& ex forma ſentẽtiæ, quæ nec per-
petua eſt,nec generalis:nec habet alia,quæ habere de
bet conſtitutio, de quibus.4.diſt.erit autem : imò eſt
ſententia:quia nec fertur niſi cauſa cognita: aliàs irri-
tanda eſſet, licet teneat. 11.q.3.cap.1.& eſt iniuſta, de
ſenten. excom.ſacro, & ſi ſuper alio ſine cognitione
feratur, ut ſi præcipiat, quòd illi omnes obediant, &
qui non obedirent,talem pœnam paterentur, ſecun-
dum Inno.vel eſſet excommunicatus,ſecundũ Hoſt.
non putant talem ſententiam ualere per no. ſupra de
in inte.reſtitu.cap.2.cum cauſæ verò cognitione legi-
timè fertur,ſupra de appella.præterea.Sed dices nõne
melius eſſet ante talem ſententiam expectare turba-
tionem? dicit quòd non : quia poſſet eſſe periculum
in mora, ad hoc de offi.del.c.1.li.6.& eſto, ꝙ melius
eſſet illud:tenet tamen ſic lata.2.q.6.biduũ.ff.de euic.
le.2.ff.ad l.Aqui.in l.Aquil.& non extenditur hæc ge-
neralis ſententia ante receptio.uel poſt lata, niſi in tẽ-
pus, in quo ſententia ferri poſſet: quod autẽ dicit gl.
per illam ſententiam nõ legari contradicentes de iu-
re,ſed de facto,placet Inno.& Hoſt.ad hoc de procu-
rat. petitio, niſi aliud appareat ex forma reſcripti, ſu-
per quo remittit Hoſt.ad no. de offi.deleg.ex parte.2.
In illos enim,qui de iure contradicunt, iuriſdictionẽ
non habẽt:& eſt ſimile quod dixi, ſupra de reſcriptis,
cum contingat,& quod dicam de cleri.ex.propoſuit,
ſuper uerſicu.fautorem, & uide quod dicam de con-
ceſ.præben.quia cunctis, lib.6.in glo.dixit hic Hoſtiẽ.
in fin.bene facit ad hec.ff.de his qui. ut indi.l.penulti.
¶In

¶*In glo.per talem, ibi, ex ore*] ubi de hoc, & 16.q.7.ſi quis
deinceps & infr.de inſtitu.auctoritate [*ibi, aſſignari*] In-
12 nocen.diſtinguit † inter formam, Facias prouideri, &
formam, Facias aſsignari, quaſi prima forma conti-
neat, ꝙ faciat ius conferri. Secunda, ꝙ ius conferat, &
faciat factum aſsignari, & iſto modo poteſt ſolui cō-
trarium de decre. abbatem, ſupra de reſcriptis, & hic
recitant etiam Petrus & Abb. & Hoſti.aliam ſolutio-
nem contrarij colligas ex opinione glo. ſcilicet ꝙ nō
tenuit prouiſio: aliam ex eo, quod dixi ſuper uerbo,
uolumus [*& ibi, cum noſtris*] vbi uerò an executor poſ-
ſit interdicere, & reſeruare, & de hoc etiam, infra ca-
pitulo finali, de quo uariabant hic Inno. & Hoſti.ſed
dic, ut infra de conceſsio.præben.ſi ſoli, lib.6. ¶*In glo.
excuſauit, in fine*] uel dic, quòd papa ratum habet, quod
prouide factum eſt, non totum, quod factū eſt, quaſi
prouide factum ſit: ſi, infra de conceſsi.præbē.propo-
ſuit, ſupra eodem dilectus. ¶*In glo, & ita, ibi, compellere*]
13 iure † legationis: ſecus, ſi hr̃et ad hoc ſpeciale manda-
tum, ad hoc.j.eo.hi qui.2.rñ.lib.6.& facit quod no. de
reſcripris, literis, Dicebat ergo hic Hoſtien. ꝙ licet le-
gatus de latere ꝯferre poſsit bñficia uacātia nō tñ ua-
catura, licet illa reſeruare poſsit: unde non poſſet ali-
quem facere recipi ultra numerū, multo minus con-
tra iuramentum: quia nec hic poteſt ſpecialis delega-
tus, niſi in reſcripto fiat mentio: qui tamē quò ad ſpe-
ciem ſibi cōmiſſam maior eſt legato, de offi. legati,
ſtuduiſti. Dicit tamen, quòd bene cōfert beneficia in
eccleſijs non habentibus numerum: quod intelligas,
ſi ſufficiunt facultates, & uide ſupra de uita & hone.
quoniam, in fine, i.glo.& quod no.de conceſsi.præbē,
capitulo ultimo, lib.6.in glo.nunquid, in fine. ¶*In glo.
14 pen.ibi, præſtent*] & ſi † dicatur, quòd manifeſta erat of-
fenſa ita, quòd abſolutionem præcedere debeat ſatiſ-
factio, nec ſufficiat cautio, infra de uerborum ſigni-
fica.ex parte.reſpondetur ſecundum Innocē.illud ve-
rum non eſſe in ſpiritualibus. nunquid enim excom-
municatus: quia ſe nō faciebat ordinare ordinabitur
ante, q̃ abſoluatur? abſit, ſup. de ordi.ab epiſcopo.c.2.
inf.de ſen.excommuni. cum illorum, & facit infra de
conuer.coniu.ex publico: ipſe tamē tenet per decre-
ta.capitulum, quòd receptio pręcedit abſolutionem:
ſed dic, ut dixi in fine glo. Ioan.[*& in fine*] Caue, quid
dicat glo, quia ſecundum ſuam lecturam huius capi-
tuli archiepiſcopi inueſtitura non tenuit: reſtat ergo,
15 quòd † receptio canonicorum faciet.P.can.& eſt idē,
quod collatio: ſic inf.de reſcriptis, cum aliquibus, &
j.eodē cū, in eccleſijs, li.6.talem autem collationē ex-
cōmunicati facere non poſſunt. Si enim non poſſunt
eligere, ſupra de conſuetu.cum dilectus.ſ.de electio.
cum inter. R. multo minus conferre, licet bene poſ-
ſint receptionem facere, quæ conſiſtit in facto, & ſic
loquitur decreta.de reſcriptis, capitulum. unde ſecū-
dū opinio. G, neceſſaria eſt illa expoſitio.i.donec cau
tionem, & cœtera, ¶*In glo.ultima in fine*] per quæ iura
dixit Inno. ꝙ ſi impetrantur literæ in eccleſia, in qua
canon.infregerunt eligendo ſupra numerum, quod
adhuc manet eis ſalua exceptio, ne præbendam aſsi-
gnent ſupra numerum: ſed recipere eum tenentur: &
ſit ratio ſecundum Hoſtien.quia non uacans aſsigna-
ri non debet in totum, nec diuidi in partē, ſup.eo, tuæ.

ANNOTATIONES.

a ¶Pro hac parte. Pro eo, quod ſupra dixit in uerbo, audiui, & ita
coli.ex glo.Archi, in c, ſi cui, præalleg.

b ¶De contrahen.Et facit quod habetur in cap.1.de uſu pa.& uide
Bar.in proœmio.ff.noui ſuper rubrica, & facit quod no.Io. An.de
reli.do.cum uenerabilis, in prima glo.

c ¶De ſepul. Et uide glo. & Ioan.An.de ſen.excom. Romana.§.ca-
ueant, libro ſexto, & per Barto.in l.1.§.1.ff.de uſu.& in C.de ſen.
quæ pro eo, quod intereſt.

*SVMMARIVM.*

1 *Ad ſacros licitè pro mouetur non beneficiatus habens ſufficiens pa
trimonium, & quale, num.5.*
2 *Canonicum obſiſtere quæ dicantur ad ordines uolenti promoueri
ſacros.*
3 *Ordinatus ſacris ordinibus abſque beneficio tenetur horas dice-
re tantum.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu.5.*
*Ordinato ſeruo ad titulum patrimonij tenetur epiſcopus prouidere
de beneficio, niſi in caſu & quo.*
*Non degradatur, licet ſit domini præiudicium, qui conſenſit.*
*Diſpenſatio facilior eſt circa perſonam, quàm rem.*
*Beneficium ſi conferatur in habentem patrimonium, non pecca-
tur & ipſe petere poteſt.*
*Patrimonium ad unius titulum ſiquis fuit promotus uendi nō pōt:
ſecus ſi non fuit.*
*Ad hæredes tamen tranſit.*
*Precium facilius, quàm res conſumitur.*

## CAPVT XXIII.

TVis quæſtionibus. Caſus. Nō † be-
1 neficiatus habens ſufficiens patrimonium
ad ſacros licitè promouetur. Et ponit di-
ctum, cuius unam determinationē interſerit ibi, dū-
modo: & pars huius, ſupr. de teſti.tuis[*Aliud*] ſimplex
2 relatio [*Canonicum*] ut † homicidium, uel aliud morta-
le, uel aliqua irregularitas, quod dic, ut ſupra de tem-
poribus ordinando. capitulo fin. & capitulis ſequen-
tibus. Et dicit Ab.hic includi, quæ habentur.33.diſtī.
maritum li.diſtin. qui in aliquo [*Superiores*] ſubdiaco-
3 natum, & reliquos [*Promouere*] talis tenetur † ad horas
dicendas, licet nō teneatur certam eccleſiam officia-
4 re; de hoc.93.diſt.cap.fin.& uide glo.fin. ¶Prima † gl.
quærit, & ſoluit. ¶Secunda glo.ſoluit dubium, ſecun-
dò quærit, arguit pro, & contra, ponit opinio. Vincē.
contra quā alle.decr.tua, ponit opi. Tan.& ſoluit.ter-
tiò quærit, & ſoluit. Quartò quærit, ponit primo opi.
5 Vincē.ſecundo opi.Tan.quam approbat. ¶*In 1.† glo.
ibi, pro titulo*] ſi hoc fuit actum, ſecundum Hoſtien.ſe-
cundum quem caueat ſibi epiſcopus, ne illud patri-
monium ſit ſeruilis conditionis, quia tunc habeat cō
ſenſum domini, niſi uelit ſe onerare: quia illo patri-
monio per dominum reuocato, teneretur illi ordi-
nato epiſcopus prouidere. Non ob.ſecundum eum
quòd ſeruus ordinatus in præiudicium domini non
degradatur, ſupra de ſeruis non ordi.miramur: quia
licet maior ſit alienatio perſonæ, quam rerum: tamē
magis eſt diſpenſabile circa perſonam, quàm circa
rem. reuocatio enim perſonę cederet in uituperium
dei, & eccleſię, non ſic de rebus: & eſt ſimile de tranſ-
la.cap. fin. [*& ibi, petere*] non eſt malum illos benefi-
ciare: nec peccarent petendo, quicquid dicat.G.& iu-
ra, infra allega.intellige, ut dixi ſ.eod.epiſcopus, ſuper
ultima glo. Intelligas ergo hoc de petitione, per quā
ad hoc cogi deberet epiſcopus [*& ibi, debeat*] ex gene-
rali obligatione, de qua nota. ſupra eodē, cum ſecun-
dum, in ultima gl. ¶*In glo.2.ibi, Vin.*] Io.& Gof. [*& ibi,
tua*] & hoc tenet Hoſt.[*& ibi, debeat*] facit quod no.in-
6 fra de cenſi.c.1. [*& ibi, primatus*] quia † nec laicus poſ-
ſet, ut ibi: & hoc non eſt tantum ratione rei, ſed ratio-
ne ordinis, propter quæ eſt ei obligatus, ſecūdum Io.
Gof.Hoſti.[*& ibi, Vin.*] Io.& Gof.tamen fatentur Ioā.
T.& Phi.quòd non eſt illi ius ſpirituale in tantum ad-
hærens, quin ad hæredes tranſeat; prohibeatur ergo
alienatio ad inſtar fundi dotalis. ff. de fun. do. lex Iu-
lia, de dote poſt diuor. re. per ueſtras [*& in fi.*] idem
a Phi.Hoſt.dicit hic congrue[a] diſtingui, an patrimoniū
fuerit aſsignatū pro titulo, uel non, ut primo caſu nō
poſsit ſine conſenſu epiſcopi: ſecundo ſic: nec ob.ra-
tio Tan. quia facilius cōſumitur precium, quàm res,
ANNO-



ANNOTATIONES.

a §Congrue. Quando precium ſuccedat loco rei, uide Bar.in l.ſi &
rem, ff.de peti.hære. & plenius in l.imperator.§.fina.ff.de leg.2.
& in l. Labeo, ff.de uer.ſi.

*SVMMARIVM.*

1 *Vel, pro imò.*
*In perſonam procuratoris, an principalis an utriuſque inueſtitio,
uel condemnatio ſit concipienda.*
2 *Inueſtituram qui pro alio recipit, an debeat eſſe clericus.*
*Pro alio an facere poſſim, quod pro me non poſſum.*
3 *Inueſtituræ fiunt etiam de beneficio eccleſiaſtico feudi.*
*In perſonam conſanguinei de beneficio eccleſiaſtico ſi fiat, non ac-
quiritur per eam præbenda, uel canonia abſenti.*
*Præbenda, & canonia de conſenſu quorum acquirantur.*
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.5.*
*Dominium abſenti quando acquiratur, & num.6.maximè in fin.*
*Erans non perdit rem ſuam.*
6 *Additio gloſſarum.*
*Hæreditas per procuratorem an requiratur.*
*Mandatum ad recipienda beneficia quando habeat locum & quod
ſufficiat, ad uer. per procuratorem.*

## CAPVT III.

ACcedens. Breue eſt, & pars huius
de raptoribus, accedēs,
1 ut patet in an.[*Vel*] pro † imò: ac ſi dicat me
lius eſſe, quòd dicat inueſtitor, Inueſtimus
talem abſentem per te, ſecundum Inno.dicit Hoſt.ꝙ
tutius eſt, ꝙ utrunque dicatur: & ſi.eſt quod de con-
demnatione principalis, uel procuratoris no.ſupr.de
2 elec.querelam [*Alius*] nunquid † iſte, qui inueſtiturā
recipit, debet eſſe clericus: uidetur, ꝙ poſsit eſſe lai-
cus, de procu.cap.1.i.reſpon.lib.6.tutius eſt, & ſic ſer-
uatur, quòd ſit clericus, & hoc tenet hic Egi. & Guil.
dicens, quòd hoc relatiuum, alius, facit poſitionem
ad nomen, clericus: cōtra hoc, quod dixi de relatiuo,
Alius, facit quod no.de reſcriptis, ſedes, in fin.3.gloſſ.
Minor dubitatio iur.de acceptando, an.ſ.habens gra-
tiam cum beneficio acceptandi, poſsit lai cum procu
ratorem ad id conſtituere. Et ſuper hoc uide argumē
ta pro, & contra, & ſolutionem in ſimili quæſtione,
de reg.iuris, quod alicui ſuo, lib.6.per quam regulam
cum concor.uidetur, ꝙ non poſsit: quia ſuo nomine
non poteſt tractare ſpiritualia, de iudi.cap.2.de re.ec-
cle.non alic.cap.fi.96.di.bene quidem, ergo nec alie-
no.16.q.7.in noua, cum capitulis ſequentibus: & be-
ne facit quod ſcripſi, ſupra de elec.qđ ſicut, poſt prin.
de laico, qui etiam conferens ex poteſtate papæ be-
neficium, non dat in illo ius ſpirituale. unde ſicut Iu-
dæus Chriſtianis ſuo nomine præeſſe non poteſt. 54.
diſt.mancipia, de Iudæ.c.2.ſic nec alieno c.diſt.nulla,
& de Iudęis, cum ſit: patet ſi.de hęret.ca.2.§.2.& 3.vel
6. quia ſicut hæreticus ſibi non acquirit beneficium,
ita nec alteri: & ſicut excommunicatus ſibi non agit,
ita nec pro altero, de probatio.poſt ceſsionem: ad idē
hodie cle.de æta.& qualita. ut hi qui, de procura.reli-
gioſus, de regula.cap.1.bene facit, ſupra eo.lib.de re-
ſcriptis, ſtatutum.§.in nullo. Item facit quod no.C.de
fideicom.eam quam, ubi non capax non acquirit hæ
reditatem, ut reſtituat capaci, & ibi de hoc argumen-
ta pro & contra. Sed in contrariū facit præ.decre.pri-
ma, de procura.ſupra eo.lib. & quod de filiofami.di-
citur, eo.ti.qui generaliter.§.1.& quod de ſeruo, & li-
berto dicitur. C.ſi per uim, uel alio modo l.1.ff.de in
ius uo. quæſitum. Item ex contrario ſequentur mul-
tæ abſurditates. ſ. quòd etiam clericus non habilis ad
dignitatem quacunque de cauſa non poſſet dari pro-
curator ad dignitatem acceptandam. Item quòd lai-
cus non habilis ad matrimonium nō poſſet ad id da-
ri procurator. Item quod mulier matrem conſtitue-
re procuratorem non poſſet ad matrimonium cōtra
hendum. Item ꝙ monacus, uel ſeruus, qui non poſ-
ſunt acquirere ſibi, non acquirent mon.uel domino:
facit quod no.in cle.de renuncia.ca.vno, in gloſſ.non
uideo: reliqua argumenta uide ubi ſupra. Solutio, ut
dixi, tutius eſt oī caſu clericū cōſtituere: tamē ſi pro-
curator datus eſt pure ad acceptādū certū beneficiū
vacās, quæſtio nō uidet̃ dubia, cū tūc nudus miniſter
ſit declarās domini uolūtatē: facit.C.ſi quis al.uel ſibi
l.multū: imò & ſic conſtituendo uidetur accepraſſe,
facit quod dicam ſuper gl.Non ob.de elec.c.pe.li.6.&
quod ibi no.in ulti.glo. quia in his ſufficit animus, de
quo conſtet: facit clemen.de conceſsio.præbē.c.uno.
§.penul.ſed ibi requiritur forma, quę uult uoti depo-
ſitionem in ſcrutinio fieri, ut patet. Sed ſi datus eſt ad
acceptandum certum uacans, ſi ſibi uidebitur acce-
ptandum, uel datus eſt generaliter ad acceptandum,
cum uacabit, uel uacaturum ſecundum formam de-
creta.captandæ, de conceſsio.præben.libro ſexto, ſe-
quendo commmunem obſeruantiam, faciunt cle-
men.de ætate & qualita.generalem, de appellatio.c.1.
ff.de legi.l.minime, dicamus conſtitutionem ualere,
& per eū acceptionem fieri poſſe.pro hoc facit æqui-
tas, qua forſan expectās non habet in loco clericum,
de quo confidat: & talia non ſunt omnibus commit-
tenda: facit ſupra de procurato. querelam: & non ha-
bere procuratorem in loco eſt periculoſum, ut in cle
men.de conceſsio. præben.ca.uno, in fine. Item quia
nil acquiritur per hoc procuratori, ſed acquiritur ius
domino, per quod impeditur ordinarius; de conceſ-
ſio.præben.quia cunctis, lib.6. Item per collationem,
quæ fieret procuratori, ſibi aliquid acquirit̃, quod ce-
dere habeat: ſed ex ea etiā ſine traditione dominium
acquiritur conſtituenti, de pręben.c.penul. de conceſ
ſio.præben. cap.ult.li.6. Ad alia contraria reſponden.
per diſtinctionem, quam uideas in præ.regula, quod
alicui, ſuper fi.glo.& in ſolutione quæſtionis [*Eccleſia-
3 ſtico*] fiunt etiam † tales inueſtituræ de beneficio feu-
di, de feu.cap.2. [*Inueſtiri*] etiam ſi hæc inueſtitura fiat
in perſonam conſanguinei, non per hoc acquiritur
præbenda, vel canonia abſenti[a].nam licet ille ſit talis,
qui agere poſsit, non ſequitur, quòd dominium ho-
rum acquirat, quod ſolū acquiritur conſenſu eligen-
tiū, & electi, de elec.cum inter, ſm Inno.& Hoſt.nota-
bant hic ipſi, & Abb.id, quod eſt hodie expeditū.j.eo.
4 ſi tibi abſenti, li.6.¶Prima † gl.quærit, & tripliciter ſo-
5 luit: ſecundò obijcit, & ſoluit. ¶*In 1.glo.ibi, quicquid*] qđ
filius peculiari nomine apprehēdit, ſtatim pater poſsi
det, ēt ſi ignoret illū in poteſtate conſtitutū [*& ibi, per
procuratorem*] cōiter nō eſt lex, ſed.§.1.ſub.l.ſi pupillus,
ad fi.ti.& ibi de hoc, & cōiter incipit, Paulus rñdit, pro
curatorē hæreditatē acquirere non poſſe [*& ibi, res ex
mandato*] ſequitur, meo empta non prius mea fiet, q̃ ſi
mihi tradiderit ille, qui emit [*& ibi, per procura.*] prima
facit ad propoſitū, quæ dicit ſic: ſi procurator rē mihi
emerit ex mādato meo, eiq; ſit tradita noīe meo, do-
miniū mihi & proprietas acquiritur ēt ignoranti: ſecū
da dicit, ꝙ ſi procurator meus rē ſuā quaſi meam alij
tradit, remanet dñs: & idē in tutore pupilli: quia nul-
lus errans rē ſuā perdit [*& ibi, qui mihi donatum*] ſi procu-
ratori meo rē tradis quaſi mihi acquirat, ipſe uerò rē
recipit, quaſi ſibi acquiſiturus, nō ſibi, ſed mihi acq-
ritur [*& ibi, Si ego*] niſi ex quo dñs ratū habuerit, quod
poterit, inuito ſoluente, ut ibi. ¶*In † glo.1.ibi deniq;*] & j.
6 de ꝓcura.c.ult.li.6.[*& ibi, tēporalis*] dicunt legiſtæ, ꝙ tē-
poralis hęreditas non pōt per ꝓcuratorē acquiri, pro
eo, ꝙ acquirit̃ & adit̃ ſolo, aīo ex quo uerè dedi pro-
cura.ad adeundū, iā apparet animus aditionis, & ideò
impoſsibile eſt illā adiri: ſed illud uerū de hæreditate
iam

iã delata,& quã ſcio delatã.in deferenda locũ habeat,
quod ſtatim dicã [*& ibi, per procuratorem*] generalẽ,per
ſpecialẽ bene.ff.de acquiren.hęredita.ſi quis mihi bo-
na.§.iuſſum, & ſeq.& §.pater , & ſe.ſm Ho. ſm quem
ſufficit, ꝙ habeat mandatũ ad recipiendũ & cauendũ
omnia beneficia cũ cura, uel ſine cura.etiã ſi non ex-
primantur : facit de procura.c.1.§.1.li.6.ſed uidet ſuf-
ficere,ꝙ dicat beneficia ẽt tacito de dignitate,uel cu-
ra per id,quod ſcripſi poſt Inno.Hoſt.& Compoſt.de
reſcriptis,ſedes,ſuper gl.ſed quas.facit de regulis iuris,
c.1.li.6. Quod autẽ hæc per procuratorẽ fieri poſsint,
ꝓbat ſtylus curiæ, quo ſi fit gr̃a cũ beneficio acceptã-
di dat poteſtas receptãdi per ſe, uel per procurato.qđ
uide no.in clemen.de conceſsio. præben.c.1.in gl.iſte
terminus,in prin.[*& ibi,non poßet*] de hoc.j.de elec.cu-
pientes.§.cęterũ,li.6.in 4.gl.[*& ibi,dominium*] rei ſingu-
laris donatę, uel uẽditæ.in hæreditate.n.ſpirituali, uel
tẽporali, cui quis obligatur, non habet hoc locũ, ſm
Hoſt.ad hoc.j.e.ſi tibi abſenti,li.6.[*& in fi.*] niſi ex quo
dñs ratũ habuerit,& ibi cuius ſit interim,ibi notat. Et
de mã glo.no.ſatis.ff.de acqui.poſ.l.1.§.p ꝓcuratorẽ,

ANNOTATIONES.

a ¶Abſenti. Vide Bar.in l.qui mihi donatum , ff.de dona.& an pax poſſit fieri abſenti , uide Bal.in l.2.C.de libe.& eo.lib.& facit lex Labeo, & quod ibi per Bar.ff.de iureiurando.

*SVMMARIVM.*

1 *Recepti duo ſi ſint ad unum canonicatum , uel præbendam uacantem in eccleſia , non tenet receptio .*
*Diuiſio decretalis .*
2 *Legatus quis beneficia auctoritate legationis conferre non poſſit .*
*Sanguinis iudicium ſæpe præponitur iudicio rationis .*
*Carnem ſuam nemo odio habuit .*
3 *Numeri canonicatuum priuilegium legatus non poteſt infringere, ſed canonici poſſunt , non autem præbendarum , & ratio.an canonici num. 15 .*
*Iuri priuato , non publico renunciare quis poteſt .*
*Conſilium ubi eſt , ibi ſalus .*
4 *Vicarius epiſcopi an conferre beneficia poſſit .*
*Clerici à mulieribus ſaltẽ cum tenent hebdomadã ,debẽt abſtinere.*
*Canonicum quem eſſe per quæ probetur .*
5 *Domum canonicalem niſi canonicus habere poteſt .*
*Deſtitiſſe quis uideatur .*
6 *Duo ſi ſint recepti ad unam præbendam , uter primus dicatur .*
*Oppoſita iuxta ſe poſita magis claneſcunt .*
*Canonicatus quando uacare , quando deſinere dicatur non uacare.*
*Eius impetratio non ualet ſi uacare dicatur, cum deſinat .*
*Renunciatio comparatur remotioni, & morti naturali,ad dict.defuncto .*
*Præbendarum unio & diuiſio fieri debet per epiſcopum .*
*Contra iuramentum quæ fiunt an & quibus caſibus teneant ,ad dicti. Iuramento , & ſic electio , & receptio .*
8 *Clauſula,quicquid contra fieret , non ualeat ,quid operetur , & à quibus opponi poſſit , & qualiter .*
9 *Per, unde, dictionem an uideantur ante allegata ius facere .*
*Sententia non proferri uidetur ex allegatis non facientibus ad propoſitum , ſed ex his , quæ caſum contingunt .*
*Reſtitutio pro remiſſione .*
*Epiſcopus põt quomodo agere pro præbẽda , & ad eã partinẽtib.*
10 *A fructibus excuſatur , qui titulo poſſidebat , & bona fide; liàs minime .*
*Canonicè minus conſequi beneficiũ quibus rationibus quis dicatur.*
11 *Epilogus , & ſuffragium gloſſarum , nu. 12.*
*Procurator habens generalem adminiſtrationem domino quando non præiudicet , & nu. 13 .*
*Conſentire quis dicitur , ubi non contradicit , quod ſibi præiudicaturum eſt .§. in 3 . gloſſ.*
*Legitime niſi quid fiat, non nocet, nec facit quem eſſe, quod non eſt , ibid .*
13 *Additio gloſſarum , & num. ſequentibus .*
*Sine conditione quod ſit liberalitatem ſonat .*
*Tollit omnem uitij ſuſpicionem .*
*Mandatum non uidetur niſi quod ſit legatum .*
14 *A moleſtatione ut liberaretur hic cõquerẽs,qua utebatur actione.*
*De actionis nomine non curandum .*
15 *Contra priuilegium numeri canonicalis non poſſunt uenire canonici, & quare .*
16 *Electio canonicorum plurium una uacante præbenda quando fieri poſſit , & quomodo , & quid non uacante .*
*Numerus canonicorum quando rumpatur, & præbendarum .*
*Præbenda in quibus conſiſtat .*
*Canonicatus ius in quibus .*
17 *Res inter alios acta quando non obſiſtat, quando ſecus, affert exẽpla cum diſtinctione .*

CAPVT XXV.

1 Dilecto. Caſus.Si ad † vnicum canoni-
catum,& præbendam uacan-
tẽ in eccleſia duo canonici ſint recepti nõ
tenet receptio,etiã ſi auctoritas legati ſed.
Ap.interuenit,& diuide in 3.partes. In prima ponũur.
7.quæ faciũt pro cellerario.In ſecũda,quæ faciunt cõ
tra eũ.In tertia diffinit.In.4.proteſtatur,uel tacitę quę
ſtioni reſpondet.ſecunda ibi,procurator.tertia ibi.vn
de dictum.quarta ibi, ita quod [*Trecenſi*] in anti.dicit,
Senonenſi[*Tuo*]dicit Hoſt.ꝙ procurator noĩe epiſco-
pi petebat à cellerario fructus præbẽdæ, quã tenebat,
2 & ꝙ ei imponeret ſilentiũ ſuper ea [ *Legati* ] tales † le-
gati beneficia auctoritate legationis cõferre nõ poſ-
ſunt.j.de offi.leg.c.1. lib.6. ſed forte iſte fuerat legatus
cardinalis,& poſtea archieps,de quo.ſ.c.dilectus : ſũt
enim hæ decre.eiuſdẽ auctoris [ *Nepoti*] ſœpe iudiciũ
ſanguinis præponũt iudicio rationis, inf.eo.graue: &
ut dicit Ab.eſt ſcriptũ ꝙ nemo carnẽ ſuã odio habuit
13.q.2.nõ æſtimemus[*Trecenſi*] puto ꝙ cardinalis fuit
oriundus de loco, & præelegit ibi archiepatum,ut.ſ.
dixi [*Reſignauit*] inordinata fuit hæc charitas [*Inſtituit*]
hoc eſt primũ, qđ faciebat pro cellerario:& dicit Inn.
3 ꝙ legato† nõ licuit priuilegiũ canonicorũ infringere:
ſed ſi canonici, ad quos ſpectabat receptio, auctorita
te ꝓpria hoc feciſſent, tenuiſſet receptio : quia in hoc
potuiſſent renũciaſſe fauori ſuo:ſed nõ tenuiſſet prę-
bendę diuiſio.ſ.e.pro illorũ,in fi.& c.dilectus,de con-
ſti.cũ.M.& eſt diuerſitatis huius ratio, ſm Hoſti. quia
primũ cenſet de iure priuato,cui poteſt renũciari.ſm
de iure publico,cui nõ põt renũciari.de hoc de fo.cõ
pe.ſi diligẽti.Item per primũ fit melior cõditio eccle-
ſiæ:quia ubi cõſilium,ibi ſalus:unde expedit eccleſiæ
habere plures cõſiliarios,de offi.del.prudentia,ver.il-
la, cũ cõcor.per ſm uero poſſet induci mendicitas in
cleri,& eccleſiæ opprobriũ [*Capitulum*] hoc eſt ſm fa-
ciens ꝓ cellerario[*Fructus*]quaſi licuerit de fructibus,
quod nõ liceret de præbẽda:ſed dic,ut.j.c.proxi.[*Quo-*
4 *rum*] tertiũ faciẽs pro cellerario [*Generalis*] de † uicario
epi,an poſſet bñficia cõferre,no.hic.G. & Ho. ꝙ dic ,
ut inf.de offi.ui.c.ulti.li.6.& ibi uideas in gl.pe. [*Dictus*
*quoque*]quartũ pro cellerario,& hucuſq; allegauit titu
lum,nũc allegat poſſeſsionẽ,& ipſius vſum Egi. [*Heb-*
*domadam*] ſaltẽ cũ tenẽt hebdomadã , abſtinere debẽt
clerici à mulieribus,31.di.tenere,ſm Hoſt.[*Tamdecani*]
quintũ pro cellerario[*Canonicus*] per hęc uideat ipſius
intẽtio ꝓbata,ex quo agebat & c.ff.ad Mace.l.3.quod
eſt uerũ, ſm Hoſt.quò ad poſſeſsionẽ,de elec.in gene
ſi: ſed nõ quò ad proprietatẽ quo ad quã oportet pro
bare ſuã inſtitutionẽ canonicã.2.q.1.legũ , de inſti. ex
frequentibus,de reg.iur.in 1.regula, li.6. [*Domum*] ſex-
tũ,quod facit pro cellerario [*Canonico*] quaſi licet eſſet
5 † cellerarius,niſi fuiſſet canonicus,non habuiſſet do-
mũ,exẽplũ in eccleſia Bonon. [*Tuq;*] 7.pro cellerario
[*Tunc*]ſ.cũ nouiter intrat eps cõſecratus[*Et eidem*]8.fa-
ciens

ciẽs pro cellerario [*Nominaſti*] ad hoc de frigi.c.1.ſed
hoc nõ iuuat : quia deſtitiſſe uidet nõ qui diſtulit, ſed
qui in totũ renunciauit.C.de pactis,poſtquã.ff.de mi-
noribus, deſtitiſſe niſi eſſet actio limitata,ſ de reſcri-
ptis,ſi autẽ ſm Hoſt.[*Petijt*] nõ porrigendo libellum,
ſed ex vi iuris per has allegationes,vel ẽt libellũ porri-
gendo:quia in talib⁹ uterque actor,& reus.ſ.de reſcri-
ptis,cęterũ.& c.fi.ſm Hoſt.[*Vacabat*] per reſignationẽ
cellerarij, ut ipſe idẽ dixerat, & ex uerbis ſuis conuin-
citur:ſimile de reſcriptis,ex parte decani,ſm Hoſtien.
[*Alius*] dicit Inno.ꝙ † potius cellerarius cẽſeri debeat
ſcđs, ꝗ primus : quia ob hoc reſignauit præbendã,ut
nepoti archiepiſcopi ꝓuideretur de illa: ſed potius ui
deret ꝯriũ ex uer.ſ.ibi , donec dictus.G.&c. [*Præterea*]
voluit hic ꝓcurator,vel aduocatus epi apparere Rab-
bi, & ſciens quia nil ad cauſam, ex quo eccleſia habe-
bat numerũ,ſed hoc fecit ut euidẽtius clareſceret, qđ
erat inducturus: quia oppoſita iuxta ſe poſita &c.in-
ſti.de liber.§.1.ſm Ho.& de materia per Hoſt. in ſum-
ma,ut ec.bene.poſt prin. [*Aſſenſu*] ꝓſumpto, & ſi hoc
nõ agat,& eſt una dr̃ia inter iſtud ius & illud, de quo
ſtatim ſequitur [*Deſinit*] per hoc dicebat Inn.ꝙ ſi in ec
cleſia,ubi nõ eſt certus numerus, ſunt plures canoni-
ci,ex quibus unus moritur, nõ ualent literæ, ſi impe-
trãtur ſuper illius canonicatu alteri cõferendo , quaſi
uacet,& non uacat,ſed deſijt,ut hic dicit:ubi uero eſt
numerus,non deſijt,ſed uacat: facit ad prædicta.C.de
prox.ſacro.ſcri.cõperimus,li.12.de ſac.ſan.ecc.nõ plu
res,de aduo.diuer.iudic.petitionem [ *Defuncto* ]renun-
ciãte,uel aliàs remoto.Ab.[*In eccleſia*] hoc expreſſe fa-
cit ꝯ cellerariũ [*Non poſſunt*] potentia iuris, uel facti,de
quib⁹.ſ.de reſcriptis, ſciſcitatus [*Electio*] cũ cõſenſu il-
lorũ,quorũ intereſt,Inn [*Cõi conſenſu*]dicit † Ho.unio,
& diuiſio fieri debet per epm,ut hic,& c.ſe.de his,quę
fi.à præla.tua,& c.paſtoralis,de dona.paſtoralis, & ſic
intelligit de exceſsi. præla.ſicut [*Augmentare*] puta or-
dinãdo,ꝙ ubi ſunt.10.ꝑbendæ,ſint 15.Inn.[*Iuramento*]
no.ꝙ ſi aliquis eligat ultra numerũ in eccleſia,in qua
numerus eſt iuratus,nõ tenet electio. Idem,ſi nume-
rus ſit cõfirmatus per papã cũ decr.aliàs ſecus, ut hic,
& in cõcor.ſecus, ſi quis iuraſſet nõ uendere librum:
quia tenet uenditio:dicũt.n.ſpãle in ſpiritualib⁹, ꝙ nõ
valeat,quod fit ꝯ iuramentũ,& hoc placet Archid.j.e.
ſi à ſede,lib.6.Alij dicunt,ꝙ receptio facta ꝯ iuramen-
tum tenet,& hæc eſt alleg.Inn.ſed põt argui,ꝙ hęc al-
legatio ius contineat:quia ex ea papa infert ſñiam di-
cendo, unde &c,ſed rñdetur,ut ibi dicã . Satis põt de-
fendi,ꝙ ualet receptio ꝯ iuramentũ facta, licet illi ſint
periuri:ẽt tenet matrimoniũ contractũ ꝯ iuramentũ,
licet ꝯhens ſit periurus,de ſpõ.ſicut:& facit, quod no.
Gui.in ſpe.de legato.§.nunc tractemus,uer.ſed ſi lega
tus,& vide,qđ ibi addã hoc.ſ.nõ procedere in illo,qui
ſe eligi procurãdo ſciẽter fecit recipientes deierare,&
quod dixi de teſtõ iurato in Mercuri. de reg.iuris , qđ
ſemel,lib.6.& dato,ꝙ hæc eſſent uerba papæ,nõ dici-
tur hic,ꝙ nõ ualeat receptio, ſed ꝙ fieri non debet,&
hoc uidet placere Pe. & placet Eg. ſm quẽ non ob.ꝙ
recipiẽdo ſunt periuri,& ſic infames,& ſic repellendi
à legitimis actibus,& ſic ab eligendo:quia tẽpore ele-
ctionis adhuc nõ erãt periuri,nec infames:& facit qđ
dixi in quæſtione prædicta, ad fi. & quia, ſicut dixi in
quæſtione prædicta , licet regulariter qui iurauit non
immutare teſtamentum faciendo ſecundum ſit per-
iurus , poſſet tamen caſus contingere , quo periurus
non eſſet . ſic in propoſito dico, quod fortius valebit
receptio, vbi dicas recipientes non eſſe periuros , pu-
ta quia caſus erat , quo ꝑꝑ augmentum facultatũ po-
terat ſtatutus numerus augeri ex ui tacitæ cõditionis
ſine pœna periurij, de conſti.cũ.M.& facit,quod dicã
ſuper gl.hæc fuit. & id factum fuit collegialiter , & ab



his,qui id poterant:aliàs ſecus eſt.ſ.quod poſt Vin.di-
xi,de reſcrip.cõſtitutis, ſuper.3.gl.& quod dixi huc re
8 mittẽdo.ſ.de offi.ui.c.pe.in gl.põt ergo [*Non † ualeret*]
dici poteſt hoc non ſolũ locũ habere in numero , ſed
ẽt in oĩbus confirmationib⁹, & priuilegijs eccleſiæ,in
quib⁹ adijcitur hæc clauſula,ut hoc operetur,ꝙ cano
nici ſuo facto ꝯrio non poſſunt rũpere priuilegiũ , ut
hic: quod dicit Hoſti.ſibi nõ dubiũ,quando apponit
à papa,de electio.innotuit.ſ.e.inter cętera: & recitant
Inn.& Hoſt.quoſdã dicere,ꝙ non ſolũ papa,ſed quil-
bet alius iudex põt apponere hoc decretũ in his , quæ
a ad ſuã iuriſdictionẽ pertinẽt[a],arg.7.q.1.quia frater.C.
de iudi.properãdũ.§.ſi autẽ reus abfuerit, & §.præce.
imò & q libet priuatus hoc decretũ interponere põt.
ff.de le.3.ſi quis in prin.& l.quæſitũ.Sed eſt ſciendũ, ꝙ
hoc decretum maiores uires habet,quãdo fit cũ cau-
ſę cognitione,ut patet ex no.de deſpõ.impu.ad diſſol
uendum,qui ma.accu.poſ.cũ in tua,ſm Inn.& Hoſti.
[*Quem*] certũ numerũ [*Intendebat*] ergo ſecus , ſi inten-
9 diſſet hoc,quod dic ut.j.c.ꝑx.[*Vnde*] per iſtud † uerbũ
vr̃,ꝙ allegata ſuperius faciant ius , cũ ex illis papa hic
inferat, uel profert ſñiam: ſed rñderi põt, ꝙ papa non
infert,uel profert ſñiam ex illis allegatis , quæ non fa-
ciebant ad propoſiũ, ſed ex illis ſolis,quæ caſum con-
tingunt,quæ apparent in proxima concluſione[*Reſti-*
*tutionem*] i.ad remiſsionẽ poſſeſsionũ, & iuriũ ad ꝑbẽ-
dã pertinentiũ, & hoc petere poterat eps: ſed ad reſti-
tutionẽ ſibi faciendã nõ poterat agere, niſi egiſſet no
mine præbẽdæ,qđ poterat,de ſuc.ab inteſt.ca.ult.ſm
10 Inn.& no.ꝙ † non dicit de fructib⁹ perceptis:quia pro
eo, ꝙ titulo poſsidebat, & bona fide, excuſat ab illis,
ſm Eg.ſed Hoſt.aliter.j.glo. proxima [*Inſtitutionis*] no.
ſm Hoſti.ꝙ ſi quis minus canonice cõſequitur bene-
ficiũ,ſ.ſimoniace,uel per fraudẽ,uel ſurreptionẽ in ꝑ-
petuũ nõ præſcribit.1.q.1. principatus, de inſtitutio.c.
3.de cleri.excom.poſtulaſtis,de regulis iuris.c.j.li 6.&
ex quo cõſtat in iuditio cõtentioſo condẽnatur ad re
ſtitutionẽ oĩum perceptorũ de his,quæ fiunt à præla.
cõtinebat.inf.de iure patrona.cõ dilectus[c],in fine. In
iudicio uerò animę ſua cõſcientia eũ iudicat:quia nõ
dimittit peccatũ &c.de regu.peccatũ lib.6.[*Vel*] pro
11 imò.¶Secũda † gl.obijcit,& ſoluit. ¶Tertia gl.obijcit,
& ſoluit.¶[*Gl.imò*] rñdet per qõnem.¶Vlti.glo.remit-
tit:ſecundò obijcit, & ſoluit.tertiò quærit,arguit pro,
12 & ꝯrium ſoluit. quartò ſoluit qõnem . ¶[*In † gl.2.ibi.§.*
*ulti.*] ꝓcurator oĩum bonorũ adminiſtrationẽ habẽs
iuſ̃m defert.Itẽ paciſcit.ut in l.ſtatim all.[*& ibi,ſi procu*
*rator*] ſi ꝓcurator tuus ſoluit indebitũ , & ratũ habes ,
repetis[*& ibi, ſi pater*] per liberã adminiſtrationẽ, quã
pater filio cõcedit,nõ vr̃ conceſsiſſe,ut in fraudẽ cre-
ditorũ alienet [*& ibi, creditor.§.ulti.*] licet nepoti com-
miſſerim liberã adminiſtrationẽ bonorũ meorũ , ut
poſsit alienare,vendere,emere,& paciſci,promittens
per eũ facta rata habere,& non ꝯdicere,ſolum quate-
nus ex fide aget uideor mãdaſſe. ¶[*In 3.gl.ibi,auctẽn.ſiue*
*à me*] nocet mulieri cõſenſus ſcđo poſt biẽnium præ-
ſtitus alien.fundi dotalis [*& ibi.l.1.*] vide.ſ.c.prox.ſup
gl.[*& ibi, ſi filium*] præiudicat pr̃i,qui paſſus eſt filium
pro homine ſui iuris ſe gerere[*& ibi, Herennius*]ſola ſa-
larij perceptio nõ facit decurionẽ eum, q lĩmè crea-
tus nõ eſt [*& ibi,non idcirco*] ſequit,minus ꝙ pupilli res
uelut tutor adminiſtraſſe dr̃ , ex eius ꝑſona ſeruitutis
qõnẽ pati põt.¶[*In gl.ult.ibi,denũciaſſe*]uide de ſimonia,
dilectus,ſcđò,ſup.3.gl. [*& ibi, non põt*] & ideo uictoria
13 unius alijs prodeſt, ut ibi. ¶[*In † gl.1.ibi,condõne*] & uer-
bum hoc ſonat liberalr̃,quod tollit oẽm uitij ſuſpitio
nẽ.j.de ſimo.tua,ſm Gof.& Hoſt.de hoc de offi.dele-
ga.ex parte.i. ¶[*In gl.2.ibi , lĩmè*] & præpoſito pecunijs
non vr̃ eſſe mandatum,ut ſoluat, niſi qb⁹ debet.ff.de
ſol.ſi is cui.Ab.[*& in fi.*] quia nec ipſius epi conſenſus
prodeſſet

prodeſſet per predicta iura, Inn.& Ho.¶*In glo.3.ibi, ſtatim uidetur*] potuit ignoraſſe modũ electionis, Io.Vin.
[*& ibi, patientiã*] nec ẽt expreſſus cõſenſus, ſcd̃m Inno.
ſi.quod dicã de cõceſ.præben.c.1.ſuper gl.2. ¶*In glo.4.*
15 *in fin.*] nã ep̃s † eum moleſtabat in poſſeſsionibus iu-
ris canonici, & eũ ut canonicum nõ tractabat: uel ſup
hoc officiũ iudicis implorabat: uel melius agebat ep̃s
quaſi negatoria ꝯ clericũ, vel clericus ꝯ ep̃m quaſi cõ
feſſoria, Inn.dixit Hoſt.nobis de nomine actionis cu-
randũ nõ eſt, de iudi.dilecti. ¶*In gl.imò & ſi, ibi, clauſula*]
16 dicit Inn.& Hoſti.ꝙ nulla † vr̃ ſubeſſe ratio, quare ca-
nonici nõ poſsint uenire ꝯ priuilegiũ ſibi cõceſſum,
qñ eſt clauſula, ſicut qñ non eſt.C.de legi.quod fauo-
re, niſi dicatur, ꝙ hoc faciat uirtus clauſulæ, uel ꝙ hoc
ſit de nouo ſtatutũ in fauorem eccl'arum ad electorũ
infinitatem vitandã, de reſcriptis, cum in multis, lib.6.
& ad elidendum dãnoſam curialitatẽ, ſeu vecordiam
dãnabilem, & inconſtantiã temerariã confutandam:
quia plerunq; per preces, uel minas conſueuerunt ca-
nonici uiolare ſtatutũ, de priuileg.cũ olim.2. [*& in fi.*]
Idem Vin.& Gof.Hoſt.tamen dixit æquum, ꝙ licet ſit
clauſula, augumẽtatis facultatibus poſsit numerus au
geri, ſed nõ augumentatis, nõ, ex quo eſt ibi clauſula,
& licet eadẽ ſit cauſa, ſcilicet fauor: tñ hic uirtus clau-
ſulæ operetur, ꝙ in hoc caſu nõ liceat renunciare fa-
uori, & eſt ſimile.j.c.cui, de nunc.li.6.& dixi de hoc ſe
cundũ eum, ſup.de conſtitutio.cũ acceſsiſſent. ¶*In gl.*
16 *hæc fuit, ibi, ualuiſſet*] dixit hic Inno.ꝙ uacante una præ-
benda plures poſſunt eligi in canonicos, hoc expreſ-
ſo, ꝙ unus habeat prebendã integrã, & alijs prouidea-
tur, cum ſe facultas obtulerit: ſed ſi ſimpliciť recipiã-
tur, uno iure uacãte nõ ualet electio: quia intelliguntur
electi ad unã præbendã: & id, quod ſupra dr̃, nõ intel-
ligitur, niſi exprimatur ſm̃ eum. nec obſtat de conſti-
tutio.cum, M.dicit enim, ꝙ ibi fuit expreſſum: dixerat
autẽ prius in eadem gl. ipſe Inn.ꝙ in eccleſia habente
certũ numerũ præbendarũ, vel canonicorũ, vel utro-
runq; eligendo canonicũ vltra numerũ valet electio,
ſed rũpiť priuilegiũ quo ad numerũ canonicorũ, ſed
durat in numero præbendarũ.s̃.e.dilectus, de conſti-
tutio.cum.M. Diuerſitatis ratio: quia cum teneat ele-
ctio canonici non obſtante numero, meritò quò ad
numerum canonicorũ rumpiť priuilegiũ: ſed electio
plurium ad unã præbendã uacantẽ, uel nõ uacantem
ultra numerum nõ tenet: quia eſt ꝯ concil. Turonen.
uel Lateranẽ.s̃.codẽ tuæ, niſi uellẽt ius de nouo crea-
re, inf.c.prox.vnde, cum nõ teneat electio, nõ rumpi-
tur numerus. Ratio autem, quare tenet in canonijs, &
non in præbẽdis eſt: quia ſic ſtatutũ eſt in p̃bendis, de
de cõceſsio.præbẽ.c.1.& 2.s̃.e.maioribus: ſed in cano-
nijs nõ ſic eſt ſtatutũ, cum.n.præbenda maxime cõſi-
ſtat in reb9 corporalibus, nõ p̃ot ius prebendale fieri,
niſi poſſeſsiones alicuius præbẽdæ diuidanť: & malũ
eſſet unã eſſe pinguẽ, & aliã tenuẽ, de conſtitutio.cũ.
M.tñ, ut dicit, nõ eſſet malũ, ſi ex oĩbus præbẽdis, uel
de una, quæ eſſet pinguior alijs, uellẽt unã nouã præ-
bendã facere, j.c.prox.ius verò canonicatus, quod eſt
incorporale & indiuiſibile, multi poſſunt ſine aliorũ
dãno habere: ſubdebat autẽ in alia glo.ꝙ licet poſsint
plures canonicos facere, una tãtũm prebenda vacan-
te, nõ tamẽ poſſunt ius canonicatus dare ad uacatu-
ram.j.de cõceſsio. præben.c.2.cũ canonicatus ſit mi-
niſterium, de quo ibi fit ꝓhibitio: adde, quod dicã.j.c.
17 proxi.¶*In gl, ult, ibi, Daniel*] ubi de hoc [*& in fi.*] qõ † do-
minicalis eſt Bart, Brix.& incipit, duo fratres ex eodẽ
pr̃e.H.& idẽ Gui.in ſpe.de ſen.prola.§.nũc de effectu,
verſ.ſed pone: hui9 dicti ſit efficax rõ: quia potuiſſet al
ter obtinuiſſe diſpẽſationẽ, & alter nõ, de cõſang.quia
circa. Itẽ potuiſſet in primo iudicio fuiſſe colluſio. Itẽ
poſſet alter primas ꝓbationes reprobare, ſi repetanť
in ſua cauſa: optime facit.l.denunciaſſe, quã alleg.glo.
ubi condẽnatio adulteri nõ nocet adulteræ: quia po-
tuit ille inimicitijs, falſis argumentis, ſubornatis teſti-
bus à præſide grauari: nec volunt appellare, & mulier
religioſum iudicẽ ſortiri, qui pudicitiã ſuã defendat,
uel aliàs obtinere gratia, uel legis auxilio, his conue-
nit, quod dixit Dama.de clericis cõiugatis.3.quæſtio.
ꝙ per ſñiam repulſus à beneficio: quia ꝯxerat matri-
monium cũ Berta, per id ab illa vendicari nõ poterit.
De hac materia facit hic Ho.di.cum agiť de crimine,
quod plures dicuntur ſimul cõmiſiſſe: aut quæriť de
illo in modũ inquiſitionis: & ſic ex quo de uno facta
eſt fides, intelligitur eſſe facta de alijs per teſtes nomi-
natos, cũ ſimul de omnibus quæriť, & ſic poſſunt in-
telligi iura allegata in prin.gl.& s̃.de elec.p inquiſitio-
nẽ, aut in modum accuſationis, uel actionis, & tunc
ſi oẽs ſunt cõdemnati, & unus appellat, & obtin eat,
d uictoria prodeſt omnibus s̃.de appellatio.c.pen.ff.ſi
ſerui.uendiceť.l.3.§.2. Si uerò ſuccũbat, non obeſt, ut
hic, & ff.de adulte.denunciaſſe, & j.de adulterijs, ſigni
ficaſti, & ſic fauorabiliores ſunt rei.ff.de regulis iuris,
fauorabiliores.s̃.de re iudica.ca.fi.niſi is, de quo non
quæritur, in hoc conſentiat: quia tunc obeſſet.2.q.5.
ſtatuit: & patet in eo, quod leg.& no.de electio.cum
dilecti, ad finem, & uide, quod dicam de regulis iuris,
ratihabitionem, ſuper fi.gl.& in quæſtione lib.ſexto.

ANNOTATIONES.

a ¶Pertinent. Vide Ioã.An.in c.tibi qui, de reſcrip.lib.6.& de præben.apoſtolicæ, eo.lib.& an idem ſit in materia non beneficiali, ut decretum, ſiue interdictum iudicis im ɔediat actum geri, uide Bar.in l.is cui bonis, ff.de uerb.ob. & in l.ſi quis ita §.ea.l.eo.tit. & in cap. Rainaldus, de teſta.

b ¶Quod titu. Pro hoc, quod no.glo.in c.ſi diligenti, de præſcrip. & per Di.in cap.poſſeſſor, de regu.iuris, lib.6.& Barto.in l.ſed ſi lege.§.ſcire.ff.de peti.hæredi.

c ¶Cum dilectus. iſte errat in iure, & delinquit an ergo excuſetur à fructibus, uide Bal.in le.1.C.de his qui.ut indi.& uide in deci. Rotæ, conclu.31.

d ¶Prodeſt omnibus. Vide Io.An.in c.in noſtra, de probationi.ſuper gloſſ. fin.ubi ponit, an caſſata ſententia quò ad unum, proſit & uide Bar.in l.poſthumus.§.1.ff.de inoffi.te.

*SVMMARIVM.*

1 *Præbenda una uacante poſſunt fieri duæ, & quando, num.2. aliàs diuidens integrare tenetur, & nu.2.*
*Vt ualeat ſectio quot & quæ requirantur, ibid.*
2 *Beneficium etiam non uacans confertur apoſtolica auctoritate.*
*Pro probendæ in ſe collatæ & diuiſæ redintegratione quis agere poteſt.*
*Canonicorum receptio non uacante præbenda quibus fieri caſibus queat.*
*Competentem prouentum ſufficit eſſe præbendæ, licet non ſit alijs æqualis, in fin.*
3 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu.4.*

CAPVT XXVI.

1. VAcante. Caſus. De una † præben-
da uacante p̃nt fieri duæ, ſi
eius ſuppetant facultates: aliàs diuidens
integrare tenetur, communis diuiſio.ſecũ
da ibi, ſuper quo [*Ex ea*] intendens ius de nouo crea-
re, & præbendarum numerum augmẽtare. Dicit au-
tem Hoſtien.quòd ad hoc, ut ualeat talis receptio, &
ſectio, requiruntur quattuor. Primum intentio præ-
dicta, ſupra c.proximo. Secundum, quòd fiat de cõ-
muni conſenſu illorum, ad quos ſpectat, & diœceſa-
ni, & capituli, ut ibi, & de rebus eccl. non alie.cap.1.
Tertium, ꝙ fiat ex cauſa rationabili. Quartum, ꝙ ſint
duæ ſufficientes, ut hic: quorum unũ ſi deficiat ſaltẽ
ſectio nõ ualebit ſcd̃m eum [*Capituli tui*] facit ad no.de
elec.cum eccl'a vulterana: & iſtud determinat etiã, qđ
dictum



dictum eſt de conſti.præben.ſecundum Hoſt.quã di-
uiſionẽ epiſcopus ſine capitulo facere nõ poterat. ſu
pra.c.prox.uer.quãquã, præcipue ſi ad utrũq; ſpecta-
2 bat collatio.ſup.de maio.& obe.c.fi. [*Auctoritate apo.*]
cuius auctoritate etiã beneficium non uacans cõfer-
ri poſſet, de conceſ.præb.propoſuit.Ho. [*Alius*] qui re
ceptus fuerat cum eo, qui nunc mortuus erat [*Proponat*] ſuper integritate alterius dimidiæ, Gof. [*Quæ uaca-
re*] nõ enim debet vna ſcindi pro alia integrãda. j. eo.
cum cauſam: ſed uideť, ꝙ etiã de ſuo teneatur epiſco-
pus integritare, arg.inf. c.proxi. ad minus, quãdiu ui-
uet: ſed eo mortuo delictum ſuũ extinguetur.23.diſt.
quorũdam, & ſic etiã eo viuente redundabit id tm̃ in
dãnum perſonæ ſuæ, non eccleſiæ, ſic ſup.eo.niſi.§.fi.
& ſic non ob.de reg.iuris, delictum: cum ſuis concor.
& no.ſi.infra.c.2.ſecundum Hoſ.Intelligo ſic hanc li-
terã, ꝙ ſi uacabit præbẽda pinguis, de eo, quod ſuper
excedit alias, aſsignabitur iſti pro integratione [*Ratio-
nabili*] vt quia pauci ſunt canonici.ſup.de ele.cũ eccle
ſia, de cleri.ex.mi.propoſuit, uel ut dicatur miſſa glo-
rioſæ uirginis, ſup.eo. ſignificatũ: uel cauſa neceſsita-
tis, uel utilitatis.inf.eo.expoſuiſti, vel pietatis, & elee-
debet eſſe benignitas in calamitoſos, niſi forte cala-
mitate digni fuerint [*Miſerandum*] ff. de iure do. iure ſuc
curſum, & infra de cenſi. licet [*Eo*] ideſt ea ratione
[*Quòd*] pro quia [*Salubriter*] Dicit Hoſti. quod idem, ſi
minus ſalubriter aliquãtulum gubernaſſet, dummo-
dò non poſſet attribui dilapidatio. tales enim non re-
mouentur niſi ex magna cauſa, de accuſa. qualiter, &
3 dixi ſecundum eum, ſup. c. prox. [*Aſſocies*] de † coadiu-
toribus epiſcoporum, & aliorum ſuperiorum, à quo
dentur, dic ut infra eo. c. uno, lib. 6. [*Per quem*] ſcilicet
4 coadiutorem. ¶ Vltima † gl. no. all. 6. iura, & all. tria in
5 contrarium. ¶ [*In † glo. 3. ibi §. cum autem*] Si iactus mertiũ
factus eſt, & alicuius merces remanſerunt deteriora-
tæ, tamen arguitur ibi, quòd non teneatur conferre,
ne oneretur duplici damno deteriorationis, & colla-
tionis. ¶ [*In glo. ulti. ibi, ſi tibi*] aliàs incipit, quæſitum. ibi,
nec enim moribus noſtris conuenit temporalem fi-
lium habere [*& ibi, hæreditas*] ſequitur, ad diem, uel ex
die nõ recte datur, ſed uitio temporis ſublato manet
inſtitutio [*& ibi, actus legitimi*] ſequitur, qui non reci-
piunt diem, uel conditionem, ueluti emancipatio, ac
ceptilatio, hæreditatis aditio, ſerui optio, datio tuto-
ris in totum uitiantur propter temporis, uel condi-
tionis adiectionẽ [*& ibi, libertas. 2.*] ad tempus dari nõ
poteſt [*& ibi, peculium. §. 2.*] ſup. de fi. presb. ueniens. al-
legat glo. l. quæſitum. §. 2. quæ ſic iacet, is qui ſemel de
peculio egit, rurſus aucto peculio de reſiduo debiti
agere poteſt [*ibi, l. peculium, §. 2. incipit ſi ære.*] quam uide
ſ. de appel. ad hæc quoniã [*& ibi, ſi forte*] ſequitur, præ-
ſes pũinciæ manumiſerit, uel tutorem dederit prius,
quàm cognoſcat ſucceſſorem aduéniſſe, erũt hæc ra-
6 ta. ¶ [*In † glo. ſimile, ibi, dixit hic*] licet cõtrarium uideatur
notare. 7. quæſt. 1. in ſum. ¶ [*In gloſſ. ulti. ibi, paſtoralis*] dic
ut ibi, & ſupra de fil. presb. ueniens, in ulti. gloſſ. [*& in
fin.*] i. in fi. ar. contra. 7. quæſt. 1. ſcripſit, & c. qualiter, &
c. quamuis, & §. ecce, ſed non loquuntur in coadiuto
re, ſed in ſubſtituto.

ANNOTATIONES.

a ¶ Contrarium. Et hanc partem tenet glo. in cap. 1. de æta. & quali. & ibi idem Ioan. And.
b ¶ Non debeat. Ad hoc, de tranſl. præla. c. 2. & quod ibi no. in gl. ergo, & ſuper illa Io. And. in c. ſi electio, de elect. lib. 6.

*SVMMARIVM.*

1 *Ob paralyſim an Abbas remoueatur.*
*Ex coadiutoris datione remanet in ſuo ſtatu prælatus.*
2 *Ob morbum ſuperuenientem prælatus à beneficio non remouetur, ſed datur coadiutor, & quo caſu.*
*Cap. ſi euangelica. 55. diſtinctio, intellectus.*
*Infirmo ſemper prouidendum, ſi non poteſt negocia propria expedire: aliter non, in fin.*

3 *Coadiutor quid. unde dicatur.4.quis dicitur.5.cui, & quibus caſibus.6.per quem 7.*
*Eius officium quod 8.quæ poteſtas.9.*
*An expiret mortuo eo cui datus eſt. 10.*
*An detur inuito. 11.*
*Cuius expenſis alatur. 12.*
*An plures uni, uel unus pluribus dari poſſit. 13.*
6 *Perpetuum cenſetur, licet poſſit tolli per diuinum miraculum.*
9 *Archidiaconus citatur, & ſup.num.1.*
*Ioannes monacus etiam citatur.*
10 *Exinanimis deriuatione licet arguere, & ſup. num.4.*
*Mors ciuilis comparatur ciuili.*
2 *Additio gloſſarum.*
*Ob oculi unius amiſſionem non datur coadiutor, & tutor quis remanet.*
*Cæcus retinet officium iudicandi.*

## CAPVT VI.

CONſultationibus. Breue eſt. Dixit Boa.
ꝙ hæc eſt pars illarū, de of. dele. de dona. &
de iure patro. ſed hoc eſt falſum: quia illæ
1 ſunt Alex. & alteri diriguntur [*Paralytico*] dici† poſſet,
ꝙ Abbas propter hoc remoueretur: quia potius eſt
nomen officii, quàm dignitatis, Vinc. Idem Io.7.q.1.
in ſumma, & Hoſt. in ſum. huius titu. in fi. & hoc, per
18.q.2. ſi quis Abb. poteſt dici illud, c. loqui de Abbatibus
uicioſis, non de defectiuis tantum, quod bene
probat finis capituli ibi, Vitiis ſuis conſentiens. Archi
dia. de hoc ſatis tractat de ſup.ne.præ.c.fi.lib.6. [*Coadiutor*]
remanet ergo prælatus in ſtatu ſuo, ſed non habet
exercitium. Et dicit Hoſt. incunctanter hoc tenendū
2 †prælatum à beneficio non remoueri propter ſuperuenientem
morbum. ſed cū non poteſt ſuū officium
exercere, dabitur coadiutor, ut in cōcordan. ſignatis.
ſup.c.proxi. nec ob.55.diſt. ſi euangelica, quia ille diaconus
non erat poſitus in aliqua adminiſtratione, cu
ius occaſione ꝑciperet certos reditus, ſed erat de qua
dam collegiata eccleſia, in qua erāt multi ſacerdotes.
& quia non poterat promoueri in ſacerdotem, dicitur,
ꝙ loco eius alius ponatur. Si autē fuiſſet in aliquo
perſonatu, uel beneficio certi miniſterii, & officii poſitus
non remoueretur, de iureiu. quemadmodum.
§. ꝙ ſi poſt, excepto morbo lepræ quò ad inferiores
epiſcopis, ſecūdum eum, ut ſup. eo. tua, & ſemper pro
uidebitur infirmo, ut ſupra c.1. quod intellige, niſi eſſet
uetus quartana, uel debilis infirmitas, qua non obſtante
ſua propria negocia expediret, tunc enim nil
percipiet, niſi ſeruiat. ff. de re iu. quæſitum. ff. de redhi-
3 bi.l.1.§. ſed ſciendum, in fi. *Adhibendus*] quia in† tribus
capitulis huius tituli de coadiutore tractatur, quærit
Egi. ſupra c.proxi. per modum ſummæ circa hoc de
quinque, ſcilicet in quibus caſibus detur, & per quē,
& quod ſit eius officium: an expiret illo mortuo, cui
datus eſt, & an dari poſsit inuito. Sed tu dic plenius cir
ca huius materię ſummam. 11. videnda principaliter,
& quædam incidenter. ¶ Primò quid ſit coadiutor.
¶ Secundò unde dicatur. ¶ Tertiò quis detur. ¶ Quartò
cui, & quibus caſibus detur. ¶ Quintò per quem.
¶ Sextò, quod ſit eius officium. ¶ Septimò, quæ poteſtas.
¶ Octauò, an expiret illo mortuo, cui datus eſt.
¶ Nono, an detur inuito. ¶ Decimò, cuius expenſis
alatur. ¶ Vndecimò, an plures uni, uel unus pluribus
dari poſsint. ¶ De primo dic, ꝙ coadiutor eſt, qui ad
hoc datꝰ ex cā iuris, uel iudicis auctoritate coadiuuat
miniſtri, uel præſidentis officium. Verba diffinitionis
4 exponentur per id quod. j. dicā. ¶ Vnde† dicatur, dic
ꝙ a coadiuuando, ſicut tutor a tuendo, quaſi tuitor,
& defenſor. ff. de tutel. l.1. Aeditui à tuitione ædium,
ut ibi: curator à curando: procurator à procurando.
Licet autem omnis coadiuuās dici poſsit coadiutor,
ſpecialiter tamen uſus obtinuit coadiutores dici, ut ſ.
5 diffinitum eſt. ſi. j. de uerb. ſig. quamuis. ¶ Et quis† detur,
dic ꝙ prouidus & honeſtus. ſup. c. ꝑxi. de of. dele.
uenerabilis. fidelis, & uitæ probabilis. 7. q.1. quamuis,
& per quem ſubleuari & coadiuuari poſsit officium,
cui datur. unde, ſi datur prælato dilapidanti tempora
lia, ut in præ. decre. uenerabili, debet eſſe in temporalibus
prouidus, & illa bene diſpenſans. unde diſpenſator
uocatur. 2.q.1.c.1. Si datur in ſpiritualibus, debet
eſſe talis, qui ſciat animarum ſaluti prouidere, & inquietos
ſub diſciplinæ uinculo conſtringere, ut præ.
c. quamuis, & ea. q. petiſti, & c. quia frater. Si datur regi,
uel domino temporali, debet eſſe magnanimus,
potens, probus, & circunſpectus, de ſup. negligē. præ.
grandi, lib.6. ¶ Sed circa hoc quæritur, cuius ætatis eſſe
debeat coadiutor? Videtur, ꝙ illa ætas requiratur in
coadiutore, quæ requiritur in curatoribus, & tutoribus,
& procuratoribus ad iudicia, ſcilicet perfecta. 25.
annorum. ff. de legi. tu. l. fin. inſtitu. de excuſa. tu. §. minores,
infra de procura. qui generaliter, in fin. lib.6. ff.
eo. l. minor. Sed cū iſte ſit adiutor, uel procurator negociorum,
uidetur, quòd ſufficit eum eſſe maiorem.
17. ut præ. decre. qui generaliter. Satis uideretur illam
ætatem in coadiutore requiri, quæ requiritur in officio,
cui datur, determinata ſupra de elect. cum in cunctis.
ad hoc bene facit eo. tit. nemo deinceps, lib.6. ad
inſtar curatoris, qui adiungitur tutori, inſtit. de cura.
ad fi. ff. de tutelis, l. ſolet, quorū eadem eſt ætas, ut prædixi,
ſecundum hoc in minoribus dignitatibus ſufficiet,
ꝙ attigerit. 25. annum. Quod uerum puto. In epiſcopatu
requiritur, ꝙ ꝑfecerit. 30. de hoc dubito. ¶ Secūdò
quæritur, an laicus dari poſsit coadiutor? dic ꝙ
ſic officio, cui præeſſe poteſt laicus, ſicut regno, uel
principatui, ut in præ. decr. grandi. unde idem diceremus
de regimine hoſpitalis, uel Xenodochii, cui etiā
poteſt laicus pręeſſe. 18.q.2. quidam, & dicam. j. de ec.
ædi. cum dicat. Sed ſi regimē, uel officium eſt tale, cui
non poſsit laicus præeſſe, nec uidetur coadiutor dari
poſſe. unde nec coadiuuabit ad dicendum officium
diuinū, inf. tit.1.c.2. nec ad exercendū iuriſdictionem
eccleſiaſticam, de iud. c.2. etiam ſi detur coadiutor ſolum
propter dilapidationem temporaliū, ad hoc. 89.
di. iudicatum. 16.q.7. in noua. ¶ Tertiò quæritur, an fęmina
maſculo, vel maſculus fęminę, uel fęmina fęminæ
poſsit dari coadiutor. De primo non puto dubiū,
quia fęmina etiam prælata, puta abbatiſſa prælato in
coadiutorem dari non poterit. concurrunt. n. primo
hic diſparitas ſexus, cum uirorū actibus, & cętibus fęminas
miſceri nō deceat, de elect. indemnitatibus. §.
ſed cū eas, lib.6. Secundò uirile officiū, quod regulariter
nō cadit in fæminā. ff. de reg. iu. l.2. de hoc, de arbi.
dilecti, de pœni. noua quædā. ſecūdo caſu licet ſubſit
prima ratio uarietatis ſexuū, deficit ſecunda, q̄a virile
officiū bene cadit in uirū: tamen hic uideretur diſtin
guenda cā, quare coadiutor detꝰ fęminæ, puta prioriſſæ,
uel abbatiſſæ. Si ꝑ ꝑ cauſam, quæ requirit cohabita
tionē coadiutoris, ut quia nō ſeruatur per moniales
in clauſtro ſilentiū, uel ſi in regimine, quod exerceri
debet, inf. ambitum, & clauſurā ſit prælata coadiuuāda,
non uidetur dādus maſculus, ſed propter malam
curam exteriorum temporalium ſecus. Tertio caſu
deficit prima ratio diſparitatis ſexuum, licet ſubſit ſecunda
uirilis officii. ſed ex quo ipſum principale cadit
in fęminam, non uideo, quare iſtud annexum, ſcilicet
coadiutoris officium cadere nō poſsit. facit prædicta
decre. dilecti, de arbit. ad idem de maio. & obedien.
dilecta. ¶ Quartò quæritur, an religioſus dari
poſſit coadiutor? Videtur quòd non: quia non po-
teſt



teſt procurare, uel poſtulare niſi pro utilitate monaſterii
ſui, & de imperio Abb. 16.q.1. placuit, de poſtu.
ex parte. & multum facit. 16.q.1. de præſentium, & cō
a ſtitutio Vieneñ. de reſcri. & in clem. & ſi principalis[a].
Contra. 2.q.7. cum paſtoris, de teſta. cap.2.1. reſpon. libro
ſexto, & materiam potes dilatare per ea, quæ no.
in Specu. de delega. §. fina. uerſi. ſed quæro diligenter,
& ſequen. de tutore. §. generaliter, uerſ. item opponitur,
de inſtrumento. editione. §. nunc uerò, uerſi. ſæpe
etiam quæritur. Credo religioſum dari poſſe coadiutorem
illis officiis, quibus poſſet præfici. & per hoc
excluduntur ij. de quibus loquitur clem. de regul. ut
ꝓfeſſores. & quo caſu requireretur ſuperioris ſui con
ſenſus in prælatura ſuſcipienda, requiritur etiam in re
cipiendo coadiutoris officio: aliàs nō. hinc eſt, quòd
ſui prælati poterit eſſe coadiutor, uel aliorum miniſtrorum
ſui monaſterij. Item epiſcopi, & rectoris curati.
non ob. quòd adhuc talis ſit clauſtralis, nec per illud
officium ſit perpetuus: quia mortuo illo, cui datur,
ceſſabit officium, ut dicetur. j. Nā uidemus de facto
ſeruari, quòd tales ſunt uicarii epiſcoporū, quod
officium eſt etiam temporale, quod uidetur defendi
per præ. c. cum paſtoris, & quod ibi no. per capitulū,
uos autem. 16.q.1. & c. qui uere, ibi, niſi forte iubeantur:
& quia officium illud eſt curatum, & ordinariū.
j. titu.1. ex frequentibus, & no. de officio. uica. licet, &
obiectio contemplationis tollitur ex utilitate maiori.
16.q.1. cum pro utilitate. 2.q.7. ſancta quippè. Obiectio
uerò de carentia uoluntatis tollitur per Abbatis
licentiam, ut præ. ca. cum paſtoris, & præ. decre.2. de
teſt. & facit, quod dicam poſt Goff. inf. de cenſi. ſopitæ,
poſt Inn. & Hoſt. ſ. de re iudi. cum I. & A. in princ.
Si uerò tale eſt officium, cui non poſſet præfici, nec
illi poterit coadiutor dari, pone exemplum de præb.
cum ſingula, & per conſtitu. Vieneñ. de elect. cum rationi:
illo tamē caſu, quo dari poteſt, puto ꝙ cum ſit
adhuc clauſtralis, ut dixi, quia non perpetuus, debet
ſecum habere ſocium ſui ordinis. facit de capel. mo. c.
b fin. de ſta. mona[b]. c.2. Quintò quæritur, an prælato regulari
poſsit dari coadiutor clericus ſecularis? dic ꝙ
ſic quò ad regēda temporalia. ſed quò ad adminiſtra
tionem, quæ reſpicit obſeruantiam regulæ non uidetur
honeſtum præfici ſecularem & inexpertum in regula.
19. quæſtio.3. monaſteriis, ſupra de electio. cum
6 ad noſtram, & capitu. officii. ¶ Circa† quartum principale,
cui & quibus caſibus detur, dic quòd datur ſuſpecto
de dilapidatione, de offic. delega. uenerabili.
Leproſo, de quo dic, ut dixi. ſ. eo. tua. Epilentico, ſeni,
uel aliàs propter infirmitatem impedito ſuum officium
exercere, ut hic, ſupra cap. proxi. & c.3.7. quæſt.
1. ſcripſit, & cap. quamuis, & c. petiſti. uidetur autem,
quòd impedimentum debeat eſſe perpetuum, infra
c. uno, libro ſexto, & cenſetur perpetuum, licet tolli
poſsit per diuinum miraculum, ut dicam, infra de fri.
fraternitatis. Sed nunquid prælato exuli, uel captiuo
datur coadiutor? non: ſed ipſe per uicarium ſuum officium
exercebit, qui ſi nō admittatur quo ad epiſcopum
exulem, ſeruabitur concilium Vieñ. de fo. competen.
quamuis. Si uerò eſſet epiſcopus captiuus hoſtium
fidei, ſeruabitur, quod habetur de ſup. neg. præ-
7 la. ſi epiſcopus, lib.6. ¶ De† quinto, per quem detur,
dic de epiſcopis, & ſuperioribus, ut habes, infra eo. c.
uno, libro ſexto. de inferioribus dic, quòd is, ad quē
ſpectat deſtitutio, uel ceſsionis admiſsio, coadiutorē
dabit, ut hic, & ſupra capitu.3. Ad hoc præ. decre. unica.
infra eo. ideò enim per papam, uel ipſius auctoritate
datur epiſcopo, quia ipſius deſtitutio, uel ceſsionis
admiſsio ſpectat ad ipſum ſolum. ſ. de transla. per
totum. Egidius dicebat, coadiutorem aſſumendum
per prælatum, & canonicos, cum utriuſque contemplatione
ſummatur; alle. de his, quæ fi. à præla. nouit,
c & c. ſequen. de reſcri. edoceri, de procura. c.1. de iudi.
8 cauſam. ¶ De.6. quod ſit † eius officium, dicit Egi. ꝙ
officium eſt habere curam eccleſiæ, & ſpiritualium,
& temporalium. 12.q.2. nobis. 7.q.1. ſcripſit, de accuſatio.
cap. fin. de elec. cum nobis olim, in fine. Tu dic,
quòd officium colligitur ex forma dationis, vt dixi. ſ.
in 3. membro. unde ſi bene adminiſtranti ſpiritualia,
ſed dilapidanti temporalia detur in tēporalibus coadiutor,
circa ſola temporalia uerſatur eius officium
ſic econuerſo. Si uerò ſeni, dementi, uel his ſimili detur
ſimpliciter coadiutor, dico, quòd eius officium
eſt, quale erat eius, cui datur. unde ſi cancellario, primicęrio,
uel ſacriſtæ datur, illorum officium ſine adminiſtratione
alia exercebit, ſicut de archidiacono di
9 citur hic. ¶ De ſeptimo, ſcilicet† quę poteſtas, dic hoc
ponderari oportere ex forma dationis, ut proximè
dixi. Si uerò ſimpliciter datus eſt, dico, quòd poteſt,
quę poterat is, cui datur, ſalua alienatione immobilium.
j. eo. c. uno, ad finem, lib.6. de elect. is cui, eo. lib.
Sed nunquid poterit beneficia cōferre? Io. Mo. & Archid.
in decre. unica. j. eo. lib.6. tenent, ꝙ non etiam in
caſu illius decr. in quo datur auctoritate apoſtolica:
quia in generali, & c. de offi. uic. c. fi. eo. lib. Reſpōdent
ad prę. decre. is cui, ꝙ in uiſitatore loquitur, non in
coadiutore. Tu dic, quòd ſi coadiutor datur ad aliquid
certum, puta ad adminiſtrationem temporaliū
tantum, non confert beneficia, quia illa confert pręlatus,
ut prius. Si uerò datur circa ſpiritualia, prelatus
confert de conſenſu coadiutoris. Si uero datus eſſet
dementi, uel huic ſimili ſiue per papam, ſiue per aliū
auctoritate papę, ut in caſu decre. prędictę, ſiue per or
dinarium, ut dixi, ſupra in 5. memb. coadiutor, ille beneficia
confert. nec ob. decre. ulti. de offi. uica. quę loquitur
in procuratore, uel uicario, per cuius poteſtatis
defectum beneficiorum prouiſio non impeditur,
quam conſtituens facere poterit: ſed hic ſecus. Item
poteſtas uicarii ab ipſo prelato, cuius uices gerit, dependet:
ſed poteſtas coadiutoris non. Non ob. decre.
eccleſię, de ſup. neg. prę. lib 6. quia ibi propter uacationem
impeditur prouiſio, quę ſicut non tranſit in capitulum,
ita nec in uiſitatorem datum ab alio, quàm
à papa. nec pręiudicat ſedi, cui interim nō currit tempus
ſemeſtre, de conceſsio. pręben. quia, ne ſede uacā.
c.2. propter tempora uerò a iure ſtatuta pręſumimus
ꝙ citò ordinabitur ſedes, & ſic non diu tardabitur beneficii
prouiſio. Sed hæc ceſſant in coadiutore, quia
propter infirmitatem, ſenectutem, uel dementiam eius,
cui datur, ſedes non uacat, & ſic currunt tempora.
Item infirmitas poſſet eſſe longęua, quia tempus
curæ, uel uitæ ipſius non eſt iure prouiſum, & ſic longo
tempore tardari poſſet beneficij prouiſio, quod eſſet
abſurdum, ad hoc ne ſede uacan. c. uno, in fi. lib.6.
& facit ad caſum æquiparando coadiutorem tutori.
Quæſtio dominicalis, Tutor cuiuſdam, de qua no. &
dicam, de ele. ex eo quod, in fi.1. reſpon. lib.6. Sed nun
quid datus epiſcopo poterit exercere pōtificalia? dic
ꝙ ſic, ſi eſt epiſcopus: aliàs non, ut in præ. decre. is cui,
in fin. uidi dubitatum, an alius à papa poſsit epiſcopū
deputare coadiutorem alteri epiſcopo, uel prælato.
quod videtur, cum iſtud non ſit transferre, nec ipſum
a uinculo abſoluere, & ſic cum non ſit expreſſe de re
ſeruatis, per epiſcopum, uel capitulum ad ipſum epiſcopum
coadiuuandum aſſumi poterit iuxta formā
decre. unicæ, eod. titu. libro ſexto, maxime quia id faciunt
auctoritate apoſtolica, ut ibi. ſi uerò detur non
epiſcopo, eadem ratione, quam primo dixi, illius archiepiſcopus,
uel epiſcopus hoc poterit: ſed contrarium
puto, quia etiam peregrinando ab eccleſia ſua
non debet abeſſe ſine papæ licentia, de uoto, magnæ,

uerſi. ipſum etiam, & uide quod ibi ſcripſi ſuper uer.
aſtrictus. Si uerò eſſet epiſcopus, qui renunciaſſet lo-
co, cum ceſſet in eo ratio, uidetur, ꝙ dari poſsit. ſuper
quo uide, quod dixi de renun. poſt translationem, ſu-
10 per gl. 2. ¶ De † octauo dic, ꝙ officium coadiutoris ex-
pirat illo mortuo, cui datus eſt. quod eſt expreſſum,
inf. de ſupplen. negli. præla. grandi, in fin. lib. 6. ſicut &
ius uſufructuarii corpore perempto. ff. de uſufru. l. 2.
& hoc intelligo etiam in morte ciuili, ut quia renun-
ciat, uel deponitur is, cui datus erat coadiutor, q quo
ad eccleſiam cenſetur eſſe mortuus. 7. q. 1. §. ecce. in
quibus non ob. de reſcrip. ſuſceptum, lib. 6. ut ibi not.
in glo. pen. ſicut etiam tutela finitur per mortem pu-
pilli naturalem & ciuilem, ut inſtitu. quibus modis fi.
tu. §. 2. & 3. Probat hoc deriuatio nominis, ex qua li-
cet arguere, ſupra titu. primo, cum ſecundum: quia
mortuo, uel depoſito eo, cui datus eſt, non eſt plus,
quem coadiuuet. tunc igitur iuriſdictionem, ſi qua
competit, exercet capitulum, uel is, ad quem ſpectat
ſede uacante, de ſupplenda negligen. præla. cap. 3. & 4.
lib. 6. de maio. & obedien. c. uno, de inſtitutio. c. 1. eo.
11 libro. ¶ Circa † nonum dic, quòd datur inuito, ut no.
d ſupra capitu. proxi. in fi. ulti. glo. facit[d] præ. decre. gran
di, ante medium, ſupra de offi. delega. uenerabili. non
obſt. infra eo. c. uno. §. ſi autem, libro ſexto, ut ibi no.
in 1. gloſſ. ubi etiam reſpondetur ad iura. 6. quæſtio. 1.
ſcripſit, & capitu. qualiter, & c. quamuis, quæ contra-
12 ria uidentur. ¶ Circa † decimum dic, quòd alimenta
congrua & moderata debet habere de bonis dignita-
tis, eccleſiæ, uel officii, cuius prælato, uel miniſtro da-
tus eſt, ſupra eo. cap. 3. inf. eo. c. uno, lib. 6. in fin. & præ.
decr. grandi, circa fi. ibi, ſibi, & ſuis &c. & quid ſi vtriq;
13 non ſufficiunt? no. ſupra c. 3. ¶ De. 11. an † plures uni,
uel unus pluribus dari poſsint, dic, quòd uni dari poſ-
ſunt duo, ſed non plures, infra eo. c. uno, §. ſi uerò, lib.
6. uide de hoc in 3. gl. & ſit ratio, ut ibi notaui propter
grauamen expēſarum, ad quas tenetur eccleſia. Vnus
uerò non poteſt dari pluribus, non dico ſucceſsiue,
ſed ſimul, argumen. de offi. lega. præſenti. §. 1. & 2. lib.
6. quod uidetur, etiam ſi officia ſint talia, quorum u-
num per aſſumptionem alterius in titulum non ua-
caret, ad hoc, de offi. uica. c. 2. fortius cum uacaret, uel
cum ſunt officia talia, quæ ſimul in titulum de iure te
neri non poſſent, ut præ. decre. nemo deinceps, de ele.
14 lib. 6. ¶ *In † glo. 1. ibi, oculorum*] ſecus, ſi amiſiſſet alterum
tantum: quia & talis remanet tutor. C. de excuſa. tuto.
frater tuus, ſecundum Phi. [*& in fin.*] & cœcus retinet
officium iudicandi. ff. de iudi. l. cœcus.

ANNOTATIONES.

a ¶ Et ſi principalis. Ibi uide de poteſtate, & habilitate monacorum per gl. plurimas quæſtio. & plenius per doct. moder.

b ¶ De ſtatu mo. Vide ad hoc glo. quæ incipit, ſæpius dixi, in cle. ne in agro. §. ad hæc, de regula.

c ¶ De iudi. Et presbyter iſto, eo. titu. c. uno, lib. 6.

d Facit. Et uide quo ad caſum. c. illius, quod no. Io. And. in Spec. de tuto. in rubrica. & per Oldra. conſi. 48.

*SVMMARIVM.*

1 *Diſpoſitionis ſiue continuationis tituli ratio.*
*De ad tituli huius argumentum pertinentibus ubi alijs in locis tradatur, atque repetatur.*
2 *Beneficij collatio à quocunq; fiat, præſentandus eſt is epiſcopo, uel eius officiali per eos, antequam miniſtret, approbandus.*
*Confirmatio quibus in beneficijs dicatur.*
*Inſtitutio in quibus, & quo alio nomine appelletur.*
*Inueſtitura quid, & eſt duplex.*

## De inſtitutionibus. Rub.

1 ¶ Viſo † de collationibus præbendarum, videamus
de inſtitutionibus perſonarum. Gof. dicebat Hoſ. pa-
rum prodeſſet collatio præbendarum, niſi haberetur
corporalis poſſeſsio. Viſo igitur, qualiter, quibus, & à
quibus conferuntur, uideamus per quos in poſſeſsio
nē ponuntur. de materia. 16. q. 7. omnes. & 10. c. ſe. &
repetitur in 6. cui cōuenit de ſup. neg. præla. c. 2. de fil.
presb. ex tua, in fi. de offi. Archi. cum ſatis, & c. ad hoc
nos, de offi. dele. ſuper eo, de of. ordi. conquerente, de
reſti. ſpo. in literis, de ap. c. 1. de preb. in Lateran. de his,
quæ fi. a præla. nouit, de regula. poſtulaſti, de iure par.
præterea, & c. conſultatio. de accuſ. ad petitionem, de
hæreti. cum ex iniuncto, in fi. de exceſsib. præla. tanta,
de priuile. cum & plantare. §. in eccleſiis, de præbē. cū
in illis, §. 2. lib. 6. de ſta. mona. c. uno. §. ſanè, de reli. do.
c. uno. §. 1. & clem. de reſcrip. auditor, de offi. ordi. c. 2.
2 Dicebat autem Hoſt. quòd † a quocunq; fiebat bene-
ficij collatio, præſentandus eſt is epiſcopo, uel eius of
ficiali per eos approbandus prius, quàm adminiſtret,
ut infra c. 3. & cap. cum ueniſſent. unde, quòd in aliis
beneficiis dicitur confirmatio, in præbendis, & mino
a ribus[a] beneficiis dici poteſt inſtitutio, qua facta p epi-
ſcopum, quæ interdum inueſtitura dicitur, quia ple-
rūq; fit per anulū. ȷ. de his, quæ fi. à maio. par. c. ex ore,
ſequi debet alia inueſtitura, uel corporalis inſtalla-
tio, quæ de iure cōi ad Archi. pertinet, de offi. Archid.
ad hoc, & c. ut noſtrū. Dicit autē Hoſt. ꝙ multi in his
delinquunt hodie, quia ex quo collatum eſt eis bene
ficium, non plus epiſcopo, quàm uni porco loquunt
contra id de cleri. pere. c. fi. de offi. Archi. cum ſatis. re-
mit. etiam ad no. inf. c. 3. & de priui. c. 1. §. fi. lib. 6.

ANNOTATIONES.

a Et minoribus. Vide Io. And. poſt Hoſt. de offi. Archid. c. cum ſatis.

*SVMMARIVM.*

1 *Monialium mendicantium receptio, quæ non teneat.*
*Capita inſpiciuntur, & quo caſu hic.*
*Stirpes in hæreditate temporali.*
*Hæredes quot uult, quis poteſt inſtituere, modò non fraudet filios legitima.*
2 *Monaci de communi recipere debent, & quæ.*
*Clerici quæ, & num. 3. in fin.*
3 *Additio gloſſarum.*
*Expenſas ex poſſeſsionibus metimur.*
*Augmentum qualiter diuidendum.*
*Numerus ſi diminuatur, quæ conſideranda.*

## CAPVT I.

1 NOn amplius. Breue eſt, & ſu
ple † ſtatuimus.
Vt [*clericorum*] ſup. colla. [*Puellarum*]
hodie in monaſterio monialiū men-
dicantium receptio contra hoc facta
non tenet, inf. de ſta. regula. c. uno, lib.
6. §. ſanè [*Quot*] inſpicimus capita. In
a hæreditate uerò temporali non capita[a], ſed ſtirpes, in
ſti. de hære. quæ ab inteſt. defe. §. ulti. in fi. Hæredes ēt
quis ſibi poteſt inſtituere, quot uult, dummodo non
fraudet filios legitima. inf. de teſta. Rainaldus, ſm Vin
2 cen. [*Regere*] ut. ſ. † monaci de communi recipiant, quę
dicuntur infra de ſtatu mona. cum ad mon̄. Si clerici,
uictum, & tegumentum. 12. quæſt. 1. ex his, Lau. Vinc.
[*Penuria*] de hoc uide quod dixi in præ. decre. unica.
3 §. ſanè. ¶ [*In † glo. 1. ibi, ut ait*] & C. de ſacroſan. eccle. non
plures. & hoc ne ad menſuram perſonarum quæra-
mus poſſeſsiones, quod nimis amarum eſt: ſed ex
poſſeſsionibus, quæ ſunt, metiamur expenſas, in au-
cten. ut deter. ſit numerus cleri. ultra medium, prima
collat. Goffred. [*& in fine*] aliàs illud augmentum di-
uidatur per præbendas, ut ſic ſingulis tacitè ius ſuum
accre-



accreſcat, uel decreſcat, inſti. de hæredi. inſti. §. uidea-
mus, & §. ſe ſecundum Vin. qui hoc no. de cōſtitutio.
c. pen. ubi etiam no. ꝙ ſi neceſſe eſt numerū diminui,
habēda eſt cōſideratio maioris ordinis, de ma. & obe
diē. ſtatuimus. & ſi neceſſe eſſet aliquos expelli, rema-
nebunt debiliores, ar. 18. quæſtio. 2. in nullo, quod be-
ne facit. de rebus tamen communibus habebit quili-
bet partem ſuam, ut ibi, & ff. de colla. leg. 1.

ANNOTATIONES.

a ¶ Non capita. Quomodo hoc procedat, uide Bar. ff. de legi. hæredi. l. poſt conſanguineos, & moder. in auten. ceſſante, C. eo. ti.

*SVMMARIVM.*

1 *Laici in canonicos non poſſunt inſtitui.*
*Canonicorum numerus inſtitui poteſt etiam ſine conſenſu epiſcopi & quando & in quibus eccleſiis.*
*Clericorum numerus ordinandus in eccleſiis.*
2 *Numerum certum canonicorum quid proſit ſtatuere.*
*Supplentur conteſtui uerba.*
*Moribus honeſtis debent eſſe clerici.*
3 *Laicus etiam profeſſus carens ordinibus per officia ordinum deſeruire non poteſt, per hunc impleri numerus non poteſt.*
*Canonicus fieri non poteſt, licet præbendarius poſſit.*
*Præbendæ ius in quo conſiſtat.*
*Canoniæ ius in quo.*
4 *Laicus conuerſus eſt religioſa perſona. Hunc uerberans incidit in canonem hic allegatum.*
*Laicus profeſſus quibus intereſſe poſſit.*
*Monaci ius in eum cadit.*
*Conuerſi quibus intereſſe queant.*
5 *Clerici qui ad facta capituli uocari non debent.*
*Canonici qui eliguntur, quibus in ordinibus eſſe debeant, & nu. 7.*
*Reſidere pro earte temporis non ſufficit.*
*Tibi placere debet, quod in aliorum perſona putas iuſtum.*
9 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 7.*
*Tempus currit etiam agenti quid nullius, quod ſit momenti.*
*Nullum, uel minus idoneum recipere, nil intereſt.*

## CAPVT II.

1 IN eccleſia. Caſus. Laici † in cano
nicos n̄ poſſunt inſti-
tui. & primò deciſè narrat factū. ſecundò
prouidet ibi, cum laici [*Communiter*] etiam
ſine conſenſu epiſcopi quò ad eccleſias collegiatas, li-
cet ad ipſum reformatio pertineat, ſi minus bene fue
rit æſtimatum, dummodò collegiati non ſint exem-
pti, infra de ſta. mona. c. penul. & ultimo. in cathedra-
libus principaliter ad epiſcopum ſpectat, ſecundum
Hoſt. facit ſupra de uita, & hone. cleri. quoniam. In cō
trarium facit de conſuetu. cum conſuetudinis, quod
no. de cōſti. cum omnes. quod dixi poſt Inn. & alios.
eo. ritu. cum acceſsiſſent, ſuper glo. ſed nunquid aper-
tius. C. de epi. & cleri. in eccleſijs, in fi. ubi dicitur, iudi-
cio epiſcopi numerum clericorum ordinandū in ec-
cleſijs cuiuſque diei. Item ſi iſta decre. dirigeretur epi-
ſcopo, & capitulo, faceret ad idem, quod quidam col
ligunt per uer. cōmuniter: tamen ex antiqua ſciri non
poteſt, cui dirigatur. ſatis placet dictum Hoſtiē. cuius
moderatio ſoluit contraria. faciant, quæ de minoribꝰ
collegijs dixi in præ. decre. cum omnes, ſuper uer. ca-
2 nonici [*Inſtituere*] quid prodeſt † certum numerū ſta-
tuere, cum augmentatis fructibus augmētari debeat
numerus, ſupra c. proximo, & econuerſo, infra eo. au-
ctoritate. Dic utile, ut ſciatur, quando Lateranen. con
cil. uendicat ſibi locum, ſupra de præbē. dilecto, Gof.
[*Cum laici*] ibi forte habentes ſtipendium, uel confra-
tres, de quibus, infra de priuile. ut priuilegia [*Canonico-
rum*] non dicit præbendariorum [*Suppleatis*] ſup. man-
damus, quatenus [*Deo*] quaſi dicat, ꝙ non ſint mori-
bus inhoneſti [*Officijs*] per hoc ſatis patet, quòd laicus
3 † etiam profeſſus, qui carēs ordinibus per officia or-
dinum deſeruire non poteſt, ut hic. 81. di. eos. c. ſi quis.
91. diſ. per totum, non poteſt fieri canonicus, licet p̄-
bendarius fieri poſsit, cum etiam ius illud cadat in lai-
cum coniugatum, quod conſiſtit in perceptione fru
ctuum tantum, de ui. & hone. cleri. coniuga. Ioannes.
hoc uerò conſiſtit in ſpirituali faternitate, & requirit
perſonam literatam propter maturitatē cōſilij, quod
ſibi ineſt. Conſulit ergo prælato, & capitulo, de hiſq̄
fi. à præ. nouit, & c. quanto, ad quod non debēt ſe im-
miſcere laici etiā religioſi, de re. eccle. c. fi. de iudi. [*de-
cernimus*] de hoc etiam, ſupra de conſti. cum. M. & hoc
tenebat Inno. per laicos conuerſos etiā profeſſos nu-
4 merum non impleri. Fatetur tamen † laicos conuer-
ſos religioſos eſſe. 12. q. 1. duo: & qui tales uerberat, in
canonem incidit, de ſen. excommu. non dubium. Ius
autem monaci bene cadit in laicum profeſſum. pote-
rit ergo & debebit intereſſe electionibus, alienationi-
bus, & cœteris alijs cōmunibus tractatibus monaſte-
rij. 15. q. 1. generaliter. 93. di. à ſubdiacono. & eſt idem
de hoſpitalarijs, ut patet ſupra de ar. cum olim. Dicit
tamen Inno. ꝙ ſi de conſue. eſſet eccleſiæ, quòd con-
uerſi etiam laici uocarentur ad electionem, & elige-
rēt tales cum clericis, non uiciaretur per hoc electio.
nec ob. de electio. Meſſana, quæ loquitur de puris lai-
cis nō profeſsis, de hoc no. de electio. ex eo quod, li. 6.
5 Clerici † uerò, qui præbendantur in eccleſijs, uel mo-
naſterijs, ſi non habent ibi canonicatū, ad electiones,
uel facta capituli uocari non debent: ſed alias debent
deuotè ſeruire, infra de ſta. mona. c. fi. §. pc. ſecundum
Inno. & Hoſt. idem dixi poſt Compo. ſ̄. de elec. cap. 1.
ſuper. 1. glo. in fine, ubi uide [*Eccleſiaſticos*] non dicit ſa-
cros. & ſic etiam in minoribus poterunt ineſſē aliqui
canonici [*Congrue*] ar. Hoſtien. contra canonicos, qui
ſaluari credunt per partem anni reſidendo: ſed ſi con
duxiſſent foſſores ad uineas, non contentarentur de
præſentibus, & nō laborantibus ſolum per medium
diem. nō opponant igitur de benignitate patriffami.
qui patienter expectat, nec ſtatim uindicat, & qui po-
ſteriori dat quantum priori. in ſua enim burſa laxāda
non ſunt tā benigni. patiatur ergo legem &c. de con-
ſti. cū omnes, ſed nec redditur denarius poſterius ue-
nienti niſi & laboranti, quod iuſtum eſt, de præben.
cum ſecundum, de hoc ſupra de maio. & obediē. ſta-
6 tuimus, ſecundum Hoſtiē. ¶ Vlti. glo. † reſpondet per
quæſtionē, an laicum conuerſum cadat ius canoniæ.
7 ¶ [*In † glo. 2. ibi, menſes*] q. d. ſecundum Hoſti. ſi recipitis
laicum, curret uobis ſemeſtre tēpus, quaſi nil interſit
nullum, uel minus idoneū recipere, de ſup. neg. præ-
la. c. 2. uide quod dicam, infra ti. 1. cum noſtris, in glo.
ergo uacabat. ¶ [*In glo. fi. ibi, ius præbendæ*] Laurē. [*& ibi,
meum*] Vin. Inno. & Hoſtiē. contra, ſi intelligas de iure
canoniæ [*& in fi.*] Idem Io. Tan. & Vin. quo ad ius eli-
gendi. dic ut infra lib. 6. de elec. ex eo quod, in fi. dixit
Vin. ego credo nullum fieri canonicum, niſi habeat
tonſuram, uel minorem ordinem ita, ꝙ ſit clericus.
Item licet Lau. dixerit, ꝙ ſcholaris poterit pro præbē-
da literas impetrare, licet nullos habeat ordines, Ego
non credo, ar. ſupra de tranſac. ex literis, & de æta. &
quali. præterea, Vin. dictum Lau. tenebat hic Boa. di-
cens, ꝙ tenebat electio facta de tali, dummodò ſit lit-
tetatus. adde quod dixi, ſupra de reſcriptis, cum adeò,
& quod no. in ſpec. de actione, uel petitione. §. ſuper
actionibus, uer. ſed nunquid ſcholaris.

*SVMMARIVM.*

a *Inſtitutio beneficiorum ſpectat ad epiſcopos, uel officiales eorum, & num. 2.*

2 Officia-

2 *Officiales epiſcoporum habent ordinariam, non tamen in omnibus recurritur ad eos ut ad epiſcopos.*
*Conferre qui non poſſunt.*
*Præſentare, & eligere quibus tantum liceat.*
3 *Sententia pro futuro delicto confertur.*
*Archiepiſcopi ſententia in ſubditos ſuffraganeorum quãdo teneat.*
4 *Abſoluere poteſt epiſcopus à ſententia canonis archiepiſcopalis, non ipſius archiepiſcopi.*
5 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 6.*
*Officiales qui appellentur hic, & ſit eorum poteſtas.*
*Præſcribere utrum poſſint beneficia quæ à laicis habuere clerici. §. in gloſſ. unde.*
*Conſenſus epiſcopi ſubſequens etiam tacitus præſumitur ratione temporis.*
*An ſufficiat inſtitutio, & cui, ibid.*
*Damaſi, & Bartolomæi Brixienſis allegantur quæſtiones.*
*Conſti.utio inferioris à papa confirmata, non fit ob id maioris auctoritatis.*
*Sententia uerò fit maioris. §. fina.*

## CAPVT III.

1 EX frequentibus. Caſus. Inſtitutio † beneficiorum ſpectat ad epiſcopos, vel officiales ipſorũ. dicit Ho. facti abuſio, abuſionis
refrenatio, refrænationis confirmatio. 2. ibi, unde cũ.
3. ibi, nos itaq; [*Prauam*] detrahebat hoc obedientiæ,
& ideò eſt uerius corruptela, de cõſue. cum inter nos
2 [*Qui † officiales*] per quod no. officiales per qđ no. officiales babere ordinariam, non tamen in omnibus recurritur ad eos, ut ad epiſcopos, quod collige de offi-
a cio ordi. Romana. §. officialis, de offi. uica.[a] licet, & c.
fi. lib. 6. [*Recipiunt*] & male. licet enim patroni laici, uel
alij poſsint præſentare, non tamen poſſunt conferre::
ſed epiſcopus hoc facit, de præben. in lateranen. Item
licet clerici poſsint eligere, inſtituere non poſſunt, uel
beneficia conferre ſine conſenſu epiſcoporũm, nec
prodeſt conſuetudo contraria, de hoc no. de conceſſio. præben. propoſuit, Inn. & hoc dictum placet Hoſti. qui remit. ad ea, quæ ſecundum eum dixi ſuper rubrica. Archidi. dicit, ꝙ in originali ſic erat correctum,
Licet clerici poſsint eligere, electi beneficia habere
non poſſunt ſine conſenſu &c. [*Radicitus*] ita ꝙ nec in
3 aliquo toleretur [*Decætero*] pro † futuro delicto fertur
ſententia: quia culpa præceſsit, quod dic, ut ſenten. excommu. Romana. §. caueãt [*Protuliſti*] tenet hæc ſentẽtia archiepiſcopi in ſubditos ſuffraganeorum, ideò,
quia notoria erant delicta, infra de cenſi. Romana. §.
notoria: & regulariter per negligentiam epiſcopi poteſtas ad archiepiſcopũ trãsfertur. 9. q. 3. cum ſcimus,
& in his præcipue, quæ tangunt ſtatum prouinciæ, ſecundum Inno. [*Congrue*] infra de uerbo. ſigni. ex parte,
Vin. & dicit per hoc Eg. ꝙ tenetur dimittere eccleſiã,
& omnes fructus perceptos reſtituere, de præben. di-
b lecto, in fi. & percipiendos, de reſti. ſpo.[b] grauis [*Satiſfecerint*] ergo, ſi ſatisfecerint, illos abſoluere poterunt:
4 & ſic no. quòd à ſententia † canonis archiepiſcopalis
epiſcopus abſoluere poteſt. nam hic ſcribitur etiam
ſuffraganeis, ad hoc de ſenten. excommuni. nuper. à
ſententia uerò hominis, ideſt ipſius archiepiſcopi nõ
poſſet abſoluere, ar. ſupra de offi. ordi. cum ab eccleſiarum, & cap. paſtoralis. 2. reſpon. & adde, quod dixi
ſupra de præben. graue, in fin. & facit, quod no. in ſpe.
de lega. §. nunc dicam, uer. quod autem dicitur. ¶ Se-
5 cunda † glo. ponit duo dicta. primò ſignat contrariũ,
cui dicit ſtandum: ſecundò ſignat contrarium, & ſo-
6 luit. ¶ Vlt. glo. reſpondet per quæſtionem. ¶ [*In † glo. 1. ibi, dicuntur*] in Anglia dixit Ala. uide quod dicam de
ſolutio. Odoardus [*& ibi, inſtituere*] ſed non beneficia
conferre, de offi. uica. c. ult. libro. 6. licet Gof. hic dixerit eos poſſe beneficia conferre per hanc decre. dile-
c cto[c], de præbẽ. [*& in fi.*] uel uocat officiales archidiaconos, & ſi prælatos, qui quandoque habent inſtitutionem, de offi. dele. ſuper eo. T. dummodò generali,
uel ſpeciali auctoritate epiſcopi id faciant, Inno. ¶ [*In glo. 2. ibi, deinceps*] ubi de hoc [*& ibi, ſtamus*] idem ibi. T.
& Hoſt. de hoc ſupra de renun. quod in dubijs [*& ibi, conſenſu*] melius dixiſſet, Conſilio, ut probat. c. allegatum [*& in fi.*] vel dic ut ibi. ¶ [*In glo. legationis, in fi.*] vel ex
metropolitico, ſi hoc ſtatuit in ſynodo, de acc. ſicut,
de præbẽ. graue. ¶ [*In glo. unde, ibi, detinuerint*] nec præſcribere poſſunt quantocunque tempore, licet Ro. hic
contra per decre. cura, infra de iure patrona. ſed hoc
reprehendunt Vin. & Goff. Ad decre. reſponde, ut ibi
no. Phi. hic dixit per prædictam decr. ꝙ ſufficiebat inſtituto ſubſequens conſenſus epiſcopi etiam tacitus,
qui præſumitur ratione tẽporis. ¶ [*In glo. ult. ibi, relaxat*]
Gof. contra hic, & in ſum. de confir. uti. uel inuti. in fi.
per hanc decre. & idem Vin. eo. tit. c. 3. & Da. eo. ti. q. 2.
& Bar. Brix. in veneri. quæſtio. 56. de hoc in ſpe. de ſen.
§. ut autem, uerſi. quid ſi papa. & hæc opinio uera eſt,
quando ſententia emanat per conſtitutionem, ut cõſtitutio inferioris confirmata per papam non ſit maioris auctoritatis, quàm conſtitutio per ipſum edita.
Dictum uerò gloſſ. locum habet in ſententia hominis confirmata per papam.

---

ANNOTATIONES.

a ¶ De offi. uica. uide Federicum de Senis in ſuo tractatu de offi. uica. & eius poteſta.
b ¶ De reſti. ſpo. contra: quia non eſt uiolentus, ibi uide, & uide Io. An. in præal. c. dilecto, in glo. ſua pe. & fi.
c ¶ Dilecto. uide gl. pe. in præal. c. fi. de of. uica. & de inſti. c. 1. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Vltra facultates clericis inuitus inſtituendus non eſt ullus, nec multa inſligitur, & qnando.*
*Soluere qui non poteſt, quando uerberandus.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 3.*
*Inſtitutio quid.*
*Inueſtitura quid.*
*In poſſeſſionem miſſio quid.*

## CAPVT IIII.

1 AVctoritate Breue eſt [*Vltra † quam*] ergo vſq; ad illã quantitatem dabitur etiam inuitis ſecũdũ Ala.
[*Facultates*] ſimiliter ſi mulcta inflicta eſt vltra facultates eius, cui inflicta eſt, moderanda eſt. ff. de
offi. preſi. illicitas. §. pe. nec cauebit de ſoluendo, ſi ad
meliorem fortunã peruenerit. Abſoluitur enim, qui
non habet, unde ſoluat dotem. ff. de nego. geſt. diuortio. Quod verò de mulcta dictũ eſt, generaliter locũ
non habet in pena legis, quam qui non poteſt ſoluere, uerberatͬ. ff. de iuriſdi. om. iud. ſi quis. §. in ſeruos. ff.
de in ius uoc. l. ulti. ff. de ſer. fu. le. quicunque. ſic quandoque expectatur, qui cauere nõ poteſt. ff. de col. bo.
2 l. 3. §. ulti. ſecundum Vin. ¶ Secunda † glo. ponit, quid
ſit inſtituere, & quid ſit inueſtire. ¶ Vlt. gl. arguit à cõtrario. ¶ [*In glo. 2. ibi, Ala.*] non hic, ſed in decre. eo. titu.
quę incipiebat, Ad aures. Dicebat Hoſti. ꝙ inſtituere
eſt auctoritate epiſcopi impetrare. inueſtire eſt poſſeſſionem intrare. Remittit autem ad no. ſuper rubrica.
Di. in regula. i. de reg. iu. lib. 6. allegans hanc glo. pro. s.
cap. proxi. dicit, ꝙ inſtitutio eſt iuris alicuius beneficij
uerbalis collatio. puto, ꝙ inueſtitura ſit quædam declaratio uolũtatis, & quoddam prouidere tenus &c.
facit quod dixi de conſue. ca. 2. ipſe autem ibi dicit, ꝙ
inueſtitura eſt inſtitutionis, vel collationis confirmatio,



tio, & miſsio in poſſeſsionem eſt collationis, & inueſtiturę executio. Dicunt aliqui, quòd inueſtitura facta
per eũ, qui poteſt etiam de illo, qui canonice eſt electus, habet uim confirmationis. 63. diſt. in ſynodo [*& in fi.*] infra de dona. per tuas. de hoc. 16. q. 7. ſi quis deinceps, de pręben. pro illorum, de his quę fi. à ma. par.
ca. ex ore. ¶ [*In glo. ulti. ibi, ſufficiant*] dum tamen ex his,
licet parcius, uiuere poſsint, Goffre.

SVMMARIVM.

1 *Clerici certæ originis tantum non debent inſtitui, & quo caſu.*
*Literatus qui non ſit, non inſtituendus.*
*Gentem quot conſtituant.*
5 *Alioquin, dictionis uſus.*
*Veneti ſoli promouebãtur in eccleſia Conſtantipolitana, & quo tempore.*
*Conijcere, quid ſignificet.*
*Sumptio bona, uel mala naſcitur ex actus qualitate.*
*Obediendum prælato & non obedienti ſuperiori.*
3 *Epilogus, ſuffragium gloßarum, nu. 4.*
*Periculoſo loco qui ſe committit, in culpa eſt.*
5 *Additio gloſſarum.*

## CAPVT V.

1 AD decorem. Caſus. Cũ † in ecclẽijs extraneos oportet inſtitui, nõ debẽt inſtitui clerici certæ originis tantum, ſed undecunque ſint, dum-
tamen idonei. Et primò ponit exceſſum patriarchæ,
quem aggrauat. ſecundò illud corrigi mandat, nõ parẽti cõminatur, & referri iubet. 2. ibi, Quocirca [*Gente*]
actu. 10. F. [*Alias*] alia litera habet, alios, & male: quia
ſecundum eam non literatus poſſet inſtitui, quod eſt
falſum, ſupra c. 2. [*Maxime*] quaſi dicat in illis maiorẽ
idoneitatem requiri. Ad idem de elec. ſcriptum eſt, ſecundum Hoſti. [*Maiori*] ad hoc infra de præben. quã-
2 uis, infra lib. 6. [*Alioquin*] ſ. niſi † monitioni ueſtræ acquieuerit [*Indignum*] licet prælatus talem ſe reddat: tenetur tamen ſibi ſubditos obedire, Abb. [*Promiſiſſe*]
ſ. quòd ſolos Venetos promoueret, Lau. [*Conijcere*] i.
cognoſcere, vel cõiecturari, Pe. [*Valeamus*] quia ſi huic
monitioni non paret, præſumetur uerum: aliàs præſumeretur falſum. ſimile de præſum. literas, ad fi. ¶ Se-
3 cunda † glo. allegat concor. ex generali verbo arguit,
& reſpondetur argumento, tenens cõtrarium. ¶ Tertia glo. allegat concor. ſignat contraria, & ſoluit. ¶ [*In
4 † tertia glo. ibi, Mela. 1. reſpon.*] in culpa eſt tonſor, qui in
loco periculoſo ponit ſellam. & in culpa eſt etiã, qui
14 ſe ibi tonſori committit. ¶ [*In † glo. 2. ibi, ex parte. 1.*] & s̃.
de arbi. cap. 2. de hoc ſupra de fil. preſ. ad extirpandas.
¶ [*In glo. 3. ibi, extranei*] quia nulli erãt ibi clerici: quia terra erat de nouo cõuerſa [*& in fine*] Tan. & ad alia, quę
no. 56. di. undecunque, & exponebat hic Hoſt. uer. ibi
notatos, Quid genus, aut proauos &c. ¶ [*In glo. 5. ibi, debetis, in fi.*] & de præben. expoſuiſti, Hoſtien.

SVMMARIVM.

2 *In poſſeſſione defenditur pendente iudicio proprietatis etiam is qui de iure communi non habet ius inſtituendi.*
*Richimundiæ archidiaconus eſt unus de archidiaconis Eboracen.*
2 *Eccleſiarum rectores quibus alijs nominibus appellentur & ubi*
*Hetienſis epiſcopus eſt Anglicus.*
*Generalis conſuetudo dicitur etiam unius ciuitatis, uel diæceſeos.*
3 *Cuſtodia eccleſiarũ in quibus alicubi cõſiſtat, & quæ non probẽda.*
*Abuſum uoluiſſe papã approbare, non eſt ueriſimile.*
*Factum etiam peritiſſimos fallit.*
4 *Conceſſio perpetua ſine conſenſu capituli, nec etiam temporalis ab archiepiſcopo fieri poteſt, præterquam in caſu, & quo.*
*Supplementum ad decretalem.*
*Careoli epiſcopatus creatus quando.*
*Libertates nuncupantur inſtitutiones, & cuſtodiæ eccleſiarum.*
5 *Simoniacea promiſſio non dicitur facta ad redimendam uexationẽ.*
*Placere, uerbum ciuili modo ſumitur.*
*Dictum à promiſſo diſtinguitur.*
6 *Mandatum de tuendo quem in poſſeſſione ex officio factum quamdiu duret.*
*Interlocutoriæ uita quæ.*
7 *Nomine quo quis agat an ſuo, an dignitatis, refert.*
*In poſſeſſione dignitatem eſſe, non agentem, qui eam obtinet, utile eſt intendere.*
8 *Eccleſiæ intereſt ſpecialiter iura omnium membrorum ſuorum defendere.*
*Contra alienationem iurium eccleſiæ quilibet admittitur.*
*Dignitas in eccleſia non poteſt epiſcopo & capitulo conſentientibus diminui, ſed in totum deſeri.*
9 *Reſtitutio minori, & eccleſiæ proprio motu conceditur à iudice.*
10 *Conſilium papæ qualiter hic profuerit archidiacono.*
*Per iuramentum ſuum quis non præiudicat dignitati ſuæ, ſucceſceſſoribuſque, percurre totum num.*
*Neque per renutiationem, uel abiurationem, ibid.*
*Reſtitutio non datur aduerſus contractum nullum, neque ſi læſio non probetur, uer. ſed certè.*
*Peti poteſt etiam uiuente eo, cuius dignitas eſt læſa.*
*Iura exerceri poſſunt archidiaconatus ab eius collatore nomine dignitatis, non ualente archidiacono, ibid.*
*Deſentio pertineatur archidiaconatus ad capitulum deficiente archidiacono, ad fin.*
*Ionocentius notatur obſcuritatis uitio, ibid.*
11 *Abiurationis exceptio quando proponenda.*
12 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 13.*
*Pactum reale quando dicatur, & quando perſonale, & cui onus probationis incumbat.*
14 *Additio gloſſarum, & nu. ſequentibus.*
*Capituli ſi in plebibus, 64. di. cap. bonæ, de app. intellectus.*
15 *Inſtitutio quibus modis accipiatur, & ad quem ſpectet.*
*Collatio beneficiorum etiam ad archidiaconum pertinere poteſt, & quibus caſibus.*
*Quando pertinet ad epiſcopum, quando habeatur etiam pro approbatione.*
16 *Confitenti contra ſe creditur, non pro ſe, etiam conditionaliter enuntiata, & num. 21.*
17 *Confeſſio implicitè quo caſu non proſit aduerſario.*
*Rationes uel præſumptiones duæ uincunt unam, & nu. 21.*
*Præiudicium ut non generetur alicui ut dignitati hic, cautio eſt declarari, in fin.*
18 *Contra alienationem bonorũ eccleſiæ quibus caſibus ueniri queat, & num. 21.*
*Iuramento primo ſtatur.*
19 *In propria re non auctorizat prælatus.*
*Actione qua agebatur hic, & nu. 20.*
*In interdicto, uti poſſidetis, uter obtineat.*
*Poſſeſſorium cum petitorio intentatum quo caſu ſimul non terminentur.*
*In poſſeſſorio fit prius executio, & diffinitiua non fertur, ſed interlocutoria.*
20 *Ex iuramento an quæ ſit actio prodita, & quando.*
*Iuramenti exceptio an poſſit obijci, & quo tempore.*
21 *Ante poſſeſſorij expeditionem quæ non poſſint exceptiones obijci, & nu. 20. in fin.*
*Per alium quis conſequitur, quod per ſe non poteſt.*
*Confeſſio procuratoris nocet domino.*
*Prælatus quando non auditur, ſed eccleſia. §. penul.*

## CAPVT VI.

1 CVm veniſſent. Qui † poſsidet ius inſtituendi, is etiam, ad quem de iure communi non ſpectat, pendente iudicio proprietatis, in
poſſeſsione defenditur. & ſunt tres partes. in prima allegatio

legatio pro archiepiſcopo. in 2. allegatio pro archi. in
g. interlocutio, & ſub certa forma diffinitiuæ cõmiſ-
ſio. ſecũda ibi, inter alia. tertia ibi, nos igitur [*Richemun-
diæ*] qui eſt archidiaconatus in eccleſia Eboracen. in-
fra tit. 1. poſt electionem [*Procuratores*] no. plures pro-
curatores dari ad cauſam, de quo dic, vt infra de pro-
cura. ſi duo, li. 6. [*Archiepiſcopi*] litigatui ſuper iure in-
ſtituendi perſonas, & cuſtodiendi uacantes eccleſias,
2 Inno. [*Perſonarum*] i. rectorum iuxta † vulgare Angliæ,
vbi rectores eccleſiarũ uocantur perſonæ, qui in pro-
uincia uocantur Priores: in terra Laboris abbates, &
habent uicarios ſub ſe, de quibus de offi. vica. c. 2. quæ
dirigitur Helien. qui eſt etiam Anglicus, Hoſti. [*Diœ-
ceſi*] in qua etiam erat archidiaconus iſte, vt dixi [*Gene-
rali*] pro hoc no. Pe. & Ab. conſue. unius ciuitatis, uel
diœce. dici generalem. de hoc dixi, ſupra de conſue. cũ
3 dilectus [*Cuſtodiam eccleſiarum † uacãtium*] & eſt cuſtodia
talis, ut dicit Hoſtien. de facto: quia nil cuſtoditur, uel
reſeruatur futuro ſucceſſori: imò facit cuſtodiens fru
ctus ſuos, contra id. 10. quæſtio. 2. cap. fin. & non ſine
animæ periculo hoc fit, ut ibi patet. per quod dicit. H.
ꝙ non ualet in hoc conſuetudo. remit. ad no. de præ-
ben. extirpãdæ. §. cum igitur: & ideò talia uel ſunt re-
ſeruanda ſucceſſori, uel expendenda in utilitatem ec-
cleſiæ, de offi. ordi. cũ nos, de conſti. cum. M. nec hoc
hic dicit expreſſe. & potuit papa ſecũdum eum igno-
rare factum. quod plerumque peritiſsimos fallit ff. de
iur. & facti igno. l. 3. & ſicut proponebatᷣ de inſti. quæ
in nulla utilitate conſiſtit, ſic & de cuſtodia ſumebat
hic papa. Dicit tamen Hoſti. quòd Inno. & plures alij
hanc conſuetudinẽ uidentur approbare, infra ut ecc.
bene. ca. uno, in fi. dic hodie, ut infra de offi. ordi. præ-
ſenti, lib. 6. & eo. lib. de elec. generali [*Et infra*] hic deci-
ditur, quod etiam allegabat procurator archiepiſco-
pi, ꝙ huic archidiacono fuerat collatus archidiacona
tus inſtitutionibus, & cuſtodijs eccleſiarum exceptis.
Item ꝙ archidi. ſponte illas abiurauerat. & ad hoc re-
ſpondetur infra [*Archiepiſcopus*] qui fundauerat archi
diaconatum, uel ad minus dotauerat, Hoſtiẽ. & tunc
quod ſequitur [*archidiacono, qui tunc erat*] expone. ſ. tem-
pore fundationis, uel tũc. ſ. tẽpore collationis: quia. ſ.
archidiaconatus pauper erat, & epiſcopus uoluit illũ
dotare ſufficienter. ad hoc infra de his, quæ fi. à præla.
c. paſtoralis. §. fi. [*Perpetuò*] confitebatur ergo conceſ-
ſionem, ſed negabat illam fuiſſe perſonalem, ut dicã
4 ſuper gloſ. [*De conſen. † capituli*] aliàs non potuiſſet per-
petuam conceſsionem facere, nec etiam temporalẽ,
a niſi de antiqua & approbata conſue, [a] id ſibi compe-
b teret, inf. de his, quæ fi. à præla, nouit, & c. ea noſcitur, [b]
Phi. Dicit Hoſti. ſup. maxime, dummodo præſcriptũ
eſſet & remit. ad no. de iure patro. cura [*Donauit*] in cõ-
penſationem quorundam damnorũ, quæ conſeque-
batur per epiſcopatum Careoli nouiter creatum, ut
patet in an. [*Libertatum*] no. inſtitutiones, & cuſtodias
eccleſiarum uacantium libertates uocari ſecundum
5 Inno. [*Reſpondit*] non fuit ſimoniaca † hæc reſponſio,
quæ fiebat ad uexationem redimendam, ſupra de ſi.
c dilectus, Lau. Inno. [c] & Hoſtiẽ. [*Suis*] & beneficiorum
ſuorum: & eſt ar. pro pluralitate ſecundum Hoſt. [*Pla
ceret*] no ob. archidiacono iſtud uerbum, quod ciuili
modo ſumitur. ſ. & quod placere deberet ſecũdũ Gof.
Item ſecũdum eum diſtinguitur dictum à promiſſo.
ff. de ædil. edic. l. ſciendum. §. dictum. & idem Hoſtien.
[*Interlocuti*] & ſic non fuit diffinitiua [*Tuendum*] perpe-
tuò ſecundum lecturam, qua dicitur hic fuiſſe actum
poſſeſſorio, uel pendente iudicio proprietatis coram
nobis, uel delegatis noſtris ſecundum aliã lecturam.
6 nam † lite finita auctoritate huius mãdati non tuebi-
tur, cum hoc fecerit de officio, quod finitur, cum eſt
officio ſuo functus. de off. dele. in literis. Itẽ quia acta
iudicij pereunt. C. de indi. proberandũ, & inter ea cõ-
putanda ſunt hęc mandata: ſed ſi cauſa cognita ferre-
tur talis interlocutoria ſolenniter auditis rationibus
partium perpetuò ſtaretur ei, & tranſiret in rem iudi.
C. com. uel epi. licet. C. de ſen. & inter. l. ex ſtipulatio-
ne, & l. ſe. & l. nemo iudex. ff. quod me. cauſa. l. metũ. 2.
§. ſed quod prætor. de re iudi. quod ad conſultationẽ.
7 & eſt † notandum, ꝙ archidiaconus agebat nomine
archidiaconatus, unde ſatis erat archidiacono proba
re archidiaconatum eſſe in poſſeſsione horum iuriũ,
etiam ſi archidiaconus, qui nũc eſt, nunquã illa exer-
cuiſſet ſecundum Inno. Dicit Hoſti. ideò pronuncia-
tum fuiſſe hunc tuendum: quia fuit inuẽtus in plena
poſſeſsione uel quaſi dictarum libertatũ, & ideò tuẽ-
dus eſt in illa. 16. q. 4. uolumus. ut lit. pen. laudabilem,
donec probetur &c. ut ſequitᷣ [*Aduerſo*] ſ. ex parte ar-
chiepiſcopi [*Licite*] ar. ff. de pactis, in traditionibus. 10.
q. 2. precariæ, & in his, quæ no. ſupra de elec. ſignifica-
ſti, Hoſt. [*Sed in hoc caſu*] cum probata fuerit abiuratio,
cabit capitulum, cui præcipiet, ꝙ præbendam illã con
ferat de iure uacantem: ſi obedit, bene quidem. Si ue-
rò dicat ſe credere præbendam illam non uacare dicẽ
do ſibi nil præcipi debere, quod ſuam cõſcientiã gra-
uet, tunc uocabit poſſeſſorẽ præbendę, & dicet ei, præ
benda, quã poſsides, uacat de iure, & impetrans vult
hoc probare; ſi ille per hoc non dimittit eam, accipiat
probationes impetrantis. ff. de re iud. à diuo. §. ſi ſuper
& hoc ſummarie ſm Hoſti. ut ibi, & ſupra de fo. cõpe.
ſi clericus. & ſi probauerit, præcipiet poſſeſſori, ꝙ poſ
ſeſsionem dimittat: quo facto coget capitulum, ꝙ ip-
ſam conferat impetranti, infra eo. cũ noſtris, de præb.
inter cætera. vbi ſolum facta fuit retractatio, nec fuit p̄
ceptum, ꝙ alter alteri aliquid daret; & de hoc de re iu
di. cũ Bertoldus. nec eſt mirandum, ſi ſuper perſonas
in reſcripto non expreſſas poteſtatem habet executor
hoc. n. eſt in quolibet executore, qui contra extraneũ
ſummatim de proprietate cognoſcit, vt res eis auferat
ut in l. à diuo, C. de his, qui ad eccle. confu. l. præſenti.
Item nec ſine ea poſſet exequi, de offic. delega. præte-
rea. nec eſt neceſſe, ꝙ petatur reſtitui capitulo ſed tan-
tum reſignet, & poſtea ueniet ad collationẽ capituli.
Sed ſi in litera diceretur, exequaris, tunc executor co-
get illũ reſignare, & poſtea conferret. & ſi non vult re
ſignare, uiolenter auferatur ſibi poſſeſsio. ff. de rei uẽ-
di. qui reſtituere. hoc autem intelligendum eſt iãtum
de reſignatione facti, non iuris, cui nemo tenetur ce-
dere. ff. ſi ſerui. uendi. ſicuti. §. ſed quæritur. imò ſemper
ei ſaluum remanet, ut in l. à diuo, infra eo. cũ noſtris.
nec eo caſu ſine culpa priuandus eſt 56. di. ſatis peruer
ſum. Dicit Inno. ꝙ quidam diſtinguunt inter executo-
rem, cui committitur ſimpliciter alicuius perſonæ ꝓ-
uiſio, & eum, de quo hic loquitur. De primo dicunt,
ꝙ ſine cauſæ cognitione poteſt beneficium conferre.
iſte uerò conferre non poteſt, niſi primo ſciat, quare
illi, quibus primo ſcribitur, non conferant, arg. de re-
ſcriptis, ſi quando, & c. cum adeo, & melius c. ab excõ
municato. ubi ſecundus executor, cui ſcribitur in de-
fectum primi, procedere debet cũ cauſæ cognitione.
Alii dicunt aliud in abſolutione, quæ ſine ſolenni cau
ſæ cognitione fieri non debet. 2. q. 1. nemo. de ſen. ex-
com. ſacro. Aliud in beneficii collatione, quæ & ſi re-
quirat cauſæ cognitionẽ non ſic ſolennẽ. Vel dicit In-
9 no. dicendum melius, ut ibi no. ¶ Ex hoc † autẽ, quod
dicit, inueſtiuit, no. Inno. ꝙ idem ſit aſsignare, & inue-
ſtire. & no. ꝙ executor inueſtire poteſt, cum in literis
ſuis dicitur, Exequaris, no. ẽt ꝙ per inueſtituram non
d datur poſſeſsio[d]. Dicit tamen ipſe Inno. ꝙ decanus in
e ueſtiturã de uacatura facere non potuit[e] [*Spectabat*] &
quã preſbyter impetrauerat [*Aſſignaſtis*] quod facere
non poterant, ex quo datus erat executor, qui capitu-
lo negligente mãdatũ debebat exequi: ſecus, ſi ſolũ ad
compellendũ datus eſſet: & quæ ſit ratio diuerſitatis,
quã hic ẽt tangebat Inno. uide, infra c. ſi capitulo, lib.
6. [*Volens haberi*] ſub. & tam capitulum, quã illum, cui
p̄bendam contulerant in eluſionẽ mandati ſui, in eo
quod male fecerant, puniri, ſm Hoſt. qui dicit ſic pla-
nã decr. [*Inueſtiuit*] ſed quia adhuc ipſius poſſeſsionem
gaudere non poterãt, ſupplicauit Inno. ut ſibi p̄bendã
10 faceret aſsignari, Pe. [*Canonum*] quod eſt † quando non
fiunt auctoritate papæ. hoc uerò factũ erat auctorita-
te papę. Dicit Inno. ꝙ hoc non placet, & ꝙ malè fecit
decanus [*Intelligebatur*] de iure, & ſi nõ de facto. & ſic ꝯ
j. c. cũ noſtris, & c. literas. dic, ꝙ poſt caſſationẽ uacare
dicit de iure, & de facto; licet intruſus de facto teneat.
& ideò tali detẽtatione non obſtante põt conferri, cũ
detentor euidenter ſit illicitus & iniuſtus. ꝯrium loq-
tur de colorata facti poſſeſsione, quæ collationẽ impe
dit, & ibi de hoc ſm Hoſt. [*Detentore*] illicito, de rerum
permu. cũ uniuerſorum. Ho. [*Honoris*] ſ. ſtallo in choro
loco in capitulo, & aliis, quorum cõis eſt uſus. ſ. de p̄-
11 ben. pro illorum. ¶ Tertia † glo. reſpon. per quæſtio. an
executor potuerit inueſtire. ¶ Gl. Inno. obiicit, & ſol-
uit, ſignat contrarium, & ſoluit. ¶ *Glo. nam contra*] ponit
5. caſus, quibus papa diſpenſat, & 5. quibus non diſpen
ſat, ſed quintum determinat. ¶ Antepe. glo. arguit, &
remittit. ¶ Pe. glo. ſignat contrarium, & ſoluit. ¶ Vlti.
gloſſ. reſpondet per ob. & triplicem ſolutionem. ¶ *In*
12 † [*glo. penul. ibi. §. ulti.*] uide infra in ſuppletionibus [*& ibi,
in fundo*] non facit niſi in quãtum dicit, quòd re euicta
per ſententiam tenetur euincens ad impenſas bona fi
de factas in ea [*& ibi, traditionibus*] ſequitur, & uſucapio
nibus dominia rerum transferuntur, nõ nudis pactis
[*& ibi, per traditionem*] ſequitur, iure naturali res nouas

13 acquiruntur.¶ *In† glo.1.in fi.*] ad hoc ſupra de reſcrip.
conſtitutus.refert Innoc. quoſdam dicere, quòd aſsi-
gnatur prebenda uacatura ſic.ſ.quia datur ſtatim qua
ſi poſſeſsio iuris ipſius prebendæ. ¶*In glo.2. in fi.*]capi-
pitulo negligente,& quando tunc conferre poſsit,dic
ut infra eo.ſi capitulo,lib.6. ¶*In glo.3.ibi,hoc dixit*]dice
re potes,ꝙ illa fuerunt uerba preſbyteri allegantis,ſed
in antiq. patet, quòd Innocen. id conſtitit per literas
Cæleſtini. ¶*In glo. Inno.ibi, ex plenitudine*] imò fecit hoc
de iure:quia per preſentationem literarum factam ca
pitulo affecta fuit præbenda, ex quo datus erat execu
14 tor ad prouidendum, infra eo.ſi capitulo,li.6.¶*In †gl.
nam contra, ibi, diſpenſare*] imò non ſolum diſpenſat, ſed
immutat,infra de con. & affi. non debet. 31.diſti. c.1.
& 68.diſt.corepiſcopi[*& ibi,ſunt quidam*] ubi de hoc[*&
ibi,fidei*]dabat Hoſtien.regulam,ꝙ papa ſui ipſius tan-
tum habet poteſtatem,ꝙ quicquid dicat,uel agat,ac-
cuſari,uel damnari non poteſt ab homine,niſi de hæ
reſi.40. di. ſi papa: poteſt tamen moneri in ſecreto &
palam:ſi palam peccat mortaliter. nã uelit, nolit,ſub-
iacet euangelicæ ueritati quò ad monitionem facien
dam,quæ cuilibet data eſt. 2.q.1.ſi peccauerit.ſed quò
ad id ; quod ibi dicitur, dic eccleſiæ non ſubiacet niſi
in hæreſi.Si igitur ſit impœnitens,dicendum eſt eccle
ſiæ.i.deo orando, ꝙ ipſum inſpiret, & eccleſiæ trium-
phanti,ut oret pro ipſo. Alii tamen,& ſi imperator,&
totus clerus,& totus populus conueniant,ipſum non
poterunt iudicare: caueat tamen ſibi, quia anima ſua
in manibus ſuis,& ſibi terribilius iudicium imminet,
& intolerabilior cruciatus 9.q.3.nemo.& c. aliorum.
In ſubditis, ꝙ tantam habet poteſtatem,ꝙ eius præce
pto eſt obediendum,etiam ſi dubium ſit, an ſit mor-
tale,dummodò uinci poſsit conſcientia : quod ſi cer-
tum eſt,recognoſci debet papa cæleſtis, 11.q.3. Iulia-
nus,& eccleſia triumphans.q̃ non fallit:& eſt tunc po
tius excommunicatio ſuſtinenda,de ſimo.per tuas,&
conſcientia ſequenda,& ſi ſit erronea,niſi poſsit depo
ni,ut ibi.addit,quod ſtatim dicam in fi.¶*Et in fi.*]æqua
15 li linea Dixit†hic Vin.ꝙ diſpenſare poteſt in omnibus
quæ non ſunt contra fidem.Hoſti.addit,dummodò ꝑ
ſuam diſpenſationem non nutriatur peccatum mor-
tale euidenter, quod intelligit , ſi peccatum illud ex.l.
diuina procedat.Secus,ſi ex canonica,uel humana. ip
ſe enim conſtituẽs deſtruere poteſt. Remit. autem ad
no.de temp. ordi. ad aures, Item & ſi alios exoneret,
ſe poſſet onerare,de hoc, infra de uo. magnæ. ¶*In glo.
ſic ergo,in fi.*]ſecundum Io. Dicit Hoſti.quòd hic decla-
ratur aliud ius non habuiſſe. ff.de rei uend.ex diuerſo.
§.1.§.fi. inſti.de offi.iudi.alleg.in contrarium. ibi dici-
tur, quòd aut in his iudiciis alicui adiudicatum ſit, id
ſtatim eius fiat, cui adiudicatum eſt. ſi ergo , dicit ip-
ſe, illud eſt in illis iudiciis,ſecus in aliis, argum.de præ-
ſump.nonne.In aliis ergo non acquiritur dominium
per ſententiam.ff.de pig. ac. non eſt mirum, de publi.
l.3.& l.quicunque.ff.de ex. rei iudica. ſi inter me & te.
Sed nec in illis uſq;quo habita ſit poſſeſsio , vt ibi no.
ad hoc de re iudi. cum aliquibus. Lex, in fundo, non
facit ad rem , Hoſtien. uide quod dixi , ſupra de tran-
ſact.quanto, in ulti.glo.& de reſcriptis,mandatum, in
penul.col.uer. dici autem Compo.

ANNOTATIONES.

a ¶Ex parte. Et in præalleg.c.tranſmiſſam , circa princ. mag.glo. &
de conſue.cum uenerabilis, ſuper glo.pe.
b ¶Diſſoluendum. ibi uide Ioan.And.in ſua glo. mag.in fi.& in cle.
1.de offi.delega.
c ¶Contradictoribus. De iſta clauſula,& de ipſius uiribus, uide Io.
And.de præben.pro illorum, in glo. in uerbo, quod talis .
d ¶Datur poſſeſsio. Vide glo.& Io.An. ſupra ti.proxi.auctoritate ,
e ¶Facere non potuit. Ad hoc de conceſ.præben. c.2.& 3.lib.6.

*SVMMARIVM.*

1 *Impedito non currit ſemeſtre tempus ad eligendum.*
*Nec ſuſpenſo etiam ex culpa ſua.*
2 *Amotionem inſtitutorum qui petere poſſint,& qua ratione.*
*Cauſa in perſonalibus eſt exprimenda in libello.*
*Nominatio non habet locum in perſonalibus , ſed in realibus, ex-
cepto caſu,& quo.*
*Actio ſæpe intenditur contra neminem , & quando , & qui tunc
uocandi.*
*Vocatio in ius duplex hominis,& iuris, in fine.*
3 *Donatio,& collatio pro eodem hic accipiuntur.*
*Poſſeſſore non, amoto , inſtitutio beneficij ab eo poſseſſi fieri non
poteſt,& quando,nu.4.*
*Electio,uerò & collatio an poſſit, ibid.*
*De præſentatione quid.*
*Amotio fit duobus modis à beneficio.*
4 *Electio ſecunda non caſſata prima quando fieri poſſit.*
5 *Monitio debet eſſe competens & canonica.*
*Delegatus habet poteſtatem exercendi cenſuras , & priuandi be-
neficijs.*
*Beneficiorum appellatio numero multitudinis reſpicit hic plurali-
tatem perſonarum , non beneficiorum.*
6 *Temporis computatio fit deducto tempore impedimenti , & pri-
mi cum ultimo .*
*Negligentia notatur ex dilatione, & dicitur cum quis potuit, &
non fecit,nu.11. §.2.*
*Capitulo excommunicato , præter unum , ius conferendi ſpectat ad
eum ſolum.*
*Deuolutio collationis ex culpa collatoris ad papam , non ad capitu
lum fit, ad dictio. poterat,& nu.13.*
7 *Ad metropolitanum quando fiat ex inferioris defectu.*
*Reſtitutione non eſt opus , ubi tempus non cucurrit , in fin.*
*Tempus accedendi,permanendi, & redeundi, & quando aliàs non
computetur,ibid.& nu. 11.*
8 *Conferre non tenetur quis in itinere etiam ſi ſciat uacationem, niſi
poſt reditum,& ratio .*
*In diœceſi alterius iudiciale quis expedire poteſt .*
9 *Notitiæ tempus inſpicitur , & in fi.*
*Tempus utile ab initio , & in progreſſu quibus caſibus , & quan-
do ſecus.*
10 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum, nu.11.*
*Ex culpa quæ procedunt , non imputantur , in ſuffra. In glo. ſic pa-
tet,& quando,uide nu. 14.*
12 *Additio gloſſarum,& nu.13.& 14.*
*Voluntates , & mores hominum uariæ.*
13 *Suſpenſio hic à quo fuerit .*
*Suſpenſio epiſcopi fit à papa; inferiorum à concilio prouinciali, &
qua de cauſa .*
15 *Bona quæ deuoluantur in fiſcum.*

## CAPVT V.

1 QVia diuerſitatem. C. Tem-
pus† ſe-
meſtre datum ad eligendum non currit le
gitimè impedito . & ſunt duæ principales
partes.in prima archiepiſcopi querela.in ſecunda cãæ
cõmiſsio,ibi,man. ſecũda uerò ſubdiuiditur: quia pri
mò ponit mandatum,& ſoluit obſtaculum . ſecundò
duos caſus excipit ibi,niſi forte.& ſm tripliciter expo
nit ibi , ſic tamen [*Corporum*] hoc dixit ſecundum Pet.
quia de his duobus prius erant opiniones , an ſcilicet
tempus ſuſpenſionis curreret in 6. menſibus,& an ſu-
ſpenſo epiſcopo propter ſuam culpam ad capitulum,
uel ad papam deuolueretur poteſtas [ *Et infra*] ſeque-
batur, in antiqua, quòd ideo poteſtas eccleſiaſticæ iu
riſdictionis fuit in uno collocata [*Suis*] 1. ſuæ diœceſi.
aliter ſumitur,ſupra de uſu pal.c. 1.de præben.pro illo
a rum[a] [*Suſpenſionis*]ex ſua culpa prolatæ ut patebit,infra
[*Poſt*



[*Poſt modum*]ideſt poſt abſolutionem [*Intruſerunt*]ſi.ſu-
pra ti.proxi.c.3.de exceſ.præla.c.3.Goff.[*Et infra*]quare
ſecundum Innocen. & Hoſtien. petebat intruſos ab
eccleſiis ammoueri, uel reſignare compelli , non ob-
ſtante confirmatione per quoſdam ipſorum obtenta
in forma communi, ut patet ex ſententia. unde nõ.In
2 no.ꝙ† quandoq; is,ad quem de iure ſpectat inſtitutio
petit inſtitutos ammoueri,ut hic, & de præb.dilecto ,
quandoq; patronus,infra de iure patro.ex literis:quã-
doq; clericus inſtitutus, uel non inſtitutus,ſed habens
ius in beneficio,ut ſupra ca. 1.3.q.6.hoc quippe; de re
iudi.cum Bertoldus.quandoq; quilibet clericus de ec
cleſia, de elec. cum dilecti . Sed iſte ultimus , quia ius
ſuum ſpeciale non proſequitur, uidetur,ꝙ non poſsit
agere , niſi agat denunciando, uel accuſando.ff.de ap.
conſtitutis, in fi.prædicti uerò non ſolum contra inſti
tutos agere poſſunt , ſed etiam contra peruerſè inſti-
tuentes.7.q.præſentium. de hoc.s̃.de ſi. preſby.ueniẽs.
is tamen, q̧ prędictis modis agit, debet cauſam expri-
mere,quare inſtitutio ſit minus canonica,ſicut in aliis
perſonalibus.nam & iſta perſonalis eſt,quod patet:q̧a
nec in rem,neq; mixta,ut patet de offi. or.conqueren
te. cauſa uerò poteſt exprimi:quia ad agentẽ pertinet
inſtitutio , uel eſt in poſſeſsione inſtituendi , uel quia
non pertinet ad eum,qui inſtituit,infra c. poſt electio
nem,de cauſa poſ. cum eccleſia . & uide quod ibi dixi
in glo. quia conſuetudo,in fi.vbi Inno.plus approbat
cauſam ſecundam, & c.cum olim, de elec.querelam .
hinc eſt,ꝙ quia perſonalis eſt,nõ poteſt inſtitutus no-
minare inſtituentem in iudicio, cum non habeat lo-
cum nominatio niſi in realibus. C. ubi in rem ac.l. 2.
ut lit.non conte.qm̃.ſecus,ſi peteret obedientiam: q̧a
tunc poſſet dominum in iudicio nominare,de maio.
& obedi.inter 4.Item ſæpe quis contra neminem agit
ſed petit ſuam electionem confirmari,infra c.poſt ele
ctionem : & tunc etiam ſunt uocandi , quos negociũ
tangit ſm Inno.ad quod de ele.c.fi.lib.6.quod intelli-
git Hoſt. niſi à iure ſint uocati,de ele.c.1.eo.lib.6.uide
quod dixi de tranſactionibus , decætero [*Donationem*]
3 ubi ſupra† dixit collationem, nunc dicit, donationẽ.
& facit ad decre.ulti.de offi.uica.lib.6.[*Ad eas*]præbẽ-
das,uel dignitates: & hoc patet ſm Inno. ꝙ nullus iu-
dex ordinarius , uel delegatus dẽt alium inſtituere in
beneficio,quod alius poſsidet,niſi amoto prius poſsi-
dente, qui amouendus eſt, uel de facto ſuperioris au-
ctoritate,ſi nil proponit rationabile,uel ad minus per
ſententiã, etſi de facto id fieri non poſsit : & ſic poteſt
intelligi.j.eo.cum noſtris,& c.literas,ubi de hoc,& vi
de de priuile.cum olim.2.in glo. ideſt curſorem: is ta-
men,ad quem ſpectat electio,uel collatio, poterit eli-
gere,uel conferre.j.de præb.licet eps̃, lib.6. de re iudi.
cum Bertoldus,licet quidam dicant, ꝙ licet præſenta-
tio fieri poſsit,de qua loquitur illa decre.quia non ple
num ius tribuit electo : tamen quæ ius tribuit,nõ fiet
obſtante alterius inſtitutione , cũ nec fieri debeat pri-
b ma electione non caſſata, de elect. conſiderauimus[b],
4 & c.auditis. hoc autem eſt † certum,ꝙ propter præce-
dentem electionem factam ab his, ad quos non perti
net, non caſſatur electio facta ab his,ad quos pertinet
vt ibi probatur,& de ſupplen.negl.prælatorum.c.fi.&
no.de ele.conſiderauimus.& Hoſtienſis in hoc remit
tit.j.ti.1.illa.Item q̃uis is,ad quem pertinet iure ꝓprio,
poſsit eligere non obſtante prima electione,& inſtitu
tione;executor tamen papæ nõ poteſt prouidere alio
exiſtente in poſſeſsione,qui inſtitutus eſt per ſuperio-
rem; ſed ſi non eſt per ſuperiorem inſtitutus,ſed tantũ
modò poſsidet, propter hoc nõ dimitteret executor ,
quin de alio prouideret ſm mandatũ papæ , ſupra de
præb.de multa.quod de ordinario,ad quem pertinet,
eſt indubitatum, ut eſt dictum ſm Inno.qui remittit .
infra c.literas,& c.cum noſtris[*reſignandas*] forte gene-
ralis monitio;quia neſcitur,ꝙ ſint ſic inſtituti ſm.Ho.
5 [*Monitione*]competenti† & canonica,de ſen.excõm.ſa-
cro[*Subtractionem*] no. delegatum non ſolum exercere
cenſuram, ſed etiam beneficiis priuare rebelles contu
macia exigente.de hoc de homi. pro humani, li. 6.po
teſt tamen reſponderi hoc factum de ſpeciali manda-
to [ *Beneficiorum* ] iſta pluralitas poteſt reſpicere plura-
tem perſonarum.ſi.de priuile.ut priuilegia, ne clerici,
uel mona.c.1.li.6.& ſic ceſſat argu. Hoſti.dicentis per
hoc pluralitatem beneficiorum permitti , ſi nouis re-
nunciare uolunt , uel ſi auctoritate archiepiſcopi illa
ſint adepti.dicebat autem,ꝙ reſpicit factum, uel loqui
tur, cum eſt diſpenſatum [*Ea* ] beneficia, ad quæ reſi-
gnanda detentores compellimus[*Speciali*] non ſurre-
ptitio,de reſcriptis, ad audientiam, & c.in noſtra [*Ap.
ſedis*]uel legati de latere, de offic.le..c.1.lib.6. [*Compute-
6 tur*] deducto † ergo illo tempore , primum cum ulti-
mo bene poterit computari ; quod dic,ut infra de ver
bo.ſigni.dilecto[*Negligentes*]quod ibi patet ex uerbo ,
diſtulerit.ſic ſupra de præben.de multa[*A qua*] ſcilicet
poteſtate conferendi[*Illa culpa*]facit de elec. quamquã
lib.6. [*Deuoluta*] quod intellige ſecundum decre.infra
ne ſede uacante.c.uno,lib.6.quod ibi nota.in 4.glo.&
dicam ſup ea. Dicebat hic Boa.quòd omnibus cano-
nicis præter unum excommunicatis ius conferendi ,
ſpectãs ad capitulum deuoluitur ad illum ſolum. nec
obſtat hæc litera: quia non ſic habet epiſcopus colle-
gam, ſicut canonici[*Ad illum* ] ſcilicet papam T.ex ple
nitudine poteſtatis.Inno.[*Præter*]ſi habes, propter,eſt
litera falſa, La.[*Poterat*]ac ſi dicat papa, licet culpa nõ
noceat, ut deuoluatur poteſtas ad capitulum : nocet
tamen , ut deuoluatur ad nos , & ſic ipſam poteſtatẽ
ad nos deuolutam ſine illius iniuria ſibi poſſumus de
mandare,ſecundum Hoſti.alle. de re iudi.cum olim ,
ad fi. nec cogitur ratas habere collationes à non ſuo
iudice perfectas, de ſupplen.negli.præla.c. penul. & fi.
[ *Donare*]ex plenitudine poteſtatis.de præben c.2.lib.6.
7 ¶ Sed nunquid † epiſcopo ſuſpenſo metropolitanus
poteſt conferre beneficia ſpectantia ad ipſum:dixerũt
quidam quòd ſic,etiam non expectato fluxu. 6. men-
ſium; argu.pro eis.9. q.3. cum ſimus : quod loqui po-
teſt in hoc caſu : uel loquitur, quando neceſſaria offi-
cia non inſtituit in eccleſia ut œconomum , uel aliũ,
qui miniſtret temporalia . in officiis uerò non neceſ-
ſariis,ut in ordinandis canonicis locum non habet, ſu
pra de elec.cum eccleſia. Innocen.hæc uerba poſſunt
procedere in eccleſia non habente numerum. & uide
quod ibi dixi in princ. tu dicas cum Innocen. & Ho-
ſtien. quòd nec capitulum, nec ſuperior ſupplere po-
teſt alterius defectum , niſi ubi ius exprimit hoc , uel
niſi neceſsitas immineret, argu.infra ca.1.& infra ti. 1.
illa. Sed ubi eſt iure expreſſum hoc poteſt etiam ſupe
rioris non petita licentia.de hoc, ſupra c.2. Dicit tamẽ
Hoſtienſis , quòd quicquid dicatur, generaliter pote-
ſtas ſupplendi videtur tradi.de offi.ordi.cum uos,& c.
paſtoralis, de iure patr. nullus. archiepiſcopus autem
abſolutus beneficia , quæ uacarunt etiam ultra ſex
menſes, poterit conferre : quia ex quo non potuit, ſi-
bi tempus non currit ; ita quòd reſtitutione non indi-
get:ſecus,ſi potuiſſet,& per ſex menſes diſtuliſſet;& ſic
loquitur,de ſupplen.ne.præla. licet, & capi.literas[*Ac
ceſſit*] dictum erat [ *Remanſit* ] etiam abſolutus non do-
loſe ibi permanens [*Receſſit*] concordan. de reſcriptis,
ſtatutum.§.penultimo, de elect.cum non deceat,li.6.
8 [*Nullatenus † computetur*] etiam ſi ſciuit illa uacare.licet
enim illa in uia conferre potuerit redeundo , ex quo
abſolutus erat:tamen non imputatur, ſi non contulit
triplici ratione . Primo quia iuſtius & honeſtius eſt,
ꝙ prouideat indigenis, quorum forte ſecum non ha-

bet copiam. Secundò quia honeſtum eſt in his habe-
re conſilium maxime capituli ſui, quod forte ſecum
non habet. Tertiò in collationibus ſunt examinandę
perſonæ,& ſi quid judiciale occurreret, non poſſet in
diœce.alterius expedire.de hoc,ſupra de offic. leg. no
9 uit,ſecundum Inno,& Hoſti.[*Notitiæ*]uide† cle.eo. ti.
c cum ei,quem,in fi. & [c] quod ibi no.in glo,pen.no.hic
tempus utile ab initio, & in progreſſu, idem in c.die-
bus, qui dantur ad petendam bonorum poſſe. C, qui
admi.ad bo.poſ.l.2. eſt & aliud tempus continuum in
princ.& in progreſſu.ſ,quatuor annorum,qui dantur
ad petendam reſtitutionem.C. de tempo. in integ.re-
ſti.l.fi.Eſt & tempus utile in princ.continuum in pro-
greſſu,ſ.decem dierum, qui dantur ad appellandum,
ſecundum Boa,qui hoc not.ſupra eo.c.2. & probatur
de app. concertationi,lib.6.[*Potius*] hoc intellige, niſi
magna negligentia ualeat imputari,vt no.de ſupplen.
negl.præla.licet,Hoſti.[*Ipſius*] aliàs ipſi, ſcilicet archie-
10 piſcopo.¶Glo.1.†ponit quatuor ſimilia.¶Glo.quar-
ta dat unum ſimile,& ponit tres effectus confirmatio
nis, ¶[*Glo.& ita*]dat duo ſimilia,& remittit:ultimò de-
terminat. ¶[*Glo. hæc ratio*]inducit duas concor. & unũ
contrarium: demum,ſignat contrarium, & remittit.
¶[*Glo.ſic patet*]ſignat contrarium.¶Pe.glo.ponit ſimi-
11 le,¶[*In 1.† glo.ibi.§ principaliter*] ibi dicitur, ꝙ homines
faciles ſunt ad diſſentiendum. ¶[*In glo. 4.ibi,& quia*] ui-
de ne prælati uices ſu.c.2.ſuper glo.2. ¶[*In glo.& ita,ibi.*
*§.ulti,*]hanc & ſeq.uide de præſcrip.cum non liceat,in
gl.[*& ibi,deliberationis*] ideſt tempus,quo deliberat hæ-
res, an uelit adire, non imputatur creditoribus hære-
ditarijs in aliqua temporali pręſcriptione[*& ibi.§.ult.*]
uide de uerbo.ſign. Abbatē,ſuper 3.glo.[*& ibi,ſi locus*]
ſi locus, per quem uia, iter,uel actus debebatur,occu
patus eſt flumine, & intra tempus, quo ſeruitus præ-
ſcribitur,reſtitutus ſit,redit ſeruitus in ſtatum priſtinũ
[*& ibi,qui poteſt*]ſequitur,facere,ut poſsit cõditioni pa-
rere,iam poſſe uidetur [*& ibi.§.qui captus*] ſequitur, cũ
potuerit redire non rediit,pro transfuga habetur.¶[*In*
*glo.hæc ratio,ibi.§.ulti,*]uide in glo.antep.proximam[*&*
*ibi, Si pupillo*] non habenti tutorem fideicommiſſum
ſolui non potuit, non dicetur hæres in mora [*& ibi,*
*item ei*]ibi eſt,Item hi,qui reipub. cauſa dolo malo ab-
fuiſſent,& hanc inducit Hoſti.à contrario illius uerbi,
dolo malo.ſed Io.alle.Item ei, qui etiam ibi eſt. & be-
ne facit inquantum dicit transfugis non concedi reſti
tutionis beneficium. ¶[*In glo.ſic patet, ibi, uerum.2.*] uide
de accu.cum dilecti.ſuper glo.cauſa [*& ibi, Qui iniuriæ*]
uide de ſen. ex.cum uoluntate, ſuper.1. glo.[*& ibi,ſiue*
*ante*] licet fuerit in culpa publicanus tenendo facino-
roſam familiam,ſi tamen ſeruus,qui furtum fecit,uel
iniuriam intulit,mortuus ſit,liberatur:quia dominus
facultatem non habet exhibendi,nec dolus eius inter
ceſsit[*& ibi,ſi mulier*]uide de ſpõ.ueniens,ſuper ultima
glo.¶[*In glo,antepe.ibi,bene à Zenone*]uide de præſcripti. ui
gilanti,ſuper glo.2.¶[*In glo,ulti,ibi,annus*]uide ſupra ti.2.
ſuper 4. glo,[*& ibi, cum ſex*] uide de pœni. & re. quæſi-
12 tum,ſuper glo.2.¶[*In †glo,1,ibi,illud*]Perſii poetæ[*& ibi,*
*Ouidius*]lib.1. de arte amandi [*& in fi.*] Quintil. cauſa.9.
celeſtis prouidentia multa uarietate pectora noſtra di
ſtinxit, nec minus numeroſas animorum, quàm cor-
porum dedit formas.¶[*In gl.per affirmationem,ibi,& quia*]
12.diſt.præceptis[*& in fi.*]idem no.17. q.4. frater. ¶[*In*
*glo,& ita,in fi,*]& ſupra de electio.ca.ulti.ubi de hoc, &
infra ne ſede uac.c.5.libro 6.¶[*In glo.ex hoc,ibi,iuriſdictio-*
13 *ne*]Dicebat Pe.quòd iſte fuerat † ſuſpenſus à collatio-
ne beneficiorum, forte enim delictum eius denun-
ciatum fuit papæ, quod peccabat in beneficiis confe-
rendis ſecundum formam decre.de præben.graue. &
ſi dicas,ergo non ad papam, ſed ad perſonam inſtitu-
tam in conc.tempore ſuſpenſionis ſpectabat collatio;
Reſpondet illud in inferioribus,qui per concilium ſu
ſpendũtur:Secus in metropolitano,qui per papam ſu
ſpenditur, ut ibi patet[*& in fi.*]de hoc plene, ſupra de
conſue.cum dilectus, in gl.ſuſpenſus enim. ¶[*In glo.ſe.*
*ibi,ueniens*] ſpeciale in matrimonio, & de hoc.ſ. quod
metus cauſa, Abbas.duæ leges ſequentes ſoluuntur in
regula,imputari,in fi.§. ſiue autem, quem uide in ſuf.
14 reddit ſui rationem,ibi uide[*& in fi.*]Dicit†Inno.capi-
tulũ ex culpa archiepiſcopi non potuit beneficia con
ferre,cum id non reperiatur in iure;ad hoc de ſupplẽ.
neg.præla.Romana,lib.6.ſed archiepiſcopus ex culpa
puniri poſſet. & ſic loquũtur cõtraria. dici poteſt cul-
pam punitam per ſuſpenſionem, quæ pœna non de-
bet extendi, ne ſit priuatio: & ad intellectum horum
uide,quæ notaui de reg.iur.imputari,lib.6. Dixit Cõ-
po.ſupra de ele.cum in cunctis,ꝙ culpa, uel delictum
non fuit hic immediata cauſa impedimenti, ſed ſentẽ
tia ſuſpenſionis, licet culpa fuerit cauſa illius ſenten-
tiæ,quæ ſententia non eſt culpa,de ſenten.excommu.
c.1.li.6.& uide Dy.de reg.iur.quod ob gratiam,eo.lib.
& quod ibi poſt eum ſcripſi ſuper glo. in fina. ¶[*In glo.*
15 *†quia dominus,ibi, bona*] propria: ſecus in bonis eccleſiæ,
ut in concil. Vien.de hæreti.nolentes, poſt prin.[*& in*
*fi.*] hodie bona damnatorum regulariter non confiſ-
cantur,ut C.de bo.dam. auctẽn. bona.

---

ANNOTATIONES.

a ¶Pro illorum.Vbi uide in glo.prima,& ſuper illa Ioan.And.
b ¶Conſiderauimus. Vbi uide de exceſ.præla. inter gl.unde non,& in c.auditis, præalle. & uide Io.And. ſupra eo.proxi.in glo.mag. uerſi. notat etiam.
c ¶In fine.Et uide Ioan. And. infra eo. ex parte, in glo. quaſi archidi.& Bar.ff.de acqui.hære.l.is poteſt, uerſi.uideamus,& in deciſ. Rotæ conclu. 479.& Bald. in l.1.C.qui admi.ad bo.poſ.poſſunt, maxime in 24. q.

*SVMMARIVM.*

1 *De poſſeſſione colorata alterius oportet in impetratione beneficij facere mentionem: aliàs non ualet,uide n.8.& 16.& 23.& 24.*
*Diuiſio capituli.*
*Ad electionem faciendam tempus ſex menſium pro quolibet electore.*
2 *Epiſcopus eligi non poteſt ad inferius beneficium epiſcopatu & ratio.*
*Ad maiora prouehi quis debet, non contrà.*
3 *Epiſcopatus an uacet ex conſecutione præpoſituræ, & ex habitu ante eum quid iuris,nu. 7. in fin.*
*An poſſit abſque licentia papæ reſignari.*
*Cap.de multa,de præben. an emanauerit ante hanc decretalem.*
4 *Elector licet eligat ineligibilem, non dicitur ideò negligens, ut fiat ex temporis lapſu deuolutio,& quando, & nu.5.eſt tamen priuatus eligendi poteſtate,nu.5.*
*Inelegibilis quis dicatur,& nu.5.*
*Dignitates cadere poſſunt in homicidas, & irregulares cum diſpenſatione:alioquin quid iuris, & in quos nequeant.*
5 *Vacatio debet eſſe iuris & facti,& nu.7.& 24.& tunc locum habet Lateranen.concilium,nu.7.*
*Eligendi poteſtas ex electore priuato eo iure ad quem deuoluatur.*
*Error intolerabilis in reſcriptis ad beneficia quis dicatur, uerſicu. imò etiam.*
6 *Prouiſoris poteſtas quibus modis expiret.*
*Incapax non poteſt eſſe hæres, nec legatarius, eligi autem ad beneficium poteſt, & ratio diuerſitatis.*
7 *Suggeſtio, & ſuppreſſio uitiant literas ad beneficia, & quare hic.*
*Vacationis appellatio utranque comprendit uacationem & iuris, & facti.*
*Executor beneficij conferendi,quod alius detinet de facto, quæ conſiderare, & qualiter procedere debeat.*
*Collatio,& electio ſecunda non caſſata prima non tenet,ut hic, uerſi.dicit demum.*

*Factum*



*Factum plus ponderatur, quam ius hic.*
*Poſſeſſor dicitur iuſtus,qui in eam per ſuum iudicem fuit inductus, uerſi.fortius ergo,& nu. 20.*
8 *Beneficium diuerſis modis uacat,& quibus.*
*Eius impetratio quo tacito non ualeat.*
9 *Poſſeſſio facti multum iuris tribuit,& plurimum facti, num. 14.*
*Poſſeſſionem rei, quam per ſententiam obtinuit,nemini licet occupare,niſi in caſibus, & quibus, & nu. 10. & quando per eam amittatur,nu.10. 11.& 12.*
10 *Poſſeſſor, cui fuit impoſitum ſilentium ſuper re, quam poſſidet, quando cauere cogatur,& ſi nolit, quid iuris.*
11 *In poſſeſsionem ueterem quis petere nõ poteſt,ut reſtituatur, quam amiſit,ſed ex noua,ſi rehabuit, & qua actione.*
*Electio nunquid fieri poſſit lata ſententia condemnatoria ad amiſſionem præbendæ.*
12 *Seruitus an denegari queat lata periret contra poſſeſſorẽ ſententia.*
*Res iudicata an facta ſit eius, cui eſt adiudicata ſine traditione, circa fin.*
*Iuſta,pro utili.*
*Et,pro ut.*
13 *Epilogus, & ſuffragium,gloſſarum,nu.14.*
*Poſſeſſio interrupta non reſtituitur poſtliminio.*
*Additio gloſsarum, & nu.ſequen.*
15 *Compulſio eſt acceſsoria prouiſioni,non contra,& nu.18.*
16 *Literæ ad beneficium tacita poſſeſſione facti an ſint ſurreptitiæ,& nu.8.earum diuerſæ formæ,& uis, nu. 18.19.*
*Poſſeſſio colorata quæ, & nu.8.& quem impediat conferre, ibid. & nu.20. & 23.& 24.*
*Compoſtella citatur a Ioan.And.hic, & nu. 17.*
17 *Poſseſſio ſit iuſta necne, cui incumbat probatio, poſſeſſori, an impetranti.*
*Poſſeſsor non debet amoueri, niſi probato & quo.*
*Titulum à poſſeſſore collator quo caſu petere poteſt.*
19 *Executor datus ad prouidendum capitulo negligente cum clauſula, contradictores, quando poſſit excommunicare, & habere coerctionem.*
21 *Vſucapere non dicor id, cuius acquiſiui poſseſſionem per procuratorem prius, quàm ſciam, præterquam in caſibus.*
*Vnio poteſt fieri epiſcopatui pauperi beneficij eccleſiaſtici.*
*Fructus etiam & qui poſſunt epiſcopatui dari ad tempus, & ob quas rationes, & à quibus.*
23 *Vacare quando de facto & de iure, & quando alterum ſolum modo intelligatur.*
*Ioannis de Deo quæſtiones citantur.*
*Clauſulæ, amoto quolibet illicito detentore, effectus qui.*
24 *Collatio quandoque ordinarij non impeditur,ſed delegati,& ratio, ſupra,nu.8.& 20.*
25 *Per beneficij cuius ſecundò obtenti uacet primum.*
*Impetranti ſurreptitiè quæ gratia facta ſit hic à Papa.*

CAPVT VI.

1 CVm noſtris. C.Non† ualent lite-
ręad beneficiũ im-
petratæ,quæ de alterius colorata facti poſ-
ſeſsione nõ faciunt mentionẽ.& primò po
nit gratiã, & executoriã theſaurario conceſſam in ſe-
cunda exceptionem capituli contra illã.in tertio pro-
ceſſum executorum.in quarta pronunciationem au-
ditoris ſuper proceſſu.in quinta pronunciationis con
firmationem cum certo mandato.ſecunda ibi, uerũ.
tertia ibi,qđ dicti. quarta ibi, Auditor.quinta ibi, nos
uerò[*Tempore tanto*]6.menſibus computatis pro quoli
bet electore[*Vacaſſet*]per promotionem præpoſiti ad
epiſcopatum,ut ſequitur[*Conferent*]in hoc fecit eis gra
tiam,ut patet etiam in anti.[*Executoribus*]ad prouiden
dum,ut patet per ſequentia [*Epiſcopum*] alterius eccle-
ſiæ,ut patet in anti.[*Ipſis*] epiſcopo, & capitulo Auxa-
nen.ipſo capitulo eligente, uel conferente ipſam præ-
poſituram, & epiſcopo, quod circa hoc factum fue-
rat, approbante; & hoc fecerunt propter neceſsitatẽ
& utilitatem eccleſiæ,ut in anti. ſm Ho.[*Electus*]quod
2 †tribus rationibus eſſe non potuit primò ꝗa poſtulan
dus erat, de poſtula.c.ulti.2.quia ad maius prouehi de
bebat.93. diſt.legimus, ſupra de tranſla.capi.ulti. ff.de
mu.& hone. ut gradatim.3. quia per ſecundam uacat
prima,ſupra de præbend.de multa,Goffre. & Philipp.
3 [*Poſſidebat*]ergo † uacabat epiſcopatus, ſupra de præb.
de multa. ſo. conſtitutio illa in epiſcopatibus locum
non habet,in quibus nec expreſſe, nec tacite ſine licẽ
tia papæ renunciari poteſt, ſupra de tranſla.inter cor-
poralia; ideò non tenuit collatio præpoſituræ,Innoc.
nec adhuc emanauerat decr.de multa,quod patet.ꝗa
decre. iſta fuit in 3. compil. 1.Innoc.decre. de multa,
fuit in 4. ſecundum Inno. dicebat hic Egi. ꝙ ſi electus
nondum confirmatus in epiſcopum ſcienter recipiat
aliam dignitatem, perdit ius,quod habebat ad epiſco
patum: quia tunc eſt in ſtatu, in quo renunciare po-
teſt per prædictam decre.inter.facit clemen.de reſcri-
a ptis,gratiæ [a].Dixit Innoc. ꝙ potius iſta non eſt ponde-
randa quo ad lapſum temporis concil. Lateran. nam
4 idem,ſi non poſſediſſet,dicens,ꝙ hoc regulare† uide-
tur,ꝙ elector licet eligat ineligibilem, illegitimũ, ho-
micidam,irregularem, uel quantumcunque malum,
nunquam negligentia,vel temporis lapſu deuolueretur.
eligendi poteſtas ad ſuperiorem, ad quem ius ſta-
tuit deuolui propter negligentiam,licet deuoluatur,
ad ſuperiorem, ad quem ius ſtatuit deuolui propter
malitiam,de electio.cum in cunctis,ad fin.cum enim
non ſit negligens, non habebit locum pœna negli-
gentis. hæc uera ſecundum eum, dummodò talis ſit
electus,in quẽ cadere poſsit ius illius dignitatis, quod
cadere poteſt in homicidas, & irregulares,& iuſte ha-
bent eas,ſi cum eis fuerit diſpenſatum:& ſine diſpen-
ſatione iuſte tenent illas,donec renuncient,uel depo-
nantur: poſt adeptas tamen dignitates occidendo in-
currunt irregularitatẽ. Dicebat Compo. ſupra de ele-
ctio.ad,quòd ſic,ubi uide poſt glo.in 4.colum.uerſic.
ſed ſi excipitur, quòd homicidium non inducit ipſo
iure pęnam priuationis. ſubdit Innocen.quòd ſi tales
ſunt electi, in quos ius dignitatis cadere non poteſt,
b ut omnino illiterati [b], mulieres, uel infantes,tunc ui-
detur, quòd talium electio, uel poſſeſsio non impe-
diret,quominus lapſu temporis per negligentiam eli-
gendi poteſtas ad ſuperiorem deuoluatur ſecundum
eum [*Quod*] ſcilicet epiſcopum habere poſſe præpoſi-
turam cum epiſcopatu[*Dicentis*]& bene, Innoc. [*Aſſi-*
5 *gnarunt*]& male: quia † & ſi de iure uacaret, de facto ta
men non uacabat,ut ſequitur,ſecundum Inno. ſecun
dum quem in additione planus eſt intellectus huius
decre.quia per negligentiam non erat deuoluta pote
ſtas: quia elegerant talem,in quem aliquo iure cade-
re poterat ius præpoſituræ,ut prædixi.nec propter de-
lictum:quia elegerãt ineligibilem, ſ.epiſcopum, cum
iure non caueatur eo caſu ius deuolui, licet dicat In-
nó. electionem nullam, & eos priuatos poteſtate eli-
gendi,ut no.de poſtu.gratum,de ele.bonæ.1.& ſic de-
uolueretur ad proximum, non ad papam.& ſic intel-
ligitur.j.eo.literas. Item ſi habẽtes à Papa poteſtatem
eligendi eligant penitus indignum, in quem non ca-
dit ius, quod ſibi datur, non per id deuoluitur pote-
ſtas ad ordinarium collatorem, nec ad delegatum ha
bentẽ poteſtatẽ alteri prouidendi. certum eſt.n. ꝙ illi
habentes poteſtatem prouidendi prouiderunt, licet
male, nec iure cauetur, ꝙ propter ipſorum culpã ius
ad alium transferatur: quia tunc ſecus, de præben. de
iuſta, de ele.cum in cunctis.& dicit Inno.hoc ſibi plus
placere,quàm quod no.infra eo. literas, & c.poſt ele-
ctionẽ, & infra de exceſ.præla.inter dilectos. imò etiã
forſan idẽ eſſet,ſi in prouiſum nõ caderet ius ſibi datũ

dummodò non ſit in literis expreſſus error intolera-
bilis.i.indiſpenſabilis, de ſen. ex. per tuas.nec eſt error
intolerabilis, ſi ſcribitur etiam pro irregulari. eſſet au
tem intolerabilis, ſi ſcriberetur pro criminoſo in cri-
mine perſeuerante: nec id ſufficeret, niſi in literis ex-
primeretur eũ in crimine perſeuerare: quia licet error
ſit intolerabilis, non tñ expreſſus, & utrũq; reqrit. Di-
cunt tñ qdam ſufficere, ſi error eſt notorius, ẽt ſi non
exprimat in literis, ar.s.de offi.uica.c.1.& uide j c.pxi.
in gl.deuoluit. Alii dicunt non ſufficere, ꝙ ſit notoriũ
niſi ſit expreſſum.2.q.6.Item ſi ſnĩa, & uide quod dixi
c de offi.dele.P.& G.in gl.quærit Hoſti.circa medium [c].
6 ¶ Dicit aũt Inno. ꝙ † hæc poteſtas expirat, ſi prouidit
non capaci nec tñ propter prouiſionem factã ẽt ſcien
ter de notorie indigno tranſit ptãs ad aliquos, niſi po-
ſtea caſſet, & ea caſſata redit ad ordinarium, nõ ad pa-
pam.expirat ẽt morte illius, pro quo ſcribitur. Itẽ mor
te executoris. dicunt tamen qdam. ſed non placet. In-
no.ꝙ ſi ſcribebatur fauore illius, cui ꝓuideri debebat,
ꝙ poteſtas redit ad delegantem: an non expiret mor-
te delegantis ſaltem re integra; dic ut de offi.dele.ſi ſu-
per, de præben.ſi cui,lib.6.ſubdit demum, ꝙ aliàs ua-
leant literæ impetratæ per falſi ſuggeſtionem, de re-
ſcrip.ſuper literis. ualet etiam poteſtas executori data
per illas, ſufficit enim, ꝙ delegans habeat poteſtatem
committendi, & ꝙ committi ſit de ipſius poteſtate, &
ꝙ delegatus habeat habilitatẽ recipiendi. unde ſi tẽ-
pore impetrati reſcripti impetrans bona fide non eſt
capax beneficii, ſi poſtea ſit capax, poteſt ei conferri,
argu.de ſo.compe. ex tenore. uide, infra de reſcrip.ſi
eo tempore, & de præben. ei cui,lib.6.nec eſt contra,
de tranſac.ex literis: quia ibi non dicit non tenere pro
uiſionem: ſed dicit eam caſſandam propter ſurreptio-
nem impetrantis. nec eſt contra, inſti.de hære.qual.&
diffe.§.in extraneis. ubi nõ ualet teſtamentum, niſi ſit
hæres capax tempore confectionis teſtamenti, & tpe
mortis, & tpe aditionis: ſed illud, quia teſtm̃ non ualet
ſine inſtitutione hæredis capacis: ſed poteſtas conferẽ
di beneficiũ dari põt ſine expreſſione perſonæ, cui de
tur.j.eo.conſtitutus, de prçb.ſi cui,li.6.In legatario ſuf
ficit, & reqritur, ꝙ ſit capax tpe mortis. diſtinguitur ta
men inter legatũ purũ & conditionale. ff. de iure fiſ.l.
3.§.1.C.de lega.l.ſeruis.de cadu.tol.l.1.§.in nouiſſimo
& §.ſinautem. Diuerſitatis ratio: quia teſtamentũ non
ſubſiſtit ex legatis. concludit, ꝙ cã caſſationis electio-
nis factæ per canonicos eſt: quia eis erat ablata pote-
ſtas: non quia prima electio fuerit aliqua [*Et infra*] hic
7 deciditur, ꝙ ab eis fuit appellatum, ſm Abb. [*Eo† quod*]
cauſam ponit, quam tenere, & ponderare deberes, ſm
Hoſti.ut dicam ſuper.1.glo. [*Suggeſtione*] quia non erat
uerum, ꝙ uacaret de facto, Hoſti. uerbum uerò uaca-
tionis ſimpliciter prolatũ comprehendit utranq; ua-
cationẽ iuris & facti; & in hoc uidetur falſum expreſ-
ſiſſe [*Suppreſſionem*] quò ad electionem, & conceſſionẽ
epi, & capituli factam ex cã, Hoſti. [*Plus habet facti*] hoc
ſic intelligit Hoſt. iudex executor beneficii conferen-
di, qđ alius detinet de facto; cũ ius ibi nõ habeat, ma-
gis conſiderabit factum, q̃ ius. Ponderato.n.quod ille
ius non habet, debent beneficiũ conferre: & poſſeſſio
nẽ illius tradere: ſed ponderabit plus facti poſſeſſionẽ
& ſic neutrũ faciet niſi prius illo citato, & uiſo an ali-
qd iuſtum prætendat, & ꝓbet, & dato ꝙ ius poſſet cõ-
ferri: non tamen expelletur poſſeſſor non vocatus, de
præb. licet.2.li.6. Sic quò ad utilitatẽ ponderatur plus
factũ, q̃ ius.i. executio ſnĩæ plus, q̃ ipſa ſententia.s. de
re iudi.cum aliqbus. Dicit demum, ꝙ ideò non ualuit
hæc collatio executorũ: qa facta fuit non caſſata pri-
ma facta ab illis, ad quos ſpectabat, & quò ad poſſeſ-
ſionẽ executioni mandata. nec mirũ: qa collatio, uel
electio ſola.i.non confirmata, nec executioni mãdata
impedit ſecũdã adeò, ꝙ hoc ſolo, ꝙ non fuit expecta
ta caſſatio primæ, infirmat ſecunda, ut patet de ele. cõ
ſiderauimus, & c.auditis, de exceſ.prælatorũ, inter di-
lectos, uerſi.uerũ.fortius ergo caſſabitur ſecunda, ubi
primus per ſuum iudicem fuerat in poſſeſſionem in-
ductus, ut hic, & j.eo.literas.talis.n.iuſte poſſidet. ff.de
acqui.poſ.l.iuſte, & auctoritas iudicis in multis excu-
ſat, ut patet. ff.quod cum fal.tuto.l.1.§.pe. ff. quod me.
cau.l.fi.ad fin.ff. de pigno. act.l.fi.in fi. 23.q.3. qui pec-
cat, & patet ex no.de præſcrip. ſi diligenti, ſuper uerſi.
bona fides. & ideò in tali caſu, vel ſimilibus nõ põt di-
ci ſic uacare, ꝙ uendicet ſibi locum Lateran.conci-
lium, donec ille renunciauerit, vel fuerit per ſententiã
amotus.s.eo. propoſuit, infra eo. literas, de ſup. negli.
prel.literas. fuit ergo reſcriptum impetratũ ſuper hac
præpoſitura ſurreptitiũ: & ideò proceſſus eius irritus,
fuit.n.falſum, ꝙ tanto tẽpore uacaſſet & c.maxime qa
dicebatur ex cauſa facta illa prouiſio, & in hoc fuit ve
ritas tacita, qua expreſſa papa literas non dediſſet. Ap-
paret ergo impedimentum, quare præpoſitura nõ de
bet conferri euidẽtius in facto, q̃ in iure: quia factum
certum eſt, quare impeditur collatio, & ſi prima ſit de
iure caſſanda: ſed ius eſt dubium, & quouſq; prouiſio
per ſententiam fuerit caſſata, ut dixi, ad id de fil.preſ.c.
fi.ad fi. Si uerò epiſcopus iſte non habuiſſet nouã col-
lationem, præciſe tenet ipſe Hoſti. quod dicit glo. pe.
8 [*Quàm iuris*] Dicit hic † Pe. ꝙ beneficium interdum de
facto uacat, & non de iure, ut in prælato inutili, uel ꝑ
ſui negligentiam non conſecrato, de transla. cap.2.&
tunc non eſt locus collationi, de qua loquimur. De iu
re uerò uacat, & non de facto: & tunc diſtinguitur, an
uerè uacauerit, an non, ſed priuari debuerit. & primo
caſu an ſecutus fuerit nouus titulus, licet non iuridi-
cus; & tunc ualet impetratio eo tacito. an non fuerit
ſecutus: & tunc ualet, ut in glo.ſi uerò non uacat, licet
priuari debuerit, nõ ualet impetratio, ut ibi in eo, qui
habebat ſimplex, & recepit aliud etiam curatum, vt in
glo. Interdum uacat de iure & de facto, ut mortuo il
lo, qui beneficium habebat, uel profeſſo; & tunc ſta-
tim conferri poteſt. aliter hic proſequar poſt Hoſtien.
9 infra eo.literas, in fin. [*Irritum*] multum † ergo iuris tri
buit facti poſſeſſio, quæ facit proceſſum irritum. Sed
quid ſi duo litigant ſuper beneficio, & pro actore fer-
a tur ſententia, nunquid licebit illi occupare beneficiũ [a]
etiam illo, contra quem eſt lata ſententia, poſſidente.
Dicit Inno. ꝙ nõ: imò requirit, ꝙ prius reſignet poſſeſ
ſor, uel auctoritate iudicis expellatur: & is, qui obti-
nuit, in poſſeſſionem inducatur: aliàs propria temeri-
tate occupans, etiam ſi ab alio non prohibeatur, niſi
cõſentiat aduerſarius, priuatur iure ſuo. & uide quod
dicam de priuil.cum olim. 2.in gl. ideſt curſorem. nã
in omni ſententia hoc obtinet, ut uictor nõ occupet:
ſed poſt ſententiam per executores poſſeſſio tradi de-
bet. probantur hæc. ff. de rei uendi. qui reſtituere. ff. ne
uis fiat ei, q in poſ. mit. ſi qs miſſus. ff. ut in poſſ.le. l.is
cui.§.iuſſus. C. unde ui, meminerint. ff. de re iudi. l.à di-
uo Pio, de iudi. cum aliquibus, niſi poſſeſſor habeat
id pro derelicto, quod poſſidebat. ff. pro derelict. ſi id
quod. eſt tamen ar. contra. C. unde ui, ſi quis in tantã,
ibi, ante euentum iudicialis arbitrij. ſed ibi ſubaudien-
dum eſt maxime. nã idem poſt euentum, uel poſt ſen-
tentiã, ut probant iura prædicta. Abſolutè uerò nõ eſt
neceſſarius executor: quia ſufficit exceptio rei iudica
10 tæ, ff. de excep. rei iudi. ꝑ totũ. ¶ Quid ſi † qs petit ab ec-
cleſia cenſum annuũ, & ei per ſnĩam imponitur ſilen-
tium, nunquid neceſſaria eſt executio in tali ſnĩa? So.
non: qa per talem ſnĩam petens poſſeſſionem amiſit,
unde nec decætero reus debet illi ſoluere. nã & ſi pe-
tat, peccat: in quo nec reus dẽt illi cõſentire, cũ & illũ
in peccato illo perturbare poſſit, & debeat. 2.q.7.ne-
gligere



gligere, & c. quaſi expreſſum, de app. paſtoralis, in fin.
Immo plus videtur, ꝙ in his incorporalibus iuribus,
ſicut electionibus, iuriſdictionibus, & ſi. in quibus ni-
hil attingitur corporale, ſtatim lata ſentẽtia reus poſ-
ſeſſionem amittit, & actor poteſt poſſeſſionẽ ingredi
auctoritate ſua: vt tamen omnis dubitatio ceſſet, con
ſilium eſt, vt iudex hoc modo pronunciet, Adiudica
mus uobis ius eligendi, & aduerſarijs ſilentium im-
ponimus, ut patet. ſup. de cauſa poſ. cum eccleſia Su-
trina. Si autẽ talia ſint incorporalia, in quibus aliquid
attingitur corporale, ut in præbendis poſſeſſor con-
demnatus nõ poteſt prohiberi per aduerſarium, quo
minus illud exerceat, ut prius. Sed ille, qui in poſſeſ-
ſione erat, & nunc impoſitum eſt ei ſilentium, caue-
re cogitur, ꝙ illa ſeruitute decætero non utatur, & ſi
cauere noluerit, quãti in litem iurabitur, condemna-
bitur, ꝙ ſi nec iſtud prodeſt, per executores expelle-
tur de poſſeſſione, uel ſi talis ſit iudex, qui ſuam ſen-
tentiam poſſit exequi, dabit illi, pro quo lata eſt ſentẽ
tia, poteſtatem expellẽdi, in quo miniſter iudicis erit.
ff. ſi ſerui. uen. harum. ff. de rei uen. qui reſtituere. 23.
q.5. miles, & c. cum miniſter, & ſeq. His autem, quæ di
ximus, hæc decre. nõ obſ. quia hic tangebatur aliquid
corporale, ſcilicet corpus, & poſſeſſiones canoniæ,
& præbendæ annexæ, & ideò non licebat conferre
præbendam, vel canonicatum illum, cuius poſſeſſio
nem alius tenebat per poſſeſſionem prçbendç realis,
vel ideo non licuit: quia literæ ſurreptitiæ iudicantur.
Sed nec ob. s. de app. paſtoralis, in fi. quia ibi nihil cor
porale poſſidebatur, licet enim canonico, qui nõ ha-
bet aliquam certam præbendam, debeatur beneficiũ
ſuum, uel reditus: nihil tamen ibi poſſidet, donec reci
11 piat corporale aliquid. Si † tamen illi; cui impoſitum
eſt ſilentium ſuper præbenda, ſoluatur reditus poſtea
præbendç ipſius, & demum ſibi de nouo ſubtrahan-
tur, poterit talis quaſi ex noua poſſeſſione, quã poſt
ſentẽtiam acquiſiuit, & de nouo ſubtracta eſt, petere,
ut in eadem poſſeſſione reſtituatur, & hoc per inter-
dictum, vnde ui, uel cõdictione ex decre. ſup. de elec.
querelam. ex prima autem, & ueteri poſſeſſione, quç
per ſententiam ſublata eſt, agere non poſſet, hoc ip-
ſum fallit in excommunicato, qui nõ petit reſtitutio-
nem: quia excommunicato nihil ſolui debet, & ſem
per ei obſtat exceptio excommunicationis, ſm Inn.
& vide quod dixi de procur. ex inſinuatione, ſuper gl.
12 penul. ¶ Sed quid ſi † condemnatur quis per ſenten-
tiam ad amiſſionem præbendæ, uel contra poſſeſſo-
rem ſeruitutis pronuncietur in negatoria, nunquid li
cet ſtatim eligere, uel beneficium ſubtrahere, uel ſer-
uitutem denegare? Videtur ꝙ non, arg. hic, & ſupra c.
prox. imò a ſuperiore petenda eſt prius licentia. infra
de iure patro. dilectus, ſupra de cleri. non reſiden. ex
parte.2.& ut beneficium, uel ſeruitutem tollat, arg. ff.
ut in poſ. lega. ſi inutiles, qui tamen iudex, ex quo præ
ſentibus partibus procedit, dum tamen talis ſit, qui
ſuam ſententiam poſſit exequi, ſatis poteſt concede-
re parti uictrici, ut ſua auctoritate petita deneget, uel
ꝙ occupet poſſeſſionem ſibi adiudicatam, arg. à con
trario ſenſu, C. ſi per uim, uel alio modo. l. fin. Alij di-
cunt, ꝙ talis ſine aliqua licentia poteſt eligere, & be-
neficium ſubtrahere, & ſeruitutem denegare. primũ
tamen ſecurius eſt, arg. C. de pigno. l.3. poſſeſſionem
autem, quam alius tenet, alij dare non licet, ut hic di-
citur. pro illis uerò, qui dicunt, ꝙ non requiritur alia
licentia, ut no. ſupra. eo. gl. prox, eſt ar. inſti. de offi. iu-
di.§. fi. ff. de acq. poſſ. l.3.§. fin. ff. ſi ex noxa. cauſa aga. l.
3. in fi. ff. communi diuidun. ſed ſi res. ibi dicitur, ꝙ res
iudicata eſt eius, cui adiudicatur. Sed poteſt reſponde
ri illud intelligendum eſſe, quando traditio interue-
nerat: alias caſus ſpecialis ſecundum Innoc. cuius eſt
hæc gl. quam etiam poſuit Hoſt; & uide quod dicam,
infra de accuſatio. qualiter.2. in gl. quæ incipit 2.q.7.
uer. credimus tamen, vſque ad fi. [*Eiuſdem*] auditoris
[*Ratam*] & meritò, quia de mandato papæ ſic pronun
ciauerat, ut præmiſit [*Indulgentia*] gratioſa, & ob præ-
rogatiuam conceſſa, Hoſt. [*Alia*] quaſi non propter
meritorum prærogatiuam [*Iuſta*] ideſt utili [*Et*] pro
ut [*Poſt conſecrationem*] per quam uacauit præpoſitu-
ra. ſup. de electio. cum in cunctis [*Ipſum*] epiſcopum
13 [*Ipſius*] ſcilicet præpoſituræ. ¶ Secunda † glo. quærit,
arguit pro, ſoluit cõtrarium, in fine quærit, ponit opi.
Io. ſed contrarium ſoluit. ¶ Tertia gl. notat, & remit-
tit. ¶ Quarta gl. arguit ad quæſtio. cum de primo re-
ſcripto inualido non fit mentio in ſecundo. ¶ [*Glo. no.
quod*] tractat de triplici poſſeſſione. ¶ Pe. gl. quærit, &
ſoluit, & huic decr. dupliciter reſpondet. ¶ Vlt. gl. quæ
14 rit, & ſoluit. ¶ [*In† gl. 2. ibi, ad rem mobilem*] uide hanc &
ſeq. de elec. in cauſis, ſuper gl. hic habes. ¶ [*In glo. 3. ibi.
falſam*] uide in præ. c. cum. 1. in gl. ſic patet. ¶ [*In. 4. gl. ibi,
§. ſi ſeruus*] uide de priuile. ex ore, ſuper gl. ar. ꝙ. ¶ [*In glo.
no. quod, ibi denique*] ſi emptor, cum l. ſeq. poſſeſſio pluri
mũ facti habet. Cauſa uerò facti non continetur poſt
liminio. unde, ſi emptor rei à non domino prius, quã
uſucaperet, captus eſt ab hoſtibus, interrũpta poſſeſ-
15 ſio, non reſtituitur poſtliminio. ¶ [*In† glo. 2. ibi acceſſo-
ria*] iſta allegatio caderet in caſu conuerſo. compul-
ſio enim bene eſſet acceſſoria ad prouiſionẽ, ſed non
prouiſio ad compulſionem. Et gl. intellexit, ꝙ per cõ
pulſionem venitur ad prouiſionem, ſed per compul
ſos fiendam [*ibi non eſt ita*] ſecundum Io. & de hoc ſu-
c pra de præben. [c] pro illorum [*& ibi ſecundum quod iſti*]
16 quod dic ut infra eo. ſi capitulo, lib.6. [*& ibi tacita † ue
ritate*] poſt multa uidetur placere Inno. ꝙ literæ non
fuerunt ſurreptitiæ, & ꝙ per eas procedi poſſit, ſaltim
ſecundum formam iuris: quia per ſimplicitatem, &
ignorantiam iuris id tacuit, credens ſufficere uacatio
nem iuris exprimi: intantum autem valeret, ꝙ execu
tor compellere poterit ad reſignandum, & conferre.
Si uerò executor etiam per iuris ignorantiã male ꝓ-
cedat, illud caſſabitur, ſicut & hic caſſata fuit male fa-
cta collatio, Sed remanet ius ſaluum per literas, ſicut
& hic remanſit ſuper præpoſitura, vt dicit in fine, &
infra eo. literas, vbi etiam dicam de hoc in gl. ſine iu-
ſta, & gl. no. quod, & gl, ſeq. fatetur tamen, ꝙ alij con-
tradicentes, literas per exceptionem elidi, & quod di
citur infra eo. literas, fit auctoritate ſecundarum, &
hoc contrarium placet Hoſt. & puto, ꝙ bene, & mo-
net eum: quia ſi tacuiſſet falſitatem, uel expreſſiſſet
ueritatem, uel nullo modo, uel non ita de facili lite-
ras habuiſſet, quod ſufficit, ut dicamus literas non va
lere maxime beneficiales. Item nulli dubium, ꝙ faci-
lius eſt impetrare beneficium, per quod ſolus prin-
çeps grauatur, cum ſcilicet ad ipſum eſt beneficium
deuolutum, quàm ſit impetrare beneficiũ, per quod
grauatur inferior. probatur de reſcr. mandatum, & c.
ſeq. de ſupplen. negligen. præla. licet, & c. literas. Item
certum eſt, ꝙ facilius cõcederet papa beneficium ua
cans, & a nemine poſſeſſum, quàm illud, quod ab a-
lio poſſidetur, cum poſſeſſor cauſa incognita non ſit
poſſeſſione priuandus, de reſti. ſpo. conquerente, de
offi. deleg. ſuper eo. cum ſimilibus, op. arg. C. lib.10. de
bo. uacan. l. fi. ibi, ut eorum inſtantia, & l. ſeq. & l. ante
pe. per quas probatur, ꝙ bona, quæ dicuntur ut ua-
cantia fiſco delata, tunc poſſunt vt uacantia occupa-
ri, cum conſtiterit, ꝙ nemo ius habet in illis, uel ipſa
poſſidet: ſuper quo etiam præmitti debet diligens in-
quiſitio, & de hoc, infra de exceſ. prælatorum, inter
uerſ. uerum, & de priuile. cum olim. 2. uerſ. infirman-
tes, & de electio. per inquiſitionem. in fine, Et ꝙ iſte
intellectus uerior ſit, aperte patet ex cauſa caſſationis
pro-

proceſſus, quam reddit textus.infra eo. i. ea ratione,
ꝙ per falſi ſuggeſtionem &c.& dicit Hoſti.abſurdum
hoc eſſe cauſam damnare in textu redactā, & per pa-
pam roboratam,& aliam capitaneam reddere,quod
eſt contra id,ſupra de conſtitu.ne innitaris. Si quæris,
quare ergo datur beneficium ſic ſurreptitiè, & uicio
ſè impetranti, ut patet in fine? Dic ꝙ obiectio impli
cat falſum:quia nō mandatur præciſe præpoſiturā da
ri impetranti:ut patet in fine.tenet ergo hic Hoſt. præ
ciſe, ꝙ ſi in impetratione beneficij taceatur poſſeſsio,
quam alius habet iudicis auctoritate, & exprimitur,
ꝙ uacauit tanto tempore, ꝙ ad concedentem eſt de-
uoluta collatio reſcriptum, & proceſſus per ipſum
habitus nullius eſt momenti, ut hic, & infra, eodem,
literas,quod ad alium caſum dicit nō extendendum.
unde Compoſt. in decre. capitulum, de reſcriptis, in
glo.magna ultra medium,ver.item quæritur,utrum,
dicit ſe ſatis clamaſſe, ꝙ literæ beneficiales non exten
derētur ad beneficium per alium de facto poſſeſſum
per hanc decretalem,& infra de priuileg.dudum.Re-
citat ibi demum opinio.Inn.hic,& ſupra eodem,pro
poſuit.finaliter tenet, ꝙ poſſeſsio non colorata, vt il-
lius, qui habet ſecundum curatum, uel poſt tempus
de conſecrandis detinet priora beneficia, uel recepit
illud beneficium a laico, uel occupauit, non impe-
diat collationem,maxime per ordinarium faciendā,
ſine cauſa tamen cognita poſſeſsione nō priuabitur,
quod dic, ut infra de præben. licet epiſcopus,lib.6.&
dicit, ꝙ in cauſæ cognitione uenit iniuſta poſſeſſoris
detentio, & iuſta collatio alteri facta. Colorata verò
poſſeſsio,& ſi non impediat ordinarium, impedit ta-
men delegatum,ut hic:& in caſu non impedit delega
tum,ſcilicet quādo executor ante detētationem poſ-
ſeſſoris poterat de iure conferre beneficium poſſeſ-
ſum,ut debitum illi,cui cōfert. unde uidemus,quòd
quādo executores tui tibi conferunt beneficium mi
hi debitum,& te in poſſeſsionem inducūt, meus exe
cutor illud mihi confert, non obſ. collatione, & poſ-
ſeſsione prædictis,ut dixi in decreta. capitulum,in ul-
17 tima glo.uer. quærit demum. ¶ Et quærit † ibi Com-
poſt. cui incūbat probatio, an poſſeſſori,ꝙ iuſte poſ-
ſidet,an impetranti,ꝙ non iuſte? & dicit,ꝙ ad petitio
nem agentis, uel accuſantis poſſeſſor non remouebi
tur,niſi contra ipſum aliquid probetur,per quod ap-
pareat ius non habere,non obſtat de procura. ex inſi
nuatione, quia ibi poſſeſſor petebat ſuam detentio-
nem haberi ratam,nec ob. de inſtit. ex frequentibus,
de iure patro. relatum. nam collator beneficij bene
poteſt petere titulum a poſsidente.2. q.1. legum, niſi
forſan in illum conſenſerit tacite, uel expreſſe,de his,
quæ fi.à ma.par.capi.ex ore. & hoc caſu,quando ſcili
cet uiſus eſt collator in poſſeſſorem conſenſiſſe, licet
præſumatur pro poſſeſſore, poteſt collator dicere,&
probare collationem contra ius factam,ſupra de prę
ben. dilecto. ſecundum Compoſt. & adde quod not.
18 de reg.iuris in prima regula,lib. 6.[*& ibi,ſimpliciter † com
pellere*] putat Hoſtien. ꝙ per formam,facias conferri,
prouideri, vel aſsignari, ꝙ executor id facere poſſet:
fatetur tamen,ꝙ multi dicunt cōtrarium. dicit enim,
ꝙ non debemus curare de uerbis,qualitercūque fiat,
quod papa mādat,& mens præferenda eſt: de forma,
facias prouideri, & aſsignari, probat per decretalem
de reſcrip. Abbatem, de officio deleg.ſuper eo,de prę
ben. pro illorum. Item mandata iuriſdictione tranſit
totum officium iuriſdicendi.ff.de ſuſpec.tuto.l.1.§.ſi
autem, ſed hoc puto falſum, & ſequitur ex hac opi-
nione,ꝙ cui mandatur, ꝙ faciat eligi prælatum,elige
re poſſet,quod eſt falſum,niſi id exprimatur,ſicut ſu-
pra de elect. cum in veteri. nec eſſet ratio, quare plus
afficerent executoriæ ad prouidendum, quàm ad cō-
pellendum.contra id,infra eod.ſi capitulo,& c.ſi ſoli,
lib.6. [*& ibi, impedientes*] cum in reſcripto non ſit clau
19 ſula,contradictores &c. Dicit. G. na. & recitat † Guil.
ꝙ executor datus ad prouidendū,capitulo negligen-
te,cum clauſula, contradictores, non poteſt excom-
municare prius, quàm prouideat. quod ſi faceret,nō
ualeret: quia contra formam mandati, de reſcriptis,
cum dilecta [*& ibi,ego credo*] ſecundū Tan.[*& in fine*]
Dicit Hoſtiē.ꝙ ſi non opponunt ſe canonici,ſed per-
mittunt illum in poſſeſsionem poni,ut mandatur, li-
cet poſtea illum eijciant ex interuallo,uera eſt ſenten
tia Ioā. Si uerò illum ſtatim eijciunt, uel non admit-
tunt:uera ſit ſententia Tan. arg. decre. ex literis, & de
pœnis,Romana,lib.6.Sed hoc haberet locum,etiam
ſi in reſcripto eſſet clauſula,contradictores &c. ut di-
xi de prẹben.pro illorum:unde uide quod dixi de of-
f ficio delega.c.ſi.ſuper gl.pe.[f] ¶ *In gl.hic uidetur,ibi,non eſt
ita*] Idem no.ſupra.de reſcriptis, ex tenore,in fine pri-
mæ gl.de hoc.infra,de reg.iuris,non præſtat,lib.6.[*&
ibi,ſic poſſeſsio*] textum reſpicit. ¶ *In gl.1. quæ, in fi.*] hoc
20 † non placet Innoc.qui exponit hæc de illa,quæ præ-
tenditur eſſe ex tali cauſa, quæ poteſt eſſe iuſta, ut in-
fra ſequitur, in antiqua prætendebatur conſuetudo,
& uide quod no.8. diſt.fruſtra, in prima glo. ſed Hoſ.
21 intelligit de colorata propter ordinariam auctorita-
tem interpoſitam, quo caſu non debet conferri, do-
nec uacet de facto.Si uerò non tenetur tantum de fa-
cto,tunc poteſt conferri, & ſi non renunciet, ut not.
ſupra eo.propoſuit, & dixit, ꝙ hoc tenebat dominus
Otto Portuen. Alij dicunt,ꝙ habens poteſtatem con
ferendi,conferre poteſt non obſtante poſſeſsione,e-
tiam colorata,etiā ſi ſit delegatus,licet poſſeſsio non
auferatur illi non citato. & vide quod habes, de præ-
ben.licet.2. ¶ *In gl. no.quòd,ibi, currit*] ad huius intelle-
g ctum vide,quod notatur de regulis iuris in 3.regula[g]
in glo. fin. lib. 6. [*& ibi.l. 1.*] & ibi hæc gl. per Accur-
21 ſium,& eſt † meritò mirandum,ꝙ ex quo per procu.
mihi poſſeſsionem acquiro, ꝙ non uſucapio, niſi ex
quo ſciuero.gl. dicit ibi,ꝙ in vſucap. requiritur bona
fides,quam non habet ignorans. Alij, ꝙ in poſſeſsio-
ne eſt acquiſitio ſecundum naturalem ęquitatem: in
uſucapi.contra naturalem, & ideò coarctatur. Alij ſu
munt pro ratione maius præiudiciū,quod eſt in uſu-
capion.per quam perditur dominium [*& ibi, non pro-
cedit*] Fallit in caſibus notatis ſupra, de conſuetudi.c.
2.& plenius.C.de aquiren.poſ.l.1. ¶ *In gl.penul. ibi,poſſet
eſſe*] ſecundum Io.uel non habebat poſſeſsionem epi
ſcopatus, & facit,quod dixi de elect. cum in cunctis,
22 propter † paupertatem autem, de qua dicit gl. poſſet
fieri unio, uel præter aliquam vnionem,& ſi non per
ſonæ, epiſcopatui tamen poſſet dari ad tempus fru-
ctus alicuius dignitatis propter debitorum exonera-
tionem, uel ſimilem cauſam: imò & epiſcopus cum
capitulo ex cauſa hoc poſſet:alias adde, quod dicam
ne eccleſia. bene. c. uno. in fine, & notatur de reſcri-
23 ptis,ſi propter,lib.6.[*& ibi,uacare*] quando † ſimplici-
ter dicit uacare,requiritur, ꝙ uacet etiam de facto: a-
lias colorata facti poſſeſsio excluderet impetrātem.
Sed ſi dicat in reſcripto de iure uacare, ſecus. tunc e-
nim ſufficit, ꝙ de iure uacet, ut expreſsit, vt recitat
hic Hoſt.& ſic ſeruamus,unum ſcias,ꝙ Io.de Deo in
quæſtionibus ſuis lib.1. q. 24. tenuit, ꝙ ſi in reſcripto
illius, qui ſimpliciter dixit uacare,eſſet clauſula,amo
to quolibet illicito detentore, non obſtaret ſibi illici-
ta facti poſſeſsio, quaſi per clauſulam ſatis de illa mē-
tio facta dicatur. Et decre.iſta, & decreta. literas, non
habebāt talem clauſulam, inducit, ꝙ facienda eſt uis
in uerbis, de deci. ad audientiam, de priuileg. porro.
eodem ti.ſi papa,li. 6. talis clauſula habetur ſupra eo.
propoſuit,infra,de rerum perm. cum uniuerſorum,
eſt



Eſt etiam illius clauſulæ effectus, ut reſcriptum reſpi-
ciat ſucceſſorem, ut dixi de iudi. quia.V. ſuper prima
24 gl. [*& ibi,poteſt † conferre*] recitant Inno.& Hoſt.quoſ-
dam hoc tenere, quando conferens ſcit alium poſsi-
dere: alias eſſet ſurrepticia collatio: quia non eſt ueri-
ſimile,ꝙ conferret,ſi ſciret alium poſsidere. Alij non
curāt, an ſciat illum poſsidere primum beneficium,
uel non:dummodò ſciat illum poſsidere ſecundum,
quod eſt uerius, ſecundum Hoſtienſem per c. ſi quis
iam tranſlatus, 21.qō.2. & per decretalem, de multa.
nec tamen eſt eadem ratio in collatione ordinarij, &
delega.quia quandoq; poſſet ordinarius conferre ſe-
cundum eos: quo caſu tamen non ualeret reſcriptū:
& ſit ratio odium reſcriptorum, & maximé impetra-
torum ad beneficia,de præb.quāuis,lib.6.Vacatio er-
go in illis expreſſa intelligitur de utraque uacatione,
ſcilicet iuris,& facti,& meritò impetranti imputatur,
cum potuerit apertius dicere, & nō dixit.ff.de pactis,
ueteribus,infra de regulis iuris, contra eum,lib.6.hic
verò epiſcopus utebatur nouo iure, vt ſequitur in gl.
ſecundum Innocentium, & adde quod dicam, infra
eodem,literas,ſuper ver.confirmauit,ibi,de multa,&
infra de præbendis, licet epiſcopus, lib. 6. [*& ibi de no-
uo*] vnde antiquus titulus non impediuit collationē,
ſed nouus, ſecundum Abba. [*& ibi, credo*] Idem Ho-
ſtien.[*& ibi, tales*] Dicit Guil. de quibus loquitur tex
tus, & reprehendit gloſſ. Tu dic tales, de quibus præ-
25 miſit gl.[*& ibi.Simplicibus*] Innocen. dicit † idem in be
neficijs,uel prębendis,quando per receptionem ſecū
dæ uacat prima, puta ſi hoc habet ſtatutum utriuſq;
eccleſię,ſecundum Hoſtien.vel ſynodale,uel pone in
iure communi in caſu,infra eo.literas. ¶ *In gl.ultima,in
fine*] & ſit ratio:quia ſurreptitiè impetranti noluit pa-
pa maiorem facere gratiam,ſecundum Hoſtien.vide
quod dicam de præben. ſi pauper, poſt principium.

---

ANNOTATIONES.

a ¶De reſcriptis,gratiæ.Pro,& contra uide quod not.gl.& ſuper il
la Io.And.in c.inter.in gl. ergo,de transla. & de elec.c.ſi electio.
in gl.li.6.

b ¶Vt omnino illiterati. An tales ordinati recipiant ordinem,uide
Io.And.de elec.cum in cunctis.in glo.ſuper uerbo,ſcientia,& de
tempo.ord.cum nullus,in nouella. lib.6.

c ¶Circa medium.Vide Innoc.in c.ueſtra,de coha. cle.& mulie.&
gl.in cle.appellanti.de ap. & Bar.in l. 1.ff. de excep.

d ¶Occupare beneficium. Vide Bart.in l.Pomp.§. ſi iuſſu.ff.de ac-
qui.poſſ.Et quid in reo abſoluto, an ex ſententia quæratur domi
nium,uide in l.executio.ff.de execu.rei iud. per Bar. & ad mate-
riam vide bonam gl.inſti.de offi.iud.in fi. & ſupra eo,propoſuit.
in gl.ſic ergo, & ſuper illa in beneficijs lata ſententia pro actore,
an ſit neceſſaria collatio.uide in cle. auditor. de reſcriptis, & Io.
And.in c.inter,de exceſ.prælatorum,& in c.cum ſis.de elec.& de
appel.conſtitutus,& uide ad materiam prædictam plene Bal.in l.
1.C. communia utriuſque iudicij.

e ¶De præben.Ibi uide in gl.per talem,& ſuper illa Io. And. & ſu-
pra,eo.propoſuit,in gl. ſic debent, uerſiculo,ſed nunquid is.

f ¶Super gl.pe.Et facit,quod no.gl.in c.ex parte.Adæ. de teſt.& ui
de de offi.dele.quærenti,& uide glo.quæ incipit, quid ſi natus,in
c.commiſſa,de elec.li.6.& Io.And.infra eod.propoſuit,in gl.ma
gna, uerſ.dicunt quidam.

g ¶Regula.Et uide gl.& Bar. in l.1.§.item acquiritur, ff. de acquir.
poſ.& uide tex.in l.peregre,§.quæſitum,ff.eodem titulo.

*SVMMARIVM.*

1 *Poſſeſsio non debet retardari per exceptionem renuntiationis, &
abiurationis,& quo caſu.*
*Conferri non poteſt alteri dignitas non uacans.*
*Diuiſio decretalis.*
2 *Extra diæceſim an poſſint conferri præbendæ.*
*Decretum propriè quod dicatur.*
*Idoneus ad beneficia quis hic dicatur.*
*Honeſtus refertur ad mores.*
*Archidiaconatus Richimundiæ erat dignitas in eccleſia Eboracen.
ſi, & quouſque extenditur eius auctoritas.*
*Aliquis, & quiſquis dictionum comprehenſio.*
*Non haberi quem pro canonico ſi ſtatuatur, quid ualeat, ad uerb.
haberetur, iuncto contextu.*
4 *Deuolutio electionis fit ad capitulum duobus caſibus hic, quorum
unus ob peccatum electi excepto epiſcopatu.*
*Electio, & prouiſio ſecunda non impeditur à prima facta de inele
gibili,etſi ſit confirmatus,an impediatur.*
*Non habet tamen uim cōfirmationis, nec obtinendi poſſeſsionem,
niſi prius amoto poſſeſſore.*
5 *Confirmatio de excommunicato facta an teneat.*
6 *Decano abſente aſsignabit locum in capitulo, reſponſumque dabit
proximior ei dignitate, niſi ſit aliud ex conſuetudine.*
*Inueſtire pro inſtallare.*
7 *Lex imponenda rebus, non uerbis.*
*Solennis inſtallatio quæ.*
8 *Idem petitur ex pluribus diuerſis cauſis.*
9 *Ordo iuris obſeruandus, & quæ eo contineantur, & quando ſen-
tentia retractetur eo omiſſo, & nu.12.*
*Capituli cum olim,de cauſa poſſeſsionis, cum hoc conciliatio.*
*Conferens, & recipiens puniuntur, & quo caſu hic.*
*Confirmationem, uel inſtitutionem quæ impediant, & nume. 10.
& 11.*
10 *Inſtitutio, quibus modis, & quo hic accipiatur.*
*Electio, uel collatio diæceſani habet uim etiam confirmationis.*
11 *Pro exceptionum obiectione quando bene, quando contra præſu-
matur.*
*Excipienſque, ideo uel admittatur, uel repellatur impedire quid in
tendens, & num. 16.*
*Exceptione non admiſſa, & propter hoc appellato, quibus caſibus
caſſetur ſententia, uer. & ex hoc.*
13 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum.num. 14.& 15.*
*Præſes continetur numero decurionum.*
*Exercitui qui præeſt, de exercitu eſt.*
*Capituli expreſsione decanus non continetur, & quando, & quan
do ratione.*
*In ignorante aliud ius conſtituit, aliud in ſcientem, circa fin.*

CAPVT VII.

1 POſt electionem. Caſus. Vbi
† conſtat beneficium collatum per illum,qui poteſta-
tem habuit conferendi,per exceptionem
renunciationis,& abiurationis nō debet poſſeſsio re
tardari. Sed in hoc non facit ad titulum. Sed quò ad
illud hoc intendit, ꝙ dignitas non uacans alteri con-
ferri non poteſt,& de eodem facto,de ſupplen.negli-
gentia prælatorum,licet, & de teſtibus, conſtitutis,&
ſunt duæ partes. In prima facit narratio.in ſecūda ibi,
Quoniam conſtitit,ipſius diffinitio. Prima facit qua-
tuor.præmittit collationem archidiaconatus factam
Honorio per archiepiſcopum. ſecundò reſiſtentiam
capituli,& eius cauſam ibi,Cuius.tertiò collationem
per capitulum factam Rogerio ibi, Ipſius. quartò ex
ceptionem abiurationis cōtra Hono. collationē per
archiepiſcopum factam Roge. & ipſius petitionem,
ibi. Proceſſu. ſecunda prin. facit tria. Primò imponit
ſilentium Roge.& exprimit cauſam,quare.Secundò
in poſſeſſorio adipiſcendę pronūciat pro Hono. ibi,
ſententialiter. Tertiò poſt poſſeſsionem adeptam re-
ſeruat cuique,cuius interſit ius agendi ibi,exinde [*Te
nuerat*] epiſcopus Helien.[*Liberaliter*] de hoc,ſupra de
præben.relatum [*Capitulo*] non facta mentione de de
cano, & ex hoc fuit orta quæſtio, ut ſequitur [*In man-
datis*] per literas, ut infra patet, uerſ. cum igitur, & ex
2 hoc probabatur olim, ꝙ † archiepiſcopus extra diœ-
ce.

ec,poteſt conferre præbēdas,& ex antiqua patet. Ab-
ba.de hoc,ſupra de offi. lega.nouit [ *Prædeceſſor* ] Cele
ſtinus, ut patet in antiqua [ *Perſonarum* ] ideſt dignita-
tum,ſeu ad dignitates promouendarum [ *Decreuit* ] id
eſt decernendo ſtatuit de fratrum conſilio,quod pro
prie eſt decretum, de hoc.3.diſt. in ſumma [ *Vt uideli-
cet;* ] exponit prædicta [ *Idonea* ] ad reſidendum, & de-
ſeruiendum [ *Honeſta* ] quo ad mores, de præben. ſu-
3 per,de inſti.c.2.Hoſt.Eboracen. Erat † ergo archidia-
conatus Richimundię dignitas in eccleſia Eboracē,
quāuis in parte diœce. eius auctoritas extendatur, &
non in ciuitatē, cū ibi ſit alter archidiaconus, de elec.
innotuit,ſm Hoſt. [ *Præſentaretur* ] inſtallandus,uel in-
troducendus in corporalem poſſeſsionem. G. [ *Con-
tra conſuetudinem* ] ſcilicet nō pñtatus à decano, & capi-
tulo,ut eſt dictum [ *Per aliquem* ] includit archiepiſco-
pum,de ma.& obedientia,ſolitæ,ad finem. ff.de hære
dibus inſtituendis,hoc articulo, quiſquis [ *Haberetur* ]
quaſi perinde haberetur,ac ſi nil factum eſſet,argu.ff.
de auct.tut.l.nulla differentia [ *Terminum* ] 6.menſium
[ *Secundum formam* ] ſcilicet præſentando capitulo,& de
4 cano [ *Perſonæ idoneæ* ] deuoluitur † enim electio ad ca
pitulum nō ſolum propter ſuperioris negligentiam,
ut hic, & ſupra c. 2. Sed etiam propter peccatū electi,
de electio.cum in cunctis,in fine.Fallit hoc in epiſco-
patibus,quod dic ut electio. quāquā,li.6.ſatis etiā hic
colligitur, ꝙ non ſolum non tenet prouiſio, vel ele-
ctio facta de ineligibili,imò nec impedit ſecundā ele-
ctionem,uel prouiſionem.ſ.de electione,cum in cū-
ctis,& c.cum Vinton,Confirmatio verò facta de ine-
ligibili impediret. ſ. c.prox. & j.eo. literas,uide quod
dicam de exceſ.prælatorum, inter dilectos, ſuper glo.
unde non.Alij dicunt forte non male,ꝙ electio non
impeditur ſed aſsignatio præbendæ,cum alterius ele
ctio iam ſit cōfirmata, bene impeditur, donec prima
aſsignatio fuerit reuocata, & hoc probatur.j. eo.lite-
ras, ubi dicitur, ꝙ non ualet aſsignatio præbendæ: &
tamen mandatum de ipſa conferenda ualet poſt reſi-
gnationem.Sicut ergo ualet mādatum,ſic ualeat ele-
ctio,uel prouiſio,ut res potius ualeat,q̃ pereat,de uer
borum ſignifi.Abbate, ver.is autem. Talis autem ele
ctio, ſiue prouiſio non habet vim confirmationis,&
etiam ſi contingat talem electum cōfirmari, non de-
bet nanciſci poſſeſsionem,niſi prius remoto illo,qui
5 de facto poſsidet,ut.j.de præb.licet,lib.6.¶ Sed † nun
quid tenet cōfirmatio facta de excommunicato? Di-
cunt,ꝙ ſic,niſi exprimatur error,uel ſit notorium,ar
gu.de re iudi. ad probādum, de excep. exceptionē,in
fi.Alij contra,Inn,uide.ſ.de elec.quod ſicut,poſt glo.
vbi dicit hoc idem, & quod dicit Inn.in addendo,ſu-
pra c.prox.& de cler.excommu.miniſtran.c.fi. [ *Per cu
ius manum* ] ſed abſente † decano quis aſsignabit locū
6
in capitulo? Dicit Vin.ꝙ ſi aliud non eſt de conſuetu
dine, ut quia uicarius eius hoc non habet facere, uel
non vult, proximior in dignitate decano, qui maior
eſt poſt eum, hoc faciet, ſicut & dat reſponſum pro-
ponentibus in cap.25.diſ. perlectis.ff.de albo ſcriben.
l.1. [ *Inueſtiri* ] ideſt inſtallari, Gof, [ *Eius* ] ſcilicet archi
7 epiſcopi,Go. [ *Contradictum* ] & male, quia lex eſt † im-
ponenda rebus,& non uerbis.infra de elec. commiſ-
ſa,li.6. [ *Intelligentes* ] ſm ſuam falſam opinionem,non
ſm ſcientiam.j.de purg.canoni.cum in iuuentute [ *Il
lum* ] ſcilicet archidiaconatum [ *Contulerunt* ] elapſis lar
ge.6.menſibus à tempore uacationis, & notitiæ com
putandis,ſupra.eo.quia.ad finē,ſed hoc non prodeſt:
quia archiepiſcopus non fuerat negligens, ut litera ꝓ
bat,Hoſt. [ *ſolemniter* ] ſcilicet ponendo in ſede,& reci-
piendo forſan iuramentum,& publicè cōuocatis ca-
nonicis, ſicut mos eccleſiæ requirebat. Hoſt. de præ-
ben. cum in eccleſiis,lib.6. [ *Inſtallantes* ] Dicit Hoſt. ꝙ
hic conſueuit legere decre.licet,de ſupplen.negligen
tia præla. [ *Primæ* ] factæ à capitulo [ *Secundæ* ] factæ ab
8 archiepiſcopo, & no. idem † peti ex pluribus diuerſis
a cauſis,de hoc dic ut j.de elec. ut quis duas,[a] lib. 6. [ *Et
infra* ] hic deciditur, quod dicebat Hono. ex aduerſa-
rij reſpōſione fundatam intentionem ſuam, unde pe
tebat Ro.imponi ſilentiū, & huic reſpondetur,quod
9 ſtatim ſequitur [ *Iuris † ordinem* ] quia non fuit libellus
oblatus, nec lis conteſtata, nec fuiſti conuictus, nec
confeſſus,de lit.conteſ.c.uno.propter quod ſolū fuiſ-
ſet ſententia retractāda,etiam ſi fuiſſet alias legitima,
qui filij ſint legitimi,per uenerabilem, uerſ.præterea,
Hoſt. [ *Alium* ] a te, ergo nec in Rogerium [ *Regulam* ]
& propter hoc debuit puniri recipiens, ut hic,& con
ferens,vt j.de exceſ.prælatorum,inter dilectos [ *Vt in-
ſtitutio.* ] contra de cauſa poſ.cum olim.ibi fuit cogni-
tum de obiectis cōtra inſtitutum ante, quā inſtitutio
ſortiretur effectū. Sol.hoc quod hic dicitur, locū ha-
bet,cum refertur quæſtio de iure eligendi, uel confir
mandi, vel quando utraq;, ſcilicet tam electio,q̃ con
firmatio ſpectat ad aliquem ſimi. ſupra de app.conſti
tutis.2.contrarium uerò loquitur,quando de iure eli
gendi refertur quæſtio.ibi primò examinantur obie-
cta,ut ibi dicitur,& ſupra.de ſuppl.neglig.prel.c.fi.Idē
etiam forte dicendum eſt, ſi ad vnum ſpectat electio,
& ad alium confirmatio,ſcilicet ꝙ poſt confirmatio-
nem obtentam nō poteſt impediri effectus ipſius, ut
notatur de elect.cum dilecti, & in dicto contrario.ſu
10 pra de cauſa poſ.cum olim.¶ Hæc † autem inſtitutio.
ſup.eo.c. in principio, uocabatur cōceſ. poteſt etiam
dici inueſtitura.ſup. eo.ti.propoſuit,quicquid tamen
uocetur,in hoc caſu, ubi ſcilicet diœce.eligit,ſiue cō
fert,eligendo,vel conferendo intelligitur confirmaſ-
ſe, & ideò is, qui ab eo cauſam habet, debet gaudere
poſſeſsione pacifica prius,quā aliquis cōtra ipſum in
modū exceptionis de crimine audiatur, ut hic, & ſu-
b pra de appellationibus,conſtitutis.[b] 2.§.fi. ſm Inn.&
infra.de accuſatio.accedens,& argu.C. de edicto diui
Adriani tollen.l.2.C. ad legem Cornel.de fal.l.2.C.de
ord.cogni.l.fi.§.fi.Hoſt. [ *De te facta* ] ſententiam iſtam
11 iuſtificat:quia uehementer † præſumitur,ꝙ hæc exce
ptio renunciationis, & abiurationis cauſa morandæ
poſſeſsionis obijciebatur,argu.C. de fal. l.2.alioquin
de renunciatione facta poſt inſtitutionem, uel etiam
poſt rem iudicatā admittetur exceptio. Si uerò obij-
ciatur exceptio de aliquo, quod præcedat inſtitutio-
nem,vel ſententiam, tunc præſumitur, ꝙ ad moran-
dam poſſeſsionem, vel executionē ſentētiæ hoc pro-
ponatur,cum potius ſit quaſi conſecutiua ad inſtitu-
tionem,& executio ad ſententiam,& ideò in tali caſu
excipiens de facili nō auditur,ut patet in eo, quod le-
gitur,& notatur,ſup.de cauſa poſ.cum olim, ubi dixi
de hoc in magna gl. ſupra de dolo,cum olim, ſup. de
re iudi.de cætero,ſup. de appel.conſtitutis.2.uel dic,ꝙ
in hoc caſu facilius admittet exceptio.de hoc,ꝙ præ-
ceſsiſſet inſtitutionem,quàm de renunc.poſt inſtitu-
tionem ſecutam: quia nō præſumitur quis beneficiū
ſuum facile reſignare,ſup. de renunciatio.ſuper hoc,
ꝙ ſciſcitatus.§.1.ſup.de præſumptio.quia non eſt veri
ſimile. ¶ Quid ſi agenti ex mutuo, uel ex empto, uel
ex locato, & inſtrumētum ſuper hoc exhibenti obij-
ciatur exceptio pacti de non petēdo,uel alia rationa-
bilis, nunquid propter talem præſumptionē excipiēs
repelletur? Reſpondeo,uerum eſt,quia in his,in qui-
bus nō ſeruatur ſolemnis ordo iuris, magis poteſt ſe
qui iudex huius probabiles præſumptiones ut hic, &
arg. C.ut in poſſeſ.lega.l.1.C. de edic. diui Adria.tol.l.
c 2.[c] & 3.quàm ubi proponitur certa actio, vt poſitum
eſt, & proceditur ordine iudiciario. ibi enim non de-
bet iudex de facili tales pſumptiones ſequi.2. q.1. pri-
mo.



mo. uerūtamen, & in hoc caſu, ſi iudex uehementer
ſuſpicetur, pactū de nō petēdo malicioſe ꝓponi, nō
male facit,ſi hac exceptione nō admiſſa ſententiā fe-
rat,nec caſſabitur ſententia propter hoc, ꝙ nō admi-
ſit exceptionē,niſi probetur ueritas exceptionis eiuſ-
dem:ad quā tamen probandam, etiam ſi ſine ordine
procedatur, ſemper eſt excipiens admittendus, & ex
hoc patet eſſe uerū, ꝙ non reuocabitur ſententia hoc
prætextu,ꝙ exceptio admiſſa nō fuerit, niſi forſan ex
cipiens contra ipſum præſumptionem ortam tollat:
puta quia paratus eſt incontinenti ipſam probare, ar.
ff.ut in poſ.lega. ſi is à quo.ſup. de teſti. ueniens. 2.ſup.
de reſtit.ſpolia. literas.§.præterea, rñ.1. cum ſuis con-
cor.ſm Inn.In hoc enim caſu hoc ipſo grauauit,ꝙ ꝓ-
bationes oblatas nō admiſit,unde & ſi à tali grauami
ne fuerit appellatum, non eſt neceſſe probare verita-
tem exceptionis in iudicio appel, imò ſufficit proba-
re,ꝙ probationes oblatæ non fuerunt admiſſę,etiam
ſi exceptio peremptoria erat,ut patet ex præmiſsis,&
in eo,quod no.ſup.de re iud.cum.I.& A.§.1.& 2.& ſu
pra de appel.interpoſita,rñ.1.ſm Inno, Sed & in præ-
miſſa quæſtione prouideri poteſt per cautionē, ut pa
tet in eo,quod legitur,& no. ſup.de dolo,& contu.fi-
nem.Alij dicunt,ꝙ hæc decre.loquitur,quando quis
petit per officium iudicis ſibi reſtitui poſſeſsionē, de
qua conſtat, quod eam bona fide habuerat. vnde re-
ſtituendus eſt,& audiendus ante,quàm de proprieta-
te aduerſarius audiatur, C.de agrico. & cenſi. ſi colo-
nus,lib.11.& not.ſup. de reſti. ſpolia. ſępe, ubi uide in
gl.dicit Inno,ad fi.& de re iudi.ſuborta, ſuper glo.no.
quod ſup. de ord.cog.c. fi. Sed cum nō legamus hūc.
H. poſſeſsionem beneficij habuiſſe, non pōt ex hac
litera talis elici intellectus ſecundum Inno. [ *Et ualeat* ]
quaſi dicat, non ille. R. cui impoſitum eſt ſilentium,
12 niſi aliter ſua intereſſet [ *Ordine † iudiciario* ] qui ſemper
ſeruandus eſt exceptis notorijs, & alijs cauſis, de qui-
13 bus de iureiurando,ad noſtram.3.Hoſt.¶ Prima † gl.
reſpondet per contrariū de decre.cū in cunctis,quod
dupliciter ſoluit.¶ Secunda gl.ſignat contrariū,& ſol
uit.¶ Tertia gl. impugnat allegationē, quā in fi. coa-
diuuat. ¶ *Gl.ex hac* ] obijcit, & ſoluit. ¶ Vltima gl. po-
14 nit quatuor lecturas ¶ *In.3.† gl.ibi.l.1.* ] uide quod me.
cauſa ad audientiam,in prin.1.gl. [ *& ibi.§.plures* ] alias
eſt uer.ſub.§.plebiſcitū [ *& ibi,in toto* ] ſequitur,& pars
15 cōtinetur.¶ *In † gl,1,ibi,conſenſit* ] ad hoc.j.de reg.bene-
ficium,li.6. uide quod dicam de his,quæ fi. à ma.par.
cap.ex ore [ *& in fi.* ] ibi decurſum erat tempus de con
ſecra.epiſcopis,ut in pre.decre.cum in cunctis.¶ *In gl.
nec erat,ibi.§.plures* ] alias eſt uer.ſub.§. plebiſcitum [ *&
ibi,familiæ* ] & in numero decurionum continetur ip-
ſe præſes.ff. quis & à quo app.ſit.l.1, §. ſi præſes, & qui
præeſt exercitui,de exercitu eſt.ff. de his qui not.infa.
l.2.Io.ad idem.ff.de teſta. mili.l.1.§.1.in fi. [ *& ibi,requi
ſiſti* ] hæc iura loquuntur, quando expreſſo epiſcopo
ſubmittitur eccleſia:uel quādo dicitur per eccleſiam
epiſcopum eligi [ *& ibi, quāquā* ] ubi de hoc,& ſup. de
offi.ord.ſi ſacerdos [ *& ibi,Sedes apoſtolica* ] hæc decr.ui
detur facere ſatis pro decano, & capitulo, ut expreſ-
ſio capituli non includat decanum. Itē quia de digni
tate facienda eſt mentio, de reſcrip. ad aures. Itē quia
hoc uolebant uerba priuilegij, quæ ſunt ſeruanda,de
priuile. porrò, Item ſicut de principali articulo debet
fieri mentio, ſic & de illo, qui principaliter præeſt ca-
pitulo.ſup. de reſcri. cum dilecta.So.hæc omnia uera
quò ad reſcripta contentioſa,quæ ſunt ſemper reſtrin
d genda,de reſcri.nonnulli,[d] ſecundū Ho. ¶ *In gl. 1.ideſt
non in fi.* ] ne ſit contra,de maio. & obe. cum inferior,
Hoſt. ¶ *In gl.hic proponebatur, ibi, ſcienter* ] ſecus, ſi igno-
ranter.7.q.1.præſentium,Inn.de præben.inter cætera,
Hoſt. ¶ In glo.ex hac,ibi, poſſeſſorio tantum. ¶ *In gl.
quam primo,in fi.* ] & de exceſ.prælat.inter dilectos,Gof.
16 ¶ *In gl. ultima ibi, uidebatur* ] alias exceptio † abiuratio-
nis debuiſſet admitti, ſupra de reſt.ſpolia.accepta.nec
placet illa ſolutio, ꝙ hic poſſeſſorio agebatur, Phi. &
adde quod dixi in textu [ *& ibi, poſſeſſorium, & petito-
rium* ] & ſic non contradicit gl. ex hac [ *& ibi, purgari* ]
reſpicit, & ſupra. dixit, uel poſt tempus elapſum ele-
ctus fuit,& facit de ſup. negli.præla.licet.

ANNOTATIONES.

a ¶Vt quis duas.Et per doct.in l.edita, C.de eden. & per Bar. plene an eadem res ex duobus ti.quæri poſsit,in l.Mæuius.§.duobus.ff. de lega.2.& in l.3.§.ex pluribus,ff.de acqui.poſſ.

b ¶Conſtitutis.Ibi uide,& in præalleg.c. cum olim,ubi uidetur notari contra in gl.mag.Io. And.

c ¶L.2.Ibi uide plene ibi eſt no.gl.& ibi Bar.& d.Bar. de Sali.

d ¶Nonnulli. In fauorabilibus ſunt amplianda,ad hoc de ſimo.c.fi. cum,ibi no.

*SVMMARIVM.*

1 *Recepto in canonicum tenetur capitulum prouidere, quàm citò ſe facultas obtulerit.*
*Actor, & reus qui erant hic.*
2 *An & quando ſententia ſine petitione procedat.*
*Vt aſſignatio præbendæ fiat, cum ſe facultas obtulerit, ſententia ualet, & quid conferat.*
*Ad expreſsionem maiorem actor quibus caſibus nō compellatur.*
*Libellus, & ſententia ex reſcripto etiam formantur, & excuſantur ab incertitudine.*
*Libellus ſecundum naturam obligationis concipiendum, & cauendum ne haberet turpitudinem contra agentem, & quando, & nume.4.*
4 *Contra factum ſuum canonici, & quo caſu an admittantur, & uide nu.3. & 5.7. & 9.*
5 *Ad probandum quod non releuet quis non admittendus.*
*Defenſio quo caſu hic dicatur eſſe replicatio, & quo tempore proponi, & probari poſsit.*
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num.7.*
*Non creditur offerenti preces, niſi probet eas.*
*Turpitudo ſua à quoquā non alleganda, & num.3.4.5. & quando ibid. & quando non punitur, num. 8. uide nu. 9.*
8 *Additio gloſſarum.*
*Ex crimine in modum exceptionis propoſito quis non punitur, & ratio.*
*Excipiens fateri non uidetur.*
*Exceptione probata non imponitur pœna ordinaria.*
9 *In turpitudinis pari cauſa quando ſit potior excipientis cauſa.*

CAPVT VIII.

1 CVm ſuper. Caſus. Recepto † in ca
nonicum tenetur ca-
pitulum prouidere, quàm cito ſe facultas
obtulerit, & primò ponit rationem diffi-
nitionis, & allegationem contra illam, & duas reſpō
ſiones ad eam,ſecundò diffinit ex ratione concludēs
in ſententiando [ *Et infra* ] quidam dicunt hæc decidi,
ꝙ canonici Tridonenſes diffamabant ſtatum illius,di
centes eum contra concilium receptum. unde agit
a contra illos condictio.ex.l.diffamari,[a] quo caſu iuſta
eſt ſententia,quæ ſequitur,qua repellūtur ab eius per
turbatione, & præcipitur, ꝙ cum ſe facultas obtule-
rit,præbendam conferant, & ſic ceſſet obiectio, ꝙ li-
bellus fuerit incertus, & de futuro, de libel. obla. c.2.
& quòd ſententia fuit incerta,contra id.C.de ſen.quę
ſine certa quantitate, per totum,& de futuro,contra
id ff. de uſur. l. 1. §. 1. Alij dicunt, ꝙ clericus iſte non
agebat,ſed canonici contra clericum, dicentes,ꝙ ca-
nonicatum

nonicatum ſine peccato tenere non poterat, & quia
defecerunt in probatione, imponitur eis ſilẽtium, &
mandatur, ꝙ prebendam illi dent, cum ſe facultas ob
tulerit, & hoc ſecundum mãdatum adijcitur ex offi-
cio, nõ ex vi petitionis, ſed quia ſic eſt de iure, de præ-
2 ben. dilectus. Dicit † Inn. cõtineri in regiſtro ꝙ cano-
nicus petebat à capitulo præbendam uacãtem, ſed in
petitione ſua ſuccubuit, quia præbenda illa non ſibi,
ſed alij debebatur, papa tamen conſiderans, ꝙ de iu-
re debebatur ſibi alia, dedit hanc ſentẽtiam, quam al-
teri non licuiſſet dare, cum hoc actum non eſſet, nec
agi potuiſſet. Docemur tamen, ꝙ ſi receptus in cano-
nicum petit ſibi præbendam aſſignari, cum ſe facul-
tas obtulerit ſentẽtia ꝓ eo lata ualebit, & in hoc pro-
derit, vt non patiatur controuerſiam de canonicis, ut
habeat primam vacantem, niſi aperte pateat proba-
tionibus, vel facti euidentia, ꝙ alij debeatur, uel ꝙ nõ
obtulerit ſe facultas, de preben. relatum, & c. dilectus,
3 1. & 2. Quãuis † & a principio cogi poſſet actor ad ma-
iorem expreſſionem faciendam, ex quo tamen rece
ptus eſt, ualebit ſententia ſic prolata. C. de ſenten. quæ
ſine certa quantita. l. 2. ſm Inn. Sed Hoſt. dicit, ꝙ hęc
eſt ueritas, ꝙ etiam ab initio recipiendus eſt libellus
talis de neceſſitate: qa forma reſcripti, ex qua neceſſe
eſt libellum elici, hoc habet, quod patet ex eo, quod
legitur, & notatur ſupra de reſcriptis, conſtitutus, &
ſm illud formanda eſt ſentẽtia, de ordi. cog. c. 2. & ſic
ex forma reſcripti libellus, & ſentẽtia excuſantur. Cũ
enim reſcriptum incertã, & futuram præbendã impe
tranti cõcedit, ſi peteret aliam, plus petere diceretur,
ex quo alia nõ deberetur, ut patet de plus peti. c. vno.
ſic ſm naturam obligationis formandus eſt libellus,
de hoc de emp. & uendi. c. penult. de ſepulturis, in no-
ſtra, ſm Hoſt. [*Conſtet*] ex confeſſione canonicorum,
qui confitebantur illum recepiſſe: ſed dicebant ꝙ cõ
tra concilium, quod iſte replicando negabat, addens,
ꝙ ſi uerum eſſet, illi non debebant audiri ſuam turpi
tudinem allegantes. Et caueat formans libellum, ne
in illo ſuam turpitudinem fateatur, puta dicẽdo ſe re-
ceptum ad uacaturã, nam perditur cauſa propter ine
ptam petitionem, & eſt melior conditio rei. ſ. de iudi
cijs, examinata. ĩ. de regulis iuris, in pari, li. 6. Verũ eſt
tamen, ꝙ hæc cautela licet ualeat in foro contentio-
ſo, in ſpirituali nil, uel parum ualet, in quo renũciare
tenetur, qui ſcit ingreſſum ſuum vicioſum, de præſcr.
c. fin. de præbẽ dilecto, ad finem, de ſimo. Matthæus.
4 ¶ Quid ſi canonici † prępoſitum vnius eccleſię elege
runt in ſuum decanum, ſcientes, quòd talis vtrumq;
nititur retinere, & in hoc conſentiunt: poſtea pęnitẽt
ipſum de hoc accuſando, uel cõtra ipſum agendo? Vi
dentur non audiendi, arg. de clericis coniug. diuerſis,
& iura, quæ poſt illam hic allegat gl. Ecõtra iura, quæ
alleg. ibi gl. in contrarium. Dicit Hoſt. ꝙ ad minus in
modum denunciationis admittentur ratione pecca-
ti, de iureiurando, quemadmodum, ad finem, de de-
ſpon. impuberum, ad diſſoluendum. 35. q. 6. conſan-
guinei, præmiſſa trina monitione, de accuſationibus,
qualiter, uel dic ſecundum eum, ut notatur de præbẽ
dis, cum non ignores [*Aduerſa*] capituli ſcilicet, con-
5 tra quod agebas [*Poſſe*] & ſic nec † videbantur admit
tendi ad hoc probandum, cum probatum non rele-
uet, de officio delegati, cum contingat, de elect. cum
Vinton. ſecundum Hoſt. Dicebat Inn. ꝙ hæc replica-
tio, ſcilicet non poteſtis contra me excipere, ꝙ nõ te-
nuit promiſſio vacaturæ, cum uos ipſi promiſeritis,
potius dicitur defenſio, vel allegatio, q̃ exceptio, uel
replicatio: quare uidetur poſſe proponi ante, & poſt
litis conteſt. ſicut, & poteſt tunc de iure allegari. ſi ta-
men non conſtet de facto, licet proponi poſſit poſt li
tem conteſtatam præmiſſa replicatio; tamẽ receptio-
ne teſtium facta ſuper ea teſtes introducere non põt,
Inn. Hoſt. ponebat ſic gl. licet proponi poſſit poſt li-
tem conteſt. non tamen probari; ſecũdum Inn. Dice-
bat Egid. ꝙ litera uidetur contraria, cum præcedens
innuat illos admiſſos ad probandum. iſta verò innuit
illos admitti non debere, & reſpondet, ꝙ in optione
iudicis eſt, ſi ex officio vult admittere, ne ꝑ ſurreptio-
nem, &c. de electione, cum dilecti, de re iudicata, cũ
olim. alleg. ſimi. de præben. cum ſecundum, de ætate,
6 & qualitate, accepimus. ¶ Tertia † gl. coadiuuat tex-
tum per tres rationes, contra primas duas alleg. duo
iura. contra tertiam tria, demum obijcit, & ſoluit du-
7 pliciter. ¶ Vltima gl. obijcit, & ſoluit. ¶ *In † gl. 2. ibi, cum
precibus*] non creditur preces offerenti, niſi probet il-
las [*& ibi. l. 3.*] uide de teſtibus, præſentium, ſuper pri
ma gl. ¶ *In 4. gl. ibi, ſi duo*] uide hanc, & ſe. in præ. decre.
pe. de adul. ſuper ultima gl. [*& ibi, poſt mortem*] uide de
præſum. tertio, ſuper gl. 2. [*& ibi, Per fundum*] uide de
ſen. excõ. officij, ſuper prima gl. [*& ibi, Turpitudinis*] ut
8 ſi detur pecunia, ut male iudicetur, ut ibi. ¶ *In † gl. 2. in
fi.*] dic ꝙ ſi ſimpliciter in modũ exceptionis hoc pro-
ponebant, non puniuntur: tum quia excipiens nõ fa
tetur, de reg. iur. exceptionem, li. 6. tum quia propter
exceptionem probatam nõ imponitur pœna ordina
ria, de ordi. cogni. c. 2. ¶ *In gl. 3. ibi, diuerſis*] ubi de hoc
[*& ibi, pœnitentes*] ubi de hoc, & ſup. de elec. noſti [*&
9 ibi, ſolutio*] ſecundum Io. [*& ibi, Conditio*] nec † obſtat
de diuor. ſignificaſti, de adulte. intelleximus. ibi enim
datur agenti replicatio cõtra exceptionem in fauorẽ
matrimonij, uel ibi datur replicatio circa diuerſa deli
cta. ſed circa idem delictũ non daretur replicatio con
tra exceptionem doli. ff. de doli exce. apud. §. Marcel-
lus. Gof. ¶ *In gl. ult. in fi.*] magiſter meus dicebat, ꝙ hic
nõ erãt quotidianę diſtributiones, Abb. uide qđ poſt
Inn. dixi de conſti. cum. M. ſuper gl. hic poteſt.

ANNOTATIONES.

a ¶ L. diffamari. Vide Inn. de off. or. conquerente, & uide Dy. in c. in
dultum, de reg. iur. lib. 6. & Bar. in l. mancipiorum, ff. de optio. le-
ga. & in l. Titia. ff. acc. & infra, qui fil. ſint legit. cauſam, in gloſſ.
Io. And. quæ incip. ad eccleſiam, uer. & no. quòd, & Cy. & moder.
maximè Bal. & Sali. in præalleg. l. diffamari.

*SVMMARIVM.*

1 *Præbenda ipſo uacat iure, ſi recipiat quis in eadem eccleſia digni-
tatem, uel ſecundæ præbendæ receptionem. nu. 2. & quando, nu.
4. 5. 6. 7. & 11.*
*Diuiſio conſtitutionis.*
*Vltimum quod eſt aliquando ponitur, ut antecedentia ſubaudian-
tur, ut hic ad uer. inueſtire.*
*Inueſtire, pro inducere in poſſeſſionem.*
3 *Diſpenſare non poteſt epiſcopus in habendis pluribus præbendis in
eadem eccleſia, & num. 6. & nu. 11. diſtinct.*
*Electionem, uel collationem cuius, & quæ confirmatio non impe-
diat, ſiue poſſeſſio, & nu. 7. 8.*
*Litigij cauſam uelle dare per ſuas literas papa non præſumitur.*
*Poſſeſſionẽ auocare à poſſeſſore uelle tamẽ ꝓſumitur, & quo caſu.*
*Præbendæ duæ diſtinctæ in una eccleſia non poſſunt uniri in una
perſona, nec una diuidi.*
4 *Vacare prior prębenda per ſecundam quãdo dicatur, & nu. 5. 6. 7.*
*Abiudicari, pro auferri, & quo caſu nõ oporteat abiudicari. nu. 5.*
6 *Crimina non ſunt palpanda, ne incurata ſeruentur.*
*Dominium perditur hic facilius, quàm poſſeſſio, licet regulariter
contra.*
7 *Vacatio præbendæ quibus modis contingat, qua non deficiente col
latio, uel alia prouiſio quando prohibeatur, & nu. 8.*
*Collator quando ad conſimile beneficium teneatur amittenti pri-
mum.*
*Factum quando aliquid iuris habeat, quãdo non, & purum ſit, &
impediat collationem, uel impetrationem uer. aliquando uerò.*

Detentatio



*Detentatio quæ dicatur, ibid.*
*Poſſeſſio colorata, quæ ibid. & nu. 8.*
*Pro iudicis facto præſumendum ſemper, ibid.*
8 *Conferre pro de facto aſſignare.*
9 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 10.*
*Primum dimittere quis uidetur per tranſitum ad ſecũdum ex ſuf-
fragio.*
11 *Additio gloſſarum.*

## CAPVT IX.

1 Literas. Caſus. Si is † qui habet præben
dam, in eadem eccleſia dignita
tem recipiat, uacat ipſo iure præbenda, &
ſunt duæ principales partes, cõſultatio ſci
licet, & reſponſio. ſecunda ibi, cum igitur. Prima facit
quatuor. primò ponit formam mãdati pro actore di-
recti. ſecũda ibi, de facto, allegationem actoris. tertia
ibi, ſed præpoſitus, defenſionem rei, quarta ibi, unde
cum, elicit dubia ex prædictis, vnde dicebat Hoſt. re-
ſcripti ad prouidendum impetratio, impetrantis intẽ
tio, intentionis eliſio, iudicum dubitatio, & triplicis
quæſtionis conſultatio, tertiæ quæſtionis determina-
tio [*Accepimus*] ſcilicet continentes [*Conſilij*] ſcilicet.
c. 2. [*Inueſtire*] ideſt prius conferre, & poſtea in poſſeſ-
ſionem inducere, ſic ſup. eo. propoſuit, de præbẽ. pro
illorum [*Propoſitum*] ad fundandam intẽtionem im-
petrantis [*Præpoſitus*] nunc [*Canonicum*] ſine perſona-
2 tu. Goff. [*Electus*] unde † uacauerat prima præbenda
per receptionem ſecundæ in eccleſia maiori, vel ſal-
tem per receptionem prępoſituræ: quia non poterat
habere præbendam annexam præpoſituræ, & præbẽ
dam antiquam in vna, & eadem eccleſia, ſecundum
Inn. & ex hoc inſurgit prima quæſtio, an adepta ſecũ-
da præbenda uacet prima, ſecundum Hoſt. [*Poſtmo-
dum*] ideſt poſt adeptum canonicatũ maioris eccleſię
[*Ipſa eccleſia*] ſcilicet Viſcardi [*Habebat*] & tot tempo-
ra poſtea lapſa erant, ꝙ omnes medij collatores. ĩ. pa-
pam conferendi perdiderunt poteſtatem, & ſic ſequi
tur concluſio pro impetrante [*Generali*] ergo non al-
legauit ſpecialem conſuetudi. eccleſiæ, uel dic, ꝙ non
probauit, quod patet ex conſultatione, ubi hoc iudi-
ces omiſerunt. Alij diſtinguũt, an ſit principalis digni
tas eccleſię, vel non, ut primo caſu non poſſit: ſecũdo
poſſit, ſed hæc reprobatur, de præbẽ. cũ in eccleſia, li.
6. [*Archiepiſcopus*] ad quã pertinebat inſtitutio utriuſ-
3 que, & dicit Inn. hoc euidenter † colligi, epiſcopum
diſpenſare non poſſe in pluribus prębendis habendis
in eadem eccleſia [*Canonicorum*] minoris eccleſiæ. Vin.
maioris eccleſiæ. T. Phi. [*Confirmauit*] ſine iuſta cauſa
diſpenſationem requirente, nec annectendo, ne ſint
contra quæ. ĩ. no. Hoſt. & dicit Inn. ꝙ hæc cõfirmatio
non impedit, quin ordinarius, ad quem de iure perti-
net, poſſit conferre præbendam, nec ob. quod ſequi-
tur: quia loquitur in delegato papæ, qui non põt pro-
uidere, niſi prius cogat poſſeſſorẽ ad reſignationẽ. Et
ſit ratio diuerſitatis: quia plus eſt reſtringẽda poteſtas
extraordinaria, q̃ ordinaria, ad hoc de app. vt debitus,
& ideò delegatus nõ põt, quod poteſt ordinarius, de
pręben. de multa, uer. is quoque. nec ob. ſ. eo. quia, ibi
enim dicitur, ꝙ ordinarius non poſſit eligere prius, q̃
poſſeſſor renũciet, ſed quod cogẽdus eſt renunciare,
Inn. dicũt quidam, ſi papa præbẽdam, quã alius poſſi
det, conferret, hoc ignorans, nõ teneret collatio, ar. ĩ.
de priui. dudum. ff. de natali. reſtit. l. 2. nec eſt præſumẽ
dum, ꝙ papa per ſuas literas aliquibus dare velit cau-
ſam litigij, de reſcriptis, nonnulli. ſed bene eſt præſum
ptio, ꝙ intendat dare eccleſiã impetrãti auocata poſ-
ſeſſione à poſſeſſore. In ordinario uerò præſumitur,
ꝙ uelit ius ſuum defendere, de feu. c. 2. ff. ſi quis ius di.
non ob. l. 1. nec cõtradicit. ff. quod cũ fal. tu. l. 1. §. fi. &
quod no. de elec. nihil: quia ibi loquitur de confirma
tione nõ reprobata à iure, hic de cõfirmatione de iu-
re impoſſibili, & nulla, ar. de excu. tu. qui teſtamẽto.
ex quo. n. diſtinctæ ſunt præbendæ in aliqua eccleſia,
nõ poſſunt uniri duæ in unam perſonã, nec una diui-
a di inter duas, de præb. tuæ. 89. diſ. ſingula,[a] ſecundum
Inn. [*Vtrum*] prima q. [*Ad aliam*] ſicut hic, de præbẽ.
ſcilicet Viſcardi. ad præb. maioris eccleſiæ [*Vacare*]
remit. Inn. ad no. de elec. dudũ. 2. de præb. cum iam du
4 dum, de cleri. nõ reſi. c. fi. [*Incipiat*] dici † poteſt, ꝙ nõ,
donec ſit adeptus, corporalem poſſeſſionẽ, nec tunc,
ſi ſecundam recipiat nõ tanq̃ titulum, ſed ad ſuſtenta
tionem ſuam, & de uoluntate, & auctoritate utriuſq;
diœceſani ſecum ex cauſa diſpẽſantis etiam ob præro
gatiuam meritorum ſm Hoſt. [*An per*] 2. q. [*Abdica-
ri*] ideſt auferri. Goff. & dic ꝙ ſic, ſi ſine licentia tranſi
uit, & contra uoluntatẽ primi prælati illã retinere cõ
b tendit.[b] [*An propter*] 3. q. [*Non uacare*] uirtute cõfirma
tionis hoc operante, & dicas, ꝙ uacat de iure, licet nõ
de facto, ut ſequitur, nam ſm Inn. non poteſt epiſco-
pus hoc caſu diſpenſare, ut hic innuitur [*Præbenda*] ſci
5 licet Viſcardi, & intelligit Inno. hoc uerum † in præ-
bendis eiuſdẽ eccleſiæ: ſecus, ſi diuerſarum, in quibus
põt unus plures præbẽdas habere ſecundũ eũ, & quæ
dam de hac materia hic no. per Hoſt. poſui. ſ. de præ-
ben. cum iam dudum, ibi uideas [*De iure*] dicit Hoſt. ꝙ
hic ſatis dici poteſt omnem quęſtionem fuiſſe ſolutã
prima ſcilicet per uerbum, vacare, ut ſcilicet uacaue-
rit per receptionem ſecundæ. ſecũda per hoc uerbũ,
de iure. nã ex quo de iure uacat, non eſt neceſſe illam
per ſentẽtiã abdicari. Iterum per idem verbum ſolui-
tur tertia: quia ex quo de iure uacat, patet ꝙ non pro-
fuit confirmatio, & ibi, ſine difficultate, & ibi, quã cũ
6 de facto [*Vacare*] no. hic Gof. ꝙ † ſicut per receptionẽ
ſecundi curati, uel perſonatus vacat primũ, ita per re-
ceptionem ſecundæ prębendæ uacat prima, & hoc ſi
habeantur in titulum, non ut ſtipendium, & dixit in
pluralitate præbendarũ diſpenſari nõ poſſe ſiue in di-
uerſis epiſcopatibus. 70. diſt. ſanctorũ, ſiue in eodẽ, &
diuerſis eccleſiis. ſup. de præb. cũ non ignores, ſiue in
eadẽ eccleſia, ut hic, & reprehendit. T. qui dixerat cõ-
trariũ, dicens, ꝙ crimina nõ ſunt palpanda, ne incura-
ta ſeruentur. l. diſt. ſi quis diaconus, & Goff. ſequitur
Pe. de ſamp. dicens hoc hic expreſſum [*Noſcatur*] hic
7 facilius † perditur dominiũ, q̃ poſſeſſio. nam recipiẽ-
do alium locum perdit dominium, & poſſeſſionẽ re
tinet, regulariter difficilius perditur. ff. de acqui. poſ. ſi
quis, Vin. Io. [*Cogatis*] per excõmunicationem, & ſub
tractionem aliorum beneficiorũ. ſup. eo. quia. Phi. &
Hoſt. [*quam cum de facto*] no. de præb. quãdoq; uacat de
iure, & de facto, & tũc eſt conferenda, & perſonæ ido
neæ, ſup. ti. 1. c. 2. de præb. ſup. & c. graue. aliquãdo de
facto, & non de iure, ut cum quis ſpoliatus eſt benefi-
cio. ſup. de his, quæ ui me. ue cã. fi. ad audientiam, &
c. Abbas. aliquãdo nec de facto, nec de iure, quod nõ
eget exẽplo, & in his duobus caſibus cõferri prohibe
tur adeò, ꝙ qui ſciẽter recipit, hoc ipſo compellẽdus
eſt. ſup. eo. c. 1. Si uerò ignorãter, tenetur cõferens ad
cõſimile beneficium, ſecundũ diſtinctionẽ, quã feci.
ſup. de pręb. inter cętera. aliquãdo uerò uacat de iure,
& nõ de facto, ſed factum aliquid iuris habet, & ideo
prohibetur conferri, quouſq; renunciatũ ſit, vt hic, &
ſup. eodem, cũ noſtris, ſed & ſi uacat de iure, & de fa-
cto, ꝙ nihil iuris habet, non obſtante detentatione fa
cti conferri poteſt. ſup. eodem propoſuit, & de præbẽ
dis, de multa. ergo purũ factũ, quod in ſola detẽtatio-
ne cõſiſtit, collationem nõ impedit, nec impetratio
nem. factum verò, quod aliquid iuris habet, utrumq;
impedit, ſic poteſt intelligi ſine calumnia, quod hic
dicitur,

c dicitur,& ſup. eodē, cum noſtris.[c] §. auditor.ibi, quia
talis poſſeſſio, &c. vt ibi notaui, & hoc magis placet,
q̃ ſolutio ſequens. Dicitur autem factum purū,& ni-
hil iuris habere, quādo nullum iuris colorem habet,
illud uerò dicitur aliquid iuris habere, quando habet
auctoritatē iudicis, uel aliū colorem iuris, puta quia
poſſeſſor cauſam habet ab illis, qui & ſi iniuſtè eligāt
ad præbendam ; vel ipſam conferant, habent tamen
poteſtatē eligendi, uel cōferendi, ut patet in eo, quod
no. ſup. eo. poſt electionem, rñ. 1. ſuper uerbo, perſo-
næ idoneæ, & c. propoſuit. §. ſi ſuper, uer. intelligeba-
tur, & ȷ̃. ti. 1. illa, in fi. & ſ̃. de elec. auditis, & eſt rō, qua-
re in poſſeſſione colorata aliud ſit tenēdum, q̃ in nu-
da detentatione facit tantùm: quia ſi poſſeſſor habet
cauſam à iudice, vel ab aliquo colore iuris, factū iudi
cis tuetur prętor. ff. quod cum fal. tu. l. 1. §. 1. & 2. pro
quo ſemper eſt præſumendū, vt patet in eo, quod le.
& no. ſup. de renun. in præſentia. §. 1. & qui peccat, nō
peccat iuris auctoritate 23. q. 4. q peccat, & iuſtè poſſi
det & c. ff. de acq. poſ. iuſte, ideo probabiliter credi de-
bet, ꝙ talis poſſeſſor uel ex indulgentia ſe. apo. quam
oſtendit electoribus, uel conferentibus ante, q̃ eū eli
gerēt, vel ei cōferrēt, vel aliquo alio iure iuſtam cām
habeat, de qua ēt inquirendum eſt, & niſi reperiatᷣ iu-
ſta, caſſandus eſt per reſignationē, uel ſentētiam colla
tionis, & proceſſus anteq̃ beneficiū cōferatur, ut hic
patet, & ſup. eo. cū noſtris. §. fin. & c. propoſuit. §. fi. uel
dic, ꝙ quāuis poſſeſſio facti obſtet illi, q taliter impe-
trauit, vt hic, & ſup. eo. cum noſtris: non tamē illi, cui
is, ad quē pertinebat, ipſam cōtulit, vt ſup. de præb. ue-
nerabilis, in fi. & c. de multa, & not. ſup. eo. cū noſtris,
& probatur euidenter. ȷ̃. ti. 1. illa. quod dic, ut ibi no. &
in præcedentibus, & adde, quod no. in gl. ſeq. [*Confer-*
8 *re*] ideſt de facto † aſſignare. nam & ante poterant illi
executores præbendā iſtā de iure uacantem cōferre,
vt no. ſup. de præb. de multa. §. is quoque, & uide, ſup.
eo. quia, in gl. præbendas, uel dic, ꝙ ibi loquitur de ri-
gore iuris: hic autē de honeſtate, vel dic, ꝙ ordinario
hoc licet, ut ibi, delegatus aūt non pōt conferre præ-
bēdam, quā alius poſſidet, niſi hoc in reſcripto apo-
ſtolico cōtineatur expreſſe, ut hic, & ſup. eo. cum no-
ſtris, melius. ſup. de præb. extirpandæ. §. alioquin. plus
tamen placet Inn. ꝙ ideò tale beneficiū dicitur uaca-
re de iure: quia in veritate ille, qui tenet in beneficiū,
ius nō habet, ut no. ſup. de elec. cū dilecti. de facto ta-
men eſt prętatus, vel canonicus : quia eius electio eſt
confirmata, uel ei collatū eſt beneficiū per eū, ad quē
ſpectat, & ideò tenet, quod cū eo agitur nomine præ
bendæ, quam poſſidet, uel etiā dignitatis, ar. ff. de offi.
præt. Barbarius. ſup. de ele. nihil eſt. §. pe. ubi de hoc. &
quia talis poſſeſſor iuſte poſſidet, cū prætorem aucto
rem habeat, neceſſaria eſt amotio ſententialis, & etiā
de facto ante, q̃ conferatur, ut hic. Si autem per talem
eſſet prouiſum, uel cōfirmatio facta, qui poteſtatem
non haberet, tunc non impediretur electio, vel proui
ſio eorum, ad quos ſpectat, & ſi prouiſus, uel cōfirma
tus poſſideret de facto. ſup. de ſup. negli. prel. c. fi. Nec
ob. ſup. eo. quia diuerſitatē. § 1. quia capitulū Ebora-
cen. de cuius proceſſu ibi agitur, bene habet poteſta-
tem dandi poſſeſſionē præbendarū, & non archiepi-
ſcopus. ſup. eod. poſt electionem. rñ. j. Et ideo ille, qui
poſſeſſionem hēbat à decano, & capitulo Eboraceñ.
iuſte poſſidebat, nec dēt mitti alius in poſſeſſionē eā
dē, niſi prius reſignaſſet, quāuis eligi poſſit ſm Inn.
cuius eſt tota gl. Tu uerò dic, ut no. ſup. eo. in præce.
gl. & c. cū noſtris. §. auditor, ſuper gl. ſecūda, & de præ
bē. de multa. §. is quoq; ſm Hoſt. [*Curetis*] auctoritate
huius mandati, & ſic non ob. c. cū noſtris, & inde eſt
ſm Abb. ꝙ ibi monēt ſolū collationē fieri, hic confe-
9 rūt. ¶ Vlti. † gl. rñdet per qōnem, an epiſcopus poſſit
eidē cōfirmare, uel diſpenſare plura beneficia in una,
vel diuerſis eccleſiis, all. ꝙ nō, ſubdit, illud verū in pro
hibitis per decre. de multa, uel in beneficiis eiuſdē ec-
cleſiæ, alle. duo cōtraria, & remittit, demū tenet ēt in
10 una diſpēſari poſſe ex cā. ¶ *In † ult. gl. ibi ſi ex conuentione*]
vide de re iud. quod ad cōſultationē, in ult. gl. [*& ibi l.*
*ult. in fi.*] patron⁹, ſi aliā ſibi deſpōſauit, uel deſtinauit,
cū concubinā ſibi adhibet, hoc ipſo uidetur diuerte-
re à liberta. [*& ibi, municipes. 2.*] uide de fo. cōpe. ex par-
te, in 3. gl. & inf. c. pe. in gl. 2. [*& ibi, ſi mulier*] ſi uxor, quę
nomina fęneraticia debitorum ultra dotem parafre-
naliū loco dedit adminiſtrāda marito, ab illo pro his
cautionem exegit, erit illa cōtēta: alias lex ſibi dat hy-
pothecam in bonis mariti, ex quo pecunias exegerit
[*& ibi, quoties*] uide de præb. de multa, in fi. ult. gl. [*&*
*ibi. §. ſciendum*] uide de cleri. non reſi. cum dilectus, in
11 gl. 2. ¶ [*In gl. hæc conſuetudo, in fi. gl.*] Tan. & idē Io. Vin. &
Phi. dic ut. ȷ̃. de cōſue. c. 1. lib. 6. ¶ *In gl. ult. ibi, colligitur*]
hoc placet Inn. ut in tex. dixi [*& ibi, quoties*] non eſt ſic
iuri inimicū habere duas actiones ex eadem re, ſicut
habere duas præbendas in eadem eccleſia, quę nō ſic
effectiuè recidunt in unā, ſicut actiones, & in. §. ſcien-
dum, qui ſequitur, mulier habet dotē, & legatū: quia
maritus hoc voluit: quia in his nulla abſurditas: ſed in
caſu decre. ſecus, ut ſtatim dicā [*& ibi, diſpenſare*] Io. cō
tradicēs circa uotū ipſo facto diſpēſari. 51. diſt. qui in
d aliquo, & 54. diſt. ſi ſeruus,[d] in 1. glo. 16. q. 1. eccleſia,
cum Ber. Inno. de fil. presby. ueniens, Vin. & Goff. de
e ſciſma. fraternitati, ubi ſatis[e] dicam de hoc [*& in fi.*]
ſm Vin. ad hoc. ȷ̃. de conſue. c. 1. lib. 6. à contrario, ut
ibi no. in glo. ergo videtur. Item ſi in diuerſis eccleſiis
diſpenſare poſſunt, ergo & in una in diuerſis officijs:
ſed in duabus canonicis eiuſdem eccleſię bene credo
epiſopum diſpenſare non poſſe, quo caſu poteſt intel
ligi opinio Innocentij, & bene facit clemen. de præ-
ben. ſi iuſta, & quod ibi not. in ulti. glo. Et ſi quæras
diuerſitatis rationem, reſpondeo, ſi per diſpenſatio-
nem epiſcopi ſum canonicus] triū eccleſiarum, ſem-
per in ipſis eſt inuenire numerum completum, unde
ſi quælibet illarum habet numerum duodenarium,
in qualibet illarum ero duodecimus canonicus, con
ſiliarius, & defenſor. Item ſi in una eccleſia ſint. 12. ca-
nonici, & extra numerum ſint perſonatus, uel offi-
cia perpetua, ſi perſonatum habeo cum canonia, nu-
merus non infringitur, & nunc canonicatui, nunc
perſonatui potero deſeruire. Sed ſi mihi canonico de
tur alia canonia, aut eccleſia non habet numerum,
aut habet, primo caſu non procedit: quia iteratio illa
fieret ſolum ad uocem, ſicut cum ſecundò manumit
legatis. l. quoties, li. 10. ibi, pręcipimus omnes curiales,
qui in vrbe cōſiſtūt, in locū curię cōuenire. de hoc in
Spec. de ſynd. in prin. ¶ [*In gl. ultima ibi, in genere*] puta in
canonico nouiter recepto, & rectoribꝰ, cōſulibus, &
his ſimilibꝰ [*& ibi, ad noſtrā*] & ē expreſſū, eo. ti. c. 1. li. 6.

### A N N O T A T I O N E S.

a ¶Neceſſe eſt appellare. Intra decem dies, & ſcias, quòd tempus talis appellationis proſequendæ non durat niſi duobus menſibus, tex. eſt notabilis in l. 1. C. de temp. appel. ubi uide doc. & Bal.

b ¶Veritatis. Quia ſinguli obligantur iuramento, quod eſt perſonale, non uniuerſitas, & ſucceſſores non ligantur.

### *S V M M A R I V M.*

1 *Interdicere eccleſiam qui poſſint, & num. 6.*
*Pœna non alium quàm delinquentem tenere debet, & nu. 5.*
*Interdictum quando ſoleat excipere papa, cum ſcribit.*
*Extrauagans Bonifacij citatur, à Io. And.*
2 *In interdicta eccleſia cathedrali non ob epiſcopi delictum an ipſe poſſit celebrare.*
*Cap. quod nonnullis, de priuil. loquitur de interdicto generali, non ſpeciali.*
3 *Interdictum à non ſuo latum iudice ne obſeruent ſubditi, compellere debet eos epiſcopus.*
4 *Epilogus, & ſuffragium, & additio gloſſarum, num. 5.*
*Epiſcopale ius, pro cura animarum, quod & canonicus habere poteſt cum præbenda.*
6 *Iuriſdictionem interdicendi quibus poſſit dare conſuetudo.*
*Capitulum eſt dominus ſingulorum de capitulo, non ſinguli omniū.*
7 *Capitulo iuriſdictio quando detur.*

## C A P V T II.

1 QVæſiuit. Caſus. Canonicus † non in-
terdicit eccleſiā: ſed hoc fa-
cere debet epiſcopus cum capitulo ſuo, &
ſunt duę partes. ſecūda ibi, fraternitati [*Mi-
nimis*] ideſt modicæ ſciētiæ, uel inferioris gradus, Inn.
uel reſpicit ætatē [*Debita*] quā forte recipiebat canoni
cus pro prębēda [*Et infra*] quæris, an tale interdictū ſer
uādū ſit [*Aliqua*] Dicit Hoſt. ꝙ plenius reſpōdet, q̃ fue
rit quęſitū, cū quæreretur de cathedrali, Reſpōdet ēt
de alijs. Eſſet aūt ſm eū irrationabilis cōſuetudo, quæ
daret priuato ꝑtātem hāc pœnā imponēdi, & ꝑꝑ peri
culū imminēs, & q a ꝑ eā unus punit̃ ꝓ alio. vn̄ & qn̄
papa ꝯ dominū, uel cōmune ſcribit, ſolet excipere in-
terdictū. facit, extrauagans Bonifa. Prouide attēdētes,
de qua dicā de uerb. ſigni. cū in partibus, in fi. remittit
aūt in hoc ad no. de exceſ. prę la. c. 1. [*Non debes*] quęrit
2 † Hoſ. an eccleſia cathedrali interdicta ꝑ iudicē cōpe-
tētē, nō ꝑꝑ delictū epi, poſſit ibi eps celebrare? arg. ꝙ
ſic, de off. ord. irrefragabili. §. cæterū, vt ſpūalis ſpōſus

penſum debitum reddat ſponſæ ſuæ,j.de cele. miſ.c.1,
nulla exceptione obſtāte,de cōiu.le.qm̄. Dicit ipſe,ꝙ
epiſcopus hoc facere poterit ẜm tenorem indulti ſui,
& nō aliter,quod habet de priuil. ꝙ nōnullis ſalua pa
ce Hoſt.illud priuilegiū nō loqtur de ſpāli interdicto
eccleſiæ, ſed de interdicto gñali.de quo etiā intelligo
a decr.ult.de ſen.exc.li.6.ut ibi no.in §.adijcimus,[a] in 1.
gl.unde in decre. ꝙ nōnulli,dicit tex. cū cōmune ter-
3 ræ &c.[*Suſtinere*] no. epiſcopū † ex officio debere cō-
pellere ſubditos, vt nō ſeruēt interdictū à nō ſuo iudi
ce latū.Inn.[*In his*] in debita pēſione eccleſiis non red
denda,& ſi. Gof. vel ſolus eccleſiā interdicēdo,primū
4 melius.¶ Vlt.† gl.all.6.concor.& all.duo ꝯria,& dupli
5 citer ſol.¶ *In* † *gl.* 1.*ibi.*§.*oportet*,2.] ibi dicit tex.ꝙ nō de-
linquūt res,ſed hi,qui res poſſidēt.¶ *In gl.*2. *ibi.l.*1.] ui-
de de pœ,& re,quod aūt, ſuper gl.2. ¶ *In gl. ult.ibi,ſanci
mus*]propinqui,noti, & familiares nō puniunt, ſi ſocij
nō fuerunt[*& ibi,ob maritorum*]ſequit,culpā uxores in
6 quietari uetāt leges.¶ *In* † *gl.* 1.*ibi,epiſcopale*] Phi. hic ſu-
mit ius epiſcopale pro cura animarum,quod habere
pōt canonicus ſimul cū præbēda in eccleſia.ſ.de præ-
ben.extirpandæ.§.qui uerò,& tūc interdicere poterit
b eccleſiā,cū hoc ſit de cura, de elec. dudū.2.[b] nā,& de-
canus interdicit,de app.dilectus.Dicebat Inn.ꝗ uis cō
ſuetudo poteſt dare canonico, & capitulo iuriſdictio
nē,rōne cuius poterit interdicere eccleſias, & pſona-
tus,ad hoc de off.dele.ex literis, ſimplici canonico iu
riſdōnē nō habēti nō pōt dare auctoritatē interdicē-
di eccleſiā,in prælato ſecus,de app. dilectis,de off. de-
leg.ſane,uel ẜm eū cōſuetudo pōt dare canonico iu-
riſdictionē ſuper aliquos , in quos habeat iuriſdictio-
nē,puta habitantes in præbēda,& tūc ẜm conſue. po-
terit non ſolū interdicere homines,uel excōicare,ſed
etiā terrā,uide quod dixi de reſt.ſpo.olim.3.in gl.pete
bat,uer.pōt & illud. ſed hoc nō poſſet cōſuetudine in
troduci,ꝙ pro factis cōmunibus eccleſiæ canonicus
interdicat, uel excōmunicet hoīes eccleſiæ,quomo-
do enim ligabit illos,ꝗ ſubditi ſui nō ſunt? ſinguli em̄
de capitulo nō ſūt domini hominū,uel rerū capituli,
ſed capitulū,12.q.2.ꝗ manumittit, & ſic pōt iſtud in-
telligi,& de cathedrali, & de alijs.Hoſt. dicit,ꝙ de ceſ-
ſatione loquitur,ut dixi in tex. & talis erat cōſuetudo
Claremonten.eccleſiæ[*& ibi,interdicto*] cōcor.Hoſ.al-
le.de fo.cōpe.cū cōtingat. Dixit La.hic, vt fit in Hiſpa
7 nia,& in Italia.Dixit Vin. ꝙ † non dat iuriſdictionem
aliquam capitulo niſi uel uacante eccleſia, de hæreti.
ad abolendam,vel de loci conſuetu. de offi.or.irrefra
gabili. ¶ *In gl. ult. in fi.* ] & de hoc plene.1. q. 4. in ſum.
& 24. q.3. in ſumma.

ANNOTATIONES.

a ¶.§.Adijcimus.Vide plenius Ioan. And. in c.præſenti,de ſen. ex-
com.lib.6.in nouella,& Io. Calde. in tractatu de eccle.interdic.
b ¶Dudum.2.Vide Ioan.And.de offi.ord.c.1.& Ioan.Calde.tracta-
tu de cleri.inter.in fine.3. membri.

*SVMMARIVM.*

1 *Communis ordinatio eccleſiæ per contradictionem unius,cuius non
intereſt,impediri non debet.*
2 *Concilij Lateran. tempus à principe reſtringitur, non ab alio.*
*Tempus computandum à receptione literarum.*
*Reſeruatio electionis tollit ex toto ius eligendi , & à ſolo princi-
pe fit.*
3 *Ex electione , & ex inueſtitura ius acquiritur canonicatus , &
quando.*
*Conſenſus conferentis,& recipientis,eligentium,& electi ſufficit
ad iuris acquiſitionem.*
*Dominium quando tranſeat ſine traditione, quando non, & nume.
10.§.fin.*
4 *Poſſeſſio non acquiritur, niſi corporaliter apprendatur.*
*Auditus certus eſſe debet.*
5 *Electi epiſcopi beneficia quando conferri poſſint etiam de eius
conſenſu.*
*Renūtiatio beneficij quæ teneat,& quādo renūtiaſſe quis dicatur.*
6 *Aduocati officium in argumentando gradatim à leuioribus,& ni-
hil omittendo quod pro eo faciat, & ratio.*
*In ſuperiorem quibus modis quis recognoſcit alium.*
*Renuntiaſſe etiam quibus rationibus dicatur iuri ſuo.publico uerò
non poſſunt. & nu.7.& nu.9.§.1.*
8 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum.*
*In poſſeſſionem mitti iuſſus , non admiſſus agit in factum , & ad
quid, & quando.*
*Conſenſiſſe quibus caſibus quibus, ſi præſens non contradixit.§.1.*
10 *Additio gloſſarum, & num.11.*
*In fraudem quod fit,debet reuocari.*
*Per traditionem alicuius rei inanimatæ quando tranſeat domi-
nium.§.fi. uide ſupra nu.3.*
11 *Mandare eſt rogare,licet interdum per ipſum uerbum præcipiatur.*

CAPVT III.

1 EXore. Caſus.Cōis † ordinatio eccleſiæ
ꝑ ꝯdictionē unius,cuius nō in-
tereſt,impediri nō dēt,& ſunt duæ ptes. in
prima decisa facti narratio. in ſecūda cau-
ſæ deciſio.ẜa ibi, ꝗ a uerò. Prima duo facit. ponit ptiū
cōpitionē. ẜa allegationē Bernardi, ꝗ quatuor conti-
net, lr̄arū apl'icarū formā,anuli miſſionē , executorū
dationē,capituli rebellionē. Scđa ēt duo facit. primò
ex triplici motiuo cōcludit ꝯ Ber. ſcđò confirmat ele
ctionē Præpoſiti,exprimēs,quare,& Bernardo ſilētiū
imponit[*Et infra*]in throno ꝓcedit,&c.vt j.de priuile.
2 ex ore[*Menſis*]reſtringit † tēpus Lateran.conci.à prin
cipe, ſed nō ab alio.ff.de re iudi.l.4 §. ſi qs cōdēnatus,
Hoſ. & dic cōputandū à receptione lr̄arū,de app.ſuꝑ
eo.2.[*Eligerent*] reſeruata electione tollit in totū eligē-
di libertatē,& hoc pōt princeps,quod non poſſet cō-
ſuetudo,vt dixi ſup. de elec.cū terra[*Inueſtituræ*] facien
dæ,nō factę,Gof.Dicebat Inn.licet ſic diceret,nō pro
3 babat:alias ſicut † ex electione acqrit ius canonicatus
uide ꝙ dixi de cōce.præb.ꝓpoſuit,in prin.ſic dicēdū,
ꝙ ex inueſtitura vacātis beneficij ius acquirit,dūmo-
dò fiat ab illo,qui ptātē hēt conferendi,apparet em̄ ꝑ
hoc cōſenſus cōferētis bñficiū, & recipiētis,qui ſolus
ſufficit ad ius acquirēdū:ſic cōſenſus eligētium,& ele
cti,de elec. cū inter can. alias aūt in tpalibus, & alijs ꝯ-
ctibus ꝑ inueſtiturā nō tranſit dñiū ſine traditione,C.
de pac.traditionibꝰ,& de rei uēdi.quoties,niſi in caſu,
C.de ſa.ſan.eccl.l.fi.ſup. de cōſue.c.2.vbi de hoc,C.de
dona.quæ ſub modo.l.1.C.de pac.inter emp.& uen.l.
cōmiſſoriæ,ff.de acqui. poſ.l.1.§.ꝑ eū.ff.de acq.re.do.
liber homo.ff.de don.inter uirū, & uxo. ſi uxor filio,
4 ſed nec † poſſeſſio acquirit,niſi corpaliter apphēdat.
ut hic,& ff.de acq.poſ.poſſideri.1.rñ. uel dic ẜm eū,ꝙ
non fuit inueſtitus,nec erat in curia:ſed mādabat exe
cutoribus, ꝙ facta collatione illū cum anulo inueſti-
rent[*Executoribus*]datis ad compellēdū,uel nō ualue-
runt literę,quia ſurreptitiæ[*Audiuiſſent*]pro certo,for
te à uenientibus à curia,Inn.[*Quondam*] q.d.decætero
nil habens cōmune cum prima eccleſia [*Confirmatus*]
5 & † conſecratus,vel decurſum erat tēpus de conſecrā
dis,de elec.cum in cunctis,Inn. potuiſſet etiā hoc fie-
ri eo renunciante in manibus prælati ſui,de renun.ad
monet, vel papa ſcienter præpoſituram conferente,
non obſ. quod tempus lapſum non eſſet, de conceſ.
præb. propoſuit.Quid ſi electus ante finē temporis di
cat capitulo, ꝙ placet ſibi, ꝙ aliū eligāt in Præpoſitū,
& capitulū eligit.Dicit Hoſ. ꝙ non ualet electio,quia
nō eſt facta de ꝑpoſitura uacāte, cū iſte nō ſit modus
renūciādi, & nulla eſſet ēt expreſſa renūciatio in ma-
nibus



nibus non ſui iudicis , de renun. c. pe. & ult. Secus di
cit in beneficio,quod teneret ꝑ collationem prælati.
Si enim id diceret prælato , & prælatus ꝑ hoc confer-
ret,ualeret collatio,quaſi ꝑ hoc uideatur electus taci
tè renūciaſſe,& prælatus cōſenſiſſe,& ſic intelligo de-
cre.de reg. bñficiū.li.6. ut loquatur ī collatore,nō in
a electore,quod probat litera ibi, conferendū.[a] Dic ta
mē tutius,ꝙ electus expreſsè renūciet,& prælatus ex-
preſsè recipiat ceſſionē,ar.de conceſ.preben. c.1.& re
mittit in hoc ad no.de elec.cum in cunctis.§.cū verò,
& uide primā Mer. quā poſui ſuper regula, is ꝗ tacet,
de reg.iur.li.6.[*Literas*]cōtinentes,ꝙ dictum B.eligerēt
in præpoſitū [*Recepiſſent*] q.d.eos nō potuiſſe ignoran
tiā allegare [*In contemptu*] ſicut allegabat.B.[*Aſſignato*]
& ſic cōtra, ut lit.pē.c.1. & ꝑ totū,de app. ſignificāte,
ſed literæ,ut dictū eſt,nullæ fuerūt,& ideò non tenuit
termini aſſignatio,nec proceſſus.Hoſt.[*Termino*] non
inhibuerunt.ſ.de conceſ.præb.ſi ſoli. vel dic ut ſ.[*Quæ
6 nec*] uide † quomodo argumentatur gradatim, ꝙ de-
bet facere cautus aduocatus , in fi. reſeruādo fortius.
ſi.de teſta.Raynutius. §.tutore,nec aliquid omittere,
quod pro ipſo faciat, quia quæ non proſunt, &c.ſ.de
teſti.præterea[*Reuerentiam*] recipiendo forte uicariam
ab eo, uel poſtulando pro eo in illo caſu, ẜm Vin. de
tranſac.ex literis[*Exhibuit*] recognoſcit quis alium ſu-
periorem reuerentiā exhibendo, vt hic. Itē ſententiæ
alicuius parendo,ſup.de reſti.ſpo.olim procurationē
præſtando.42.diſt. quieſcamus,munus cōſecrationis
recipiēdo.3.q.6.hoc quippe.24. di.presbyteri,aliquid
ad exercenda pontificalia admittendo.7.q.1. pontifi-
ces,Goff.[*Debetur*] dādo illi pacē admiſſam prius, ꝗ a-
lijs,ut in an. & ei in omnibus obediendo,& reuerētiā
7 exhibēdo[*Iuri* † *ſuo*]de priuato iure loqtur , cōcor. de
b re iud.c.pe.[b] ſecus enim in prælato de iure publico id
eſt correctione peccati contēdente, cum cōſtat de ui
tioſo ingreſſu,& ſic ſoluitur de prębē. dilecto,& pro-
batur hęc ſo.de inſti.cū veniſſent,ad fi.ẜm Hoſt.[*Eccle
ſiæ*]de præpoſito faciēdam[*Maiori*] propter hoc poni-
tur in T.Pe.[*Numero*] ſic,ſup. de elec.dudum.1.[*Impo-
nentes*]ſic,ſup.de conceſ.præb. poſt electionē.§.fi.Ho.
8 ¶ Quarta † gl.not.alle. tria iura,& in contrariū alle.8.
Item arguit,& remittit.¶ Pe.gl.arguit de tacito cōſen
ſu,inducēs.13.iura.alle.duo in ꝯrium,tertiò fortificat
primū dictum, quartò quærit, & ſoluit, quintò elicit
9 duo argumēta.¶ *In* 2. † *gl.ibi,ut inter diuinum* ] uide hāc,
& ſeq.in prædicto.c.ex literis, ſuper 3.gl.[*& ibi,quāuis*]
uide in c.contingit,in 4.gl.[*& ibi.§.ult.*] iuſſus mitti in
poſ.ex edicto de dāno infec.nō admiſſus agit in factū
ad præſtādum,quātū præſtari oportet,ſi cautū fuiſſet.
¶ *In gl.pe.ibi.§.Lucius* ] ſi creditore uno præſente maior
pars creditorū apud prætorē decerni facit , vt certam
portionē ab heredibus recipiāt, ille conſenſiſſe uidet
[*& ibi.l.*1.] pater pręſens,qui non cōtradixit, cū filius
nominabatur ad decurionatum , conſenſiſſe videtur
[*& ibi,ſi proponas.§.*1.] ſi exhæredati ab inſtituto hære-
ditatē emerunt,uel res ſingulas ſcienter cōduxerunt,
uel ſimile fecerunt,defuncti iudicium agnoſcunt [*&
ibi,nihil*] agnoſcit teſtamētum exhæredatus recipiens
legatum factū ſibi,filio,uel ſeruo [*& ibi,l.ult.*] uide de
tranſac.ex literis,ſuper.1.gl. [*& ibi,ſi ego.§.*1.] uide de
cauſa poſ.cū eccleſia,ſuper gl. antepen.[*& ibi,ſi filius*]
uide de teſti.cū ueniſſet,ſuꝑ gl.2.[*& ibi.l.*2.]vide de cō
ſti.cū acceſſiſſent,ſuper glo.pen.[*& ibi,Herennius*] uide
in c.dilecto,ſuper 3.gl.[*& ibi,ſi quis ſtipulatus.*10.*in melle*]
ſtipulatus per te mihi,aut Titio. 10. dari, prohibui ex
preſsè,ne des Titio, nō valet prohibitio : quia per me
naturā obligationis mutare nō poſſum,ut in §.ult.ſi
uerò petēdo prædicta. 10. litē fuero conteſtatus,taci-
tè prohibui,ne Titio dares, valet prohibitio:quia litē
cōteſtādo,factus ſum dominus litis [*& ibi,aream*]uide
de ſimo.ex inſinuatione,ſuꝑ gl.ult. ¶ *In gl.ult. ibi.l.ult.*]
10 uide de app.qua frōte, ſuper gl. quia propter.¶ *In* † *gl.*
1. *in fi.*] ſed etiam ante inueſtiturā, quod fit in fraudē
donationis apoſtolicæ deberet reuocari, ut in prædi-
cta decr.cū olim. Sed ibi alia fuit cauſa reuocationis,
ſcilicet ſureptio ſecundum Goff. ¶ *In glo.* 2.*in fi.* ] alias
earū ſcilicet literarū. ¶ *In gl.*3. *in fi.*] Io. & Tan. integrā
nō aduertentes dicebant ſe credere vtriuſq; electionē
fuiſſe caſſatam. ¶ *In gl.ſic patet,ibi,quam fecit*] quā nō fe-
cit,ſed mādauit fieri, vnde nō procedit ar. G. ẜm Inn.
& Hoſt.[*& ibi,clauibus*]quia res ſub cuſtodia clauiū cō
tinētur,traditis clauibus, ſub quarū cuſtodia ſunt res
ipſæ, res traditæ intelligūtur. Sed anulus,baculus,uel
liber nil habēt cōmune cū rebus beneficij , & ideo ꝑ
illa nō intelligitur trāſlata poſſeſſio.& eſt ſi.quod no.
de inſtrumēto legato.ſup. de offi. dele. corā,in fi.1.gl.
11 [*& in fi.*] Idem ipſe Io.no.aliud eſſe, cum papa † man-
dat: aliud cum præcipit.nam mādare eſt rogare. ff.de
leg.2..cum pater.§.cum mando. C. cōia de leg l.om-
nem.ff.mād.l.1.23.q.4.Guiliſarius, in prin. licet inter-
dū præcipiatur per uerbū,Mando.C.de actio.& obli.
l.ſi quidem. ¶ *In gl.quia erat,ibi,in integra* ] Idem Hoſt.&
facit hęc gl.ad ea,quæ dixi,de elec. dudū.1.dicit Inno.
quidā dicunt,ꝙ caſſata fuit, & propter defectū ætatis
¶ *In gl.no.hic,ibi.l.*2.] & Stephanus cōſenſit dicēdo,ple-
gatur.96.diſt.bene quidē [*& ibi,dilecto* ] ibi ſoluitur in
gl.per hoc,uel dic,ut dixi in textu ſuper uer.iuri ſuo.

ANNOTATIONES.

a ¶Conferendum . Hæc uera in electo confirmato, non confirma-
tus autem ex ſolo conſenſu poteſt electoribus dare licentiam eli
gendi,per no.de electio.ſi electio,li.6.Item hoc verum,quòd col
lator poteſt conferre iſto conſentiente,ſcilicet ordinarius colla-
tor,non autem executor deputatus ad conferendum, etiam ſi co
ram illo fiat iſte conſenſus,ita notat Lapus in præall.c.beneficiū.
b ¶De re iud.c.pe.De iure acquiren. ſecus in iure quæſito.per c.ad
monet,de renun.& ſic intellige gl.penul.infra, verſi.papa.

*SVMMARIVM.*

1 *Ad fabricæ neceſſariam reparationem , quòd quilibet canonicus
conferre teneatur , ſtatuere prælatus poteſt cum capituli parte
maiori, & quomodo id intelligatur, num.* 2.
*Maioris partis iudicio quibus caſibus ſtetur, remiſſ.*
2 *Additio gloſſarum.*

CAPVT IIII.

1 EXparte. Caſus.Prælatus † cū maiori
parte capituli contradicēte
minore,ſtatuere poteſt, ꝙ ad neceſſariā re
paratione fabricæ quilibet canonicus con
ferre teneatur,& ſunt duæ partes,quod per ſe patet,ſe
cūda ibi,ſtatuimus [*Et infra*]intellige,ꝙ quidā canoni
ci hoc facere noluerunt [*Statuimus*] not.quod de iure
eſt,nō de gratia [*Maioris* ] ſic,ſup.c.1. hic no. Phi.9.ca-
ſus,quibus nō ſtatur iudicio maioris partis,quos col-
lige ex not. & additis,de reſcriptis,paſtoralis, in tertia
2 glo. ¶ *In* † *glo.* 1. *ibi , ſimonacus* ] dic ut ibi [*& in fine* ] dic
ut ibi, & eod.tit. de his. ¶ *In gl.ult. in fi.*] Dixit Vincen.
hoc eſſe , quia papa hoc approbat : alias nullus com-
pelleretur dare de proprio , niſi uellet : quia tenentur
ut ſinguli, unde potior eſt cauſa prohibentis , & quia
ſi tenentur , ut collegium , communis menſa habet
hoc ſuſtinere, non priuata ſtipendia. Dicit Inno.hoc
uerum,ſi non eſſent res eccleſiæ,ſed propriæ canoni-
corū,de rebus verò eccleſię, licet ſingulariter, & ſpe-
cialiter ad ſingulos canonicos pertinentibus,poterit
epiſcopus cum maiori parte capituli pro utilitate ec-
cleſiæ talia ſtatuere,Idem Innocen.& Ab. uide quod
dixi ſupra,de conſt.cum omnes,ſuper prima glo.

## Vt eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur. Rubrica.

¶ Dictum eſt ſupra de beneficijs conferendis, quæ quia cum integritate, & ſine diminutione conferenda ſunt, ideo &c. Goff. facit. 1. q. 3. c. ult. in fi. & ſup. de preben. uacante, & c. extirpandæ, in fi.

### *SVMMARIVM.*

1 *Collatio occulta beneficij, licet ſit ſuſpecta, ualet, & quando, & nume. 6.*
*Diuiſio decretalis.*
2 *Iudicium de uultu dei quando prodire dicatur, & directum quo ordine fiat.*
*Iudex à quibus cauere debeat.*
3 *Fortunam ſuam quis negligere non debet.*
*Quomodolibet, aduerbij ſignificatio.*
*Papæ iudicium ſequendum.*
*Ratio ſemper conſideranda.*
4 *Scribere multa non eſt reprenſibile, licet in uniuerſum omnibus non ſint neceſſaria.*
*Gloſſa debet eſſe communis ſicut, & lex.*
*Exploratum pro claro, & manifeſto.*
*Reus quando abſoluendus actore non probante, & numero 19 & 22.*
5 *Contra iura faciens aut malicioſus eſt, aut indiſcretus.*
6 *Clandeſtina collatio, uel electio quibus caſibus non teneat.*
*Ob non reſidentiam priuatur nullus, niſi præcedente monitione.*
7 *Dei uicem in terris Papa tenet, & primus homo tenuit, & alibi dicitur epiſcopus.*
*Papa duplici modo procedit.*
*Ex officio quilibet ordinarius inquirere poteſt.*
8 *Inter poſſe, & debere quæ differentia.*
*Inquiſitio contra prælatum non tam pro remotione, & quando, quàm pro agenda pœnitentia etiam ſine fama fieri poteſt.*
9 *Vacillare, uel uariare quem in reſponſis turpe.*
*Sacerdotis uerbum aut ſacrum, aut ſacrilegium.*
*Diſpenſare hic qualiter accipiatur.*
*Hoſtienſis interpretatio confutatur hic, ut alibi etiam.*
*Pactio ad propriam perſonam refertur.*
*Conuentio ad mediatorem.*
10 *Officium nudum ſine prouentu conferre etiã in hærede reprobatur.*
11 *Epiſcopus de prouentibus eccleſiarum an, & quando, & quomodo diſponere poſſit, & nu. 13. & 14. & 16. & 17. & 24.*
*Cuſtodia eccleſiarum uacantium ad quos pertineat etiam cathedralis, & num. 12.*
13 *Fructus, uel prouentus beneficiorum quibus de cauſis retineri poſſint, & nu. 17. & 24.*
*Ad epiſcopos pertinent eccleſiæ cum dotibus earum, & de quibus hoc intelligatur, uide num. 16.*
14 *Epiſcopus concedere poteſt alicui in proprios uſus eccleſiam, & quomodo id intelligatur, & nu. 16. non tamen in ſuos, ibid.*
*Inter dantem, & recipientem debet eſſe differentia.*
15 *Alienatio rerum dignitatis, uel eccleſiæ ab epiſcopo male facta quibus modis retractanda, & quando non ualeat. nu. 16.*
16 *De uacantis dignitatis, uel prebendæ, uel eccleſiæ parochialis iuribus nihil ſine cauſa debet diminui, licet in totum tolli poſſit, & in proprios alicuius uſus transferri.*
*Mediator an teſtificari poſſit de contractu, in quo fuit mediator.*
17 *Palliare quaſi pallio cooperire.*
*Collatori fructus beneficij percipere quando non liceat.*
18 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
*Contra occultè agentes præſumitur. §. in gl. no. quod, & num. 23.*
*Confeſſioni primæ non ſemper ſtatur, & quando. §. in gl. cum pri.*
*Modus quando æquipolleat conditioni. §. fi.*
20 *Additio gloßarum, & num. ſequen.*
21 *Sine accuſatione quibus caſibus contra quem procedatur.*
24 *Ratio ſi obſtat, licet non uerba conſtitutionis, idem iuris eſt.*

### CAPVT I.

VT noſtrum. Recipe rubrũ ꝑ
ſumma, qđ quo-
modo intelligatur, uidebis in fin. Sed
1 Abb. ſummabat, ꝙ † occulta collatio
beneficij, licet ſit ſuſpecta, bene valet,
dũmodò alias legitimè facta probetur,
fatetur tamen, ꝙ in hoc non facit ad
ti. & dicam de hoc. j. ſuper ver. potuiſſemus, & ſm Ho
ſtien. ſunt. 4. partes. in prima ponitur reſpõſionis aſſi-
gnatio. in ſecũda ibi, cum enim, proceſſus papalis ex-
cuſatio, & obiectionum factarum reprobatio. in ter-
tia archiepiſcopi incõuincibilis reprehẽſio ibi: omni
bus. in 4. ibi, vnde credimus, cautæ, & neceſſariæ diſtin
ctionis inſtructio. Vel dic, ꝙ tres ſunt partes: prima
ponit duas oppoſitiones archiepiſcopi, interſerẽs ex-
cuſationis ſuæ motiuũ ibi: quia uerò. ſecunda ibi: por
rò reſpõdet oppoſitionibus. tertia ibi, omnibꝰ, de tri
bus notat archiepiſcopũ, & tertiũ diſtinguẽdo deter-
2 minat ibi, vnde credimus [*Vultu dei*] pſal. 16. hoc † tũc
eſt, quãdo iudex ſemper deum habet in mente, ar. C.
de iud. rem non nouam. reddendo ius ſine perſonarũ
delectu. ſ. de iudi. nouit, & caueat à corruptione, & à
pœna decre. cum æterni, de re iudi. lib. 6. ſm Hoſt. ſm
quem adde, quod habes de vita, & hone. cler. cum ab
omni. [*Proponebas*] per nũciũ, uel proc. Gof. [*Damnari*]
Io. 8. B. ibi, Ieſus, mulier ubi ſunt, qui te accuſant? at il-
la nemo. ait Ieſus, & ego te non condemnabo. uade
&c. Hoſt. [*Negocium*] ſcilicet inquiſitionis, quam fecit,
an uacaret cancellaria [*Iudici*] directi, ſed inquiſitio-
nis: quia nec petitio data fuit, nec lis conteſtata, nec à
partibus præſtitũ aliquod iuramentum [*Tibi*] ſcilicet
archiepiſcopo, alias ſibi, ſcilicet cõſanguineo tuo [*Pre
iudicium*] ſup. vt lit. nõ cõte. per totũ [*Perſonam*] noluit
3 † negligere famã ſuã. 12. q. 1. nolo, & potius voluit cõ
fundi archiepiſcopũ, q̃ ſuã ſedẽ lædi, de uſu pal. niſi [*In
quiſitionis*] hoc ſolue primũ, & ſm, quod opponebatur ꝯ
proceſſum. ſ. vt lit. nõ cõte. quoniã. §. ſunt & alij, Hoſ.
[*Quomodolibet*] ideſt aliquo modo [*Proceſſerimus*] maxi-
me, qa prout ipſe iudicat, alij iudicare tenentur, ff. de re
iud. in cauſis, Gof. [*Ratio*] ſemper cõſiderãda, de præb.
ratio [*Poſteris*] ſtudẽtibus. ſ. & iura ſcire querẽtibus, ſed
Pe. intellexit, ꝙ ꝓfutura ſit p̃latis, q ſibi cauebũt dein-
ceps à talibus collationibus [*Profutura*] no. Hoſ. excuſa
4 biles † multa ſcribẽtes, quæ licet prouectis nõ ſint ne-
ceſſaria, nouis & poſteris põt eſſe profutura, all. de pe
ni. deus qui, inſti. de iuſti. & iur. §. igitur, & de leg. §. ſed
ne in primis. eo, melius eſt doctos onerare ſcitis, q̃
iuuenes fraudare dicẽdis, cui bene cõcor. 13. q. 2. non
æſtimemus. Caſſiodorus in ꝓlogo epiſtolarũ, Plerũ-
que peritiæ genus eſt uitare, quod placeat doctis, ſub
debat Hoſt. parcãt, & rudes quò ad alta, & ſubtilia. nã
gl. ſicut, & lex debet eſſe cõmunis. 4. diſ. erit, ad hoc de
præb. dilecto. de ſac. unc. c. vno, ubi de hoc [*Cum enim*]
ponit rõnẽ archiepiſcopi contra ſe, cui poſtea rñdet,
Inn. [*Explorati*] ideſt clari, & manifeſti [*Præſtiterit*] ſe re-
dimẽdo, uel probãdo, uel utcũq; ſe excuſando [*Pote
rat*] prima facie, uel nõ recte inſpiciẽtibus: ſic. j. de ſen.
excõ. per tuas, & ſup. de elec. cũ nobis olim, Gof. [*Con-
ueniebaris*] & ſic aſſerebas te reus, ſed nõ eras: quia pro-
cedebamus in modum inquiſitionis, Inno. [*Malicioſe*]
quia ſcimus iura [*Indiſcretè*] ſi iura ignoraremus, per
5 quod † no. ſecundum Hoſt. ꝙ faciens contra iura, aut
eſt malicioſus, aut indiſcretus. ſi. de temp. or. uel non
a eſt[a] [*Præmiſſis*] in deciſa [*Perſonæ*] primus articulus
[*Modo*] ſecundus [*Tempore*] tertius [*Suſpitione*] per
quod releuaremur à probatione, etiam ſi in figura
iudicij ordinarij ageremus, ut in princ. 5. glo. [*Anno*]
& ſic elapſum erat tempus archiepi. & cap. de conceſ.
præ-



6 præben. c. 2. [*Potuiſſemus*] facienda † eſt ergo publicatio
etiam in præbendis: tamen licet nõ fiat, dummodò fa-
cta fuerit electio intra debitũ tempus, valet 1. & non 2.
b Inno. ſm quem hoc ſatis hic innuitur[b]. Archi. tamen
in decre. ſi tibi abſenti, de præb. lib. 6. dicit Inno. hic te-
nuiſſe, occultam collationẽ præbendæ nõ ualere: ſed
mihi uidetur, ꝙ teneat contrariũ; quod patet ẽt ex eo,
quod ſubdit ipſe Inno. dicens, ꝙ qa hoc eſſe non po-
tuit ſine graui negligẽtia cancellarii, qui ſe celauit, po
teſt ſibi auferri cancellaria, & alii dare. Hoc ultimum
non placet Hoſt. qui dicit hanc pœnam non eſſe iure
ſcriptam, & ſic nec per glo. imponenda. ff. de relig. &
ſump. fu. & ſi quis. §. generaliter. ff. de ſepul. uiola. l. 2. §.
nam perpetuæ. poſſet tamen ſm eum ſuperior termi-
num aſſignare, intra quem ius habens, illud produ-
cat, poſt quẽ priuabitur, uel non audietur, arg. ex no.
de conuer. coniug. ex publico, qui ma. acc. poſ. ca. fi. &
adde quod no. de ſup. negligen. præla. c. pe. & ulti. nec
ob. ſi dicas, ſi ſe celauit, ergo non reſedit, nec deſerui-
uit. nam propter non reſidentiam nullus priuatur, ni-
ſi præcedat monitio, de cleri. non reſiden. per totum.
ſed electionis prælatorum, qui præſunt eccleſiis colle
giatis, cathedralibus, uel abbatiis, nõ debent eſſe clan-
deſtinæ, de elect. quia propter, Hoſti. & ſi ideò aliud
in ſimplicibus beneficiis: quia per collationem acqui
ritur in eis plenum ius, de præben. c. pe. quam tamẽ ſæ
pe facit epiſcopus in camera: nec eſt aliquo iure ſtatu-
tum, ꝙ debeat publicari collatio, uel ꝙ ſcriptura in ea
fieri debeat, licet ſecus ſit in donatio. quæ ſm l. debent
in ſcriptis inſinuari. & ſic non ob. C. de donatio. l. do-
natio. §. in aſcribendis, & le. ſi quis argentum. nec ob.
quod hic dicitur. hoc enim intendit, ꝙ ſi nullo appa-
rente ſuperior, qui credit poteſtatem ad ſe deuolutam
confert, non poteſt illud aſcribi maliciæ, ne culpæ: nõ
tamẽ ꝑ hoc innuit, ꝙ collatio ſuperioris teneat, imò
potius innuit contrarium, inquantum probationem
recipi noluit. uel dixit hoc allegando non diffiniẽdo:
7 concor. Archi. in præ. decreta. ſi tibi [*In † terris*] ſic ſupra
de tranſla. inter corporalia. alibi, primus homo dicitur
tenuiſſe uicem dei in terris. 33. q. 5. hæc imago, Io. alibi
dicitur de epiſcopo, ca. q. mulier, Gof. [*Probandi*] quod
intra tempus competẽs, & perſonæ idoneæ, per quod
ſatisfacit primo, & tertio articulo [*Qui*] aliàs ꝙ, & poni
tur pro quia [*Officium*] nudum [*Suſpicari*] de ſimo. ut in-
fra ſequitur [*Plenitudine*] forſan in aſſertione ſua dice-
bat archiepiſcopus, ꝙ licet papa de poteſtatis plenitu-
dine iuſtè potuerit hoc facere: tamẽ propter ſuperius
narrata non fecerat hoc ſm iuris tramitem: ſed ipſe re
ſpondet, ꝙ non ex plenitudine, ſed ex debito officii,
quo quilibet, etiam ordinarius teneretur ad talia ex
plano & mero officio, de accuſationibus, qualiter 2.
8 de iudi. nouit [*Poſſumus † & debemus*] eadem uerba de iu
di. nouit, uerſi. non enim: de differentia inter hæc duo
uerba no. ff. de off. præſi. l. ſæpe [*Maxime*] q. d. etiam ſi ip-
ſe cauſam non præberet, ex quo ad aures ſuas probabi
liter perueniſſet. & per hoc no. Hoſti. ꝙ ſi non debeat
fieri inquiſitio contra prælatũ quò ad ipſum remouẽ
dum, niſi tanta ſit fama, ꝙ ſcandalũ generet, infra de
accu. qualiter. 2. §. 2, quod poſſet hic ſignari pro cõtra
rio: tamen quò ad id, quod emendet id, ſuper quo pec
cauerit, & agat pœnitentiam, etiam ſine fama aliqua
procedi poteſt, & ſic poteſt intelligi ſm eum de collu.
dete. c. 2. [*Cauſam, & occa.*] de his. de ma. & obe. ſolitæ, in
princi. [*Inquiſitionem*] & per hoc primæ oppoſitioni re-
ſpõdet [*Omnibus ergo*] premiſſa ergo excuſatione ſua ex-
9 primit culpam archiepiſcopi [*Reſponſi*] turpe † eſt aliquẽ
vacillare, uel variare in ſuis reſponſis, infra de pe. ſuper
his, & de temp. ordi. dilectus, Goff. [*Nobis*] uide quod
no. de poe. diſt. 1. ſerpens [*Reſpondere*] no. ſacerdotis uer-
bum aut ſacrum, aut ſacrilegum, Hoſti. [*Diſpenſare*] no.
Hoſti. hic expreſſum, ꝙ epĩ poſſunt in ſimplicibus be-
neficiis diſpenſare, remittens, ſupra de præb. de multa,
ad fi. ſed certè, diſpenſare, ponitur hic pro diſponere,
uel diſtribuere. 44. diſt. diſpenſatio. 26. q. 7. alligant [*Cir-
ca honeſtatem*] hic ponit tertium, ubi fuit culpabilis [*Pa-
ctione*] in propria perſona [*Conuentione*] per mediatorem
1. q. 2. quam pio, Vin. uide. ff. de pac. l. 1. & C. de legi. nõ
10 dubium [*Nudum*] hoc † reprobatur etiam in hærede. C.
de inoffi. dona. l. 3. Hoſti. [*In canone*] no. pro generali al-
legatione, ſic infra de ſen. excõ. cum illorum, circa me
diũ. non eſt contra. ff. ad l. Cor. de fal. l. ulti. quę loquitur
cum qs allegat pro lege, quod non eſt lex, Goffr. [*Qui
dat*] ſicut hic archiepiſcopus, ſm Innoc. [*Sed alius*] cui
cõfert, uel alius perciebat, qui mortuus eſt. ad hoc. ſ.
de inſti. cum ueniſſet, in fi. Hoſti. [*Donatione*] per pactio
ctionem in ea appoſitam, Vin. [*Prauitatem*] hoc uult di
11 cere litera, ꝙ ſi alius † cã cuſtodiæ, uel ex alia cã poſſi-
deret prouentus alicuius dignitatis uacantis, non põt
epũs de illis prouentibus aliquid diſponere. ſed ſi epũs di
ſponeret fructus de iure dignitatis uacantis, ut ſi digni
tas prouiſionem, & beneficiũ habet de menſa epĩ, põt
ſtatuere, ꝙ ad tẽpus teneantur fructus eius, ut hic: nec
tunc erit aliquis in dignitate. uel dic melius, ꝙ aliquis
c erit in dignitate, ſed prouentus non ꝑcipiet[c]. vel põt in
telligi non ſolũ cum dignitas de menſa epiſcopi redi-
tus ꝑcipit, ſed ẽt aliunde: tamen epũs de iure, vel conſue
tudine ad cuſtodiam tm̃ percipit fructus ſeruãdos fu-
turo ſucceſſori, quod ſemper fieri dẽt. 12. q. 2. hoc hu-
ius placiti, & c. charitatem, niſi in hoc caſu ſm Innoc.
Hoſt. uerò dicit hoc intelligendũ de quocunq; benefi
cio, cuius collatio ſpectet ad epm. hoc ſaluo, ꝙ ſi Ar-
chidiaconus, vel alius hẽt cuſtodiã quãdiu vacat, ab il
lo non erit auferenda: de cuſtodia tamen tali rem i. ad
no. de inſti. cum ueniſſet, de app. bonæ. utrobiq; uide
ſuper uerſ. cuſtodia. ſed ex quo contulerit epũs benefi-
cium, conſtat illud non uacare, & ſic ceſſat cuſtodia,
uel intereſſe habentis illam. & facit ad id, quod dicam
de reg. iur. quod ob gratiã, li. 6. & ſic ſine alicuius iniu-
ria epũs percipiet fructus, quos ſibi reſeruauit ante do-
nationẽ uſq; ad tempus ordinatũ, detractis tamen ex-
penſis neceſſariis; quod dic, vt de off. ord. præſenti, lib.
6. Alij ſm eum & Inno. intelligunt de quolibet bene-
ficio ciuitatis, uel diœce. ẽt ſi non epũs, ſed alius habeat
illud conferre, ſ. quod per ſtatutum, non per donatio-
nẽ poſſit epũs habere prouentus. & ſm Ho. hunc intel-
lectũ, quãuis hæc uerba non approbent: põt tamen to
lerari de mente, dũmodò id fiat de conſenſu collato-
ris, ar. de off. archi. ad hæc. §. fi. & j. de dona. paſtoralis,
ſm Hoſt. quod ergo ſequitur de illo, q prius percipiebat
ꝓuentus, põt intelligi, cum epũs creauerat dignitatem
qua uacante poſſidebat illam, & habebat cuſtodiã ip
ſe epũs patronus, & ei eſt de tẽporalibus reſpondendũ,
de ap. bonæ. 16. q. 2. c. 1. & idem in alia eccleſia alterius
patrona. ſ. quia dẽt illius uacantis habere cuſtodiam,
& ſibi de temporalibus reſponderi per iura prædicta,
& infra de priuile. c. 3. §. in eccleſiis, de præben. in Late
ran. ſed ſecus, ubi laicus eſt patronus: tunc enim non
patronus, ſed diœceſanus per ſe, uel alium res uacãtis
beneficii gubernabit, 10. q. 2. c. fi. ſupra de offi. ordi. cũ
uos, infra de ſuc. ab inteſt. c. fi. niſi forte ad archidiaco
num, uel alium ſpectet ex priuilegio, uel conſuetudi-
ne ſpeciali 63. di. ſi in plebibus, ſupra de inſtitu. cum ve
niſſet. Inno. infra de exceſ. præla. c. 2. & accedentibus,
in fi. de cõſue. nempe talia ad prælatum ſpectare poſ-
ſunt ſm quoſdã. Nec ob. 10. q. 2. c. fin. nec quod legitur
& no. ſupra de offi. ordi. cũ uos: quia intelligenda ſunt
de illis, qui talem conſue. non habent, uel priuilegiũ,
argu. in eo, quod le. & no. infra de Iudæis, multorum
Hoſti. & hæc uera ſunt, niſi eccleſię uacantes collegia
habeant: tunc enim mortuo prelato cuſtodiã habet
colle-

collegium,ar.12.q.2.non licet. In contrarium facit,in
12 fra de ſta.re.ea quæ.§.quod ſi,ubi dicam.Mortuo†aũt
epiſcopo dicũt quidam,ꝙ res ipſius debent eſſe in po-
teſtate œconomi.75.di. quoniã quidam. Tu uerò dic
& melius,ꝙ nõ ſolum in poteſtate œconomi,ſed cle-
ri,& capituli eccleſiæ.12.q.2.iſtud ſtatuẽdum, & c.cha
ritatem.& ſi non ſit ibi œconomus,clerici tantum cu
d ſtodiam habent.& ſi non ſint clerici,[d] de iure,uel etiã
ſi ſunt ibi,de ſpeciali conſue.cuſtodiã habebit archie-
piſcopus.& ſic intellige.12.q.2.nõ licet,& c.non liceat
alicui metropolitano,& q.5.ſicubi. Sed & ubi ad cle-
rum cuſtodia pertinet, poterit ipſam, ſi vult,cõmitte-
re archiepiſcopo.9.q.3.conqueſtus.hoc aũt intelligas
ſic eſſe ſeruanda,niſi papa uiſitatorem dederit.extunc
enim ſolus uiſitator res eccleſiæ gubernabit. 61. diſti.
obitum,& c.ſe.ſm Inno.& idem eſt,ſi aliquem procu
ratorem fac atq; quod dic.ut le.& no.ſupra de ele.cum
nobis olim,§.fi.nullus autem alius excepto papa ſine
cauſæ cognitione,& non uocatis his,quorum interẽ,
cuſtodiam,vel viſitatorẽ in alterius prçiudicium dare
poſſet,ſm Inno.& Hoſti.quod dic,ut infra de ſup. ne-
gli.præla.eccleſiæ,lib.6.& de cuſtodiis, & fructibus ec
cleſiarum uacantium dic,ut de elec.generali,libr.6.&
uide,ſupra de elec.ut præteritæ,in glo.contra [*Percepit*
13 *ipſe*]collator[*Ad tempus*]putat† quinquenniũ, uel trien
nium,non enim ad longum tẽpus hoc fieri poſſet,cũ
per id uideretur ius habere in beneficio, ff. de ſuperfi.
l.1.§.quia ait.ff.ſi ager vec.l.1.& ult.ſm Hoſt. [*Pro cau-*
*ſa*] poſſet hoc eſſe guerra,litigium,magna emptio.lõ-
ga peregrinatio,& quælibet paupertas, ar. infra de do
na.ad apoſtolicæ,infra de reli.do.c.2.16.q.1.& tempo-
ris,de cenſi.cum apoſtolus,ubi de hoc ſm Hoſti.vnde
urgens debitum eſſet iuſta cauſa hoc ſtatuendi cũ ſuo
capitulo.nam & poſſet ei certum onus imponere, de
præb.ſignificatum. Item propter utilitatẽ uacantis ec
e cleſiæ bona ipſius alienare põt epiſcopus.10.q. 2.c.fi.[e]
quinimò ẽt & non uacantis ex iuſta cã. infra de dona.
ex conſultationibus, & c.per tuas,& c.paſtoralis,16.q.
1.ſtatuimus,ſupra de præb.auariciæ,& c.expoſuiſti.nã
& eccleſiæ cũ dotibus ſuis ad epiſcopos ꝑtinẽt. 10.q.1.
c.2.& 3.& per totũ.vnde & pro ipſis agere poſſunt, in-
fra de ſucceſ.ab inteſt.c.fi.& ipſas põt unire, & diuide-
re,infra de eccl.ædi.ad audientiã. 1.infra de exceſ.præl.
ſicut unire.& dignitatem uacantẽ ex toto tollere.s̃.de
conſti.cum acceſſiſſent. dignitas aũt inſtituta irrequi-
ſito illo,qui inſtitutus eſt, ſine cauſæ cognitione dimi
nui non dẽt,ar.j.de eccl.ædi.ad audientiã. 1.C.de emã-
cipationibus,nec auus.C. de omni agro deſer.quicun
que,li.11.infra de do.cõſultationibus. & hæc forte tm̃
obtinẽt in eccleſiis,in q̃bus epĩ hñt ius patr.ex funda-
tione,cũ tunc ſit eis de tẽporalibus rñdendum.16.q.2.
c.2.Res aũt iſtarum eccleſiarũ alienare non poterunt.
Ad prædicta uide cle.de re eccl.non alie.ſi una.1.reſp.
ſecus,ubi laici habent ius patro. tunc enim ex iuſta cã
epĩ alienare poterũt res ipſarũ,ar.10.q.1.c.2.ſed patro-
ni poterunt contradicere.16.q.7.c.filius, quorũ aſſen-
ſus de honeſtate reqrendus eſt.10.q.2.præcariç,licet q
dam illa capitula intelligat de rebus à principibus ec-
cleſiis collatis: ſed hic modica vr̃ differentia, q̃ uacet,
ſiue nõ,cũ epiſcopus de rebus eccleſiæ poſſit ſem p or
dinare, quod iuſtũ eſt,ſed facilius, cũ uacat.j.de dona.
14 conſultationibus.¶Et no.ꝙ † quamuis epiſcopus poſ
ſit concedere alicui, ꝙ eccleſiã conuertat in uſus pro-
prios,ut ibi:nõ tamen debet res ipſius uendere,uel diſ
ſipare.10.q.2.nulli,niſi quod de iure,uel cõſue.ſibi de-
betur. 10.q.3. per totũ. nec poteſt in ſuam utilitatem,
uel uſus proprios eccleſiam ipſam, ſiue res ipſius con
uertere,cũ hæc fieri non poſſint ſine ſummaria cogni
tione,ar.10.q.2.c.1. & auct. hoc ius porrectum. 12.q.2.
ſine exceptione,& quia ſibiipſi dare non poteſt.debet
enim eſſe differentia inter dantem , & recipientem &
conferentem,& auctoritatem præſtantẽ. C.de aucto.
tuto.l.1.ff.ad Trebel.ille,à quo.§.tempeſtiuum. & pa-
tet in eo,quod legiť & no. ſupra de inſti. c. fi.hoc autẽ
tenendũ eſt,ꝙ auctoritate capituli ſui poteſt ſtatuere,
ut ad tempus,uel ẽt in perpetuum fructus alicuius di-
gnitatis poſſit tenere,& eccleſiã in proprios uſus con-
uertere, ar.hic, & ſupra de præb.expoſuiſti, de conſti.
cũ acceſſiſſent,& de conceſſio.præb.cum noſtris. §.fi.
ꝯrium dic hodie per clemen.de rebus eccl. non alie. ſi
una 2.reſpon.& repetam ſuꝑ ulti.glo.ſed alii intelligũt
illam decre.cũ noſtris,qñ auctoritate ſuperioris tenet
dignitatem:hanc aũt decre.intelligunt,quãdo pro uti
litate dignitatis vacantis,& nõ ꝓ utilitate propria vult
fructus retinere,vel quando de menſa ſua prouidebat
dignitati:aliàs.n. certũ eſt,ꝙ oẽs fructus ſucceſſori in-
tegraliter ſunt ſeruandi, ut expreſſe legitur & no.12.q.
2.de reditibus,& ſupra de offic. ordi. cum uos, ubi de
hoc,& infra de teſta.relatum.2.§.nomine,ubi de hoc.
15 Hoc † aũt ſcias , ꝙ ſi aliq̃s epĩs in caſibus prædictis res
dignitatis,uel eccleſiæ male alienauit,debet ſuperior ,
uel per beneficiũ reſtitutionis in integrum,uel ex offi
cio ſubuenire,ſm Inno. cuius eſt quaſi hæc tota gl.&
hoc probatur expreſſe,ſupra de inſt.cum veniſſent. §.
16 fi.Quicquid†aũt ſupra notatum ſit dicas,ꝙ uacante di
gnitate,uel præbenda,uel parochiali eccleſia,ſine cau
ſa nihil debet de iuribus ipſius diminui,quamuis in to
tum, poſſet tolli dignitas , uel eccleſia , & in proprios
uſus alicuius transferri. Item ꝙ quæcunq; iuſta cã ſub
ſit, ꝓpter quã epiſcopus bona immobilia, uel iura va-
cãtis eccleſiæ ꝑpetuò alienet, nunq̃ ualet alienatio,ni
ſi eccleſia prius hẽat defenſorẽ legitime cõſtitutũ, ar.
C.ſi propter pu.func.l. fi.C.de admini.tu.l.lex quæ tu-
tores,& niſi fiat præmiſſo tractatu, & cũ cauſæ cogni
tione.12.q.2.ſine exceptione;& ſm hoc intellige.s̃. de
his,quæ fi.à præ.tua,& c.paſtoralis . In temporali autẽ
alienatione non eſt tanta ſolennitas req̃renda , ut hic
ſm Inno.& infra de præb.c.1.& 2.& iunge quæ no.ſu-
pra de his,quæ fi.à præla.c.1. & patet de rebus eccl. nõ
f alie.[f] c.1.lib.6. [*Mediatore*] an iſte de hoc teſtificari poſ-
ſit,dic ut infra de teſti.c.1.lib.6. [*Primum*] quod dicitur
ſupra uerſi.ſi uerò[*Secundum*]quod dicitur,ſupra uerſi.
17 an conueniat[*Palliare*]i.quaſi†pallio cooperire,de vſu
pall. niſi.& iſta litera quò ad primum membrum cla-
ra eſt:quò ad ſm hæc eſt mens, aut collator à tempo-
re, quo contulit percipiebat fructus beneficii de iure,
&tali,per quod ẽt poſt inſtitutionẽ illos ꝑcipere debe
bat forſan ad tẽpus;& tunc nullũ uitiũ:aut eo tempo-
re percipiebat illos de facto tm̃ ; uel de iure tamen ſo-
lum,dũ uacabat;& tunc eſt uitiũ,ſi conuenit &c.ut in
18 tex.¶Prima†glo.ponit caſum. ¶Tertia gl.ponit.9. ca-
ſus exceptos à regula,ꝙ ſine acc uſatore &c. ¶Quinta
glo.ponit.13.caſus exceptos à regula,ꝙ actore nõ pro
19 bante &c. ¶[*Glo.in hoc*]ponit opi. La.¶[*In 3.†glo.ibi,iube-*
*mus*] hæc l. dicit producentem ut falſarium detineri.
¶[*In 5.glo.ibi,Quintus Mutius*]uide de pecu.cleri.c.1.ſuper
vlti.glo. [*& ibi, ſiue poſſidetis*] ſi apparet eum,cuius ſum
hæres, fuiſſe dominum, reus habet probare ſe domi-
num[*& ibi,circa*]uide de teſti.ex tenore,ſuper ulti.glo.
[*& ibi,in tribus*]uide in præ.c.ex literis, in glo. 2. [*& ibi,*
*fallaciter,in fi.*]in illis criminibus non minus iudex accu
ſatorem ad docenda,quæ detulit,quàm reum ad pur-
ganda,quæ negat,debet urgere[*& ibi.§.ſi quis*]aliàs eſt
lex,negans emancipationem ritè factam,id probabit
[*& ibi,ſi filius*]filius negãs ſe in poteſtate patris eſſe,ha-
beat probare.¶[*In glo.no.quòd ibi,ita fidei*]occultum fidei
commiſſum factum non capaci deuoluitur in fiſcum
[*& ibi,non æſtimo*]refert,an tutor utens pecunia pupilli,
palam ſe debitorem faciat pupillo, an ſub adminiſtra-
tione tutelæ latenter ex illa pecunia ſua commoda iu-
uet



uet[*& ibi.l.1.*]occultum fideicommiſſum factum ca-
paci non defertur in fiſcum. ¶[*In glo.ſicut,ibi ſi fideiuſſor*]
uide de pur.ca.conſtitutus, ſuper gl.2. [*& ibi,ſi putator*]
uide de homici.c.fi. ſuper ulti.glo. ¶[*In glo.imò, ibi ſiue*]
uide ſupra ſuper 5.glo.¶[*In glo.cum primæ,ibi.l.ulti.*]erro-
nea confeſſio aduocati reuocatur, infra triduum [ *&*
*ibi.§.tormenta*]uide hanc,& ſequentem, de cauſa poſſe.
cum eccleſia,ſuper glo.hoc ſolum.¶[*In glo.quoniam,ibi,*
*cum precum*]uide de proba.licet,ſuꝑ 6.gl.¶[*In gl.no.quòd,*
*ibi.l.1.*] in legatis , & fideicommiſſis modus aſcriptus
pro cõditione ſeruatur[*& ibi,cum in teſtamento*]Titium
Stichum lego, ut eum manumittat,cauens de manu-
mittendo ſtatim illum petit: idem in legato ad monu
mentum,ut in l.ſequẽ.[*& ibi,qui hæredi.§.ulti.*] incipit ,
20 Plautius;uide de iureiur.petitio,ſuper ult.glo.¶[*In†glo.*
*1.ibi,reſpondet*]Innoc. dicit,ꝙ archiepiſcopus hoc prius
uiua uoce dixerat papæ[*& ibi,oſtenſa*]facit ad quæſtio-
nem,quam diſputaui, de qua de uerb.ſig.c.2.2. reſpõ.
libr.6.[*& ibi,ille.H.*]Hoſti.contra,ut iam dicam[*& ibi,*
*quibuſdam*]ideò,quia ille.H. non fuerat in iudicio, nec
eius procurator ſm Hoſtiẽ. uel dic ſi uis tenere, ꝙ ille
fuerit procurator illius. H. ꝙ ipſe procurator confeſ-
ſus eſt,ꝙ poſt primum mandatum,& papa mandat in
quiri de ſecundo,uel ille.H.qui ibi erat pro ſe,non cõ-
fitebatur,licet id confiteretur procurator archiepiſco
pi.¶[*In glo.2.in fi.*]Lau.& poſuit hanc gl.ſuper parte de-
ciſa ibi , & oculi noſtri uideant æquitatem . ¶[*In glo.3.*
*ibi,ſi publico*]& ibi,no.iſti caſus : rationem huius quære
de ordi.cogni.c.2.in fin.pen.glo. [*& ibi,de manifeſta*] ibi
21 hoc glo.[*& in fi.*]Hoſti.addit†caſus, ſupra de teſti. tam
literis,& de proba.tertio.Item cũ quis appellationem
ſuam non proſequitur , uel iudicum literas abradit.s̃.
de reſcriptis olim. Item in ſurreptitiè impetrante , uel
abutente reſcripto apoſtolico, ſupra de reſcriptis,c.fi.
Item cum q̃s ſibi eſt reus,actor,teſtis,& iudex,ut cum
ſe obligauit ad certam pœnam,de ele.cum dilecti. ad
fi.Item cum quis ſuccumbit in cã appellationis.ſupra
de app.ut debitus.Item cum quis probationes aduer-
ſario ſubtrahit,ſupra de teſti.conſtitutis.2.Item in pro
ponente exceptionem,& ſuccumbẽte in probatione,
niſi aliquid probabile excuſet.s̃.de do. & con. finem .
Item in quolibet,qui illudit iudici, uel aliquam mali-
ciam committit,de ali.mu.iu.cauſa fac.c.1.de poſtula.
bonæ.2.uer.nec nocebat.Idẽ in uindicta iniuriæ ſacer
dotibus irrogatæ. C.de epiſ.& cleri.l. ſi quis in hoc ge-
nus:alios caſus uide in ſpe.de inquiſitio.§.quando au-
22 tem,in princ.¶[*In †glo.ſi.ui.ibi,actor*]& ibi hæc glo.& fa-
cit,quod no.2.q.5.§.1. & de hoc ſatis in ſpe. de proba.
§.2.uer.nunc ad propoſitum[*& ibi,Quintus Mutius diui-*
*debat*]Hoſti. hic in alium caſum.ſ.propter uitationem
ſuſpitionis turpis quæſtus addit caſum fauoris eccle-
ſiæ , ut eum petit bona , quæ rector poſſedit tempore
mortis,& remittit de pec.cleri.c.1.[*& ibi,iure communi*]
uel ſpeciali per legem,ſiue,quæ ſequitur:ſed illud non
competit,cum excipiat caſus, quibus actore non ap-
probãte &c. [*& ibi,republica*]ſ.fiſci, uel ciuitatis Roma-
nç,non aliarum ciuitatum.ff.eo.l.4.& no.Acc.C.eo.l.
una[*& ibi,ipſius*] ſ.à quo repetitur indebitum [*& in fi.*]
per hæc iura addebat Hoſti. caſum, ſ. cum natura ne-
gationem impugnat; ut cum dico quem nõ eſſe ſanæ
mẽtis,ſed ſatis includitur ſub proximo. Itẽ propter cõ
tumaciam non iurantis,de iura.cal.c. fi. Item propter
contumaciam non uenientis,infra annum,ut lit.non
conte.quoniam.§.in aliis. ¶[*In glo.no.quòd ibi,Anaſtaſius*]
23 ibi de† occulte recõciliante damnũ [*& ibi, pernicioſam*]
ibi de mulierculis ſub ſpecie religionis in priuatis re-
ceptaculis habitantibus. Idem de occultè prædicanti-
bus,de hereti.cum ex iniuncto, conuenticulas facien
tibus. C.de epiſ.& cleri.conuenticulam : occultè mu-
lieribus cohabitantibus, de præſum.3. ſm Hoſti.& in
fi.contractus uerò bene ualent, licet fiãt de nocte. C.
de tranſac.non minorem.quia in eis dies incipit à me-
g dia nocte. ff.de fer.l.more.ff.de offic. dele.conſuluit[g].
Goff.¶In glo.ſicut.in fi.dic ut dixi de ſeruis non ordi.
c.1.ſuper ulti glo. ¶[*In glo.cum primæ, ibi, ab excommunica-*
*to*]adde quod no.de diuor.ex literis,in glo.2.¶[*In glo.in*
*hoc,ibi,Lau.*]& Vinc.[*& ibi,ſi quis neque*]ubi idem no.[*&*
*ibi,ſunt nonnulli*] de hoc , ſupra de æta. & qualita. tuam .
¶[*In glo.no.quòd, in fi.*]de hoc, infra de con. app.uerum .
¶[*In ſequen.in fi.*]& no.de prçben auaritiæ,& c.extirpan
dæ, in fin.Hoſtien.¶[*In glo.ulti.ibi,debitis*] glo. Io.hucuſ-
que,idem Hoſtien.de offic.archipreſby.ca. fin.& uide
quod hic dixi in tex.poſt Inno. & eum [*& in fi.*] quod
24 †etiam facit contra, cum ibi hoc fuerit à papa per pri
uilegium impetratum : de hoc uide, quod nota.infra
de reſcriptis, ſi propter, libro ſexto,in glo. an legatus ,
& quod ibi dicam ſuper uerſiculo,eccleſiæ tuæ fabri-
cæ: contra epiſcopum facit ratio decreta.clementi.de
reb.eccle. non alie.ſi una,licet illud capitulum in per
petuis loquatur , tamen ratio in temporalibus etiam
obſtat : aliàs etiam fraus fieri poſſet , ſcilicet ſingulis
quinquenniis renouando .

---

ANNOTATIONES.

a ¶Vel non eſt. Vide bonum tex.ff.de iuris,& fac.ignorantia.l.regu
la.§.penulti.& uide gl.in l.liberorum.§.notatur.ff.de his, qui no.
infa.& inſti. de ſuſpec.tuto.§. ſuſpectus, & Bart.ff.depoſi.l. quod
Nerua.

b ¶Innuitur. Pro hoc,quia c.quia propter,de ele.in inferioribus be
neficiis non habet locum,uide glo.primam,& Ioan.And.ſuper il-
la in ſupra allega.c. quia propter,& eo.ti.c.1.ſuper uerbo,in for-
ma,lib.6.

c ¶Non percipiet. Vide de præben.c. ſi tibi conceſſo,lib 6.& intel-
lige iſtum non percipere fructus, cum limitatione tamen. §.1. in
c. præſenti.de offi.ordi.lib.6.& ibi no.

d ¶Si non ſint clerici. uide Io. And.de tranſac. ſtatuimus, in ſua pri-
ma glo.& ſupra de his, quæ fiunt à præla. in glo. ſua fi.

e ¶Capitulo fi. Vide glo. ſuper uerbo, ſede, & ſuper illa Ioan. Andr.
& c.1.ſupra ne ſede uac.& in Spec.eo.ti.ſuper illa.

f ¶Non alie. Vbi uide glo.& Ioan.& per moder.in cle.ſi una, de re-
bus eccle non alienan.

g ¶Conſuluit. Ad materiam uide Bar.in l.non intelligitur.§. tacite,
ff.de iu.fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Diſpoſitio tituli.*
*Spiritualia ſine temporalibus diu eſſe non poſſunt.*
*Rubricæ hæc ponit commune ius, & orationem perfectam, & quæ aliæ ſint huiuſmodi.*
2 *De alienatione rerum eccleſiæ, ubi alibi, quàm hic agatur.*

## De rebus eccle. non alienan. Rub.

1 ¶ Dicto † de rebus ſpiritualibus clericorum, ſcilicet
de beneficiis,& præbendis, de temporalibus ſine qui-
bus ſpiritualia diu eſſe non poſſunt. 1.q.3.ſi quis, eſt vi
dendum: quas quia interdum quærunt clerici aliena-
re , ideò de ipſis alienandis, uel non, ponitur hæc ru-
brica ſecundum Goffre.& per hoc patet, quòd Goffr.
habuit hic rubricam de rebus eccle. ali. uel non : ſed
Hoſtien.habuit,de rebus eccle.non alie. & ſecundum
ipſum rubrica ponit ius commune,& orationem per
fectam, ut ſupra titulo proximo , & ne ſede uacan. &
ut lit.non conteſta. cum multis ſimilibus. In antiquis
compila. habetur iuxta primum modum hæc rubri-
brica;ſed breuitatis cauſa communius allegatur iuxta
2 ſecundum.habetur† materia 10.quæſtio.2.& 12.q.2.
per totum: facit.17.q.4. nullus, cum duobus capitulis
ſequenti. Repetitur rubri. in 6. & in clemen. cui con-
uenit, de conſtitutio.eccleſia,de electio. quod ſicut ,
in fi.& c.nihil eſt, de reſtitu. in integ. c.1.de do.& con-
tum,

tum.ueritatis,in fi.de eccle.ædifi.c.fi.de accuſa.c.fi.de ſciſma.c.1.3.reſpon.& li.6.de electio.is cui, & c.indem nitatibus.§.ſi uerò, de cleri.ægro.c.uno,ad fi.de religi. do.c.uno.§.1.de excel.præla.c.uno.

*SVMMARIVM.*

1 *Alienatio rei eccleſiæ etiam abbati uetita ſine conſenſu epiſcopi.*
*Abbas minor eſt epiſcopo.*
*Ad eum quod dicitur tota ſolicitudo, & poteſtas monaſterij pertinere, in quibus habeat locum.*
2 *Epiſcopi poteſtas ad quæ data.*
*Permutatio rei eccleſiæ nec clericis abſq; epiſcopo licet,nec cõtra.*
*Eſt contractus bonæ fidei, & cum quo ſit celebranda.*
3 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu.4.*
*Eccleſiæ nouæ dare poteſt epiſcopus iura matricis.*
*Eccleſiæ iura quæ dicantur.*

## CAPVT I.

NOn licet. Breue eſt[*Abbati*]vide quod dixi in clementi.eo.titu.c.1.in glo.de epiſcopo, & ſupra de tranſac. ſtatuimus. & no.
1 ꝙ † ſi non licet epiſcopo, multo minus abbati, cum epiſcopus maior ſit 10.q.1.regenda.93.diſt.à ſubdiacono. & quod dicitur tota ſolicitudo, & poteſtas monaſterii ad Abbatem pertinere.18.q.2.nullam,illud uerum quò ad regulam,& ad ipſa pertinentia: ſed alienationem ſine conſenſu epiſcopi non faciet. 12. quæſtio. 2. Abbatibus.17.q.4. in uenditionibus, ut hic,& de his, quæ fi.à præ.ca.2.& c.ea noſcitur[*Ad aliam*] eccleſiam [*Ambæ*]ſcilicet eccleſiæ,& cui tollit,& cui dat [*Poteſtate*]
2 ad† regendum, & defendendum data eſt poteſtas non ad ſpoliandum,ſupra de reſtit.ſpolia.conquerente [*Commutare*]dicit hic Inno.quòd clerici ſine auctoritate epiſcopi non poſſunt commutare domos, quia fraus timetur.ff.de tranſact. cum hi. §. ſi uni: nec epiſcopus ſine eis etiam uacante eccleſia. 10.q.2. ſi quis epiſcopus[*Conſenſu*]permutatio enim, quæ eſt contractus bonæfidei,celebrari debet cum domino,vel cum eo,qui habebitur loco domini, de exceptio. cum ue-
3 nerabilis.¶ Prima†glo.reſpondet per quæſtionem,an ex cauſa&c.ſoluit,quod ſic:alleg 4.iura.ponit opinio.
4 contrariam, & remittit. ¶ [*In*†*glo.1.ibi,poſſet*] idem Innocen.& Hoſtien. qui dicunt per iura, infra allega. ꝙ ſi iuſta de cauſa ædificaret epiſcopus nouam eccleſiã, illi eccleſiæ dare põt iura matricis,puta decimas, oblationes,mortuaria,& ſimilia [*& in fine*] & 16.q.1.eccleſiæ; de hoc infra eodem titulo, capitulo primo,libro ſexto.

*SVMMARIVM.*

1 *Laici res eccleſiæ donare non poſſunt, & qui ab eis receperunt, excommunicantur, & quæ amittant.*
*Vxor à principe non eſt petenda.*
*Egentibus ſubueniendum, non adimendum.*
2 *Eccleſia quod una perdit, & generalis eccleſia amittit, & è contrario.*
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.4.*
*Imperator cui donauit, etiam rem alienam, tuus eſt.*
5 *Additio gloſſarum.*

## CAPVT II.

condi. inde. in ſum. quod patet ex his, quæ dicam ſu-
per. 1. glo. dicere potes ſecundum Hoſtien. ꝙ ratione
litis euentus, qui dubius eſt, admittitur hic hæc com-
poſitio, & forte allegabat epiſcopus de conſenſu ca-
pituli depoſitum factū, & capitulum conſenſiſſe fur-
to, uel pecuniam uerſam in utilitatē, uel aliud ſi, per
quod pendebat litis dubium: uel dic, quòd hoc facit
papa de gratia in ſuſtentamentum uitę & reſtauratio-
nem damni, nam ſecus eſſet, ſi tranſactionem, uel pa-
ctum obtinuiſſet calumnioſè. ut in præ. l. in ſum. nam
nec de mero iure liceret prelato renunciare gratis ex-
cep. eccleſię cōpetenti, & utili, ſicut hęc erat, ſ. de non
uerſo. ff. de pac. contra iuris. §. ſi curator, & ſeq. C. de
tranſac. l. præſes. ad idem. C. de pac. l. pactum curatoris
ff. pro emp. qui fundum. §. ſi tutor, de manu. te. qui fi-
5 lium. ff. de fur. interdum. §. q tutelam. Sed † quid ſi ſu-
per mutuo, quod nō fuit uerſum in utilitatem eccle-
ſiæ, ſit trāſactum, uel iudicatum, & agatur actione in
factum ex iudicato, uel condictione ob cauſam, uel
actione ex ſtipulatu, uel præſcriptis uerbis, ut det, qđ
in tranſactione conuenit, vel quod iudicatum eſt, nū-
quid poteſt excipere eccleſia, ꝙ nō fuit uerſum in vti-
litatem ſuā? Reſpō. non, niſi primò contra tranſactio-
nem, uel rem iudicatam fuerit per beneficium reſtitu
tionis reſtituta. C. ſi aduerſus rem iudicatam per totū,
& no. infra titu. 1. cum dilecti. §. 1. & poſt ſententiā nō
licet exceptionē proponere, uel noua producere in-
ſtrumenta, ſupra de re iudi. ſuborta. C. de excep. præ-
ſcriptionem, ſupra de tranſac. ca. 1. ff. ſi quis cau. l. 2. in
princ. Sed † & ſolutum ab eccleſia ex hac cauſa repe-
ti non poteſt, ꝙ indebitum ſit, vel ſine cauſa ſolutum,
cum non ſit indebitum ſaltem ciuiliter, nec ſine cau-
ſa ſoluitur, ex quo tranſactum, uel iudicatum eſt. ff. fa.
er. cum putarem. ff. de iudic. de qua re. §. fin. ff. de cōd.
indeb. Iul. & l. in ſum. reſpon. 1. Aliqui tamen dicunt,
& forte bene, ꝙ ſi prælatus ſciens indebitū, uel in uti-
litatem eccleſiæ non conuerſum, tranſigat, datur re-
petitio per condictionē ex iniuſta cauſa, ſiue ſine cau
ſa: quia. ſ. calumnioſa fuit talis tranſactio, ar. ff. de cōd.
inde. in ſum. & 2. q. 3. §. notandum. Quidam etiā aſſe-
runt, & forte bene, ꝙ ſi quis per calumnia falſum al-
legans ſciens obtinuerit iniuſtam ſententiam etiā ad-
uerſario & iudice conſentientibus, obli. ei doli exce-
ptio. Conſenſus enim iudicis, uel partis ipſum, & ma-
litia nō excuſat, nec res iudicata in hoc caſu tollit cō-
dictionem ſine cauſa, ar. ff. de iu. ſi prætor. §. 1. Alij ue-
rò in ſententia contrarium dicunt, & intelligunt illū.
§. quando contra abſentem tantum fertur ſententia
pro aliquo præſente ſcienter falſum allegante. Quod
ante dictum eſt. ſ. ꝙ eccleſia poteſt repetere id, quod
dedit ex calumnioſa tranſa. intelligendum eſt, quan-
do credidit conuerſum in utilitatem ſuā, & non erat
nam ſi ſciret non conuerſum, & ex certa ſcientia trā-
ſigeret, tunc non poſſet repetere: quia ſcienti non in-
fertur dolus. ff. de act. em. & ven. l. 1. in fi. niſi tempore,
quo fiebat primus contractus mutui, in fraudem or-
dinatum eſſet, ꝙ poſtea ſuper tali mutuo fieret tranſ.
Vt ſic



ut ſi eccleſia auxilium, quod habebat in contractu
c mutui, perderet per tranſ. poſtmodum ſubſequētem
tunc enim poſſet dici, ꝙ contra agentem ex tali tran-
ſac. datur exceptio, & ſolutum repetitur per contra-
dictionem ex iniuſta cauſa, nam ſicut datur repetitio,
quando fit fraus de contractu ad contractum alterū,
uel eundem eodem tempore celebratum, vt no. infra
titu. 1. ad noſtram. §. quia igitur, eadem ratione debet
dari repetitio, ſi fraus fiat de contractu ad contractū,
qui alio tempore fieri debet, cum ſola fraus ſit cauſa
repetitionis, & æqualis ſit utrobique. Alij quidem di-
cunt, ꝙ ſemper licet eccleſiæ uenire cōtra trāſac. ſcien
tibus & cōſentiētibus ambabus partibus initam frau-
dulēter. C. de tranſ. præſes. & ſi tranſactio dicatur nul-
la, ut ſi conueniant, ꝙ aliquid detur pro uſur. uel tran-
ſa. talis nec actionem impedit, nec exceptionem tol-
lit: quia per nullam tranſac. tenetur quo ad uſuras, ſe-
cundum Inno. cuius eſt quaſi hęc tota glo. cum vtro-
que iure indebita ſit uſura, ut patet in eo, quod legi. &
no. infra de uſur. quia in omnibus, & ca. ſe. niſi forſan
priuatas perſonas aſtringat proprium iuramentum,
quod tamen non poteſt eccleſiam obligare, ut patet
in eo, quod legitur & no. ſupra de iureiu. debitores, &
c. ſicut noſtris, & ſupra de arbi. per tuas. §. ſuper quo,
ver. & adde quod no. infra de ſo. cap. ſi. ſecundū Hoſt.
7 ¶Prima † glo. reſpon. per quæſtionē. ¶Secunda quæ-
8 rit & ſoluit, & ſolutionem determinat. ¶*In † glo. 2. ibi,
ei qui*] qui dat mutuum ſeruo, ſi verſum eſt in rem do-
mini, habet actionem de in rem uerſo [*& ibi, an in pu-
pillum*] Si apud pupillum depoſui, datur actio in eum,
etiam ſi dolum non commiſit, inquantum locuple-
tior factus eſt. ¶*In glo. 2. ibi. l. 1.*] qui ſciēs latronem ſu-
ſcepit, uel offerre iudicibus ſuperſedit, pro qualitate
perſonæ punietur corporali ſupplitio, uel rerū diſpē-
dio [*& ibi. l. una*] tenetur nauta, & caupo, de furto facto
à quocunque illorum, quos ibi habebat. ¶*In glo. ulti.
ibi, infamat*] eum, qui ſuo nomine conuentus condem
9 natus eſt, & no. infra cap. proximo. ¶*In glo. 1. ibi, ſi credi-
tor*] & ibi no. an creditor habeat neceſſe ꝓbare in uti-
litatem eccleſię uerſum, & plene in auct. de ali. & em-
phy. cōtracti. §. ſi uerò prędictum. Per hoc autem ca-
pitulum dicit Inno. probari non ſolum in mutuo, ſed
etiam in alijs cōtractibus eccleſiam non obligari, niſi
inquantum verſum conſtat in utilitatem ipſius, quod
intelligit de contractibus, qui fiunt alterius gratia tā-
tum. Si enim ſaltem pro parte fiat gratia eccleſiæ, ut
in emptione, locatione, & ſimilibus, ſufficit ꝙ utiliter
contraxerit: & ſi euentus non ſit ſecutus, arg. ff. de mi-
no. uerum. §. ſciendum, & §. ſeq. imò & ſi non utiliter
contrahat eccleſia, tenet tamen contractus, dummo-
dò forma ſeruetur, quamuis reſtituatur in integrum,
ſi lędatur. C. de prædi. mino. ſi quidem, ſupra de reſti.
in integ. ca. 1. excipe mutuum: quod & ſi eccleſiæ gra-
tia contrahatur, non tamen tenetur, niſi in vtilitatem
eccleſiæ verſum probetur. 10. q. 2. hoc ius porrectum,
ſecundum Innoc. & eſt ſpeciale in fauorem eccleſia-
rum, & odiū fęneuatorū. Cum enim eccleſias opor-
teat frequenter mutuum contrahere, & creditores, &
baratatores, & auari ad dādum mutuū prompti ſunt
& parati, vt patet in eo, quod legi. & no. inf. de vſuris,
in ciuitate, & c. cōſuluit, ne cōtingeret occaſione iſta
diſtrahi paſſim bona immobilia eccleſiarū, & per cō-
ſequens deeſſent alimenta pauperibus, fuit eis ſuper
hoc ſpecialiter prouidendum, arg. C. de ſa. ſan. eccl. pri
uilegia, & l. iubemus, & in auct. de non alie. re. eccl. in
prin. & per totum, colla. 2. & in dicta auct. hoc ius por
rectum. In mutuo igitur ſecundum Inn. ſpeciale eſt,
ꝙ creditor debet eſſe ſolicitus, vt pecunia mutuata in
utilitatē eccleſiæ conuertatur, quod in nullo alio cō-
b tractu reperitur expreſsè iure cautum[b]. nec ob. ff. de
rebus eorum, qui ſub. tu. ſunt, magis puto. §. illud po-
teſt, & ſc. & prece. ~~quia ibi~~ loquitur de magiſtratu, qui
præſtat auctoritatem uenditioni, ad quem hæc ſolici-
tudo ſpectat: aliquin forte obligatur, & idē eſt in epi-
ſcopo auctoritatem præſtante. 10. q. 2. hoc ius: uel dic,
ꝙ non dicitur ibi, ꝙ ſi non fuit precium ſolutum pro
debito, ꝙ res ab eo auocetur: ſed ſi non fuerit forma
ſeruata. Sed hæc iura, uel alia de alijs contractibus nō
loquuntur, quamuis alij dicant, hoc eſſe intelligendū
in quolibet alio contractu, dicentes, ꝙ nunquam ob-
ligatur eccleſia, niſi id, quod nomine ipſius recipitur,
10 in utilitatem eccleſiæ conuertatur. Illud † autem te-
nendum eſt, ꝙ ſi quis pecuniā ſoluat eccleſiæ ad hoc,
ut bene ſit tutus, ſuperiori ordinaria auctoritate ſol-
uere debet, argu. ff. de mino. ait pretor. §. 1. C. de admi-
ni. tu. ſancimus, & l. pe. ueruntamen & ſi ſine hac ſolē-
nitate ſoluit debitor, liberatur, ſed eccleſia reſtituitur
in integrum, ſi pecunia in utilitatem eccleſiæ non ſit
uerſa. C. ſi aduerſus ſol. l. 1. C. ſi tu. uel cu. interueniat, ꝑ
totum: excipiuntur caſus, in quibus nec eccleſia reſti-
tuitur, ſ. contra illos, qui ſoluunt reditus, uel annuas
penſiones. C. de admi. tu. ſancimus. i. & leg. conſtitu-
tione. C. ad Trebel. ſancimus. Soluere enim tutori, de
quo dictæ. ll. loquūtur, & ſoluere prælato pro eodem
eſt reputandum: imò plus uidetur, ꝙ ſi quis alicui ca-
nonico, uel alij pro eccleſia recipienti ſoluerit, & pe-
cunia eccleſiæ ſalua maneat, per exceptionē doli tu-
tus eſt is, qui ſoluit, arg. ff. de admi. tu. ſi minoris. ff. de
condi. inde. nam hoc natura. C. pro emptore. leg. fina.
inſti. quibus ali. licet. §. fina. uel dic, quòd quando pro
debitis ſoluendis fit uenditio rei immobilis, tunc re-
quiritur, ꝙ emptor ſoluens curioſus & ſolicitus ſit, ut
pecunia ſoluta in vtilitatem eccleſię conuertatur, vn-
de & priori creditori ſoluere debet, ut auc. de nō alie.
re. ecc. §. ſancimus, col. 2. nec aliter liberatur, niſi hoc
curauerit, ſicut dictū eſt & de creditore, & ſicut hoc
ipſum ſpeciale eſt in mutuo ciuitatis. ff. ſi cer. peta. ci-
uitas, & in muliere conſentiente inſtrumento credi-
toris. C. ad uelle. antiquæ, & le. ſi qua mulier, & in ſer-
uo. ff. de in rem uerſo, ꝙ ſi ſeruus. §. nec non illud, & l.
ſi pro patre. §. uerſum. In alijs autem contractibus nō
eſt de neceſſitate tanta diligentia adhibenda, ut dictū
eſt, ſecundum Inn. cuius eſt quaſi hæc tota glo. & ad-
de quod no. infra de fideiuſ. ꝙ quibuſdam, & de ſolu-
tionibus. c. ſi. & ſupra ne ſede uacan. c. ſi. ¶*In glo. 2. ibi. l.
una*] & ar. optimum, ſecundum Hoſtien. ſupra de offi.
archidi. ea quę [*& ibi, non credo*] idem Gof. Phi. [*& inſ.*]
11 Vin. immo † nec tunc uidetur teneri eccleſia, niſi ali-
qđ lucrum de depoſito ſenſerit, ar. ff. de pecu. l. licet. §.
ſi filius, ſecundum Inno.[c] vide ad materiam, quod di-
cam, infra de priui. cum olim. 2. in glo. ideò, in ſi. ſatis
congrue crederem diſtinguēdum inter ſacriſtam de-
putatum ad cuſtodiam depoſitorum, cum forſan ta-
12 lia in loco fieri conſueuerūt apud ſacriſtam. ¶*In † glo.
nota quòd, ibi, torquendi*] moderatè, & citra corporis peri-
culum, ut probant iura ſequentia, & 5. q. 6. quia iuſta.
6. q. 1. §. porrò. 55. diſt. cum beatus, de pigno. lator. de
hoc de appe. à nobis, & de app. dilectis, & plenius de
regu. iur. cum in contemplatione, Hoſtiē. dicit Abb.
ꝙ iſte infamis erat, quod probat litera, vt audiuimus,
& dicit nunquam inueniri torqueri clericos, niſi in-
fames. ¶*In glo. ultima in fine*] Vincen. de hoc. 3. quæſtio-
ne. 7. §. tria, ad finem.

ANNOTATIONES.

a ¶Interueniret. Quod ſatis probatur hic, qnia per delegatos papæ capi iubetur, uel alterius iudicis ipſius clerici hoc mandātis, ut de ſen. excom. ut famæ. ubi uide Ioan. And. in glo. ma. & uide de ſen. excom. ſi clericos, lib. 6. & ibi Ioan. And.
b ¶Cautum. Vide Bar. plene in l. ciuitas, ff. ſi cer. peta. & ibi per ip-
ſum

ſum quomodo probatur iſta uerſio, & g.l in auct.hoc ius.10.q.1.
uerus creditor.
c ¶Innocen.Pro glo.facit quod no.Bar.in l.ciuitas,ff.ſi certum pe.
& quid de prælato, & capitulo delinquente no.in cap.delictum,
de reg.iur.libro ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Gregoriana conſtitutio non eget epitone.*
*In depoſito quanta cuſtodia ſit adhibenda.*
*Ex eius iactura quãdo teneatur depoſitarius, etiã de caſu, & nu.2.*
2 *Contra depoſitarium quo caſu locati teneatur actione.*
*Caſu qui tenetur, etiam culpa tenetur, non contrà.*
*Culpa ex quibus contingat.*
3 *Depoſitum cui dandum mortuo deponente, ſi de hæreditate litigetur, & quo obſeruato.*
*Quibus caſibus reuocari poſſit, & nu.6.§.pen.*
4 *Compenſatio contra ipſum quando admittenda.*
*Perfidia quando in depoſito dicatur committi.*
5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.6.*
*Locator, & commodatarius quæ præſtare teneantur.*
*Dolus contrarius eſt bonæ fidei, cui dolo quæ comparentur.§.1. & num.8.*
*A depoſitaric ſolus dolus præſtatur.§.1. & quando culpa, ibid. & num.8.*
*Contractus qui dolum malum tantum, qui dolum & culpam recipiant, ibid.*
*Hæres cui culpæ ſit obnoxius, ibid. & quando infamis fiat.§. penul.*
*Depoſita pecunia ut ea utar, quando depoſiti teneor, & quo caſu meo periculo eſt.*
*Fideiuſſorem certum ſi conſtitui dare, eo nolente quid iuris.*
*Compenſationi locus quando non ſit, unus caſus.§. fin.*
7 *Additio gloſſarum, & ſequen.*
*Depoſitarius quàm deligens eſſe debeat, & quando contra eum præſumatur.*
*In alieno qui non adhibet diligentiam, quam in ſuo, præſumitur aduerus eum male.*
8 *Dolus ubi præſtatur, & lata culpa, excipiuntur caſus.*
9 *Ex depoſito quando dicatur tranſire dominium, ut eo uti poſſim.*
10 *Compenſatio dicitur in iudicio, & quod ſit, & quib. caſibus non admittatur.*
*Deductioni locus extra iudicium.*

CAPVT II.

1 BOna fides. Gregorianum † eſt, &
ſe ſummat, & inſtruit
ad quid teneatur depoſitarius, & quomo-
do depoſitum repetatur. ſecunda ibi, Sane
[Rebus tuis] arg. contra.67.di.§.neceſſe, ad fi.ibi dicitur,
ꝙ maior cura debet haberi in rebus proprijs: ibi ſolui
tur [Amiſiſti] Quid ſi ſuperueniente igne non poteſt
utrique ſuccurrere, & ſic ſaluat ſuas? non puto, quòd
tunc præſumatur fraus, arg.ff.de iudi.ſi lõgius.23.q.5.
ſi nõ licet.ff. ad Sil. ſi quis in graui.§.ſi cum omnes.ff.
loca.in naue Saupheli, in fi.& hoc, niſi depoſitæ præ-
cioſiores eſſent ſecũdum quoſdam, nam & alienis ta-
les ſuas proprias prætuliſſet, Hoſt.[De culpa] leui, & le-
uiſſima, ſecundum Gof.& Hoſtiẽ.Pe.& Abb.quò ad
primum caſum [Obtuliſti] hic ſoluitur quæſtio ſchola
ris, qui ſe obtulit ad libri cuſtodiam, de qua Bar.Brix.
2 in quæſtio.dominicali, cum quidã ſcholares [Pro † cu-
ſtodia] non tamen tenetur tũc actione depoſiti, ſed lo-
cati, ſi quantitas fuit data. Si uerò ſpecies, per act.præ-
ſcrip.uerbis, inſti.mandati.§.fi.ff.eo.l.1.§.ſi quis ſeruũ,
& hic tenetur tantum de leui, Inno.& de periculo ex
ea proueniẽdo.ff.loca.l.1.§.qui per mercedem, Hoſt.
Pe.& Abb.hoc caſu concor.iſtum nõ teneri de leuiſ-
ſima, maxime cum contractus iſte fiat gratia utriuſq;
[Recepiſſes] idem in caſibus ſequen.nam ſi in illis tene-
tur de caſu, multo fortius de culpa. Sed quia hoc non
conuertitur, ideò caſus hos ſeparat ſecundum Hoſti.
& ponit Hoſt.ver.Culpa, mora, pactum, & gratia pro-
pria caſum. Depoſiti ſubeunt, merces, oblatio culpã.
Abb.uerò ponit, gratia, dolus, mora, pactum, pericu-
culum prę́ſtant [Pacto] de hoc, & de his, quæ ſequun-
tur dic ut dixi, ſupra ti.1.c.vno [Culpa] quæ poteſt eſſe
in negligendo, in abutendo, & delinquẽdo: exempla
3 collige per gloſſ. [Depoſitori] ſi mortuus † eſſet, & duo
de hæreditate litigant, & quilibet repetit depoſitum,
dabitur ei, qui cauet de defendendo contra reliquũ.
ſi neuter cauet, deponetur in ædem ſacram.ff. depo.
l.1.§.apud Iulianum. & ibi no.ꝙ ſi uterque vult caue-
re, dabitur prius uenienti: ſi ambo concurrant, locus
eſt gratificationi.bene facit de reſcriptis, duobus, li.6.
[Reuocare] fallit.22.q.2.ne quis, & in caſibus quos ha-
bes.ff.c.bona fides, ſ.cum fur deponit apud dominũ,
& cum concurrit dominus cum fure, & cũ bona de-
4 ponentis ſunt cõfiſcata [Compenſationem] ceſſat † com-
penſatio propter odium [Perfidiæ] vt in depoſito pro-
pter dubium, ut quia non eſt liquidũ, ut hic in fi.pro-
pter fauorem, vt in tributis, qui debẽtur fiſco.ff.de iu-
re fiſci, aufertur.§. qui compenſationem [Perfidiam]
eſſet perfidia, ſi is, cuius fidei rem meam cuſtodiendã
commiſi, illam reſtituere denegat, uel non fide cuſto
dit [Liquida] per hoc no.Ab.ꝙ emphyteuta poteſt do-
mino opponere compenſationẽ, ſi dominus ex cau-
ſa mutui ſibi dedit.5.ad quæ ex penſione emphyteu-
tica ſibi tenet, & de hoc in ſpe.de loca.§.nunc aliqua,
5 de iure emphy.uer.79.¶Prima † gl.reſpõdet per quę-
ſtionem, an præſumptio ſufficiat ad ſententiam.¶Se-
cunda glo.licet ordine turbato, ſic reſpondet in mo-
dum ſum.in quibus rebus conſiſtat depoſitum, an de
ponens poſſideat, quomodo reſtitui debet res depo-
ſita, & ad quid tenetur depoſitarius. præmitti poſſet,
quid ſit depoſitum, & unde dicatur, quod uide.ff.eo.
l.1.in prin.& dixi ſuper rubrica. ¶Vlt.gl.no.compen-
ſationem fieri &c.ſignat contrarium, & ſoluit. ¶[In 1.
6 † glo. ibi.l.1.] locator horreorum conductori præſtare
non cogitur periculum incẽdij, vel effractionis latro-
num. Sed ſi illęſis horreis ex depoſitis rebus aliquid
perijt, tenetur [& ibi.§.quod uero ſenectute] Commoda-
tarius damnum contingens incendio, ruina, uel ſimi-
li modo non præſtat, niſi cum poſſet res commoda-
tas ſaluare, ſuas prætulerit [& ibi, ſi dolo] ibi dicitur, ꝙ
dolus contrarius eſt bonæ fidei. ¶[In gl.2.ibi.§.2.] dici-
tur ibi, ꝙ quia nulla uerſatur eius utilitas, apud quem
deponitur, ideo ſolus dolus prę́ſtatur [& ibi, contractus]
ſequitur, quidam dolum malum dumtaxat recipiũt,
ut depoſitum, & precarium: dolum, & culpam man-
datum, commodatum &c. [& ibi, ſi fideiuſſor] uide de
crimi.fal.ad falſariorum, ſuper ulti.gl. [& ibi.§.pe.] cũ
hæres de culpa teneatur, quærit & ibi textus, an ſo-
lum de illa, quæ dolo eſt proxima, an etiam de leui, &
de diligẽtia [& ibi.§.is quoque, apud quem] ibi dicitur ma-
gnam negligentiam in doli crimen cadere [& ibi.§.la
ta] ſequitur, culpa planè dolo comparabitur [& ibi, ſi
pecunia] ſi deponitur penes te pecunia, adiecto ꝙ uta-
ris, ſi uoles, antequàm utaris, depoſiti teneris [& ibi, Si
quis nec] ſi forte proficiſcens depoſui penes te hoc de-
ſiderantem pecuniam, quam, ſi predium emeres, ibi
poſſes conuertere, tuo periculo eſt pecunia [& ibi, qui
autem.§.2.] Si conſtitui, ꝙ certa perſona fideiuberet,
qui fideiubere non vult, Teneor ad intereſſe, uel ut
æquè idoneus fideiubeat. Sed ſi nulla mora interceſ-
ſit, non teneor. ¶[In glo 3.ibi, & §.penul.] ſi apud te de-
poſuero, ut poſt mortem tuã reddas, uel ut poſt mor-
tem meam reddatur, mutare poſſum uoluntatem,
& ſtatim petere [& ibi.§.illud] hæres ſuo nomine dã-
natus: quia in depoſito male uerſatus, infamis fit.
¶In



¶[In glo.ulti.ibi.§.ſi centum] uide de conſti. cum omnes,
in gl.hoc uidebatur [& ibi, ſi ex ea] rem, quam tuo no-
mine emiſti de pecunia mea, te inuito quaſi compen
ſationis cauſa in me transferri iniurioſum eſt [& ibi,
rerum] ſcilicet dotalium, quę non minuuntur propter
7 neceſſarias expenſas, quæ aliàs minuunt dotẽ. ¶[In † gl.
1.ibi, non minorem] caute dixit: quia interdum maiorẽ
aut enim eſt diligentiſsimus, aut minus diligẽs. In pri-
mis duobus nõ minorem, ut hic, & l.quod Nerua. In
tertio maiorẽ: alias tenetur.ff.ſoluto matrimo.ſi con-
a ſtante.§.ſi maritus: & hoc no.in l.quod Nerua[a] [& ibi,
eſt ſimile] adhuc plus ſimile eſt, quod dicit lex præſu-
mi contra tutorem, qui dicit, ideò non ſe fęneraſſe pe
cuniam pupilli: quia non inuenit idonea nomina, cũ
tamẽ arguatur, ꝙ eo tempore propriam collocauit,
& bene.ff.de admini.tuto.tutor.§.non eſt. Si verò nec
ſuam collocaſſet, pecunia pupillo uacabit.eo.ti.cum
plures.§.ulti.Gof. ¶[In glo.2.ibi, comparari] comparatur
8 † in hoc: quia ubi quis tenetur de dolo, & de lata cul-
pa, fallit in caſibus no. inſti.de ſuſp.tu.§.ſuſpectus, &
in infamia, quæ irrogatur per ſententiam condemna
tionis, de dolo, ſed non de culpa, ut ibi. Item in crimi-
b nibus publicis, quæ inferunt pęnam[b] ſanguinis.ff.ad
l.Corne.de ſic.l.in l.in lege. Item ob ſolum dolum iu
ratur in litem.ff.de in lit.iur. in actionibus, poteſt ad-
di, quia non ualet pactum, ne præſtetur lata culpa.ff.
depoſi.l.1.§.ſi conueniat [& ibi, ne dolus futurus] de hoc
ſupra de iureiuran.quemadmodum.§.illud, in 1.glo.
9 [& ibi, nominentur] idem hic Inn.[& in fi.] vt dicit † Gof.
quandoque in depoſito tranſit dominium in depoſi
tarium, ſ.quando res conſiſtit in numero, põdere, uel
menſura, & conuenio idem, vel tantundem eiuſdem
generis reddi, etiam ſi tacite id eueniat, ut quia depo-
no prædicta non conſignata, nam ſi clauſa, vel con-
ſignata depoſui, tacitè prohibuiſſe uideor, ne depoſi-
tarius illis utatur: probantur hæc.ff.depoſi.l.die.§.1.cũ
tribus legibus ſequentibus. ¶[In glo.3.ibi, depoſitum] etiã
cõtra pactum appoſitum per iura ſtatim alleg.[& ibi,
ſuo nomine hoc intelliges per no.de re iudi.cum te, in fi-
10 ne. ¶[In glo.no.quòd, ibi, pro parte] uel dic † compenſatio-
ni in iudicio: deductioni extra iudicium, Hoſti.& cõ-
penſatio eſt debiti, & crediti hincinde facta contribu-
tio, Pe.ff.de compen.l.1.Ab.[& ibi, contra depoſitum] ca-
ſus, in quibus non admittitur compenſatio, no.ff.de
compen.ob negocium. ¶[In glo.ulti.ibi, duos menſes] nec
ex hoc temporis ſpatio fit deterior conditio repeten-
tis debitum, de quo conſtat, cum & uſque ad.4.men-
ſes non debeat diſtringi ad ſoluẽdum. C.de execu.rei
iudi.le.2.& 3.& no.de off.deleg.quærenti, ſecundum
Hoſti.[& in fi.] dicebat Phi.in cautionibus, & ſtipula-
tionibus compẽſationem fieri, inducit.ff. de dam.in-
fec.qui bona.§.ſi quis: quia, cuius caſum vide in ſuffr.
infra titulo primo, cum dilecti, ſuper glo.2.allega.etiã
ff.de compenſatio.ſi ambo.§.ulti.ubi etiam gloſſ.po-
nit exemplum per prædictum.§.

ANNOTATIONES.

a ¶Nerua, Vide pleniſsime per Bar.in d.l.quod Nerua, ff.de depo.&
Bal.in l.quæ fortuitis, C.de pigno. act. & uide Bar.ff.ſolu.matri-
mo.l.1.per quam.l.ibi limitat Bar.iſtam materiam.
b ¶Pœnam. Vide hunc paſſum plenius per Bar.in l.1.§.non autem
ff.ſi quis teſtamento lib.iuſ.eſſe fuerit, & l.quod Nerua, prælle-
ga.& per di. Barto.de Sali.in l.ſi in curſu, C.depo.& per Bal.in le.
quæ fortuitis, C.de pigno.acti.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
*Emptio, & uenditio fiunt utriuſque contrahentis gratia.*
*De eis in quibus alijs iuris canonici, quàm hic, locis agatur.*

## De emptione, & venditione, Rub.

1 Nunc † uideamus de contractibus, qui fiũt gratia utri-
uſque, & primò de emptione, & uenditio.dicit Hoſti.
poſt tractatus contractuum, per quos perceptio fru-
ctuum, uel uſus, & commodum rei, ſeu cuſtodia trãſ-
fertur. ſubmittit de contractu, per quem transfertur
2 dominium. facit † ad materiam de pę.di.5.quaſi per
totum. Conuenit de reſcrip.nonnulli.2.reſpon.de re-
ſti.in inte.conſtitutus, de teſti.cũ cauſa, de fide inſtru.
cum Io.de iure pa.de iure, & c.præterea.2.de ſimo.in
tantum, de Iudæis, ad liberandam.2.cã.pe.& de furtis,
cap.1.de uſuris, cum tu, & c.in ciuitate, & c.ult.de pur.
can.accepimus, ubi infamatus de uenditione iuſtitiæ
debet ſe exinde purgare de his, qui cogebãt eccleſias
vendere nouiter acquiſitas, de immu.ecc.cap.primo,
in fi.li.ſexto, uel prohibeant eis aliquid uendi, uel ab
eis emi.eo.titu.cap.fina.de uenditione fructuum, de
re.eccle.non alie.cap.1.in fine in clemen.

SVMMARIVM.

1 *Hoſpitales presbyteri, & plebes eſſe debent.*
*Eleemoſyna facienda de nouem partibus, data decima.*
*Parochiani ad quæ teneantur.*
*Vendere carius non licet, nec uendita tardè tradere licet, & quibus. & quo pretio uendere quis debeat, nu.3.& 4.*
3 *Vendere an liceat eccleſiæ ultra iuſtum pretium.*
4 *Vendere an quis cogatur, & quæ, & quo pretio, & quando.*
*Neceſſitas excuſat à furto, & ab excommunicatione.*
*Epiſcopi defenſioni, & correctioni laici, & qui ſubditi, & nu.5.*
5 *Additio gloſſarum.*

CAPVT I.

1 PLacuit Breue eſt: & eſt unus
ſenſus literę, † ꝙ presby
teri debent eſſe hoſpitales, & mone-
re parochianos, ut non carius ven-
dant &c. & tũc ſic conſtrue, Placuit,
ut presbyteri hoſpitales ſint, & ut ple-
bes ſuas admo.ut nõ carius &c. Alius
ſenſus, prout litera ſonat, ſ.ꝙ presbyteri admo. par.ut
ſint hoſpi.&c. Et dicit Hoſti. [hoſpitales] i.eleemoſyna-
rij, & charitatiui quò ad pauperes, nec enim ſufficit
2 dare integram † decimam niſi de nouẽ partibus fiat
eleemoſyna.16.q.1.decimæ, & c.reuertimini, ad hoc
de decimis, capitulo primo. Item ꝙ nõ carius uendãt
diuitibus, ſ.quibus non tenentur eleemoſynam dare
1.q.2.paſtor. Quantũ uerò ad hoſpitalitatem ſint cõ-
tenti monitione epiſcopi, & presbiteri: quantum ad
ſecundum poterunt coercere, vt iam dicam, ſecundũ
Hoſtien. [Vendant] & uendita tarde non tradant. C.de
actio.emp. cum uenditorẽ [Quàm mercator] no.10.q.2.
3 hoc ius porrectum, ꝙ † ſi eccleſiæ uolenti uendere rẽ
ſuam offeratur ultra iuſtum precium, non recipiet il-
lud ultra, cui concor.H.Sed La.contra [Vendere] com
muni precio.ff.ad.l.fal.precia: & hoc eſt periculoſum
officium: quia difficile eſt inter vendentes & ementes
commertium &c.de pę.diſtin.5.qualitas, & c.ſequen.
4 [Poſſunt] contra † non cogitur quis uendere, ſi preciũ,
uel menſura ſibi diſplicet.ff.de contrahẽ. emptio.im-
peratores, Vin.Item cõtra.C.e.l.dudum, & l.inuitum.
C.man.in re mandata.C.de iude.nemo exterus.So.iu
ra illa locum habẽt à prin. ſed ex quo quis rem ſuam
uęnalem exponit, diſtingui poteſt, vt iuſto precio uẽ-
dant, ad hoc iura, quæ inducam ſuper glo.& hoc pla-
cet Ia.Bal.& Azo.ſed Hoſtien.dicit, ꝙ illa iura hic fal-
lant, & eſt ſpeciale cõtra regulam, & ratio ſpecialitatis
humana neceſsitas, quæ etiam hoc caſu in totum, uel
partẽ excuſat à furto, infra de fur.ſi quis per, & ab ex-
com-

communicatione.11.q.3.quoniam, de ſen.excom.in-
ter.unde & tota die uidemus, ꝙ de conſuetudine co-
guntur homines uendere granum,& alias res ſuas tē-
pore cariſtiæ, de feri.licet, Dominus meus in legibus
dicebat tria conſideranda,ſ.ſimpliciter uendere:ſecū-
dum uendere minus iuſto precio.3. uēdere iuſto pre-
cio. Ad primum nullus cogitur. C.de iure deliberan.
nec emere, nec ad ſecūdum.ff.ad l.Iuliam de am.l.fi.
Circa tertium dicebat duobus modis rem conſiderā
dam: uno modo ſingulariter, & tunc non compellit
ſingulariter uendere.ff.rerū amo.non enim alio mo-
do conſideratur hæc res in communi, ut cum præci-
pitur libram carnis, menſuram bladi, uel uini pro tā-
to dari, & tunc qui uenalem exponit, pro precio ta-
xato vendere tenetur, ut hic, & in.§.cura carnis. Alij
dicunt in uictualibus ſpeciale, ꝙ qui rem uenalem ex
poſuit, iuſto precio uendere cogitur, ut in.§.cura, &
ff.de mu.& ho.l.fina.§.item epiſcopi. In alijs, puta do-
mo, precio,& his ſimilibus ipſe ſit rei ſuæ moderator
& arbiter.C.man.in re mandata [*Alioquin*] i.ſi non pa-
rent monitioni presbyteri curati [*Illius*] ſ.epiſcopi diœ-
ceſani, & no. Inno.defenſionem peregrinorū ad epi-
ſcopos,& presbyteros pertinere [*Humanitate*] i.æquita-
5 te,& pietate. ¶[*In* † *glo.2.in fi.*] ſed nos contra, niſi eſſet
notorium: quia tunc poſſet excommunicare, uel in-
terdicere,niſi emendaret, Innocen. ¶[*In glo.2.ibi, olim*]
& infra de peculi.cleri.ca.2.& 3.[*& in fi.*] uel loquitur
ſecundum ſtatum primitiuę eccleſię,quando omnes
cauſæ deferebantur ad clericos,infra qui fi.ſint legi.p
uenerabilem,Gof.unde uidetur hoc officium iudicis
ſecularis.ff.de offici.prę.ur.l.1.§.cura carnis: dicit Ho.
ꝙ cōtra peccati correctionem nō currit conſuetudo,
ſupra de conſue.cum uenerabilis,& epiſcopus hoc ca
ſu habet ordinariam etiam à lege ſecundū quod vno
modo legitur,C.de epi.au.le.1.& l.canonica,& ciuilis
concordant, ꝙ epiſcopi peccata corrigant, de offici.
ordi.capitulo primo,in auct.ut cleri.apud propri.e.§.
ſi uerò eccleſiaſticum, colla.6.& ꝙ defendant paupe-
res, & oppreſſos.77.diſt.cap.1.23.q.5.adminiſtratores
24.q.3.ſi quis depo.& c.ſeq.ad idem in auct.ut diffe.iu
di.§.1,& §.ſi uero cōtingerit, 1.& 2.& §.in ciuitatibus,
colla.9.& de ſanctis.epiſcopis.§.ut autem omnis,col-
la.e. Et refert Abb. ꝙ audiuit magiſtrum ſuum indu-
cētem hoc capitulum pro iuriſdictione eccleſiaſtica
contra temporalem, ut poſſet punire quoſdam, qui
farinam fabarum miſcebant ex re vænali, ſicut punit
plus debito uendentes.

*SVMMARIVM.*

1 *De menſurarum diuerſitate, & falſitate remittit.*
*Item de pondere.*
*Ea, uel eo non iuſto quando liceat uti, caſus: aliàs quæ pœna ſit, num.2.& 3.*
*Pœnitentiæ ſunt arbitrariæ, ſecus antiquitus.*
2 *Suffragium gloſſarum.*
3 *Additio gloſſarum.*
*Statera iuſta etiam in iudicijs uti debemus.*

CAPVT II.

1 EX menſuræ. Breue eſt:& de † mē-
ſurarum diuerſitate,
infra de cēſi. ex parte [*Iuſta*] remittit Hoſt.
ad ſum.eo. titu.§.quibus menſuris [*Ponde-*
*ra*] cum quid iuris, plene no.ff.de dolo, arbitrio.§.de
eo [*Lucri cauſa*] ſecus ergo, ſi ſic conueniret inter con-
trahentes.ff.eo.imperatores, hic enim ſolum falſitas,
& cupiditas reprehenditur [*30.dies*] hodie pœnitentiæ
ſunt arbitrariæ, & ſic de pœnitentia canonis parum
2 curamus. ¶[*In* † *gloſ.1.ibi, in Dardaniarios*] falſus modus
menſurarum pro modo commiſſi criminis extra or-
dinem punitur. ¶[*In glo.2.ibi, annonam*] diuus Adrianus
pro falſa ſtatera pœnam l.Corne.imponit, & pro fal-
3 ſis menſuris in inſulam relegauit. ¶[*In* † *glo.1.ibi, omnis*
*qui*] per quæ iura probatur, ꝙ etiā in iudicis uti debe-
mus iuſta ſtatera, ad idem de re iudi.cum æterni. ¶[*In*
*glo.2.ibi, de falſis*] cuius pœna eſt publicatio bonorum,
& deportatio.ff.ad l.Corne.de fal.l.prima Abb.ſed per
l.all.in glo.probatur, quòd alij relegantur,alij in opus
publicum mittuntur.

*SVMMARIVM.*

1 *Cum nenditio ſit minoris dimidia iuſti pretij, in arbitrio emptoris uel rem reſtituere, uel pretium ſupplere, de quo uide opiniones num.2.cum limitati.*
*Delegati ſi plures ſunt, unus procedere non poteſt, exceptis duobus hic caſibus.*
2 *Ad duo obligatus, ſi unum dare non poteſt, dare licet alterum.*
*In alternatius obligationibus quæ petitio, & quæ condemnatio ualida, & num.4.*
3 *Supplementum pretij, uel reſciſſio contractus in quibus ultra uēditionem contractibus liceat.*
4 *Errorem patentem iuris ſi contineat ſententia, non tenet, nec appellatio.*
*Petere plus cauſa quando quis dicatur, & nu.2.in fiu.*
5 *Contractus nullus, non poteſt ex facto haberi ratus.*
*A uenditione quibus ex cauſis liceat abire, & nu.7.*
L *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.7.*
*In pretij deceptione tempus contractus inſpicitur.*
*Contractus, cui dolus cauſam dat, an & quando teneat.§.in gloſſ.ulti.iuncta ipſa gloſſa, & num.8.& 9.& quibus contra ipſum modis ueniri poſſit, ibid.*
8 *Additio gloſſarum.*
*Petrus de Bella pertica dicitur fuiſſe legiſta modernus tēpore quo hæc ſcripta ſunt a Ioan. And.*

CAPVT III.

1 CVm dilecti. Caſus.Cum res † vē-
ditur minus dimidia
iuſti precij, in arbitrio eſt emptoris, vt vel
rem reſtituat recuperato precio, vel iuſtū
precium ſuppleat.& 1.pars factum,& proceſſum nar-
rat.ſecunda diffinit ibi, Quia uerò in arbitrio [*Siluam*]
canonicorum. ſ. [*Proceſſit*] conſtitit de impedimento
collegæ, uel ex ipſius ſubdelegatione [*Non tenere*] iu-
dicans, quod eſt infra ſecundum Pe.ſup.pronūciauit
2 [*Induxit*] iudex iſte † ſecutus fuit opinio. Io.Bal.quam
ſequitur Dama.hoc ti.q.1. Et Accur.C.de reſcin.uen-
di.l.2.qui dixit emptorem tantum obligatum ad rem
reſtituendam, licet habeat facultatem ſupplendi pre-
cium,unde perempta re liberatur emptor.Alij dicūt,
& placet Bartho. poſt Tancre. in uene.q.62.emptorē
obligatum alternatiue, & alternatiuè fore pronūciā-
dum.ff.de re iudi.l.miles,& ſupra de re iudica.ꝙ ad cō
ſultationem. unde perempta re nō liberatur emptor
ab obligatione precij ſupplendi.Eſt enim generale in
obligato ad duo, ſi unum dari non poſſit, detur alte-
a rum[a].ff.de iure dotium.l.plerunque.§.ultimo,& hoc
ſecutus eſt Alexan.ſecundum Goff. pro prima oppo.
facit: quia iudex non debet condemnare dominum
ſerui,qui damnum dedit in.10.pro damno, uel in ſer-
ui dationem,licet quidam ſic intelligant.ff.de re iudi-
ca.miles.§.1.de noxa.in principio: imò cōdemnat ſo-
lum in.10.& dominus liberare ſe poteſt dando ſeruū,
ff.de petitio. hæredita. item ueniunt.§.cum prædixi-
mus,& §.ſeq. Item facit:quia natura libelli nō admit-
tit incertitudinē.ff.de iniur. prætor edixit.§. quod au-
tem.dicit Hoſti.infra c.penul.contraria loqui, quan-
do reus obligatus eſt ad alterum tantum,uel quando
pro



pro alternatiua ſit deterior cōditio ſua:& hoc niſi ex
cauſa incertitudo à prin. admittatur.ff. quorum lega.
l.1.§.ꝙ autem. Hic uerò diſiunctiuè oportet petitio-
nem,& condemnationem formari: quia diſiunctiuè
obligatus eſt reus: imò alterū petendo peteretur plus
cauſa, ut dicam,& facit de teſt. Rainaldus, uerſicu.de-
mū,& quod ibi dicā,& vide quod dixi de conceſ.prę-
ben.cum ſuper,in glo.quidam dicant, in fi. [*Compara-*
3 *tur*] ſed nunquid † idem eſt in locatore? reſpon.idem,
quia locatio proxima eſt uēditioni, & eiſdem ferè re-
gulis utitur.ff.loca.le.2.& l.idem ſi precio.§.ulti. Item
quæritur,an idē ſit in permutatione? dico ꝙ ſic: quia
ſimilis eſt emptioni.ff.ex quibus cau.in poſ.ea.l.vlt.ff.
de rerum permu.l.vlt.Viu.de his,& quomodo in feu-
do,uel emphyteuſi locum non habet,uide in ſpe.e.ti.
§.nunc dicendum, uer.ſed nunquid prædicta, & uer.
ſequentibus. de tranſactione no.inf.c.pe. [*Contrariam*]
4 imò quia † patentem continebat errorem, videtur, ꝙ
ab illa non fuerit appellare neceſſe.ff.quæ ſen.ſine ap-
pel.reſcin.l.1.§. Item cum [*Deceptione*] in hoc fuit pec-
catum in proceſſu decani: quia non fuit formata pe-
titio,& ſententia ſub diſiunctione,ut debuit,& docet
decre.pe.infra e. Si petitio fuiſſet bene formata, & de
ueritate conſtaret, tunc papa ſub diſiunctione mona
cos condemnaſſet,de teſtamen. Rainutius.§.finali,&
capitulo Rainaldus.§.fi. ſecundum Hoſti. & ſecundū
hoc non ob.litera ſuperior,quæ dicit iudici conſtitiſ-
ſe eccleſiam ultra dimidiā iuſti precij fuiſſe deceptā.
Dicebat etiam Abb.ꝙ quia petebāt purè,quod alter-
natiue debebatur,petebant plus cauſa, & ſic erant pu
niendi.ut ſupra de plus peti.c.uno [*Non habito*] nonne
5 agendo ex † empto approbauerunt contractum, er-
go decętero nō poſſunt dicere nullum. C.de fur.le.1.
Sol.ſicut ab initio non poteſt fieri contractus ſine ſo-
lennitate.12.quæſtio.2.ſine,ita nec ratus haberi, Inn.
Hoſt.& Abb. [*Alia cauſa*] puta enormi læſione, ſupra
de re.eccle.non alie.ad noſtram,uel quia non conſen
ſit epiſcopus,de his quæ fi.à præla.c.1.& c.tua,& c.pa-
ſtoralis,uel quia dolus dedit cauſam contractui, & de
6 hoc in glo. ¶Secunda † glo.quęrit,& ſoluit. ¶Quarta
glo.obijcit,& ſol.ultima diſtinguit contractus bonæ-
fidei,& ſtricti iuris, & an dolus contrahentis, vel alte-
rius det cauſam cōtractui,an incidat,an ſine dolo de-
cipiatur in precio,& tunc aut ultra dimidiam, aut nō
7 ultra. ¶[*In* † *glo.2.ibi, ex mille.§.1.*] uide de reb.eccle.non
alie.ad aures,ſuper glo.2.[*& ibi, ſi uoluntate in fi.*] ibi de-
ceptus in precio non agit,niſi deceptus fuerit vltra di-
midium, conſiderato cōtractus tempore [*& ibi.l.pe.*]
uide de uſur.nauiganti,ſuper gl.pe.[*& ibi, Si quis*] quia
ſi in ædium mearum poſſeſſionem miſſus es, quia ti-
bi non cauebam,à te miſſo ego propter alias ædes vi-
cinas,quas habeo, non poſſum petere per te mihi ca-
ueri,cum in illas miſſus ſis:quia ego non caui. ¶[*In glo.*
*ulti.ibi, & eleganter*] ibi dicit textus,nullam eſſe uendi-
tionem,ſi in hoc ipſo, ut uenderet circumſcriptus eſt
[*& ibi, ſi quis cum aliter*] ſequitur,conueniſſet obligari:
aliter ſi per machinationem obligatus eſt,erit ſubtili-
tate iuris aſtrictus,ſi doli exceptione uti poteſt [*& ibi,*
*cum poſtea quam*] ſi uictus circumuenit uictorem, ut ei
caueret, nullam ſe controuerſiam moturū, pactū eſt
irritum [*& ibi, eligantur.§.1.*] Si minor circumſcriptus
ſeruū uendidit,& emptor fuit in dolo, tenetur ex em
pto:aliàs uenditio nulla [*& ibi, bonam*] ſequitur, fidem
in contractibus conſiderari æquū eſt [*& ibi, ſi quis collu-*
*dente*] Sequitur, procuratore meo ab eo emit,an poſ-
ſit agere ex empto,& puto eatenus, ut aut ſtetur em-
8 ptioni, aut diſcedatur. ¶[*In* † *glo.2.ibi, ſpectandum*] idem
b Gof.& Innocen.[b] ¶[*In glo. ſed eum, ibi, decepta*] forte nec
de ignorantia capituli conſtabat, nec de deceptione
precij ſecundum Inno. ¶[*In glo.ulti.ibi, uenditurus*] ponit
Hoſtiē.exemplum in eo,qui habebat pulcherrimum
corpus iur.aliàs non uenditurus: ſuaſi, ut uenderet:
quia alia cōpilatio facta erat, qua publicatā parū ua-
leret illa. Dicit etiam in poteſtate uenditoris eſſe hoc
caſu,an uelit dicere contractum nullum,an cōtra de-
cipientem agere de dolo, ut in l.eleganter,unde dixit
Bul. præceſſit uenditio ut infirmanda.ff. de dolo, ar-
9 bitrio. & l.quod uenditor [*& ibi, non tenet* † *contractus*]
hoc tenet etiā gl.in legibus ſtatim alleg.& C.de inutil.
ſtipula.l.dolo.Sed quidam moderni legiſtæ, ut Pe.de
Bellaperti.contra dicentes, quòd ſicut cōtractus ſtri-
cti.iur.tenet, licet dolus dederit cauſam,ſic & contra-
ctus bonęfidei inducit,ꝙ non habet legem contra ſe.
Item quia quotiene contractus habet ſecūdum ſuam
formā propria eſſentialia, tenet ipſo iure, nec per ex-
trinſeca tunc annullatur.ff.de pactis iuriſgentium.§.ſi
ob maleficium non obſtat ſecundum eū l.eleganter,
in principio,quæ dicit uenditionem nullā, quia illud
uerum,ſi opponatur, uel ponderato effectu non ob-
ſtat, quòd in contractibus bonæfidei exuberat bona
fides: quia illa exuberantia non inducit nullitatem.
Sed hoc operatur, ut purgetur in eis dolus per actio-
nem de dolo.C.de inutil.ſtipulatio.l.dolo.non obſtat
ff.pro ſocio.l.3.in fine, de mino.in cauſæ.§.quia, dicit
in pręlega. le.3.in fi. nullam dici ſocietatem oppoſita
exceptione ab homine: inducit ꝑ ſe: quia in metu eſt
dolus,& tamen contractus bonęfidei per metum ini-
tus non eſt nullus.ff. quod metus cauſa.l.metū. §.uo-
lenti:ſed huic glo.reſpondet in præ.l.dolo, diſtinguēs
dolum apertum & uelatū. Ad aliquid.ſpeciale tamen
eſt in dote: quia ſi decipiatur quis minus dimidia, &
ſine dolo, ſuccurritur ei, ut ſi æſtimatio non eſt bene
facta.ff.de iure dotium.l.iure ſuccurſum.§.ulti.unde,
ſi mulier decepta eſt, ꝙ ſeruū minori precio æſtima-
tum dedit in dotem,reſtituitur ſecundū diſtin.l.ff. eo.
titu.ſi res.§.1. ſecundum Vin. qui hoc no.infra cap.2.
[*& ibi, eleganter.§.1.*] uide quod dixi in ſpec.de dolo, &
contu.in fi.1.partis [*& in fi.*] adde quod no.20.q.1.cō-
ſtituit, in ulti.gloſſ.& infra de conuer.coniu.dudum,
in gloſſ. antepe. Hoſtien.de materia gloſſ. remittit ad
ad ſum.eod.titu.§.qualiter reſcindatur.

ANNOTATIONES.

a ¶Alterum. Vel æſtimatio.rei peremptæ, ſi ſit precioſior, & ſic illā creditor pōt petere, ut no.in l.Stichū, ff.de ſolu.ubi materia iſta plene per Bar.& quid in legato alternatiuo, perempto uno? uide in l.ſtatulibe.§.fina.ff.de lega.2. & l.huiuſmodi.§.Stichum, ff.de legatis primo.

b ¶Innocen. Vide glo.& doct.in l.2.præallegata,& ſcias,quòd Bal. in l.1.de præſcrip.30.an.tenet,quòd remedium illius.le.& iſtius, capituli non habet locum in re vēdita ad ſubhaſtatio. allegat.l.2. C.de prædi.nauiculariorum, lib.11.quòd eſt notandum.

*SVMMARIVM.*

1 *Vxor emptorem rei donatæ à uiro propter nuptias, interueniente ſuo expreſſo conſenſu an queat inquietare poſteæ, & num.2.& 3.in fi.& nu.7.*
2 *Vxor an ſibi præiudicet non agendo intra tempus 30.ann. contra bona uiri, & quando, & nu.3.ad dict. facultatibus, & nu.5.*
3 *In preſcriptione longiſſima quæ non requiruntur.*
*Scæuolæ tuos quis.*
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.5.*
*Vxor ſi ſæpe pro uiro intercedat, non tenet, niſi in utilitatem mulieris probetur factum.*
*Taciturnitas inducit agnitionem hæreditatis.*
6 *Additio gloſſarum.*
*Dotalia bona quibus caſibus alienari poſſint.*
7 *Donatione propter nuptias conſulitur mulieri, & in quo.*

CA-

## C A P V T IIII.

1 PEeruenit. Caſus ſecundum textũ. Si vir † habẽs alia bona,
unde uxor ſibi conſulere poterat, conſen-
tiente uxore rẽ ſibi donatam propter nu-
ptias uendidit,& in uſus ſuos, & uxoris precium con-
uertit,emptorem,qui rem ſpacio.30.annorum poſſe
dit,ſuper illa re vxor inquietare non poteſt'. ſecundũ
glo.Si vir rem donatam propter nuptias uendidit, eo
mortuo vxor emptorẽ ſuper illa inquietare non põt.
Communis diuiſio.ſecunda ibi: quia igitur. Dicebat
Hoſ.facti narratio,agẽtis petitio, petitionis exceptio,
2 conſultationis reſpõſio[ *Expreſſum* ] unde † uidebatur
indignum,ꝙ contraueniret[*Quantitate*] ſi ſubaudis, ꝙ
poſt biennium conſenſit, cum uir haberet in bonis,
tunc decre. plana ſecundum Hoſt. [*Præſumit*] domũ.ſ.
repetendo.B.[*Non potuiſſe*] bene dicebat,niſi aliud iun
gatur[*30.annis*] ſi ſuppleas, Computandis ab eo tem-
pore, quo maritus cœpit ad inopiam uergere, & ſua
ſubſtantia male uti, plana erit decre.ſecũdum no.inf.
de dona.inter uirum & uxo.per ueſtras, ſecundũ Ho.
& tunc,quod ſequitur,de conſtante matrimonio,nõ
3 eſt contra allegantem:aliàs ſecus[*Iuſto*] licet † in præ-
ſcriptione longiſſima hæc non requirantur, ſecundũ
legem tamen allegabantur: quia allegabatur in foro
eccleſiaſtico,Goſ.[*facultatibus*] nec etiam hoc prodeſt
ſecundum Inno.quia licet tunc agere poſſit, non ta-
men cogitur.C.de iure do.l.ubi[*Conſulere*] utraque di-
ctarum mulierum ius habebat[*Si uera ſunt*] more Sce-
uolæ.j.qui cleri.uel uo.inſinuante, Hoſti.& per hanc
literam dici poteſt,ꝙ decre.inducit ſpecialem caſum,
ſecũdum quem concurrentibus omnibus his expreſ-
ſis tutus ſit emptor, quod ſatis placet: ſi.quod dixi de
4 offi.delega.conſultationibus.¶Prima † gloſſ.obijcit,
5 & dupliciter ſoluit. ¶*In 1.† glo.ibi,ſimile*] hoc intelliges
per no.de præſcrip.cum non liceat, in ultima glo.[*&*
*ibi,ſi qua mulier*] alias hodie ſi mulier, ubi ſi coniux pro
uiro intercedit,etiam ſi pluries id fiat, non ualet, niſi
in mulieris utilitatem pecunia impenſa probetur[*&*
*ibi,ſi filius*] filiusfami.qui delatam ſibi hæreditatẽ lon-
go tempore detinuit, uidetur agnouiſſe, & patri eius
6 commodum acquiſiuiſſe.¶*In † glo.1.ibi, pro parte mari-*
*ti*] i.pro parte,quæ in uſum mariti ceſſerat,nec ꝓ alia:
quia de bonis mariti debet ali, Innoc.& dicit Abb.ꝙ
audiuit magnos ceſpitare ĩ intellectu huius uerbi[*&*
*ibi,non eſt multum*] imo in caſu ſecundum Hoſti.puta,ſi
propter alendos, vel redimendos communes paren-
tes,quos uiuos habebat, hanc domum diſtraxerant,
quo caſu ualeret etiam alienatio prædij dotalis. ff. ſo.
ma.le.quamuis. Idem, ſi uendita fuit domus ad redi-
mendum prædia dotalia maiores habẽtia reditus.ff.
de iure dotium.l.finali[*& ibi,communia*]vt in Hiſpania,
7 Vincen.[*& in fine*] hæc lectura † glo.communiter pla-
cet doctoribus. per quę etiam no. Abb.ꝙ factum iu-
dici notum iuuat partem, etiã ſi per illam ſe non æſti-
met excuſari. Hoſti.autem dicit, ꝙ ſolutio gl.non ua-
let unam fabam. Conſtituitur enim donatio propter
nuptias, ut per ipſam conſulatur mulieri nequeunti
aliter dotem ſuam recuperare,& proptere à prohibe
tur alienatio,nec ualet mulieris conſenſus, ſicut hoc
probatur in autentico, de æqualita.do.§.hæc igitur,
& ſequen.& §.his conſequens,& ſequen.collatio.7.&
in autentico, ut immo. ante nup. collatio. 5. & uide
quod dicam de donatio.inter uirum, & uxorem, ca-
pitulo finali in glo.ad quid. Dicit ergo per ea,quæ ſe-
cundum eum,ſupra dixi.colligi tres ſufficientes ratio
nes, quarum quælibet per ſe ſufficeret, multo magis
ſimul iũctæ: quia triplex funiculus, & cetera de treu-
ga & pace,capitulo primo. Eſſet etiam ſecundum eũ
plana litera, ſi diceremus iuramentum interueniſſe,

*S V M M A R I V M.*

1 *Emptor fictus, qui uerus eſt creditor, reſtituere cogitur rem uerè*
*pignoratam ſorte ſoluta, fructibus computatis in eam.*
2 *Contra mutuantem quando male præſumatur.*
*Vſurario promiſſa pœna omnis reputatur fraudulenta.*
3 *Iuramentum quoque præſtitum habetur ſuſpectum.*
*Contra uſurarios de facili præſumendum.*
4 *Hi quibus modis palliare fraudem in contractibus procurent, &*
*num.5.*
*Fundandi legem quattuor modi, & qui.*
5 *Contentum pro continenti figura.*
*Oliuæ pro arboribus.*
6 *Ad uenditionis reſciſſionem, uel pretij ſupplementum quare hĩc*
*non agebatur.*
*Dolus nemini patrocinari, imò nocere debet.*
7 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.8.*
*Ex quantitate modica quando præſumatur dolus, uel ſimulatio,*
*& num.9.§.pen.*
9 *Additio gloſſarum.*
*Vſurarij quibus modis compellendi ad reſtitutionem.*

## C A P V T V.

1 AD noſtram. Caſus. Fictus † emptor, q verus eſt cre-
ditor, reſtituere cogitur rem in veritate pi
gnoratam,ſed fictè uenditam, ſi ſatisfactũ
eſt ſibi de ſorte,fructibus computatis.Prima narrat fa
ctum. Secunda dat iudicem. ſecunda ibi, Quia igitur
[*Perueniſſe*] non dicit per quem: ſi.de iureiurando, ad
noſtram.2.[*Ab.M.*] uſurario, ſecũdũ Egidi.[*Mutuum*]
2 quia † fraus hoc caſu præſumitur eo ipſo, quòd mu-
a tuum peto, bonorum meorum offerẽs hypothecã[a];
& creditor dicit, nõ mutuabo, ſed paratus ſum eme-
re: & pro eodem precio uſque ad certũ tempus red-
dere præſumitur uſurarius,maxime ſi modicum pre-
cium interuenit,ut hic,ad idem.ff.ad Velleianũ. quã-
uis §. ſi cum eſſem, ſecundum Hoſtienſem, qui etiã
dicit hic, quòd omnem pęnam promiſſam uſurario,
ſi non ſoluatur ad terminum,reputat fraudulentam,
argumen.ff.de actionibus empti & uenditi.l.Iulianus
3 §.idem Papi.& omne iuramentum † habet ſuſpectũ,
de renunciatio. ſuper hoc, de hoc remittens de iure-
iurando, debitores, & dicit de facili contra uſurarios
præſumendum: quia peſſimum genus hominum,
& quia ſic præſumi expedit animabus ipſorum,argu-
mento de ſponſa. iuuenis, de uſuris, in ciuitate.ff.de
re milita. non omnes.§.à barbaris.C.de uſuris, cum
allegaſ. & de reſcindenda uenditio.le.ueritas. faciunt
enim multas baratarias nunc emendo, nunc partim
emendo, nunc partim uendendo, quæ uere ſunt ba-
ratariæ[*Eos*] ſcilicet ad baratrum perducentes. Tra-
4 ctauit † etiam hic de quattuor modis fraudandi legẽ,
quod nota.de priuileg.quanto. Experientia docuit,
quòd uſurarij dimiſſis cõtractibus mutui inchoaue-
runt facere cõtractus emptionum conditionalium,
ſcilicet cum pacto de retradendo rem.Poſtea,ne for-
ma contractus ex vi illius pacti indicaret illum vſura-
rium, cœperunt bona inſtrumenta facere: primum
puræ emptionis[b]. ſecundum promiſſionis de reuen-
dendo. Hodie uerò oportet debitorem indigentem
pecunia confidere uſurario, ſicut ſacriſtæ, faciendo
ſibi purum inſtrumentum uenditionis, nec uolunt
in eodem,vel alio inſtrumento facere pactum de tra-
dendo, ne per illud indicium conuincatur mutuum.
Item ueram, uel quaſi quantitatem precij ipſius rei
exprimi uolunt, licet minus ſit creditũ,ut non obſtet
eis hæc decr. Aliud nouũ inchoarunt hodie uſurarij:
quia ſoluta ſibi ſorte, & uſura, non faciunt inſtrumẽ-
tũ liberationis,uel contrachartam, niſi fiat illis cõfeſ-
ſio per debitorem de facta ſibi reſtitutione uſurarũ.
Circa



Circa qđ eſſet prouidendũ per cõſtitutionẽ, qua caue
retur,ꝙ reſtitutiones,remiſſiones, donationes & qta-
c tiones[c] uſurarũ intelligerent̃ fictitiæ & ſimulatæ hoc
ipſo,ꝙ poſt illas adhuc apparet uſurarios fœneraſſe:&
uitanda eſſent iuramenta ſuper his præſtita,& tũc ceſ-
ſaret quæſtio,quam ſcripſi in Spe.de uſuris, ante prin.
tertii libelli Item prouidendũ contra ceſſiones, quas
procurant uſurarij fieri per eos, qui ſoluerunt uſuras
aliquibus amicis de omni quantitate, quam uſurario
ſoluiſſent,ut cedẽs impediatur repetere.Ceſſionarius
uerò ipſorum amicus eſt, & de ipſo bene confidunt.
Sunt etiam diuerſiſſimę fraudes in modo contrahen-
di. ſunt enim,qui cum uerè mutuent,faciunt contra-
ctum uenditionis Florenorum, vel Turonenſiũ, uel
d alterius monetæ[d]. Sunt alii, qui in ergaſterio, uel ſta-
tione aliqua dicent ſe ponere precium ad mercationẽ
& lucrũ,& conuenient de quota lucri, bene etiam re-
cipiendo quotã damni mercium,cũ in ueritate nullæ
ſint merces, uel uiles. Sunt alij uſurarij, qui uendunt
mercẽ,puta petiam panni,& de hoc conficitur inſtru
mentũ,& poſtea cũ debitor non quærat mercem, ſed
precium,emunt ab eodem mercẽ illam.Item in eo,ꝙ
ex perſona ipſorum præſumitur contra eos ſibi proui
dent faciendo inſtrumenta mutui,uel facta in fraudẽ
mutui ſub alio nomine ꝯctus cõfici in perſonam alte-
rius non uſurarij conſanguinei,uel amici. Et breuiter
tot ſunt ipſorum fraudes ꝙ nec cõpetens cadit proui
ſio.Quid ultra? uidemus eos dñari in curiis pręlatorũ,
& principũ,& uerificat̃,quod ſcribitur, pecuniæ obe-
diunt oĩa,ut dicam.j.de ſim.ſicut 2.Ex his patet,quod
dicit Clem.de uſuris,ex grandi.§.cæterum.ſ.ꝙ fœnera
tores ſicut plurimum contractus uſurarios occultè
ineunt,& doloſè,ꝙ conuinci non põt de uſuraria pra
5 uitate[*Oliuas*]i.arbores † Pe.unde bene vulgare eſt mul
torum, campus eſt bene oliuatus.i. bene arboratus,
uel propriè erant arbores oliuarum [*Ad nouennium*].i.
poſt ſeptennium,& infra nouennium; & hic conuin-
cuntur moderni uſurarij ſm Hoſtiẽ. qui quotidie ſic
contrahunt ementes poſſeſsiones eo pacto,ꝙ poſt ſe-
ptẽnium,& infra nouennium recuperari poſſunt:vo-
lunt enim lucrari ſeptẽ annorum fructus[*Tarenorum*]
genus monetæ:ſimile de priuile.cum olim.2.cum cõ-
6 cor. quas ibi dabo [*Dimidiam*]quare ergo † non agebat̃
ad reſcindendum contractum,& iuſtũ preciũ ſupplen
dum.j. c.proxi. reſpon. quia non erat uerus ꝯctus, ſed
ſimulatus,ut hic dicit ſm Goff.dic,ꝙ non expediebat
debitori ſic agere,& intelligebat Abba. ꝙ nec iuſtum
preciũ fuerat datum ipſi uenditori[*Patrocinari*]ſ̃.de re-
ſcrip.ſedes,cum ſuis,concor. imò debet nocere, infra
7 de eo,q duxit.c.1.Hoſti.[*Ita*]aliàs taliter.Pe.glo.† alleg.
tria iura in contrarium.¶Vlt.glo.reſpon.per quæſtio
8 nem.¶*In † glo.3.ibi,eum qui calendis*] uide de dolo.c.fi.ſu-
per glo.2.¶*In glo.pe.ibi,§.modus*]ex quantitate precij fi-
des tranſactionis alimentorum æſtimabitur conſide-
rata ætate,& ualitudine tranſigentis [*& ibi,per diuerſas*]
lex penul.eſt,& uide de ali.mu.iudi.cauſa fac.c.2.in gl.
2.[*& ibi,dolus*]uide,infra in ſuppletionibus[*& ibi,ſi uſu-*
*fructus*] ibi maritus poſt diuortium uſufructum fundi
ſibi in dotem dati, Si cuius proprietas mulieris non
erat locus, uel uendit uno nummo ipſi mulieri cum
9 cedi non poſſit niſi illi, cuius eſt proprietas. ¶*In † glo.*
*2.in fi.*]C.de contrahen.emp.ſi ancillam,de his,quæ vi,
metuſue cauſa fi.c.1.de con.diſt.3.ſolet quæri,de regu
la.clerici. C.de ſac.ſanc.eccl. qui ſub prætextu,infra de
celebra.mi.de homine, Hoſtien.¶*In glo.3.ibi, illo uos*]&
ibi de materia huius gloſſ. ¶*In glo.& ita,ibi & ſi quæſtio-*
*nes*]uide quod no.eo.titu.ex tuæ,in 1.glo.[*& ibi,dolus*]
ubi dicitur,dolus emptoris qualitate facti,non quan-
titate precij æſtimatur:ſed hic etiam fuit qualitas facti:
quia infra certum tempus reſtituere tenebatur: vnde
dicit Inno. quòd quantitas precij ſine eo, quod de re-
ſtitutione dicitur,non ſufficeret. ſecundum Abb.mul
tum facit litera, mutuum contrahere uoluiſſet; uide
quod dicam de pigno.illo uos,in fin. tex.& ſuper fine
ultimæ glo.¶*In glo.ultima, in fine*]& tandem eſſet publi-
cum auxilium inuocandum, de offi.ordi.c.1. de iudi.
cum non ab homine, in fine, Hoſtien.

A N N O T A T I O N E S.

a ¶Hypothecam.Et uerba præambula,& prima in contractibus ma-
læ fi.oſtendunt mentem contrahentium; ad hoc quod no.Io.And.
in c.grauis,de depoſito,in glo. ma.uer.quòd autem dictum eſt.&
uide doct.maxime Bal.& d.Bar.de Sali. in l.emptione,C plus uale
*In potentionem ius ſuum poteſt eccleſia ſpeciali iure transferre,*
*cum aliàs prohibeatur, nec clericis licet duobus caſibus hic.*
5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 6.*
*Pratronum qui deliquit in ius libertus uocat ſine uenia, nõ filium*
*Patris delictum non nocet filijs, ſed priuilegium prodeſt.*
7 *Additio, ſiue ſuppletio gloſſarum.*
*Feudum quod alienari poſſit, an ſi partem uendat, amittatur to-*
*tum, num. 8.*
*Libellus contractus ſpecies quæ ſit. §. 1.*
8 *In parte ſi delinquatur, non afficit totum.*
*Reficere diſtat à facere.*
*Feudum ex delicto patris, an & quando filius amittat.*
9 *Feudorum uſus liber, an præter conſtitutiones imperiales conti-*
*neat ius commune, in utrãque partem diſputationes adducit, &*
*non eligit.*
*Ius ciuile generale qui conſtituant.*
*Non eſſe dicitur, quod non apparet.*
*Totius ſubſtantia ex forma partium concluditur.*
*Bononia legum urbs regia: §. in contrarium.*
*Allegatio doctorum effectus in citando quid, ibid.*
*Negotia quibus iuribus decidantur, ibid.*
*Ius commune quid eſſe quibus probetur argumentis, ibid. & qui-*
*bus ſi unius ciuitatis tantum, in prin.*
*A Gratiano editum uolumem decretorum an habeatur pro appro*
*bato, in fine.*

## CAPVT II.

1 EX parte. Ponit tres † caſus, quibus,
non ob. iuramento de non
infeudãdo, poteſt epiſcopus antiquũ feu-
dum nouo uaſallo cõcedere. Communis
diuiſio. ſecunda ibi, in primo [*Redire*] quia non exten-
debatur in filios, ut in libro feudorũ, quibus mo. feu.
acqui. circa principium, vel non ſupererat maſculus,
nec fœmina ſuccedere poteſt, in lib. feu. de gradibus
ſucceſ. in feu. c. 1. [*De nouo*] per hoc iuramentum impe
a ditur terram non feudalem de nouo cõſtituere[a] feu-
dalem, ſecundum Inn. & ut dicit Hoſt. hoc cauere de
bet quilibet rector, in lib. feu. de cleri. qui inuc. fa. c. 1.
ad finem [*Romano*] no. Guil. in Spe. ti. de lega. §. conſe-
2 quenter. uer. cæterum, ꝙ † quando ſic iuratum eſt, le-
gatus licentiam dare non poteſt, & facit, quod no. de
præb. pro illorum, in fi. antepe. gl. in duobus uerò uer
ſiculis ibi ſequen. tractat, an poſſit legatus dare licen-
tiã inferiori prælato, qui ſic iurauit epiſcopo, & quid
ſi ille epiſcopus non eſt de ſua legatione? & tenet, ꝙ
primo caſu poteſt: ſecundo nõ poteſt [*Conſortem*] ideſt
parem ſocium, aut cohæredem [*Recuperare*] de facto:
3 quia † de iure ipſo facto cadit a feudo, uel iure feudi
Innoc. per hæc verba dicit Abb. ꝙ Inno. determinat,
quod quęritur, an uaſallus alienans ipſo iure, an per
ſententiam cadat à iure feudi, ſcilicet ꝙ cadit ipſo iu-
re [*Recognoſcat*] illud ſcilicet ſic ſui potentia recupera-
tum, & putat Hoſt. idem de feudo nõ alienato, ſed ſub
uerſo, puta is, qui tenet, non vult pro epiſcopo facere
ad ualorem unius feſtucæ, & ſic hoc ſpeciale in eccle
ſia, ut hoc caſu, ne ſcilicet exhæredet ab antiquo feu-
do, poſſit ius ſuum transferre in potentiorẽ, quod ta-
men alias eſt prohibitum, ff. de ali. mu. iud. cau. fac. l. 1.
2. & 3. nec clericis quò ad patrimonialia, vel perſona
lia illud licet, ſup. de ali. mu. iu. cau. fa. c. 1. & 2. quod
dic ut ibi, & in ſumma ipſius ti. ſub rubrica de ceſſio.
4 actionum ſm Hoſt. [*Concedas*] in nullo † prędictorum
trium caſuum intelliguntur poſſeſſiones eſſe de men
ſa, & ideò non ob. iuramentũ, quod præſtatur de poſ-
ſeſſionibus ad menſam pertinentibus, de re. ec. non a-
lie. ut ſu p, ſm Inn. [*In tertio*] tres caſus hic habes, quar-
5 tum quęre, j. de dona. per tuas. Tan. Gof. ¶ Pe. gl. † ape
rit, quod fuerit dubium. ¶ Vlt. gl. rñdet per qõnem, &
arguit pro & contra, ſecundò ponit tres caſus, quibus
vaſallus feudum perdit, & reuertitur ad dominum, &
quartum, in quo perdit, ſed ad dominum non reuer-
6 titur. ¶ [*In gl. pe. ibi, opus nouum*] uide de no. oper. nun. c. 2.
in

In 3.gl.¶*In gl.ult.ibi.adoptiuum,in fi.*] patronum,qui deli
quit,libertus uocat in ius ſine uenia, ſed filium inno-
centem nõ[*& ibi,nulla*]ſequitur,patris delictum inno
centi filio pœna eſt,unde ab ordine decurionum,uel
honoribus propter id nõ prohibetur [*& ibi.1,reſponſo.*
*§.ſi plures*] parente dãnato caſu,quo bona dãnãtur,ha
betur ratio liberorum, ne alieno commiſſo innocen
tes pœnam luant.unde quandoq; dimidiam,quando
que totum habebunt[*& ibi,quæritur*] uide de procur.
tuæ, ſuper gl.pe.[*& ibi,diuo*] quorum patres non tor-
quentur,nec filij uſque ad pronepotes.ſi tamen nulla
macula abſtergit proprioris gradus liberos, in hoc ꝑ
& contra[*& ibi,iura liberi patroni*] dãnati perduellionis,
vel alia cauſa iura libertorum retinent [*& ibi.ff.eo.*]ſci-
licet de iure pa.qui contra legem,ſequitur,elieſcentiã
ad iurãdum libertum coegit, nil iuris habet nec ipſe,
7 nec ipſius liberi.¶*In † gl.1.in fi.*]de temporali feudo lo
quitur.vnde dicit Hoſ. ſecus de perpetuo,& paterno,
quod etiam poteſt relinqui pro mortuario,& remit-
tit ad ea,quæ no.de re.ec.non alie.c.fi.& ſatis in cle.de
b immu.ec.§.inquantũ,uer. ſed nec illa.[b] ¶*In gl.2.ibi,li-*
*bello*]eſt vulgare Mediolan. ſm Pe. & Abb. de quorũ
cõſuetudinibus factus fuit ille liber , & forte ſumitur
pro ſcriptura : quia ſępe cum ſcriptura fit ille contra-
ctus,& ſecundum Pe.eſt emphiteuſis,vel ſm Azo.eſt
libellus locatio uſque ad 30.annos tunc denuo reno-
uanda,quod no. in ſumma,C.loca. & conduc.& qui-
dam de hoc habent additionem in auc.ingreſſi,C.de
8 ſac.ſan.ec. [*& ibi,feudum*] hoc uidetur † correctũ:quia
& ſi pauca uendat ſine conſenſu domini,feudũ amit-
tit,in lib.feu.de prohibita feu.alie. per Fed.imperialẽ.
* §.habito,ſecundum Hoſ. ſed gl.ibi,& * cõmuniter do
mini legum contra, ꝙ ſi partem uẽdidit, illam ſolam
perdat.¶*In gl.uidebatur,in fi.*] & 34.q. 2.non ſatis,ubi de
hoc,& ff. de iti.actuq; pri. l.3. §.reficere,ibi dicitur,ꝙ
c aliud [c] eſt reficere, aliud facere. Goff. ¶*In gl. ult. in fi.*]
ubi de hoc [*& ibi,qui contra legem*]ſed circa hoc recurrẽ
dum eſſet ad conſue.& conſtitutiones feudorũ,Goff.
Hoſt.autem remittit ad ſummam,eo.ti.§.quibus mo
dis,uel cauſis feudum amittatur,ante fi.ſed plenius ui
de in Spe.eo.ti.§.ult.in prin. Dy.de reg.iur.non debet
aliquis,li.6.dicit, ꝙ ſi feudum eſt paternum,priuatur:
ſi à rerum natura, uel genere ulteriori, non priuatur,
d per l.3. ff.de inter.& rele.[d] propter id, quod dixi.ſ.ea.
9 gl.& ſuper gl.2. uideamus † an liber uſus feudorũ præ
ter conſtitutiones imperiales contineat ius commu-
ne? Arguitur ꝙ nõ:qa ius ciuile generale hi quatuor
cõſtituere poſſunt. Princeps,ſenatus,populus Roma
nus,& præfectus prætorio,ff.de conſt.prin.l.1.C.de le
gi.l.fi.ff.eo.non ambigitur,C.de off.præfe.præto.l.for
mam. ſed non reperitur per illorum aliquem librum
editũ fuiſſe, ergo non ponit ius cõmune, & quod nõ
appareat, dicitur non eſſe, de con. di. ſolennitates.ff.
de contrahen.emp.in lege.Secundò ſic,aut liber alle-
gatur in loco,ubi eſt conſuetudo , & tunc non recipi
tur ut ius ſcriptum,inſti. de iure na. §. ex nõn ſcripto.
ſi non eſt ibi conſuetudo,non debet illis nocere con-
ſuetudo Mediolanẽſiũ,uel aliorum.C.res inter ali.ac.
per totum.ſ.de re iudi.c.pe.ff.de iureiur.quia,& eſt ex
preſſum.12.diſ.illud. Tertiò inducitur ꝙ partes huius
libri non habent formam in legibus requiſitam,ff.de
legi.l.humanum,C. de emen.Iuſti. Co.in fi. ex forma
uero partium concluditur eſſe totius. ff.de acqui. rer.
do.l.adeo.§. cum quis.de dona. inter vi.& uxo.ſi mu-
lier,ergo &c.Quartò dicunt quidam librum illum au
ctoritate Federici cõpoſitum,qui dãnatus fuit in con
cil.Lugd.ꝑ Inn.IIII.de re iud.ad apoſtolicæ,li.6.ſed in
hoc non inſto. ¶In contrarium,lex eſt omne , quod
ratione conſiſtit.1.diſt.conſuetudo.9.di.ſana quippe.
ff.de bonis dam.quæ liberis,in princi. inſti.de iure na.

§.quod uerò. ſed naturalis ratio dictat id , quod eſt in
ipſis vſibus diffinitũ.ergo &c.Secundò liber iſte gloſ-
ſatus, & lectus per doctores ſolennisſimos, & potisſi-
mè in ſtudio Bon.quæ ciuitas eſt legum vrbs regia,vt
not.in procmio fforum.§. hæc autem tria,& hoc per
tanta tempora , quorum principij non eſt memoria.
Item gloſſatores utriuſq; iuris hunc librum allegant,
ergo haberi debet pro ſolenniter facto ſecũdum for-
mam prædictæ,legis,humanum.facit.j.de uerb.ſig.ſu
per quibuſdam, de præſcr.c.1.lib.6.& ff. de aqua quo.
& æſti.hoc iure.§.ductus aquæ. Tertiò ſic. ſi liber fuit
editus ab habente poteſtatem, habeo quod intendo:
ſi à non habent,principes ſequentes poſtea non reuo
cando uidentur confirmaſſe,& ſic feciſſe.ff.de iuriſd.
om.iud.& quia,& prædicta.l.formam,C.de offic.pręfec.
præt.Et hanc partem tenent multi,cum etiam ca-
pitulis huius libri conueniat legis diffinitio,de qua.ff.
de legi.l. 1. & hoc tenet Iac. de Bel. in ipſo libro.c.1.in
fine.inducit autem,ꝙ ipſę conſuetudines ſunt inſertę
inter conſtitutiones imperiales, & uerisſimile per hoc
eſt,quòd de principis conſciẽtia, ergo ſunt ſeruandæ,
C.de emen.Iuſti. Co.§.1.ff. de legi. nam, ut ait tenens
contrarium diceret contra,ſcilicet conſtitutiones in-
ſertas inter conſuetudines, ut per ſe patet.inducit etiã
commune opinionem, de qua dixi.ſ.uerſ.2.liber iſte.
alleg.l.Barbarius.& C.de teſta.l.1.Inducit tertio nego
cia decidi legibus Romanorum , iure Lõbardiæ, uel
iure conſuetudinario , ut in lib. feudo.de feudis cog.
c.1.& inſti.de offi.iud.in principio. ſed cum in Roma
nis legibus, & Lombarda parum de feudis tractetur,
ſequitur, ꝙ ſecũdum ius conſuetudinarium debet de
cidi,argumentum.ff. de his,qui ſunt ſui, uel alię.iur.l.
patre.Alias autem conſuetudines, quàm illas non ha
bemus, ergo illas ut generales recipi oportet. ff.de le-
gibus.l.de quibus. Item cum feudum datur,uidetur
dari ſecũdum naturam feudi, quæ alibi non habetur,
ergo tacitè uidetur conuentum,quod eſt illo iure di-
ſpoſitum,argu.ff.ſi certum peta.cum quid,de hęre.in
ſti.l.aſſe. Inducit ultimò quod iura Romana ſumpſe-
runt originem à iure non ſcripto,quo vna ciuitas vte
batur,inſti. de iure na. gen. §.& non ineleganter,non
mirum ergo,ſi generale ius feudorũ potuit ab unius,
uel plurium ciuitatum cõſuetudine ortum habuiſſe,
& bene facit de clan. deſpon. c. ultimo , de iudæis , in
nonnullis, ubi de conſuetudinibus ſpecialibus fit ius
cõmune.Pro iſta opinione facit, quod dixi poſt Hoſ.
de ſumma trini. firmiter,ſuper uerbo diſpoſitionem,
circa finem gloſſ. ubi inter libros iuris ciuilis enume-
rat conſtitutiones feudorum . Sed contrarium nota-
uit in ſum. de immuni. eccle.§.inquantum,ver.ſi ue-
rò paternum, ubi dicit, ꝙ iura uſus feudorum non a-
ſtringũt aliquos,niſi ſint imperiales legẽs,& dicò Ho-
ſtien.ſibi non contrarium,cum enumerauit conſtitu
tiones feudorum inter ius ciuile,ſi intellexit de impe
rialibus , dominus autẽ meus in legibus multum ac-
cedebat ab opinionem hanc , quòd non ligent, & vi-
de quod poſt eum dicam , qui filij ſint legitimi,lator,
ſuper prima gl.ad caſum facit, quod dicimus de uolu
mine decretorum per Gratianum edito,qui auctori-
tatem ius cõdendi non habuit,& tamen habetur pro
approbato,In contrarium:quia ipſius verbis,vel diffi
nitionibus,non ſtamus,ſuper quo uide, quod ſcripſi,
de reſcrip.c.2. ſuper glo.pe.

ANNOTATIONES.

a ¶Conſtituere. Et impeditur perſæpe utilitas eccleſiarum , uide
Io.And. in c.fi.de ec. ædifi.
b ¶Nec illa.Et uide gl.& Io.And.in c.quæ in eccleſiarum, de conſt.
& in c.fi.de re.eccl.non alie. per Io.And.in glo.fienda.

Aliud



c ¶Aliud eſt reficere.Et uide Bart.in l.1.§.ſi quis ædificatum, ff. de
no.ope.nun.& facit ad hoc,c.conſuluit, de Iudæis.
d ¶De inter.& rele.Ibi uide plenius per Barto.& per doct. & d.Bar.
de Salyc.in l.1.C.de liber. & eor.libe. & uide bo. gloſſ. in l. diui
fra.ff. de iure patrona.

*SVMMARIVM.*

1 *Diſpoſicio tituli.*
*De pignoribus & cautionibus alijs ubi nam dicatur præterquam*
*in hoc titulo.*

## De pignoribus, & aliis cautionibus, Rub.

1 ¶Poſt † prædictas alienationis ſpecies,de pignorib9
uideamus,Gof.uel aliter,ut ſ.ult.dec.no. facit ad ſecũ
dam partem rubricæ;de hoc. 10.q.2.hoc ius,poſt prin
cipium,& in fi.uer.creditor,ſub auct.qui uerò. Rubri
cæ congruit, ut lite penden. eccleſia.2. in fi. de iureiu.
ad noſtram.1.& c.ex literis,de re iudi.cum aliquibus,
de deci.c.fi.de uſuris.c.1.& 2.& c.cõqueſtus, & c.ſalu-
briter.Item facit cle.de decimis,ſi beneficiorũ, in fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Presbyteri nomine etiam inferiores clerici includuntur.*
*Eccleſiæ res diſtrahi,pignorari, uel occupari per decimarum colle-*
*ctores prohibentur,& num.3.excipe,ut num.4.*
*Vadium, pro pignore.*
2 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum. nu.5.*
*Monumentum religioſum obligari non poteſt.*
*Pignori accipi non poteſt, quod in commercio non eſt.*
4 *Additio gloſſarum.*
*Quæ benedicantur,quæ miniſterio ſacerdotum adhibentur.*
*Conſecratio rerum eccleſiæ fit dupliciter.*

### CAPVT I.

1 NVllus. Breue eſt[*Presbyter*]etiã † in
feriores clericos includit.
ad hoc de cohabi. cleri. & muli.ca.2.
Hoſt.[*Præſumat*] in uadiũ dare, qđ eſt
infra[*Eccleſiaſticum*]iſta oĩa prohibuit
concil.Vien.[*Diſtrahi*] pignorari, uel
occupari ꝑ decimarũ collectores, de
deci.ſi bñficiorũ[*Vadium*] i.pignus.& ſic facit ad ti.de
hoc dixi.ſ.ti.ꝓxi.c.1.[*Vrgente*]aliàs interueniẽte.¶Pri-
2 ma † gl.rñdet per ob.cui dupliciter rñdet. ¶Gl.2. q̃rit,
3 & ſoluit,ſignat ɔ̃riũ, & rñdet.¶*In glo. 2.ibi.l.3.*] Monu-
mentũ religioſum obligari non põt[*& ibi. §.eam rem*]
ſequitur,quã quis emere non põt, qa cõmerciũ eius
non eſt, iure pignoris accipere nõ poteſt[*& ibi. §.quod*
*emptionem*] ſequiť,uẽditionẽ,qa recipit pignorationẽ,
4 recipere põt.¶*In † gl.1.ibi,libri*]uerũ dicit de aliis libris,
ſed miſſale bñdiciť,& habet ſuas orõnes in pontifica
li[*& ibi,calix*] calix,patena,& ueſtimenta ſacerdotalia
bñ habẽt certã benedictionẽ , uel cõſecrationem; ad
hoc de ſacra unctio.c.uno, circa fi. ſm Hoſt. ego pu-
to congruè diſtingui inter cõſecrationẽ, quæ fit cum
certis unctionibus in calice, & patena,ut ibi, & cõſe-
crationẽ, q̃ ſine unctionibus fit.¶*In gl.2.in fi.*]ſm Tan.
idẽ Goff.& Inn.ſed hæc ſolutio non placet Hoſt.cum
etiam ſm legem ex prædictis cauſis uendi poſsint , ut
in dicta auct.& prę.c.aurum. & facit quod no.infra c.
proxi.Item uerisſimile eſt Chriſtum uelle precium re-
rum ſuarum fundi ꝓ redemptione animarum , cum
pro illis fuderit ſanguinem proprium ; & ſic obliga-
tio uolente domino fit.ualeat ergo: aliàs non valeret,
ff.de pig. act.ſi alienam.uide quod no. 10.q.2. hoc ius,
in gloſſ.quia ad profanos.

*SVMMARIVM.*

1 *Homo liber,ut pro debito poſſit teneri, an renunciari poſſit id inhi*
*benti legi,niſi in caſibus,& quibus num 2.& 5.*
*Vendi poteſt,& quando,num.5.*
*Ceſsionis beneficio an per pactum renuncietur.*
2 *Capi quibus caſibus poſſit, & in uinculis teneri,& quo obſeruato.*
*Soluens, pro inuito an repetat , in fin.*
*Etſi , pro quamuis.*
3 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum .num.4.*
*Redemptus ab hoſtibus per quinquennium ſeruire cogitur, & quo*
*caſu.*
5 *Additio gloſſarum.*
*Fame nihil grauius.*
*Venditus pro neceſſitate famis refuſo pretio emptori redit ad inge*
*nuitatem primam,& an iterum ſit ſeruus.*

### CAPVT II.

1 LAtor. Breue eſt [*Lex habet*]an huic † le-
gi renũciari poſſit, uide in Spe.
de renũ. & cõ.§.1.B.uer. Itẽ eſt beneficiũ,
ubi inuenies ualere talia pacta facta ꝑ ſcri
ptores.hoc eſt tractare , an ꝑ pactũ renunciet benefi-
cio ceſsionis,de quo plene per Cyn.C. qui bo.te. poſ.
a l.1.in ulti. q.[a] ubi ponit uerba Ia. de Aret.[*Teneatur*]in
2 † uinculis,Pe.ɔ̃.88.diſt.non ſatis,in prin. ubi qs pro de-
bito excruciať.factũ reſpicit,uel legem antiquam , ut
ibi not. uel intelligať in debitore ex maleficio publi-
co,uel priuato,de quo uide.ſ.de dolo, & contu.finẽ,
in ult.glo.& de homi.ſicut dignũ,§.eos. & uide quod
dicã de ſolu. Odoardus, ſuper ult.glo. fallit etiã,quod
hic dicitur,in debitore ex cõtractu, qui eſt in fuga. q
cum iudicis auctoritate,uel ſine, ſi haberi nõ põt, ca-
pi põt,ff.de his, quæ in frau.cre.ait prætor,§.ſi debito-
b rem[b].& uide quod dixi de iudi.cũ nõ ab homine, ſu-
per 1.gl.Itẽ cũ debitor, etiã cuius dies nõ uenit, ſuſpe-
ctus eſt de fuga,capi poteſt, ut creditorẽ ſecurũ faciat
de ſuſpitione tamẽ ante oĩa debet ſummariè cogno-
ſci,ff.ſi cui pluſquam,per l.Fal.hæc autẽ ſatisfactio, in
prin.& qui ſatiſ.co.l.ſi fideiuſſor,§.fi.fallit etiã in debi
tore publicarũ functionũ, C. de exac. tri.l.2.lib.10. &
ibi no.facit in auct.de man.prin.§. nec homicidas, &
§.ſe.col.3.de illo,qui ꝓ tali inuito ſolueret,an repetat,
dicã de fo.cõpe.c.ult.lib.6.[*Etſi.*] pro quãuis.¶Glo.1.
3 all.cõcor.& excipit tres caſus.¶*In † glo.1.ibi,ob æs*] hanc
4 & ſeq.& §.qa uerò, uide in c.ex reſcripto,in 1.gl. & ſu
per eã [*& ibi.ff.eo.*] non inuenies, nec de pigno. nec in
duabus rub.proximè all.& inf.ſtatim uide[*& ibi,deti-*
*neatur*]q redẽptus ꝑ quinquennium ſeruire cogiť, aut
precium ſoluere,niſi preciũ ei legeť.ff.de lega.i. ſena-
tus,§.ult.ſm Ho.qui dicit,ꝙ dictã.l.quidã aliter indu-
5 xerunt.¶*In † glo.1.ibi,neceſſitatem*] famis,ſ. quod non eſt
ad caſum aliũ extendendũ,ut ibi no. & idẽ Vin. infra
de infan.lan.c.uno.dicit Hiero.ſuꝑ Amos,ꝙ nil fame
grauius;qđ ibi uide ĩ fi. imò & tũc refuſo ꝓcio empto
ri ab ipſo,uel filio,uel ab alio quolibet,uel mancipio
redit ad primã ingenuitatẽ,ut ibi.An uero interim ſit
ſeruus,ibi no.[*& ibi,ex reſcripto*] Hoſ. addit alios caſus,
ſ.in libero ſuſpecto, & male merito,de depo.c.1.In ua
cillãte.ff de qõ.in libero.in eo,q nõ cedit bonis,cũ cõ
ſtet de debito,ut in l.1.all.& inf.de ſolu.Odoardus.Itẽ
in raptore uirginis,ſi fugiat ad eccleſiã,ſeruať ei uita:
ſed ſeruire cogitur, niſi ſe redimat, 36.q.1. de raptori-
bus, & hunc ultimum caſum etiam poſuit Ala.

ANNOTATIONES.

a ¶Vlti. Et ibi plenius per d.Bart.de Saly.& uide Bar.in l.alia.§.ele-
ganter,ff.ſo.ma.& per Bald.plenisſimè, in d.l.1.
b ¶Debitorem.Ibi uide no.Bart. & ibi quomodo de iſta ſuſpitione
conſtabit, & qualis erit ſuſpitio.

*S V M M A R I V M.*

1 *Eccleſiæ rem ab eius obligatam rectore quando cogitur hæres eius redimere, & eccleſiæ reſtituere.*
*Calyx argenteus eſſe debet.*
*Morte multi præueniuntur, & cur.*
*Recolligere, pro redimere.*
2 *Præſertim, pro maximè.*
*Monitio ſemper præcedere debet.*
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
*Pupilli res pignorari non poßunt.*
*Minori, & eccleſiæ optio datur, à quo res ſuas conſequi uelint.*
*Hæredes ad quæ teneantur ex facto eorum, quorum ſunt hæredes, & num. 4. §. 1.*
4 *Additio gloſſarum.*
*Emptor ſi ſciens, an ignorans emat rem eccleſiaſticam, intereſt.*

## C A P V T III.

1 EX præſentium. Caſus. Si rector †eccleſiæ pro fa
cto proprio rē eccleſiæ obligauit, cogitur
eius hæres rē redimere, & eccleſię reſtitue
re. & primò narrat factū. ſecundò dat iudicē. ſecunda
ibi, unde [*De Affini.*] nomē loci [*Argenteum*] calix enim
debet eſſe, quod dic, ut inf. de cele. miſ. c. fi. [*Sua neceſſi-
tate*] puta refectione domus proprię, quæ minabatur
ruinā, uel pro uineis patrimonialibus putandis. Si. n.
hoc feciſſet pro ſua ſuſtentatione, obligata fuiſſet ec-
cleſia, ſi ei deſeruiſſet, de præb. cū ſecundū [*Præuentus*]
multi præueniunt, ut quæ malè geſſerunt, emendare
non poſſunt. facit de pœn. di. 5. nullus. G. [*Recollegit*] i.
2 redemit, Pe. & Abb. [*Præſertim*] pro †maximè. licet. n.
de his magis cauendū ſit; idē tamē in aliis, de re. ec. nō
alien. nulli [*Taliter*] ſ. propter patrimoniale onus [*Mo-
neas*] hoc ſp præcedit. de ui. & honeſt. cle. monaſteria,
3 Hoſt. ¶ Glo. 1. † obiicit, & tripliciter ſoluit. ¶ *In 1. gl. ibi,
curator*] Curator, uel tutor rem adulti, uel pupilli non
poteſt pignorare, niſi in rē ipſius pecuniā accipiat [*&
ibi, qui filios*] ibi habetur, quod ſequitur [*& ibi, ſi tu. uel
cu.*] ſup. interuenerit. & quod ſequitur [*ad inſtar minoris*]
ſ. cui datur prædicta optio, & uide de re. eccle. nō alie.
ſi quis, ſuper ult. gl. ¶ *In gl. ult. ibi, ſi parentes*] ſi pater uen-
didit ſeruū, qui euincit ab emptore, adeſt filius hæres
defenſioni cauſæ [*& ibi. l. ult.*] ſi qd de bonis adulti, uel
pupilli peruenit ad heredes tutorū, uel curatorum, te
nentur reſtituere: tenentur etiā rationem reddere, de
eo, quod adminiſtrare debebāt, & nō adminiſtrarūt.
4 ¶ *In † glo. 1. in fin.*] uel forte creditor ignorauit rem for-
te eccleſiaſticā: ſecus ſi ſciret, arg. ff. de contrah. empt.
l. liberi, cum dua. ll. ſe. Goff. uel dic ɔ̄ctū initū noīe ec-
cleſiæ, & forma ſeruata, ſed nō cōſtabat uerſum in uti
litatē eccleſiæ ſm Inn. ¶ *In glo. ult. in fi.*] quod intelligas
de eo, ad qđ tenebat ſacerdos ex dolo, uel lata culpa,
uel de eo, quod ad eū peruenit, uel ipſius heredes. De
culpa enim leui tm̄ non tenerentur hæredes, ut ibi, &
ff. de fideiuſſ. & hæredi. tu. l. 1. 4. & ult. ſecundum Inn.

*S V M M A R I V M.*

1 *Si uſurarius emat, ut hic dicitur, iudicatur pignoratitius cōtractus uide num. 3.*
*Conſortes ubi uocentur hæredes.*
2 *Emptor denunciare debet uenditori rem ſibi non placere, & quo caſu.*
*Dare, pro ſoluere, & pro reddere.*
*Venditio conditionalis quando dicatur, & quando reſolutoria, & num. 5. §. 3.*
*Et quæ pro eis dentur actiones, num. 5. in prin.*
3 *Contra uſurarium ex quibus præſumatur, & iudicetur, nu. 5. §. in gloſſ. ulti. & num. 7.*
*Ex præſumptionibus iudicatur.*

4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 5.*
*In dubio melius uerbis edicti ſeruire.*
*Pœna in contractu appoſita quibus caſibus non ualeat. §. in gl. ult.*
*Ex conſuetudine domini arguitur quis non teneri facere ea, quæ ille non faciebat, uel poſſe, quæ faciebat, ibid. ad dict. uniuerſarum, uſque in finem.*
*Ad uſuras ocioſæ pecuniæ quando quis non teneatur, ibid.*
*Pignorare poteſt uniuerſorum procurator, & quo caſu, ibid.*
6 *Additio gloßarum.*
*Claudicatio contractus quando admittatur.*
*Fructus tenetur reſtituere uenditor pretium cum uſura. §. 3. & quando.*

## C A P V T IIII.

1 ILlo uos. Caſus. Sit† uſurarius emit rē
eo pacto, ꝙ poſt tempus eā
reſtituat uēditori recipiendo aliquid ultra
ſortē, fructibus tamē computatis in ea, iu-
dicabitur contractus pignoratitius. Cōis diuiſio. ſecū
da ibi, Verum quid. uel ibi, reſpōdemus [*Ex una parte*]
& agentes pignoratitia, & petentes inſcriptas terras à
patre ſuo pignori obligatas [*Ipſius*] ſ. To. & ſic erāt fra-
tres, & cohæredes ipſi, Go. ergo & hæredum i. cohæ-
redum, Goff. uel dic, ꝙ ille. G. prius hoc propoſuit, dū
uiuebat, & poſt mortem proponebāt hoc eius here-
des, Inn. Dicit Hoſt. ꝙ alludit uulgari Prouincialium,
qui conſortes ſuos uocāt hæredes [*Proponitur*] in uim
peremptoriæ poſt litem conte. ſecundum Inno. [*Ab
eis*] filia T. & eius hæredibus [*Puro*] dicebat Goffre. ꝙ
una pars dicebat contractum purum, altera cōditio-
nalem, & inducit ſi. ſupra de fide inſtrumen. cum Io.
Sed Hoſtienſ. contra, dicens, quòd altera dicebat pi-
gnus, & emptionem ſimulatam. altera verò emptio-
nem puram & ueram, ut patet per ſequentia [*Fratre
ſuo*] ſi. de pact. cum pridem [*Ab inde*] ſcilicet à tempo-
2 re, quo† dixiſſet emptor ſibi diſplicere, & venditorem
certificaſſet [*In ipſis*] ſcilicet 26. lib. & tunc expone, da-
re, ideſt ſoluere: aliàs dicit litera, computatis in ſortē
[*Ipſas*] ſcilicet terras [*Dare*] ideſt reddere ſecūdum Ho-
ſtien. [*Conditionalis*] conditionalis uenditio, uendo ti-
bi, ſi. T. uoluerit: ſi nauis ex Aſia uenerit. hæc in uen-
ditione apponitur conditio: interdum apponitur in
reſolutione; & tunc non eſt uenditio conditionalis,
ut hic. uel plus ad propoſitum ſm Hoſ. eſt pura, cum
dicit, Res ſit tibi empta pro. 10. Si tamē aliquis melio-
rem conditionem afferat, inf. menſem, ſit inempta, &
ſic reſoluitur hac conditione exiſtente. cōditionalis,
quando dicit, res ſit tibi empta precio. 10. ſi infra mē-
ſem alius meliorē conditionem nō afferat: iura, q̄ in-
3 ducit, alle. glo. [*Ex † duobus*] tertium habes in fi. Hoſt. ad
dit alia duo, quia uolunt res probare, & quia faciebat
ɔ̄ctum claudicare. & no. ſm Inn. ꝙ ex p̄ſumptionibus
a iudicat, ſic s̄. de emp. & ven. ad noſtrā[a]. Ia. de Are. ut re-
fert Cyn. C. plus ua. quod agi. l. 3. tenuit, ꝙ dato, ꝙ cō-
ſtet de his tribus, emptorem uſurarium, non interue-
niſſe iuſtum precium, & eum feciſſe pactū de reuen-
dendo, nō p̄ſumi per hoc pignus. Ad hāc decr. rn̄det,
ꝙ ex aliis duobus hoc iudicatur. ſ. quia fructus cōpu-
tabat in ſortem, quod eſt de natura pignoris, ut in gl.
hoc uidetur, & ꝙ recipiebatur ultra ſortem. So. uerò,
quā facit ad decr. ad noſtrā, nō conuenit, & nil ſonat,
& etiam erratum fuit in illa, quod per te uideas. ¶ Gl.
4 3. † reſpondet per quæſtionem. ¶ Gl. hoc uſ, obiicit, &
5 ſoluit. ¶ Pen. glo. obiicit, & ſoluit. ¶ *In † glo. 1. ibi, eum qui
Calen.*] uide de dolo c. fi. ſuper gl. 2. ¶ *In glo. 4. ibi, ſi conue
nerit*] cū cōuenit, ut ſi inf. certū tp̄s diſpliceat emptio,
emptori res reddat, ē actio ex empto, uel ī factū. ¶ *In
gl. forma, ibi, ſi is, qui nauem*] in re dubia melius eſt uerbis
edicti ſeruire. ¶ *In gl. C. de, ibi, Si p̄diū*] p̄dio empto ea. l. ut
ſi



ſi diſplicuerit, ſit inemptum, reſoluitur id, ut puta ſub
conditione uenditū [*& ibi. l. 3.*] nō eſt emptio cōditio
nalis ſic facta, ut ſi diſplicuiſſet, ſit inepta, ſed reſoluit
ſub conditione [*& ibi. l. 1.*] fundo cōmiſſario, uel uen-
dito potius ſub cōditione reſolui, q̄ cōtrahi dr̄ [*& ibi.
l. 2.*] ſi fundus in diē addicitur, ſi hoc agitur, ut allata
meliori conditione ab emptione diſcedatur, pura eſt
emptio & facit emptor fructus ſuos, & ſibi perit. Erit
autē cōditionalis, ſi id agit. ut perficiatur, niſi melior
conditio afferatur. ¶ *In gl. ult. ibi, Iulianus*] aliàs inter eū,
§. ibidē, ſi conuenit, ut ſua die p̄cio non ſoluto, duplū
uenditori daretur, in fraudē cōſtitutionū vr̄ adiectū,
quod legitimā uſurā excedit [*& ibi, cum allegas*] ſtipula
tio de reſtituendo debito, ĩ. diem ſub pęna quadrupli
non ualet ultra legitimū modū uſurarū [*& ibi, uel uni-
uerſorum*] pignorare poteſt procurator uniuerſorū bo
norum datus ab illo, qui ſolebat mutuas pecunias ac
cipere [*& ibi, Qui ſemiſſes. §. 1.*] negociorum geſtor, uel
mandatarius non tenētur ad uſuras pecuniæ ocioſæ,
ex quo dn̄s ſic ocioſam tenebat, nec illā fęnerabat [*et
ibi, quod dicitur*] uide de ſen. excō. ad hæc, ſuper glo. [*&
6 ibi. l. numis*] uide de cenſi. ex parte. ſuper 3. gl. ¶ *In † glo. 3.
ibi, contractu*] uel aliud tempus determinatū ſit in con-
tractu, uide quod dicam, infra de dona. per tuas, ſuper
4. glo. ¶ *In glo. 4. in fine*] per quam. l. probatur, ꝙ in non
ſuſpecto, uel ficto contractu bene admitteretur talis
claudicatio, ſm Hoſt. ¶ *In glo. forma, in fine*] Lau. de hoc.
22. q. 5. humanæ, inf. de uerb. ſig. propterea. ¶ *In gl. pen.
ibi, reſtituere*] & econtra uenditor precium cum uſura
reſtituit, ut ibi no. per l. illud, §. ult. ff. de ædil. edi. [*& in
fin.*] & fuerat pactū appoſitum de reſoluēda uenditio-
ne, ſi alius meliorem conditionem afferret. Secus, ſi
fuiſſet pactum de ea reſoluenda, ſi diſpliceret uendi-
tio: quia tunc emptor omnino facit fructus ſuos, nec
tenetur reſtituere niſi perceptos poſt oblatam, conſi-
gnatam, & depoſitam à uenditore quantitatē, de qua
cōuenit, C. de pac. inter emp. & uendi. l. 2. & l. ſi à te, &
ſic non contradicet gl. quæ præcedit, ſup. proxi. Et po
teſt eſſe ratio: quia primo caſu principaliter agitur de
utilitate uenditoris: ſecundo de ſolo ipſius placito.
¶ *In glo. ult. ibi, cum allegas*] uide quod ibi no. in gl. ſuper-
7 fluo [*& in fin.*] præſumitur etiam† contra uſuarium, ſi
iuramētum exigat ſm Hoſt. ſup. de renun. ſuper hoc.
debitores enim egent, & creditores abundāt, & ideò
de facili debitores promittunt, quicquid creditores
uolūt, & petunt, ut pecuniam, qua indigent, qualiter-
cunque poſſint habere. ideo contra uſurarios eſt de
facili præſumendum. Maximè cum nec illud ſit con-
tra ipſos, ſed ipſorum expediat animabus, ut infra de
ſpon. iuuenis, C. de reſcin. uendi. l. ratas, ſecundū Hoſ.
qui remit. ſup. de emp. & uendi. ad noſtram.

---

ANNOTATIONES.

a ¶ Ad noſtram. Vide inf. de ſponſa. is qui, in gl. & per glo. & Io. An. de præſump. quanto, & c. affe. te.

*S V M M A R I V M.*

1 *Pro dote mulier agit contra quemlibet bona mariti detinentem.*
*Minus, pro non.*
*Bonorum delinquentis diſtractio quibus detractis fiat.*
*Vxori ius competens hypothecæ tolli non poteſt.*
2 *Dotem conſtante matrimonio non poteſt regulariter petere mulier niſi in caſibus, & quibus.*
*Libellus alternatiuè formatur.*
3 *Dotis cauſa ſpectat etiam principaliter ad eccleſiam.*
4 *Probare quis tenetur quod proponit.*
*Secundum probata iudicari debet, non ſecundum conſcientiam.*
*Dicere, pro petere in libello.*

5 *Hypothecaria poteſt agere mulier contra extraneos, excuſſione ſ. cta in bonis mariti.*
*Hypothecaria agere uolente creditore quæ probanda.*
6 *Patri an noceat renunciatio hypothecarum à filiofami. facta.*
*Pater eius an obligetur pro dote filij recipientis eam iuſſu eius.*
7 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
*Vxor uiro damnato dotem, & quæ alia conſequatur, & quid ſi ſit indotata.*
*Cum onere, & cauſa ſua res tranſeunt, §. in gl. ult.*
9 *Additio gloſſarum.*
*Dotis priuilegia quot, remiß.*
*Vxor præfertur alijs mariti creditoribus, & an habentibus expreſſam hypothecam, & pro quibus, nu. 10. §. in gl. hoc.*
10 *Non punitur ex delicto uiri, niſi in caſu, & quo.*
*Vxori bona mariti pro quibus ſint obligata, §. in glo. hoc.*

## C A P V T V.

1 EX literis. Agit† mulier pro dote cō-
tra quemlibet detinentem
bona mariti. ſecūda ibi, man. quatenus. in
prima delegati cōſultatio. in ſecūda papæ
rn̄ſio [*Probatum eſt*] corā te delegato [*Facinore*] uulne-
rū, & prædæ cuiuſdā mercatoris [*Fugam*] ſi. qui ma. ac-
cu. poſ. c. 1. [*Minus*] pro nō. ſic. s̄. de his, quæ fi. à præla.
cum apoſtolica [*Diſtractio*] quod iuſtè fieri potuit, dū-
modo primò detractū fuiſſet debitū uxoris, & aliorū
habentiū hypothecas tacitas, uel expreſſas, In. [*Illius*]
mariti delinquentis [*De mandato curiæ*] ſm conſue. Ge-
nuen. ſm Ia. ſed nec conſuetudo, nec mandatū curiæ
tollere potuit ius hypothecæ cōpetens uxori, ut pa-
a tet, infra arg. ff. ſo. ma.[a] l. 1. [*Non extabat*] quare petebat
2 ab impetitione mulieris abſolui [*Reſtitui*] petebat† mu
lier dotē cōſtante matrimonio, quod regulariter eſſe
non debet. ff. & C. ſo. ma. quemadmo. dos petatur, per
totū. ſed hoc ideò, quia maritus facultatibus labebat,
C. de iure do. l. 2. Sunt & alii caſus, in quibus hoc con-
tingit, ff. ſo. ma. l. mutus. § manēte, & l. quēadmodū, §.
1. Goff. [*Vel in poſſeſſionem*] formatur libellus alternati-
b uè. de hoc dixi, ſup. de emp. & uend. cum dilecti.[b] vide
concor. de reſti. in integ. conſtitutus, in gl. no. libellū
[*Delegationis*] tibi factæ. & tamē hic non agebat de ma
3 trimonio, per† qđ patet ſm Hoſt. ꝙ cā dotis etiā prin-
cipaliter ſpectat ad eccleſiā. inf. de dona. inter ui. & u-
xo. c. 3. & c. plerūq; [*Et infra*] intelligas, ꝙ delegatus ur
gebatur inter duas æquitates. prima qa mulier, ſi do-
tē dederit, illā recuperare debebat in bonis tūc mari-
ti. In cōtrariū fauebat æquitas pro fratre mariti: quia
inuitus emerat, ob hoc conſuluit papā [*Et probata*] nec
4 enim† ſufficit proponere, de conceſ. preben. cū ſuper,
ſm Hoſt. qui etiam per hoc no. nō ſm cōſcientiā, ſed
ſm probata iudicari debere, de hoc ſup. de offi. dele.
paſtoralis. §. quia uero [*Dicit*] ideſt petit in libello [*De-
diſſe*] uel ab alio ipſius nomine datum eſſe [*De bonis fra
5 tris*] facta enim† excuſſione in bonis mariti agere po
tuit mulier hypothecaria contra extraneos poſſeſſo-
res illorum bonorū, quæ tunc fuerant obligata pro
dote, quomodo autē creditor in hypothecaria habet
hæc ꝓbare, ſ. rē fuiſſe ſpecialiter, uel generaliter obli-
gatā, & pecuniā fuiſſe numeratā, & rē fuiſſe in bonis
debitoris tp̄e obligationis, uel poſt, ꝓſequere plene,
ut in Spe. de oblig. & ſolutionibus. §. 1. 7. col. uer. Sed
6 qd debet creditor, & uer. ſeq. [*Obligata*] an noceat† pa-
tri renunciatio huius iuris hypothecarū, quam facit
filiafamil. in cōtractu mariti, & quid ſi filiusfami. uel
emancipatus iuſſu patris recipit dotem, an pater, & e-
ius bona ſint obligata, uide in Spec. de dona. inter ui.
& uxo. §. 2. aliàs. 3. uer. quid ſi filia, & duobus ſequen-
7 tibus. ¶ Tertia† gloſſ. reſpondet per quæſtionem qui-

8 bus creditoribus mulier præferatur. ¶[In† 4. glo. ibi, res
uxoris] damnato marito, uel ex pœna in ſeruilem cō-
ditionem deducto, res ante reatum quocunque mo-
do ad uxorem ſpectātes apud ipſam remanent illiba-
tæ [& ibi. l. 2.] incipit, ob maritorum. uide de his, quæ
fiunt à maiori parte capi. quæſiuit, ſuper ult. gloſſ. [&
ibi. §. uxores] damnato uiro de crimine læſæ maieſta-
tis uxor recuperat dotem, & ſi quos fructus habebat
in bonis mariti, illos tenet, & reſtituit uſufructu fini-
to [& ibi, ſi quis 2.] proſcripto marito uxor dotē, don.
propter nuptias, & omnia ad ipſam prius ſpectantia
recipit [& ibi, bona] ibi dicitur, quòd uxores damnato-
rum don. propter nuptias, & dotem recipiunt, ſi ſint
indotatæ, recipient de uiri ſubſtantia partem legibus
diffinitam [& ibi. l. 2.] Si uiro damnato fiſcus dotem
coniugis occupauit, uxor dotem à fiſco repetit [&
ibi, Satis] uide de conſuetu. ex parte, in gloſſ. antepen.
¶[In glo. penul. ibi. l. ult.] incipit, ſi mulier. uide de con-
ceſ. præben. literas, ſuper ulti. gloſſ. [& ibi, ſi mater] uide
de appellatio. ex parte. 2. in 1. gloſſ. ¶[In glo. ult. ibi, ſi debi-
tor] pignus à debitore diſtractum ſine conſenſu credi
toris tranſit cum ſua cauſa in emptorem [& ibi. l. 2.]
bona contrahentium cum fiſco, etiam ſi non expri-
matur, ſunt tacitè obligata [& ibi. l. 3.] incipit, ſatis. ui-
de ſupra [& ibi, alienatio] ſequitur, cum fit cum ſua cau
ſa in alium transferimus, quæ eſſent futura, ſi apud
nos ea res manſiſſet [& ibi, inter debitorem] uide de pa-
9 ctis, plerique, ſuper prima gloſſ. ¶[In glo. 1. in fine] ff. de
tranſact: cum hi. §. uult igitur oratio, Hoſtien. ¶[In glo.
3. ibi, præfertur] 24. priuilegia dotis uide in Spe. de do-
na. inter uirum, & uxo. ad finem [& ibi, ſed non præfer-
tur] creditoribus ſuperioribus, ut ſequitur. & hæc fuit
opinio Bul. quam tenet Accur. in pr. l. aſſiduis, in ma
gna gloſſ. & Dyn. inſtitutio. de actio. §. actionum, in
fine. Sed ut in ea. gloſſ. no. Mar. tenuit contrarium, ꝙ
ſcilicet præferatur prioribus habentibus expreſſam,
& hanc ſequuntur Iaco. de Aret. Pet. de Bel. perti. &
Guido de Suza. & ibi placet Cyno rationes iſtius opi-
nionis, ſcilicet ibi no. glo. ſed potiſſimè innititur: quia
textus ibi dicit, contra omnes, & quia dicit eam præ-
ferri creditoribus uallatis priuilegio temporis. ergo
non loquitur ſolum de uallatis priuilegio legis: ſed il-
lam præferri habentibus tacitas tantum, eſſet contra
priuilegium legis, non temporis. & Pe. dicebat ſe non
uidere, quomodo reſpondeatur argumento, ſi uin-
co &c. cum mulier uincat credētem in refectionem,
qui uincit priores habentes expreſſas, ut in auctem. ibi
ſigna. quo iure. ad id, quod infra ſubdit glo. de fiſco,
reſpondent, ꝙ non ſemper procedit: quia quandoq;
fiſcus plus habet, quàm mulier, quandoq; minus, ut
in caſu iſto, quo tantus eſt fauor rei publicæ, ut in fi.
10 glo. ¶[In† glo. propter, ibi, bona] & infra de hære. decreuit,
lib. 6. [& ibi, niſi in caſu] ſcilicet primipilarij. & de hoc
adde, quod no. ſupra de conſue. ex parte, in glo. quod
de iure. ¶[In gl. hoc priuilegium, ibi, paraphernalia] ideſt quæ
mulier habet ultra dotem, bene extenditur: quia pro
his, & pro dona. propter nuptias bona mariti ſunt ta-
citè obligata: ſed in his non habet priuilegiū, de quo
habes, ſupra gl. 2. quia nō præfertur prioribus credito
ribus habentibus tacitas, ſed poſterioribus tantum,
ut in hac. l. & C. qui potiores in pig. ha. l. ulti. Inno. Di-
cit Abbas, quidam habent hic, non: quidam ſine, nō,
& utrunque poteſt ſaluari, ſi marito paraphernalia,
ideſt eorum adminiſtrationem poſtmodum aſſigna
uerit, tunc tenetur: aliàs non. Hoſt. remittit ad ſum-
mam, eo. ti. §. qualiter contrahatur, ſub §. conuentio-
nalium [& ibi. l. ult.] niſi per ſpecialem ſibi prouiderit
hypothecam, ut ibi. Hoſ. & ſimiliter ubi idem no. [&
ibi, Communionem] uel qui ſcienter nubunt hereticis; qđ
dic, ut infra de hæreticis, decreuit, lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶Solu. matrimonio. Vide de conſue. ex parte, quæ omnino faciūt
ad q. an delinquente marito uxor poſſit impedire deſtructionem
domus mariti deſtruendæ ex forma ſtatuti. uide de hoc Bart. in l.
1. §. ſi ſeruus, ff. ad Syl. & doct. & Bald. in l. pignus, C. de pigno. act.
& mandans iudex capi bona uxo. tenetur de ui, uide d. Barto. de
Sali. in l. 1. C. de ui priua.

b Cum dilecti. Vide hanc materiam pleniſſimè per Barto. in repe. l.
ſi conſtante, ff. ſolu. matrimo.

*SVMMARIVM.*

1 *Ex pignoris fructibus ſi creditori, uel ei, qui ab eo cauſam habet, ſit ſatisfactum ſorti, pignus eſt reſtituendum debitori.*
*Inſtrumentum ualet, quamuis in eo dicatur quis filius eius, qui eſt mortuus, & non addatur, quondam.*
2 *Pro pignore recuperando quæ actiones intententur.*
*Actionem quam quis intentet, non eſt curandum.*
*Pignoratitia eſt actio perſonalis.*
3 *Poſſeſſiones pro fructibus earum.*
*Fructuum pignoris perceptio habetur loco ſolutionis.*
*Poſſeſſionem quis nanciſci poteſt etiam per alium.*
4 *Suffragium gloſſarum.*
*In ſortem operæ mancipiorum, & fructus rei pignoratæ computantur, num. 1. 3. & 5. præterquam in caſibus, & quibus, num. 5. remiſſ.*
*Pignus nunquid ſecundo creditori poſſit iterum obligari, in fin.*

## CAPVT VI.

1 CVm contra. Caſus. Si † creditor,
uel is, qui ab eo cau-
ſam habet, receperūt tot fructus ex pigno
re, ꝙ ſatisfactū ſit ſorti, debet pignus reſti-
tui debitori. & in prima factū, & proceſſum narrat. in
ſecunda diffinit ibi, Nos igitur. & ſic conſtrue, cū mo
uiſſes in noſtra præſentia quæſtionē contra Goff. &c.
[Quas quondam] ſi dicatur in inſtrumento. B. filius. A. li-
cet A. ſit mortuus, nec dicatur, Quōdam, ualet inſtru
mentum. de hoc in Spec. de inſtru. edi. §. reſtat, ad fin.
Lau. [De Saul.] Ber. intelligit, ꝙ iſte fuit debitor, & pa-
ter iſtius. B. credo ꝙ fuerit creditor [Prædicto G.] cōtra
2 quem agebatur: ſed † qua actione? dic ꝙ rei uendi. ſm
Hoſt. ſi pater fuerat dominus, & ipſe heres ſemel ade-
ptus fuerat poſſeſſionē. ff. eo. ſi dominiū, ff. de pe. hæ-
re. quod ſi in diē. §. non ſolum: aliàs officium iudicis
cōpetit, C. ſi pignus pignori da. ſit. l. 2. ff. de pig. actio.
debitor. §. ſi. ff. eo. grege, §. cum pignori, & §. in ſuperfi
ciariis. Sed & contra illū, cui res fuit obligata, compe-
tit pignoratitia. Vnde dicebat Inn. ꝙ iſte petebat reſti
tutionē pignoris, & actionē pignoratitiā intentabat;
quod dic uideri, fieri non poſſe, cū actio pignoratitia
ſit perſonalis, & nō detur in rem. idē dixi poſt eum de
fo. compe. poſtulaſti, in gl. priuationis, uer. ſed in hoc
a caſu[a]. Dicit demū Hoſt. de his non curandū; alle. de iu
di. dilecti [Earum] poſſeſſionū [Eodem G.] cui facta fuit
obligatio hæredibus creditoris [Alijs] forte ipſis hære
dibus creditoris, uel aliis, qui ad firmam, uel aliter ha-
buerant id ab eis: de creditore nō dicit, puta forte de-
ceſſit ante, quàm fructus aliquos perciperet [In talibus]
ſ. poſſeſſionibus pro certa ſumma mutui obligatis,
Hoſt. [Reſtitui] debeant, quod ſequitur [Poſſeſſiones] i.
3 fructus † poſſeſſionū. & ſic inculcatio, uel pro tanto
hoc dicit, ut oſtendat, ꝙ perceptio habetur loco ſo-
lutionis, & ſolutione eius, quod debetur &c. inſtitu.
quibus modis, in prin. Hoſtien. uel primò ius hic fa-
ctum [Penitus] hoc repete, quod no. ſupra de iureiu.
ad noſtram. 1. Innoc. [Per nuncium] poteſt etiam quis
per alium poſſeſſionem nanciſci, de præbend. acce-
dens, Goffredus [In poſſeſſionem] de re iudica. cum
ali-



4 aliquibus. ¶[In† glo. 1. ibi. l. 2.] creditor in ſortē cōputat
operas mancipiorū pignoratorum, quas percepit, &
quas percipere potuit. ¶[In glo. 3. ibi. l. 1.] quod recipit
creditor ex operis ancillæ, uel ex penſione domus pi-
gnoratæ, computat in ſortem [& ibi, l. 2.] uide de re-
ſti. ſpo. grauis, ſuper 3. glo. ¶[In gl. pen. ibi, nemo plus] hanc
& ſequen. uide de iure patro. cura, ſuper ult. glo. ¶[In
glo. ult. ibi. l. 2.] loquitur de creditore, qui agrum dete-
5 riorem cōſtituit. ¶[In† glo. 1. in fi.] de hoc ſatis per Hoſt.
in ſumma huius titu. §. quando efficaciter, uer. ſed nū
quid creditor. ¶[In glo. niſi, ibi, conqueſtus] ubi de hoc, &
12. q. 3. in ſumma, & præ. c. cōqueſtus, poſui uer. quos
de his caſibus ponebat Hoſt. eo. titu. ſalubriter, & hic
etiam, & ibi remitto ad ſummam. ¶[In glo. non enim, ibi,
creditori] nunquid ſecundus creditor poſſit iterū obli-
gare, uide in Spe. eo. tit. §. 1. uer. ſed cum pignus [& in
fine] de hoc in præ. decr. nuper, & 1. q. 1. c. 1.

ANNOTATIONES.

a ¶Sed in hoc caſu. Veudicabat ergo, ut ſupra dixit. ad hoc. uide per
Cyn. & Bald. in l. nec creditores, C. de pigno. ac. & ſi pignoratitia
iſta fuiſſet, ſententia daretur contra tertium, quaſi ſit in rem ſcri-
pta, hoc uoluit Bald. C. de pig. act. l. 1. ubi uide.

*SVMMARIVM.*

1 *Pignus redimere poteſt impeditus intra diem ſtatutum ſub pacto legis commiſſoriæ iuratusq; redimere, & nu. 7.*
2 *Nuncius cuiuſpiam ſi ſit à latronibus captus, an poſſit agere contra mittentem, ut ſe redimat.*
*Captus ſi ſim, cum eo pro te ad exercitum, quid iuris.*
*Si per nuncium miſi pecuniam tibi ſoluendam, & non ſoluit, utri pereat mihi, an tibi, uide nu. 7. in prin. & nu. 8.*
3 *Debitor non debet expectare, quòd ab ipſo debitum exigatur, ſed offerre creditori, & ſi non eſt, quid agendum.*
*In loco ſi non inueniatur perſona, cui promiſerim quid cedere, uel renunciare, quid agere debeo.*
*Proteſtatio debet fieri pro me non ſtare, & quid aliud facere debeam, ſi per abſentiam eius, cui promiſi, non poſſum.*
*Renunciatio rei temporalis apud quem fieri poſſit, & apud quem ſpiritualis.*
4 *Impeditus ceſſante impedimento debet exequi, quod tenetur, alioquin excuſatio impedimenti non prodeſt.*
5 *In mora quis eſſe non dicitur, cum habet exceptionem, uel caſu, fortuito tardatur, num. 7. §. 1.*
*Reſignare, pro reddere.*
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. 7.*
*Pignorari res poteſt ſub pacto legis commiſſoriæ, & quo caſu uideatur potius uenditio conditionalis.*
*Nuncij deferentis quid malitia nocet domino mittenti. §. 1. in fi. & ſupra nu. 2. & infra 10.*
8 *Additio gloſſarum.*
*Commiſſoriæ legis pactum quando teneat, & ſupra nume. 7. in princ.*
*Tancredi quæſtiones dominicales citantur.*
*Venditio fundi cum pacto recuperandi ad tempus ualet, niſi fiat in fraudem.*
9 *Commiſſoriæ pactum, quare permittatur in uenditione, non pignore.*
*Venditio communiter fit quanti res ualet.*
*Pignus plus ualet communiter, quam pecunia credita.*
10 *Periculo meo res mea perit; ſecus ſi aliena, & quando hic, & ſupra nu. 2. & 7.*

## CAPVT VII.

1 SIgnificante. Caſus. Si is † qui ſub pa
cto legis cōmiſſoriæ
pignorauit rem ſuā, & iurauit nō cōtraue
nire, iuſtè impeditus intra diē ſtatutū rem
nō redimit, poſt diem illā redimere poterit, & prima
ponit debitoris querelā. ſecūda dat iudicē, ibi, cū igit
[Moleſtaret] ecce pactū, l. cōmiſſoriæ [Tempus] aliàs ter-
minum [Videbatur] cōiter, aliàs eſt in textu [Ei] ſ. debi-
tori. & hic fac punctū. ſed ſi faceres poſt uerbū, credi-
tori, tunc exponas. i. creditori. ſi. ff. de ac. emp. & uen. l.
2 ueteres [Infideliter] quid ſi fideliter † agens in uia fuiſſet
à latronibus captus, an poſſit agere contra mittentē,
ut eū redimat, uel ſaltem contribuat? uide in Spec. de
iudi. §. 3. uer. illud autē. Et ibi ſequitur ſimilis qō de il
lo, qui cum equo, & armis iuit pro ipſo ad exercitum,
& ibi captus eſt, de qua uide de iureiu. ſicut 3. in glo.
de uocatis [Perſoluit] ſi fuiſſet nuncius creditoris miſ-
ſus nō ad cōmonendum tm̄, ſed ad referēdum, peri-
ret creditori, ff. cōmo. qui nō tam, & l. ſequenti, & de
hoc. 95. diſt. presbyteri. Si uerò nuncius falsò dixit ſe
miſſum ad referendum, debitori perit, q non debuit
credulus eſſe, ut no. in l. qui nō tam [Vt debebat] ex ui
illius cōuentionis, ſ. intra terminum ſtatutū [Remiſit]
3 quicunque † eſt alteri obligatus, nō debet expectare,
ꝙ ab ipſo debitū exigatur: ſed debet accedere ad do-
miciliū creditoris, & ibi illi offerre, quod debet: & ſi
nō eſt ibi, proteſtetur coram iudice loci, & cōſignet,
a arg. hic, & C. de uſur. ſi creditrici, & l. acceptam[a] & C.
de ſolu. obſignatione. Si uerò promiſit alicui facere
ceſſionem actionis, uel renūciationē iuris ſui, idē eſt
dicendū, arg. ſup. de of. ord. paſto. ſecundū Inno. ſ. ꝙ ſi
nō inuenitur perſona in loco, fiat proteſtatio coram
iudice, uel perſonis honeſtis. Plus dicit Hoſt. fieri poſ-
ſe, ut ſi agatur de ceſſione, uel renunciatione iuris tē-
poralis, fiat in manibus tabellionis, recipientis nomi-
ne illius, cui facienda erat, argum. ff. rem pu. ſal. fo. l. 2.
Renunciatio uerò iuris ſpiritualis non niſi in mani-
bus iudicis ſui eccleſiaſtici fieri poſſet, ut patet in eo,
quod le. & no. de renun. admonet, Hoſtien. [Captione]
4 hæc excuſatio fuit † neceſſaria. quamuis enim propter
miſſionem nuncii excuſetur à periurio, quamdiu cre
dit pecuniam eſſe ſolutam; non tamen excuſatur, ſi
non ſoluit, quàm cito potuit, ex quo ſciuit pecuniā
non eſſe ſolutam: quia adhuc durat debitum, & uin-
culum iuramenti: quia licet ex pacto non teneatur,
quin poſſit recuperare pignus, ex iuramento tamen
obligatus erat, ut ulterius petere non poſſit, niſi præ-
dictis excuſationibus defenderetur ſecundum Inno-
cen. & Hoſtien. facit, quod no. 32. quæſtio. 1. apud, &
quod dixi, ſupra de offi. delega. P. & G. in glo. quærit,
Hoſtien. & uide quod dicam, de reg. iu. peccatum, ſu-
5 per 1. glo. lib. 6. [Detentus] & ſic † nòn fuit in mora, cum
haberet exceptionem legitimam, ſm Pe. inf. de re. iu.
non eſt in mora, lib. 6. [Si eſt ita] omnia ſuperiora reſpi
cit, ſup. de reſcrip. olim [In ea] ſ. forte. & hoc eſt uulga-
re in pignore, ſup. c. prox. [Reſignet] ideſt reddat. & hoc
eſt ſm Inn. de iure communi, non ex diſpenſatione.
Alii dicunt, ꝙ relaxatur iuramentum: quia erat con-
tra ius, de iureiuran. c. 1. & c. debitores. Alias ſeruari
debuiſſet, eod. titu. cum contingat, dic ut ſupra dixi.
6 ¶Gloſſ. † 2. declarat, quid ſit lex commiſſoria, ſignat
contrarium, & ſoluit. ¶Gl. 3. no. & ſignat contrariū.
¶Penul. gl. arguit, all. contrarium, & ibi remittit. ¶Vl
7 ti. glo. ſignat contrarium, & ibi remittit. ¶[In† glo. 2 ibi,
ſi fundus] in fin. pignorari poteſt res eo pacto, ꝙ precio
certo die non ſoluto creditor habeat rem emptā, tūc
iuſto precio æſtimādam [& ibi. l. ult. 1. reſponſo] Si pigno
raui prædium, & fideiuſſorem dedi, cum quo conue
ni, ſi intra trienniū redimerem, fideiuſſor ſolueret, &
prædium ſibi emptum eſſet, dicitur nō obligatio, ſed
conditionalis emptio. ¶[In 3. glo. ibi, argentum] uide inf.
in ſup. & ſup. de cōmo. c. vno, in gl. 2. [& ibi, cum à matri
bus] Si mater pecu. miſit ad petendum pupillo tutorē
qui per latrunculos mortuus eſt, non dicitur mater
fuiſſe moroſa ex petitione tali caſu tardata, nec p id à

ſucceſſione repellitur[& ibi.§.ult.]Si mihi uolenti ar-
gentum emere uaſcularius detulit, & dimiſit, & cum
non placuiſſet, remiſi, præſto culpam deferentis. Et
idem de culpa illius, cui commiſiſſem cuſtodiẽdum.
8{ ¶[In † gl. 1.in fi.] ſic.§.c.3.¶[In gl.2.ibi.improbatur] inter de
bitorem,& creditorem: ſed inter debitorẽ, & fideiuſ-
ſorem ſuum non, vt in ſupradicta.l.ff.de contrahend.
emp.l.ult.1.rñſo.Gof.intelligas ſm Hoſt.niſi ibi fieret
fraus de perſona ad perſonam,de qua.j. de priuil.quã
to,& ſi.no.de ſpon.Gemma,& ſic fiebat Paduæ.Item
inter creditorem,& debitorem bene ualet,ſi dicatur,
Si ad tale tempus non ſoluero,res tua ſit,iuſto tamen
precio æſtimanda,& ſic ceſſet contrarium de.l.ſi fun-
dus.§.fi.ff.de pign.Quid ſi dicat,ſi non ſoluero,ipſam
rem do inſolutum? non ualet.ff. de ſolu.Calipodius.
Quid ſi dicat,ꝙ non licet in perpetuũ redimere, non
ualet,ar.ſup.de preca.c.fi. ff.eo. cum precarium.Quid
ſi dicat,habeas rem in feudũ, nec hoc ualet, arg. ſup.
de re.ec.non alie. ad noſtram. Quid ſi dicat imperpe-
tuum non repetam, non ualet, vt hic,ar.ff.de iureiu.
ſi duo patroni.§. idem Iulianus. Quid ſi renunciat in
hoc beneficio iuris, non ualet,ſup.de ſo.compe.ſi di
ligenti.Quid ſi promiſit pęnam,ſi repetat, non valet,
ar.ff.ſi quis caut.l.2.1.rñſo.ff.de cond.indc. eleganter.
§.pe.C.de vſur.cum allegas. Quid ſi iurauit non repe-
tere, dicunt quidam,ꝙ non tenet,ar. C.de legi.nõ du-
biũ.Tu dic,ꝙ tenet, ut hic ſatis innuitur,& huic con-
cor.Inn.& Bar.ſm Tã.in q.dominicali. 12.uide,quod
dixi in Spe.de renun.& con.uer.& quia hic,quid ſi di-
cam,vendo fundum prox.ita,ꝙ vſque ad 20.annos re
cuperare poſſim, ualet.ff.de præſcri.uer.ſi uir uxori,
niſi fiat in fraudem,ſup.co.illo.Hoſt.[& in fin.] ſi quæ
9 ras, qua † ratione permittitur hoc pactum in uẽditio
ne,& non in pignoribus,rñdeo ſm Pe.& Ab.Cõmu-
niter res venditur, quãtum valet,& ideò ſi exiſtat con
ditio,non multum fraudatur uenditor,nec obſ. ſi di-
cis, ꝙ interdum minus uenditur: quia ad ea &c. ff.de
legi. nã ad ea.ſed cõmuniter plus ualet pignus, quàm
pecunia credita.Si ergo haberet ibi locũ hoc pactũ,il
lo,quod pluris ualet, fraudaretur debitor ſm eos.ſed
adde rationem: quia nec aliter creditores mutuarẽt,
ſi hoc pactum eſſet licitum: & debitores, uel ſperan-
tes redimere poſſe in termino cõuento, uel multum
b indigentes pecunia, de facili huic pacto cõſentirent.[b]
Item hic accederet aliquid ſorti, & eſſet in fraudem
10 uſurarum.¶[In † gl.ergo non,ibi argentum] hæc.l. licet pro-
bet,ad quod inducitur per gl. contradicit tamen tex-
tui,cum ibi dicatur,ꝙ ſi argentum per te mihi cõmo
datum tibi remitto per nuncium meum, quem puta
bam, & meritò fidum & cautum, & ille forte ab alio
deceptus aſportet,vel perire permittat,perit periculo
tuo.So.ſm Pe.& Ab.ibi argentum commodatum vt
ſpecies tuum remãſerat quò ad dominiũ,& poſſeſſio
nem.ff.commod.l.rei cõmodatæ.perit igitur res tua,
& nõ mea, nec teneor de caſu, vbi non pceſſit culpa,
de cõmo.c.uno. Sed ſi mihi mutuaſti.100. illa ſtatim
ſunt mea,non tua.ff.de reb.credi.l.mutuum.Quando
igitur remitto tibi illa, uel alia.100. donec tibi pecunia
tradita fuerit,mea eſt, & non tua. Si ergo pereat, non
perit tibi: quia tuum non erat:ſed mihi,quod meum
erat[& in fin.] non imputatur quò ad periurium, ſed
imputatur in hoc,quia perit periculo ſuo.¶[In glo.ulti-
ma in fi.] mag. glo.ibi ſoluitur.

ANNOTATIONES.

a ¶Acceptam.Ibi uide pleniſſime hanc materiam per Bal. & per d.
Bar.de Sali.& per Bart. in l.item illa,ff.de conſtitut.pec. & Bald.
in l.cum qui,iam,C.de cond.inſer.

b ¶Conſentirent. Et hæc ſunt uera, quando à principio apponitur
pactum:ſecus,ſi ex interuallo.1.quã u.ff.de ſol.ubi uide late.

SVMMARIVM.

1 *Decretalis hæc facit ad titulum.*
*Vſufructuarius cauet, & qualiter. Si prius agit, quàm caueat,*
*quid, num.2.*
ſtium Inno. uerò, infra cap. proxi. recitat primam, ſe-
cundam, & ultimam opi. nullam approbãs. Pe. & Ab.
dicunt tene, quod uis: dicit Hoſti. ꝙ ſi fiat collatio ra-
tionum facile apparebit opinionem ſuam ueram eſ-
ſe, pro qua facit lex diuina, & canonica, & generalis
conſuetudo, ut hic. Item ipſa ueritas, quæ deus eſt, &
quæ omnibus præualet. 2. Eſdræ. 10. in fi. Sed pro con-
traria opinio. eſt lex humana, pernicioſa ſubtilitas, &
timor falſitatis. C. de fideiuſ. l. fi. Potiora ſunt igitur iu-
ra primæ, & ſic ei ſtandum. C. de edic. diui Adria. l. fin.
nec recipienda eſt per iudicem ſubtilitas, quæ uerita-
tem lędit. ff. qui. mo. pi. uel hypo. ſol. l. ſicut re. §. ante-
pe. nec nocet timor falſitatis, ut dixi in textu: remittit
etiam ad ſummam, eo. titu. §. qualiter conficiatur [*&
ibi, temporali iuriſdictione*] de hoc. 10. di. conſtitutiones,
& infra de reg. iur. in ſecunda regula, lib. 6. [*& ibi, Vel-
letren. & Hoſti.*] de qua hic loquitur [*& in fi.*] quintam
opi. de præſentia presbyteri dixi in tex. quæ etiam du-
plex eſt, ut ibi percipere potes. Communiter ſeruat,
ꝙ in relictis ad pias cauſas in omni foro ſufficiãt duo
teſtes; in alijs in foro ciuili, qui nõ ſit de temporali iu-
riſdictione eccleſiæ, ſeruatur lex, quædam additio at-
tribuitur Inno. infra cap. proxi. qua dicitur diffinuiſſe
leges in his & alijs ſeruandas, niſi in caſibus per leges,
uel canones exceptis, de hoc infra de no. ope. nunc.
c. j. & uide quod ibi dixi ſuper. 2. glo. ubi etiam ad ſpe-
cula. remiſi. ¶ *In glo. ultima ibi, ubi de hoc*] & infra de ſa-
git. c. uno [*& ibi, non credo*] ſecundum Tan. idem Inno.

*SUMMARIUM.*

1 *Legatum ad pias cauſas coram duobus teſtibus factum, ualet.*
2 *In teſtamentis leges quæ teſtamentariæ, etiam in foro eccleſiaſtico ſeruandæ.*
*Quot requirantur iure canonico teſtes, in fin.*
3 *Suffragium gloſſarum.*
*Legatum pro redemptione captiuorum non deſignata perſona quis diſtribuet.*
4 *Additio gloſſarum.*

C A P V T III.

1 REfatum. Caſus. Valet† legatum ad
pias cauſas corã duobus
teſtibus factum, & primò ponit factum re
prehenſibile, quod ſecundò corrigi man-
eat ibi, Mandamus. & mandatum probat ibi, Quoniã
[*Iudicare*] ſ. illa relicta deberi, bene enim iudicabãt for-
2 te contrarium [*Secundum† leges*] quò ad numerum te-
ſtium, Goffr. idem etiam dicit de caſu ſupra co. filius.
per quod collige leges dicentes de ætate, uel ſurore te
ſtatoris, & his ſi. in eccleſiaſtico foro ſeruandas, ceſſat
enim in illis hæc ratio, de qua hic, & ſupra cap. proxi.
[*Duobus*] etiam præter presbyterum, non ob. ſupra ca.
proxi. ſecundum Hoſti. ut ibi dixi ſecundum eum ſu-
3 per uer. Idoneis, quod hic repetit. ¶ *In† glo. 2. ibi, nulli
licere*

*licere*] legatum pro redemptione captiuorum nõ de-
ſignata perſona, quæ diſtribuat, diſtribuet epiſcopus
originis, ul habitationis, ſi origo eſt incerta. ¶ *In glo. ul-
tima in fine*] & facit. 25. quæſtione. ſexta. §. fina. uer. item
cum in Ilerden. primus, ver. eſt.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus de quibus teſtari poſſit, & quanta & quibus & quan-
do largiri poſſit, & num. 2. 3. 4. 5.*
*In eius bonis, de quibus non licet teſtari, quis ſuccedet, & quomo-
do eorum fiat, ſi ſint plures ſucceſſores, diſtributio, & num. 2.
& 3. 6.*
2 *Bonorum nomine mobilia & immobilia continentur.*
*Decretalis hæc in quibus locum habeat, & nu. 3. 4.*
3 *De fructibus anni futuri an ex conſuetudine clericus decedens ante
calen. Nouemb. poſt calen. Martij.*
*Extrauagantem, ſuſcepti quæſtionem, citat Ioan. An.*
*Arrbitrium hic non includit iure uetitos hæreticos inteſtabiles.*
6 *Beneficia ut quis in diuerſis eccleſiis poſſideat, ex diſpenſatione
quorum concedatur.*
5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 8.*
*Precium in quibus conſiſtat.*
8 *Corpus, uel collegium nauiculariorũ nauiculacorũ quãdo ſuccedat
§. primo.*
*Coniunx coniugi ut non donet, non eſt amarè probibitum in pau-
cis. §. fina.*
9 *Additio, ſiue ſuppletio gloſſarum.*
*Bona epiſcopi, archidiaconi, aliarumque dignitatum, & canoni-
corum morientium ad quem deuoltantur & qualiter diſtribuã-
tur, iunctis gloſſis citatis.*

## CAPVT XII.

1 RElatum. Caſus. De † proprijs teſta-
ri poteſt clericus: in acq-
ſitis per eccleſiam, etiã ſi ſint mobilia, ſuc-
cedet eccleſia. i. communis congregatio,
uel ſucceſſor: poteſt tamen ex eis aliqua ſeruitoribus
elargiri: & ſi plures habebat eccleſias, fiet diuiſio in-
ter eas, & ſunt 5. partes. ſecũda ibi, Nomine. tertia ibi,
Licet, quarta ibi, Ceterum. quinta ibi, Quia uerò [*Bo-
2 na quælibet*] bonorum † nomine mobilia & immobilia
continentur. ff. de uerb. ſig. bonorum, Goff. [*Nomine*]
§. 1. & ſecunda pars [*Non epiſcopus*] tantum, uel diſtin-
gue, aut clericus beneficiatus à cõgregatione ſola, &
illa ſola ſuccedit: aut à ſolo epiſcopo, & ſolus ipſe ſuc-
cedit, arg. Inno. ut ecc. benefi. c. uno, ad fi. aut ab epi-
ſcopo, & congregatione, & tunc diuidunt inter ſe, cũ
hæc ſucceſsio competat illi, à quo & inquantum be-
neficiatus eſt, ſupra eo. cum in officijs, infra §. fi. & in-
fra eo. requiſiſti. §. fi. Quid ſi non erat beneficiatus. re-
ſpondeo, ſuccedunt parentes, ſi ſuperſunt. 12. q. 3. qui-
cunque, & q. ulti. c. fi. & in ſubſidium eccleſia, arg. hic
& 12. q. 1. ſint manifeſtæ, & prædictis iuribus. Intelligi-
tur autem hæc litera, quando non habet patrimonia-
lia, uel aliunde, quàm ex beneficio acquiſita, remit.
Hoſt. ſupra eo. cum in officijs, ſupra titu. 1. cap. fina. in-
fra titu. 1. ca. 2. Item intelligitur hoc de ſimplici bene-
ficiato non habẽte eccleſiam, uel adminiſtrationem
per ea, quæ ſtatim ſequũtur. Item de inteſtato per ea,
quę dixit, ſupra titu. 1. ca. fi. Item de non habente con-
ſanguineos, qui ſuccederent, ut eſt dictum, argu. C. de
hæredi. decuri. uel nauicula. l. 1. 2. & 3. & per totũ [*Cano-
nicam*] ut. ſ. diſtribuatur, vel in utilitatem communem
conuertatur, nec vni, vel pluribus ſingularibus appro
prietur, de præben. ca. 3. de conſti. cum omnes, quod
habet epiſcopus prouidere, ut infra dicã [*Tantum unus*]
& nullus remanſit, ſicut cum ſolus eſt capellanus, uel
remanſit aliquis non tanquam colleginm, Lau. [*Eſt
3 ordinandus*] ſed nulla † uidetur hæc diſtinctio, nam etiã
in locum ſimplicis præbendarij ordinandus eſt unus
ſolus, & non duo, de præben. maioribus, & c. tuæ, & c.
dilecto, & c. uacante. Dic ergo ſecundum Hoſt. ꝙ hic
loquitur de defuncto nõ ſimpliciter beneficiato, ſed
qui habet dignitatem, uel certam adminiſtrationem
ſegregatam à congregatione, uel parochialem eccle-
ſiam, qui nec de his teſtantur, infra c. fi. & ſunt talia re
ſeruanda futuro ſucceſſori, de offici. ordi. præſenti, li-
bro ſexto, ubi de hoc, & facit, quod dicam ſuper glo.
[*Is*] ſcilicet ordinatus in loco defuncti [*Alia ipſius eccle
ſiæ*] ſuccedit ergo eccleſia, uel dignitas, & ſucceſſor lo-
co ipſius, ut hic patet [*Dei timore*] ſcilicet ne luxuriet.
[*Illa*] vnde pauperes ſuſtentari debẽt. 16. q. 1. c. fi. 12. q. 2.
aurum, Ho. [*Licet autem*] §. & tertia pars [*mobilia*] mul-
to minus, immobilia, de hoc, ſupra eo. ad hæc [*Morien-
4 tis*] & † eccleſiam, vel adminiſtrationem habentis. nã
canonicus & ſimpliciter beneficiatus poteſt de talibꝰ
teſtari, & ſic ſeruat conſuetudo, Hoſti. de hoc de offi.
ordi. præſenti, lib. 6. [*Conſanguinei*] de his expreſsit: quia
regulariter ſuſpecti: & intelligit de pauperibus, & be-
nemeritis, quibus potiſsimẽ ſubueniendum eſt. 86. di.
non ſatis, de co. cleri. capitulo primo, ſecundum Ho.
[*Aliqua*] notat moderationem, & reprehẽdit prodi-
galitatem: ſic ſupra de dona. cęterũ, ubi de hoc, Hoſt.
[*Seruitij meritum*] & ſic etiam diuiti conferri poteſt: in
pio loco, & pauperi ſufficit caritas [*Conferantur*] nõ iu-
re teſtamẽti, ſupra eodem ad hæc. & hic trac. quęſtio.
5 Guil. quam diſputauit, an † ualeat conſuetudo, ꝙ cle-
ricus decedens ante calendas Nouembris poſt calen-
das Martij poſsit de fructibus anni futuri teſtari? & te-
net ꝙ non. Contrarium terminaui, & approbatur in
extraua. domini noſtri, quæ incipit, ſuſcepti quæſtio-
nem, uide ſuper regula, nemo poteſt plus, de regu. iu-
ris, lib. 6. [*Cæterum*] §. & quarta pars, & quia ſupra pro-
xi. dixit de bonis per eccleſiam acquiſitis, nũc dicit de
proprijs [*Artificio*] ut quia erat bonus ſcriptor, uel pi-
ctor [*Doctrina*] forſan pueros docebat in grammatica,
uel alia arte, uel erat iuriſta, & pro doctrina & cõſilijs
multa lucrabatur. 11. q. 3. non licet. Quid de acquiſitis
ex illicita aduocatione, uel inhoneſta negociatione,
uel ex ludo, uel aliàs ex peccato? dicit Hoſtiẽ. Clamo-
res inde ſedandos, ſi qui appareant: aliàs per epiſcopũ
loci pauperibus erogetur. C. de epiſco. & cleri. nulli li-
cere. C. commun. de ſucceſsio. auct. omnes uerò pe-
regrini, in auct. de eccleſia titu. §. ſi autem pro redem-
a ptione [a], & ſe. coll. 9. Dicit tamen, ꝙ quicquid dicatur,
epiſcopi, & patroni in multis locis omnia occupant,
& ſe & uniuerſos occidunt. 93. diſti. diaconi ultra me-
dium, uer. nunc autem, uſque ad finem [*Pro arbitrio*]
dummodò catholicis relinquatur, infra de hæreticis,
ſi quis, Goffr. [*Quia uero*] §. & qninta pars: & poteſt ſic
continuari ad proximum, viſo, quid de clerico teſta-
to, uidendum reſtat de inteſtato, qui non habet con-
ſanguineos, uel cõtinuatur. §. nomine, ad fi. [*Poſſident*]
6 diſpenſatione † epiſcopi ſecundum Ioan. 70. di. facto-
rum, uel papæ de præben. de multa, in fi. uel per tole-
rantiam, de preben. cum iam dudum, Goffre. [*Habue-
rant*] hoc intellige in rebus proprijs clericorũ non ha-
b bentium conſanguineos [b], & decedẽtium ab inteſta-
to, uel de his bonis, de quibus neſcitur, cuius eccleſiæ
intuitu obuenerunt: quia tunc fiet diuiſio, vt hic dici-
tur, argumen. ff. de ſtipula. ſeruo. l. ſi cõmunis ſeruus.
Si uerò ſcitur, cuius eccleſiæ intuitu acquiſiuit, illi ce-
7 dent. ff. de ſtipulatio. ſeruo. l. 5. Gof. ¶ Secunda † gl. ar-
guit, alleg. 6. iura. ¶ *Glo. ſed nunquid*] quærit, & ſoluit: ite-
8 rũ quærit, ponit opinio. & diſtinguit. ¶ *In glo. 2. ibi. l. 1.*]
parum facit, forte inducit. quod ibi dicitur, preciũ in
ſubſtantia & quantitate conſiſtere, nõ diſtinctis præ-
dictis. Hoſt. alleg. l. in lege: ſed adducitur ad contrariũ,
uide in c. quia circa [*& ibi, ſi ſeruitus*] uide in præcedẽ.
cap.



c. quia circa, ſuper ultima gloſſ. ¶ *In glo. hoc bene, ibi. l. 1.
& 2.*] l. 1. dicit, ꝙ mortuo nauiculario inteſtato & ſine
legitimo hærede, non ad fiſcum, ſed ad corpus naui-
culariorũ, in quo erat, deuoluit ipſius hæreditas. Idẽ
dicit leg. 2. de alijs corpoibus. ¶ *In glo. ante pe. ibi, & uxo-
rem*] quod non ſic amarè prohibetur, quin donet cõ-
9 iux aliquas operas ſeruorum. ¶ *In † glo. 2. in fi.*] de hoc
no. de electio. ut circa, lib. 6. Hoſtien. ſignat contrariũ
de decre. de his, de ſepul. & ibi remit. ¶ *In gl. ſed nunquid,
ibi, illud*] & reuocata ſunt contraria priuilegia, conſue-
tudines, & ſtatuta, infra de electio. quia ſępe, li. 6. & in
cle. eo. titu. ſtatutum [*& ibi, diſtincta*] non ſic in cano-
nicis, licet ipſorum præbendæ ſint diſtinctæ: quia ibi
omnia bona ſunt capituli, nec ſunt à capitulo diſtin-
cta, licet per præbendas ſint aſsignata, ſecundũ Inno.
hoc probat hæc litera, uel ſucceſſor. ſi enim præbẽda
non eſſet diſtincta, non uacaret, & ſic nec ſucceſſorẽ
haberet, quod Inno. ſic probat, quod hic de archidia-
cono dicitur, pone ꝙ epiſcopus dotauit archidiaco-
na. ipſo uacante habet ipſius cuſtodiam, & ſuper eius
bonis poteſt ſtatutum facere, & illa ſibi ad tempus re
tinere, ut eccle. benefi. cap. uno, ad fi. & de hoc de in-
ſti. cum veniſſent. ergo nõ ſuccedit capitulum: & idẽ
dicit in alijs dignitatibus in ſecularibus, uel regulari-
bus eccleſijs [*& ibi, ſeruari debent*] niſi aliud ſit de con-
ſuetudine, uel ſtatuto, Inno. quod dic, ut de offi. ordi.
præſenti, lib. 6. [*& ibi, omnia bona*] licet etiam ipſe archi-
diaconus plus cæteris propter dignitatem percipiat,
Inn. [*& in fi.*] Si uerò archidiaconus eſſet etiam cano-
nicus, & bona archidiaconatus, & præbendæ ſint di-
uiſa, tũc per congruam æſtimationem fiet diuiſio in-
ter canonicos, & archidiaconum ſucceſſorem, infra
§. fi. Inno. & Hoſti. ¶ *In glo. ulti. ibi, percepit*] ut ſi Bonon.
& Pariſien. canon. dimiſit tria, & 10. habebat à Bono.
& 20. à Pariſien. Bonon. habebit unum, & Pariſien.
habebit duo.

ANNOTATIONES.

a ¶ Redemptione. Vide Cy. & doct. in l. cum oporteat, C. de bo. quę liber. & ibi Bal. & do. Bar. de Sali.

b ¶ Conſanguineos, quot gradus habeat in conſanguineis hęreditas clericorum, uide in l. ſi quis presbyter, C. epiſ. & cleri. per quam patet omnino fiſcũ excludi, & uide infra eod. requiſiſti, in gloſſ. fina. & ſuper illa Ioan. And.

*SVMMARIVM.*

1 *Voluntas pro rerum ſuarum ordinatione.*
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 3.*
*Hæredis inſtitutio tenet, licet legata, aliaq; non præcedat.*
*Nutu quid reliquere, uel fideicommittere poſſumus.*
*Hæredis inſtitutio, ſi uolet, tenet, ad uerſi. uerba hæc.*
*Captatoria nullius eſt momenti, & quando talis dicatur, ibid. &
num. 4. cir. fin.*
4 *Additio gloſſarum.*
*Teſtatus an quis & quando decedere dicatur, qui committit alte-
rius depoſitioni extremam uoluntatem.*
*Teſtatores plurimùm loquuntur abuſiue, uer. nam & plurimum.*
*Liberatas alterius uoluntati collata, ualet, in fin.*
*Pauperes ſi inſtituantur hæredes, qui intelligantur, ibid,*

## CAPVT XIII.

CVm tibi. Breue eſt, & habet uarios
intellectus, vt infra dicam
[*Quod*] ſup. ille [*Voluntatem*] id eſt ordinatio-
1 nem † rerũ ſuarum. Hoſti. ¶ Secunda † gl.
2 reſpondet per quæſtionem, an iſte uerè ſit teſtatus, &
3 ſoluit, & diſtinctionẽ ponit. ¶ *In † glo. 2. ibi, ante hæredis*]
olim neceſſe erat prius hæredem inſtituere, quàm le-
gata, uel libertates relinquere: hoc poſtea immutatũ
fuit [*& ibi, & in epiſtola*] ſequit, uel breui libello, uel ſi-
ne ſcriptura: imò & nutu fideicommiſſum relinqui
poſſe adhibitis nulla dubitatio eſt [*& ibi, nutu*] vide de
ſpõſa. tuæ, in gl. 2. [*& ibi, hac conſultiſſima*] non dicitur ibi
expreſſe, ꝙ ſufficiat annuere; imò dicit ibi, eulogium
ipſe ſuum profiteatur agnoſcere: ſed id induxit gloſſ.
quia de teſtamento cęci loquitur [*& ibi, uerba hæc*] ver
ba hæc, Titius, ſi uolet, ſit hæres, in neceſſario hære-
de conditionem faciunt, in uolũtario ſunt ſuperflua
[*& ibi, de teſt. mi. captatorias*] ſequitur, inſtitutionem etiã
in militis teſtamento nullius eſſe momẽti manifeſtũ
eſt [*& ibi, illæ inſtitutiones*] quando in præteritum, non
in futurum inſtitutio eſt collata, non eſt captatoria,
ut ſi dicatur, qua parte Titius me hæredem inſtituit,
Męuius hęres eſto [*& ibi, nonnunquam*] loquitur in lega
to, & ponit utrũque caſum de tacito & expreſſo, qui
ſequitur [*& ibi, captatoriæ*] ſequitur, ſcripturæ nec in hę-
4 reditatibus, nec in legatis ualeant. ¶ *In 1. gl. ibi, teſtamen-
tum*] hoc verum quò ad excludendum priuilegiũ epi-
ſcopi, de quo loquitur decre. cum tibi, de uerb. ſigni.
quæ eſt pars huius, ſed non quò ad alia, & ſic ceſſant
contraria ſecundum Pe. & Abb. ſed Hoſt. dicit, quòd
ex quo intendens teſtari, dicit hæc uerba. Omnia bo-
na mea committo diſpoſitioni Petri, uel his ſimilia,
intelligitur teſtatus, ad hoc infra ti. 1. cap. fi. ad fi. Suffi-
cit enim, ꝙ exprimat ad quem, uel ad quos bona ſua
vult peruenire. C. eo. titu. in teſtamentis, & l. fi. ſic ſuf-
ficit dicere hęreditatis meę dominus eſto, licet nõ di-
cat, Inſtituo. ff. de hęredi. inſti. his uerbis. i. reſpon. & ex
mente horum iurium dicit hoc ſummi, cum etiã de
verbis non ſit diſputandum, de procura. petitio. C. e.
l. indignum. nam & plurimùm abuſiuè loquuntur te
ſtatores. ff. de leg. 3. non aliter, & remittit ad ſum. e. tit.
§. qualiter conficiatur, uer. non refert. Innoc. uerò di-
cit hoc capitulũ loqui, quando expreſsè iubet in pias
cauſas bona ſua omnia erogari: quia nõ in talibꝰ ſuc-
cedit hęres ab inteſtato, nec Falcidia deducitur. C. de
epiſ. & cleri. ſi quis ad declinãdam. Idem, ſi tacitè hoc
agit, nam per hęc uerba: Extremam uoluntatem meã
committo diſpoſitioni talis, uidetur uoluiſſe, ꝙ om-
nia bona ſua in pauperes & pias cauſas expendantur:
aliàs, ſi contrarium uoluiſſet, uidetur decedere inte-
ſtatus. Quid ſi pręcepit cõmiſſario omnia pręter pau-
ca in non pias cauſas expendi, pauca uerò in pias? Di-
cunt quidam, ꝙ ratione illorum paucorum uidetur
teſtatus decedere ff. de legatis ſecũdo, ſi quis Titio. 10.
Alij dicunt, & uidetur melius Inno. ꝙ commiſſarius
recipiet tantum illa pauca, & expendet in pias cau-
ſas: alia omnia habebit hæres ab inteſtato: qui detra-
cta Falcidia ſoluet legata ſecundum mandatum teſta-
toris, infra e. Rainaldus. §. fina. ita ſi quis pauperes, uel
Chriſtum hæredem inſtituit, habebunt hæreditatem
pauperes, uel eccleſia, & alijs ſoluẽt legata, & fideicõ-
miſſa, quæ mandauit teſtator, ut in l. ſi quis ad decli-
nandam, ſecundum Inno. qui dicitur addidiſſe, ꝙ pla-
nior intellectus eſt, ꝙ per hæc uerba, Committo tali
meam ultimam uoluntatem, inſtituat illum hæredẽ.
ff. de leg. 2. cum pater. §. donationis, & non dat ei pote
ſtatem alium inſtituendi: quia tũc eſſet captatoria. C.
de teſtamento mili. l. captatorias [*& ibi, annuat legando*]
ſecus, ſi inſtituendo, de quo uide in ſpe. eod. titu. uer.
quid ſi is, qui, & quod ibi dixi [*& ibi, arbitrio*] expreſſa
re legata. Si uerò dicat, Lego Titio, quod arbitrabit
Meuius, ualet, & recurretur ad boni viri arbitrium, ꝑ
le. ſupra, & infra. alleg. ff. de leg. 2. leg. 1. Libertas uerò
alterius uoluntati collata expreſsè, uel tacitè ualet. ff.
de fideicom. lib. l. fideicommiſſaria libertas. 3. Vincẽ.
[*& in fine*] & de quibus pauperibus tunc intelligatur,
ibi dicitur, & no. infra eodem, capitulo primo, libro
ſexto, in gloſſ. licet.

SVM-

*SVMMARIVM.*

1 *De eccleſiis relicto petit epiſcopus partem ſuam, licet aliquid ſibi relictum fuerit à teſtatore, & excipitur.*
2 *De relicto cuius, & cui eam petere poſſit, & quando.*
*A' diœceſana lege quibus caſibus exemptum monaſteriũ dicatur exemptum, uer. ad idem.*
3 *Conditio pro modo hic, & è contrario ſumitur interdum.*
*Relicti portioni quando epiſcopus, uel ſacerdos parochialis uidetur renunciaſſe, ad uer. & epiſcopus, iuncto contextu.*
4 *Vltra legatum præcipuum, ſiue prælegatum portionem cum cæteris poteſt rei communiter diuidendæ conſequi.*
*Portiones duas quis poteſt habere ex eadem hæreditate, boniſq; beneficiorum uacantium, & quo caſu & iure.*
5 *Fraudem allegans probare debet, & per quæ probetur.*
*Quibus committatur modis in caſu huius decretalis.*
*A' portionis canonicæ ſolutione quidam ſunt exẽpti, & quomodo.*
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 7.*
*De inofficioſa agente an & quando quis poſſit, licet agnouiſſe dicatur iudicium defuncti, & nu. 8. §. 1.*
*Renunciaſſe an intelligatur quis. alij recipiendo unum, & num. 8. §. primo.*
*Quarta nõ poteſt arrogator arrogatum grauare per fideicõmiſſum, & ratio. §. fina.*
*Grauare quis non poteſt in eo me quod ex ipſius iudicio non capio ibid.*
8 *Additio gloſſarum.*
*Ademiſſe mihi beneficium per dationem alterius quo caſu uideatur epiſcopus, iuncta glo.*
*Fraus præpõderat negligentiæ. §. 2. & agnitioni, uel acceptationi.*
*Portionis canonicæ non integrè relictę ſuplementum poteſt petere, & quando.*

## CAPVT XIIII.

1 OFficij. Caſus. De relicto eccleſijs petit epiſcopus partẽ ſuam, licet
aliquid fuerit ſibi à teſtatore relictum, niſi
eo modo & non in fraudem relictum fuerit,
quod maneret ea parte contentus, & legatũ agno-
uerit, communis diuiſio. ſecunda pars ibi, cõſultatio-
ni. quæ tria facit. primò diſtinguit, & ſecundum mẽ-
brum proſequitur ibi, ꝙ ſi. 2. contra fraudẽ prouidet
ibi, Si uerò. tertiò proteſtatur ibi, Saluis [*Secundò*] pri-
ma de pę. & re. officij, tertia de ſen. excõ. officij. Hoſti.
2 [*Cum quis*] parochianus † de ciuitate, uel diœce. ſecun-
dum Hoſti. ſed de hoc non curo. Idẽ enim, ſi Bonon.
legaret eccleſijs Mutinenſibus, & epiſcopo Mutienſi.
[*Propriam*] reſpectu teſtamenti, uel. i. canonicam. Po-
ne ꝙ. 40. in uniuerſo legauit pro anima, de quibus. 10.
legauit epiſcopo: alia diſtribuit per eccleſias [*Eccleſiis*]
eidem epiſcopo ſubiectis: in alijs ſecus ſecundũ Inno.
Idem Pe. de ſan. & Abb. infra c. proximo, dicit Hoſtiẽ.
ꝙ alij intelligunt hoc generaliter. Tu dic quartam epi
ſcopalem non deberi, niſi de legatis, quæ fiunt eccle-
ſijs ſubiectis epiſcopo. Et uide quod dicam, infra titu.
2. certificari, in q. 10. Quartam uero parochialem de-
beri etiam ab eccleſia exempta, uel alterius diœce. ſi
ibi ſepelitur teſtator: & ſic ſol, ſecundum Pet. & Abb.
decre. in noſtra, infra tit. 2. vbi hoſpitalarij, qui exem-
pti ſunt, ſoluunt quartam: quia illud de parochiali. de-
betur enim propter ſacramenta, & diuina officia, quę
miniſtrauit defuncto, infra titu. 2. cap. 1. à quacunque
ergo eccleſia exempta, uel non eiuſdem diœce. vel al-
terius illam exiget. Ad idem cle. de ſepul. dudum: ſed
epiſcopalis debetur ratione ſpiritualis iuriſdictionis,
a & curiæ, quam habet [a] epiſcopus in eccleſijs ſuis. ubi
ergo eſt exempta, uel non eſt de diœceſi, illa ſibi non
debetur, nec dicas hoc eſſe de. l. diœce. & ſic nullũ mo-
naſterium teneri, licet etiam non ſit exemptum: quia
ipſi dicunt, & dicit Vin. de offi. ordi. dilectus, ſunt exẽ-
pta ab illa. l. niſi in his, quibus ſtatutum eſt contrariũ,
ut in hoc caſu, ut patet hic, & infra cap. proxi. uel dic
ut eo. tit. conquerente. dicit autem Pe. in prædicta de-
cre. in noſtra, ꝙ ab eccleſijs exẽptis papa debet habe-
re quartam [*Portionem*] vbi conſuetudo contraria, In-
nocen. vide quod dicam, infra cap. proxi. in prin. [*Con-*
3 *ditione*] ideſt modo: & hoc denotat, ut, quod ſequitur
ſi. condi. appo. capitulo ſecundo, ſic exponitur econ-
uerſo, infra c. Rainaldus, circa prin. [*Et epiſcopus*] idem
ſecundum Da. in ſacerdote parochiali, ut no. hoc tit.
q. 4. & uide quod dixi, ſupra ti. 2. cap. 2. ſuper 3. gl. [*Po-*
4 *terit nihilominus*] ideſt non ob. quod habet † illud lega-
tum præcipuum & hic dicit Hoſti. ſolui quæſtionem
hanc, erat de conſue. cuiuſdam eccleſiæ bona benefi-
ciorum uacantium inter canonicos communiter di-
uidere: uacauit unum, quod inſolidum & liberaliter,
& abſolutè vni ex canonicis eſt aſsignatũ: vacat aliud,
quod diuiditur: ille petit partem ſuam in iſto: patet, ꝙ
poteſt, argumen. ad idem. ff. de lega. i. Lucius, pe. colũ.
ff. de leg. 2. creditorem, & l. fi. §. pe. ff. ad. l. Fal. fundo le-
gato: & imputent ſibi canonici, qui potuerũt legem
apertius dicere, argumẽ. ff. de pac. ueteribus, ff. de uer-
bor. obliga. quicquid aſtringendæ: & perfecta dona-
tio non reuocatur. C. de donatio. quæ ſub modo. l. p-
fecta. 22. quæſtione. 2. non enim, in fine. dicit tamẽ, ꝙ
plura ſunt argumen. contraria. ff. de dote præleg. le. 1.
& 2. §. fina. & pe. & l. 3. §. curialiter, cum multis ſi. [*Debi*
*tam*] iure epiſcopali: reliqua verò habuit iure legatarij
vt quis extraneus, & facit ad ea, quæ de duabus quar-
tis dicentur, infra eo. Rainutius [*Vendicare*] hic poteſt
continuari finis, Saluis &c. & hæc uera, cum bona fi-
de procedunt, & ſic continuatur, quod ſequitur, ſecũ
dum. H. [*Conſtiterit*] qui † fraudem allegat, illam pro-
babit. ff. de probatio. quoties. §. qui dolo: & probatur
per coniecturas, de renuncia. cap. 2. lib. 6. [*Vt in cæteris*]
factum enim fuit legatum epiſcopo ſub modo prędi
cto, & in fraudem, uel fraudulenter fuit expreſſum, ꝙ
legabatur mona. non pro anima, ſed pro ſeruitio re-
cepto, uel pro fabrica, uel alijs cauſis priuilegiatis, de
quibus, infra c. fi. ſecundum Inno. & Hoſt. Pe. & Abb.
[*Saluis*] non reſpicit, quod proxi. dixit de fraude, quo
caſu non iuuarent priuilegia, infra ti. 2. in noſtra [*Con-*
*ceſſæ*] de portione canonica non ſoluẽda ſimpliciter,
6 uel de certis, infra ti. 2. in noſtra. ¶ Quarta † gl. arguit,
7 alleg. tria iura, & duo in contrarium. ¶ *In † glo. 2. ibi, §.*
*ult.*] qui legatum percepit, non agit de inofficioſo, ni-
ſi ex neceſsitate officij id pro alio percepiſſet, & l. ſeq.
dicit, ꝙ ſuccumbens in querela inofficioſi non per id
perdit donationem, quam minus receperat [*& ibi. l. ul*
*ti.*] uide de tranſac. ex literis ſuper. 1. glo. [*& ibi, parenti-*
*bus*] qui agnouit iudicium defuncti, debitum pater-
num pro hereditaria parte ſoluendo, nõ agit de inof-
ficioſo. ¶ *In glo. 3. ibi, municipes*] de fo. com. ex parte, in
3. glo. ¶ *In 4. gloſſ. ibi, quoties*] uide de præben. de multa,
in ult. gl. & ſuper ea [*& ibi. §. ſciendum*] vide de cleri. non
reſi. cum dilectus, ſuper gl. 2. [*& ibi, ſi mulier*] uide de cõ
ceſ. præben. literas, ſuper ult. glo. [*& ibi. l. ulti.*] uide ſu-
pra glo. 2. [*& ibi, ſi debitor*] debitor inſtituit creditorem
hęredem ita, ꝙ creditum nõ imputaret in Falcidiam.
¶ *In gl. pe. ibi, ſed an impuberi*] arrogator non poteſt per
fideicommiſſum grauare arrogatum in quarta, cum
capiat illam legis prouidentia, non ex ipſius iudicio.
8 ¶ *In † glo. 3. in fi.*] ſi tamen utrunque erat curatum, ipſo
iure adimitur primũ, ſupra de præben. de multa, Ho.
¶ *In glo. ar. quòd, ibi. l. ulti.*] illud in querela, quæ eſt odio-
ſa, ut ibi no. unde illi renunciat, qui patrocinatur lega
tario [*& in fi.*] teſtator uoluit, & hæres acceptauit, &
ſic concor. ¶ *In glo. etiam, ibi, conſtiterit*] præponderabit
enim fraus negligentię epiſcopi agnoſcentis. ff. ad le.
Aquil. l. ſterilis, Goffre. ¶ *In glo. uidetur, ibi, ſupplementum*]
hoc



hoc verum, quando ſub prædicta cõditione reliquit,
& eam epiſcopus non acceptat ſecundum Inn. Idem
b puto [b], ſi acceptat, & poſtea apparet de fraude, ut hic.

ANNOTATIONES.

a ¶ Habet. Ad idem. l. quoties. C. de hære. l. inſti. & pro iſtis facit, quod no. Bar. in l. cẽturio, ff. de vulg. & pupil. & uide Bal. in l. precibus, C. eo. titu. in uerſiculo, ſequens quæſtio.

b ¶ Idem puto. Vide ad materiam in l. quoniam, & in l. ſi quando. §. generaliter, alleg. in gloſſ. per doct. & Bal. uide per Federi. de Senis, conſilio tertio.

*SVMMARIVM.*

1 *Legatum quando & qualiter ſit diuidendum inter epiſcopum, & eccleſiam cathedralem, uel aliam, quod fit utrique, uel alteri, & à quo num. 2. 3. 4. 5. 8.*
*Diuiſio decretalis,*
2 *Teſtamentum nihil refert ſi fiat ante mortem & in ſanitate, & cõfirmetur morte.*
*Portionem canonicam à qua ſolus epiſcopus, & à quo ipſe, & capitulum ſimul, & num. 3. & 7. & quanta ſit, eo. nu. 3. & 4. 5. cir. med. & 6. ad dict. canonica, et nu. 7. 8. 10. 11. 20.*
4 *Coniuncti re, & uerbis in legatis, qui dicantur, & num. 7. horum uno repudiante accreſcit alteri, uel alijs.*
*Diuiſio inter epiſcopum & canonicos facienda iuxta alias aliarũ rerum communium diuiſiones.*
*Portione canonica priuari non poteſt epiſcopus, in fin. & num. 5. cir. med.*
*& quando portiones habeat duas, & nu. 5. 7.*
*Epiſcopus pro epiſcopali menſa, ad uer. non epiſcopi.*
5 *Priuatorum pacto non poteſt generali conſtitutioni derogari.*
*Inter epiſcopum, & capitulum quando & quæ diuidantur.*
*Diuiſionem hanc quando teſtator prohibere non poteſt.*
*Probari pro præſumi, circa fin.*
6 *Probatio fit per teſtes, uel præſumptionem.*
*Epiſcopi uox in capitulo quantum ponderet.*
7 *Ad portionem canonicam qui teneantur, & nu. 8. & ſupra 2. & quibus ibid. & nu. ibi cita. & nu. 20.*
*Eam quando parochialis, non cathedralis eccleſia petat, num. 8.*
9 *Legatum, ſeu relictum abbati, uel alij dignitati quando non diuidatur iuxta, hanc decretalem.*
*Communio ſi ſit inter aliquos non propterea infert ſemper diuiſionem huius decretalis.*
*Epiſcopus ultra communionem quid habeat plus, quàm capitulũ, uer. quinimò.*
*Eius auctoritas & poteſtas in & pro eccleſiis ſuis, & nu. 12.*
12 *Communio inter epiſcopum, & cathedralem, ac alias eccleſias eſt, ta, & eius effectus.*
*Item inter papam, & cardinales S. Rom. eccle. quæ.*
13 *Prælationis nomen hic qualiter large accipiatur.*
*Prælatus acquirit eccleſiæ, & quis ſit huiuſmodi.*
14 *Clericus ſimplex non acquirit eccleſiæ, uel congregationi.*
*Perſonæ intuitu relictum cui uideatur clerico, & nu. 17. uel alij, num. 20.*
15 *Contra legari ſibi procurantes ſacerdotes ab eis, quibus pœnitentiam iniungunt, hic decernitur.*
*Fraus in caſu huius decretalis quando committi dicatur, circa fin.*
16 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 17.*
*Ciuibus legatum, ciuitati relictum uidetur. §. 4. uid. nu. 20. in fin.*
*Poſt hæreditatem quæ accreſcunt, quæ ei accreſcant. §. 6.*
*Socius qui quid refecit cõmuni nomine, quæ remedia iuris habeat ad recuperationem ſumptus. §. 7.*
*Inteſtatis epiſcopo, clerico cuiuis, uel diaconiſſæ ſuccedit eccleſia. §. finali.*
18 *Additio gloſſarum.*
19 *Epiſcopus legatum ſibi tantum, quare non communicet eccleſiæ, cum eccleſia relictum ſibi tantum communicet ipſi.*
*Eccleſia omnia communicat prælato, non è conuerſo.*
*Pater carnalis portione ſibi competenti in bonis filij non poteſt niſi in ex cauſa & qua, priuari. & ita ſpiritualis.*
*Capite plus defertur, quàm membris à iure, in fin.*
20 *Adminiſtratori eccleſiæ etiam expreſſo nomine ſi quid legetur, habet canonicam epiſcopus, & ratio.*
*Quid ſi adminiſtratoribus ciuitatis? in fin.*
21 *De gremio eccleſiæ, uel cleri quis dicatur, iuncta gloſſ.*

## CAPVT XV.

1 REquiſiſti. Caſus. Diſtinguendo † & ſubſtinguendo declarat,
quando & qualiter inter epiſcopum, & ec
cleſiam cathedralem, vel aliam ſit diuidẽ-
dum legatum, quod fit vtrique, alteri, primò ponit
quæſtio. ſecundò generalis ſolutio ibi, & quidem. ter-
tiò ſpecialis ibi, & conſiderandum, ubi diſtinguit. 4.
membra, & primum proſequitur ibi, In primo uſque
ad uer. quid ſi, interſerendo ſecundum in uer. quem-
admodum. tertiũ ibi, ſi uerò, ult. in §. illud, dans quan-
dam doctrinam. Iterum in uer. in primo circa primũ
membrum ſubdiſtinguit: & primũ ſubdiſtinctionis
membrũ proſequitur ibi, ſi ab extraneo, ponens quã-
dam diſsimilitudinem, & eius cauſam ibi, & hoc, ſol-
uens quoddam obſtaculum ibi, nec eſt. Secundũ ſub
diſtinctionis membrum proſequitur ibi, Si uerò re-
2 linquatur [*Teſtator*] parochianus † eccleſiæ cathedra-
lis quo ad cano. capituli, uel cuiuſcunq; alterius quò
ad canonicam epiſcopi, Hoſtien. [*Pro anima ſua*] uide
quod dixi, infra de ſepul. capitulo primo, in gloſſ. iam
uidi [*Voluntate*] quandocunque fiat teſtamentum, ẽt
ſi in plena ſanitate, & multo tempore ante mortem:
inde tamen habebit epiſcopus canonicam, confirma
tur enim morte, infra de celeb. miſ. cum Marthæ, uer.
cęterum, ſecundum Inno. [*Et eccleſiam*] cathedralem,
Inn. i. collegium clericorum, Gof. ſupra e. relatum. 2.
3 [*Regulariter*] nec † fallit hæc regula ſecundum Hoſtiẽ.
niſi ex priuilegio, ſupra proxi. ca. in fi, uel præſcriptio-
ne cum titu. ſupra de præſcrip. de quarta, uel in alijs ca
ſibus no. de ſepul. ca. 2. & remittit ad ſum. de ſepu. ſub.
§. uetus, uer. an hæc canonica, & uer. & quota, ad fin.
[*Debet*] niſi conſuetudo haberet, ꝙ nil habeat. nã ubi
nil percipit, locum non habet hæc decre. ſecundum
Inno. dicit Hoſti: ꝙ Innoc. poſtea mutauit hanc ſuam
opi. auditis allegationibus in cauſa inter epiſcopum
Siſtaricẽ. & hoſpitale ſancti Ioã. Hierſolymitani ſuper
uilla de Manaſca ſuæ diœce. quam comes forcalcan.
hoſpitalarijs in ultima uoluntate legauerat, tunc e-
nim agente epiſcopo lata fuit interlocutoria, quod
de iure communi, excluſa cõſue. hæc portio, & quar-
ta deberetur epiſcopo: & quod dicitur de tertia, & di-
midia reſpicere conſuetu. remit. ad ſum. & §. allega. in
proxi. glo. quod dicit Hoſti. per additiones Inno. non
apparet, & uide quod dicam, infra tit. 2. certificari, in
5. quæſtio. [*Epiſcopus*] tantum, nil dicendo de eccleſia
4 [*Eccleſiæ*] tantum nil dicẽdo de epiſcopo [*Epiſcopo † &*
*eccleſiæ*] iſti ſunt cõiuncti re, & uerbo. unde repudian-
te epiſcopo haberet eccleſia, & e conuerſo. ff. de uſuf.
accreſ. l. 1. Vincen. [*Canonicam*] ſecundum conſue. & ſe-
cundum quod alia diuiſa ſunt inter epiſcopum, &
canonicos: & intelligo hoc etiam de ſtipendijs datis
à regibus, & principibus. 12. qu. 2. mos eſt, & in palea,
ſcimus Vincen. Hoſtiẽ. hoc caſu intelligit de dimidia
[*Portio*] dimidia ſecundum Hoſti. qua nec priuari po-
teſt, ut ſequitur [*Et hoc*] ſcilicet quod prædictum eſt,
ꝙ. ſ. de relicto epiſcopo ab extraneo cathedralis eccle
ſia habet partem [*Non eccleſiæ*] quia per hoc apparet
a relictum intuitu [a] perſonæ, non eccleſiæ ſecundum
Innocen. [*Teſtatoris*] imò & tunc de alijs legatis habe-
bit canonicam, quod dic, vt ſupra capitulo proximo
[*Non epiſcopi*] ideſt epiſcopalis menſæ: & idem ſecun-
dum Innocentiũ, ſi relinquit epiſcopo, dicens quòd
vult

vult illud ſpectare ſolū ad epiſcopalem menſam, non
ad eccleſiā cathedralem, & dicit Inn. ꝙ hunc ſenſum
ſonat canon hic inductus dicit. H. hoc uerum: ſed hoc
c. cōtradicit expreſsè, dicēs aliud in iſto caſu, quàm in
illo: unde & canon, cui adhæret Inn. ĵ. pro cōtrario in
5 ducitur, & ſoluitur [*Generalem*] & publicam † cui pacto
priuatorum &c. & dicitur generalis: quia generaliter
defalcat diœce. & ratio no. de dona. apoſtolicę, in prin.
ſecundum. H. [*Canonis*] ac ſi diceret, canon generaliter
conſtituit de obuentionibus eccleſiæ diuiſionem fie
ri inter epiſcopum, & eccleſiam: & ſi teſtator hoc in-
terdicat: nihilominus fiet: ſed nullus canō præcipit di
uiſionē fieri de legatis epō intuitu pſonæ inter epm̄,
& eccleſiam, ſeruabitur ergo teſtatoris diſpoſitio, cū
non contra canon. ſecundum Inno. Dicit Hoſtien. ſi
epiſcopus, & capitulū habent omnia communia, fiet
inter illos diuiſio, undecunq; proueniāt, & etiā cano-
nicæ, de dona. inter uir. & vxo. c. 2. ſi ſunt diuiſa, relicta
epō, & eccleſiæ ſimul, vel ſeparatim à parochianis ec-
cleſiæ cathedralis adhuc inter ipſos diuiduntur, & ſic
poteſt intelligi. 12. q. 2. uobis, & ca. conceſſo. Illa verò,
quæ defalcat epiſcopus de legatis relictis alijs ecƚijs,
ſunt ſua præcipua, nec ueniunt in diuiſionem, niſi ob
ſtet pactum, priuilegium, ſeu contraria conſuetudo:
quę tamen conſue. licet poſsit quātitati partis epiſco-
pi detrahere, non tamen illam in totum abſoluere, vt
dixi, & remiſi in principio. c. uer. & quidem. Dicit etiā
Hoſ. circa materiam notandum, ꝙ epſ, cui vult eccle-
ſiæ, portionē ſuā conferre poteſt. 12. q. 3. c. fi. quod in-
tellige de conſenſu capituli, ut ibi no. aliàs neceſſaria
eſſet præſcriptio, de præſcrip. de quarta, & de iure pa.
cura: uide tamen, quod dixi de dona. paſtoralis, ſuper
gl. pe. Nec eſt contrarium ei, quod dictū eſt, relictum
epō non cōmunicandū eccleſiæ cū eccleſia coniun-
ctim [*Dimittitur*] mortis cauſa dona. inter uiuos [*Pro-
batur*] i. preſumitur [*Pertinere*] ſed quod ſupra diximus
locum habet, quando teſtator expreſsit, ꝙ uolebat il-
lud eſſe præcipuum epiſcopi, & hic poteſt continua-
ri. §. illud, ſecundum Hoſtien. [*Si uerò*] proſequitur hic
ſecūdū membrū ſubdiſtinctionis, ut dixi in diuiſione
6 [*Probaretur*] per † teſtes, uel præſumptionē, vt quia le-
gata eſt caſula, uel capa ſerica, cappa. vel calix, Pe. [*In ui
ta*] maximè: quia nec in morte, ſed reſeruatur ſucceſ-
ſori, quod dic, ut ſupra eo. relatum. 2. de elec. quia ſæ-
pe, lib. 6. [*Et eccleſiæ*] coniunctim [*Canonica*] ſ. conſuetu-
dinaria ſecundum Inno. i. dimidia ſecundū Hoſt. indu
cit. §. ſe. & arguit per hoc, ꝙ quando epiſcopus habet
uocē in capitulo ut prælatus, tantū pōderat uox ſua,
quantum uox omnium aliorum, remittit de conceſ.
præbē. poſtulaſtis [*Reducenda*] de mero iure, Ho. [*Cano-
nicam*] i. conſuetudinariā, ſm Inn. ſed Hoſti. exponit. i.
æquā, vt tantum habeat epiſcopus, quantum canoni-
ci: ſed huic lecturæ Ho. ſatis obſtat. §. æqualia, ad quid
enim fieret tunc diuiſio, ex quo eſſent ęqualia [*Et ali-
7 qua*] & ſic † diſiunctim: ſi v ero coniunctim ſic, ſcilicet
relinquo epiſcopo iſtud, & tali capellę, dico, ꝙ epiſco
pus iure legati habebit dimidiam communicandam
eccleſię cathedrali: in alia dimidia contingente capel
lam habebit canonicam, Gof. [*Monaſterijs*] ergo mo-
naſteria tenentur ad canonicam epiſcopalem, ſic ſu-
pra c. proximo, vbi dixi in glo. eidem epiſcopo, quod
8 hic dicebant Pe. & Abb. [*Pys locis*] no. ex hoc † quod
infra ſequitur, & infra eo. cap. fina. ꝙ etiam de relictis
hoſpitalibus epiſcopus habet canonicam: & idem vi-
detur, ſi relinquatur pauperibus, puta loci, vide, quod
dicā de conuer. cōiu. dudū, ſuper uer. pauperū [*Cathe-
drali*] diuidendum in 4 portiones, Goffre. dicit Hoſti.
hoc intelligi de relicto à parochianis eccleſię cathe-
dralis, & ſic loquitur. 12. quęſtio. 2. conceſſo, & c. qua-
tuor. In relictis uero per parochianos diœceſis nil pe-
tit cathedralis, ſed parochialis, infra cap. fina. de ſepul.
per totum: quæ tamen non impedit, nec diminuit ca
nonicam epiſcopi, nec cum ipſo diuidit relictum epi
ſcopo, ut ſequitur: ſed de ſibi relicto ſoluit epiſcopo
canonicam [*Alij*] extraneo, nam ſicut de relicto extra
neo non haberent inferiores eccleſię, ſic nec de hoc,
quod relictum eſt epiſcopo, ſecundum Innocen. [*Ca-
nonicam*] quam non communicabit epiſcopus eccle-
ſiæ cathedrali ſecundū Boa. & dixi poſt Hoſt. ſup uer.
9 canonis [*Tanta communio*] licet multa † ſit cōio inter ab-
batem, & conuentum, uel alias dignitates, & capitula
non tamen fient hæ diuiſiones inter eos, ſi habēt bo-
na diſtincta, niſi hoc inter eos cōuenerit, uel conſue-
tudo, uel priuilegiū aliud inducat: quia nec iure ſcri-
pto talis cōio inter eos, uel talis diuiſio reperitur ex
quo relinquit, ꝙ & ſi nulli canones dicerēt, ꝙ epiſco-
pus in legatis eccleſiarum partem perciperet: nihilo-
minus tamen exinde poſſet partem petere: quia inter
epiſcopū, & eccleſias eſt cōmunio: unde & ſequitur,
ꝙ bona debent eſſe communia, nec enim dicitur hic,
ꝙ in aliquibus ſpecialiter ſit inter eos communio, ſed
generaliter loquitur; & ideò generaliter de oībus eſt
hoc intelligendū, arg. in eo, quod le. & no. ſ. eo. relatū.
2. rñ. 1. quinimò & ultra communionem plus habet,
ſ. ꝙ actionem mouebit, & defendet eccleſias tāquam
dñs principalis, ut patet in eo, quod no. ſup. de reſcri-
ptis, edoceri, ſupra de reſti. ſpo. olim, ubi uide in glo. ſi
de uiribus, & ĵ. de ſucceſ. ab inteſta. c. fi. nec mirū, nam
ipſe eſt præordinator in cunctis. 25. diſtin. perlectis, &
ad ipſum ſpectat omnium eccleſiarum cura. 10. qu. 1.
decretū, & c. ſeq. 16. q. 7. omnes baſilicæ, ut tamen tol-
leretur materia ſcandali, quam ſolet communio ge-
10 nerare. ff. de le. 2. cū pater §. dulciſsimis, editi ſunt † ca-
nones decernentes, quam partem debeat habere epi-
ſcopus, & quā aliæ eccleſiæ: ſed hoc hodie diuerſimo-
dè diffinietur ſecundum diuerſarum regionum con-
ditiones, & cōſuetines, infra de ſepul. certificari, nam
quidam canones dant epiſcopo medietatem de om-
nibus datis eccleſiæ. 10. q. 1. antiquos: quod intelligūt
quidam de eccleſia cathedrali, cum qua ſicut habet
maiorem communionem, ſic & de relictis ipſius ma
iorem percipit portionem, ut hic patet, & ſupra eo. §.
ꝙ ſi relinquaƭ. Alij canones dant tertiam. 10. qō. 1. de
his, & c. decernimus, & q. 3. cap. 1. 2. & 3. & 16. q. 1. cō-
ſtitutum. Alij quartam. 12. q. 2. uobis, & cap. ſequen. &
16. q. 1. ad hæc: & ſecundum hunc modum præcepe-
runt canones diuidi pręſentia, quæ tunc erāt, & poſt-
modum acquirenda, ſicut ex eiſdem capitulis colligi
poteſt ubi uerò de certa conſuetudine non apparet,
quartam poteſt petere epiſcopus pro canonica por-
tione, & poſteriora iura in hoc conſentiunt, argumē-
to. ff. de legibus, non eſt nouum, & le. ſed & poſterio
res, & melius, infra de cog. ſpirituali, capitulo primo,
& quia eam iam uniuerſalis eccleſia ſic appellat, infra
de ſepul. in præſentia, & c. cū ſuper, infra de deci. quo-
11 niam. ¶ Sed nunquid † epiſcopo petenti obſtabit prę
ſcriptio, uel conſuetudo pręſcripta? dicit Innoc. ꝙ ſic;
tu uerò dic ſecundum Hoſtiē. ut no. ſupra de pręſcrip.
a de quarta, infra de ſepul. certificari [a], Quid ſi ſit con-
ſuetudo, ꝙ tantum quinta pars, uel. 6. Dicit Innocē.
quòd non poteſt peti tanquam canonica, cum nullo
canone caueatur, ꝙ talis pars detur: petatur ergo tan-
b quam conſuetudinaria [b]. Tu dic ſecundum Hoſti, ꝙ
petenda eſt tanquam canonica conſue. moderata, &
de hoc no. infra de ſepul. certificari. Sed contra uide-
tur, nēpe quòd ſint omnes iſti canones reuocati. Ca-
uetur enim, quòd tertia ſolita dari epiſcopo ulterius
non ſoluatur. 10. quęſtio. 2. cap. primo, & 2. Solutio, il-
la capitula non loquūtur de quarta, uel tertia epiſco-
pali, ſed de illa, q̄ dabaƭ pro fabrica, & quæ ſimiliter
aſsi-



aſsignabatur epiſcopo præter ſuam partem. 22. q. 2. de
12 reditibus. Patet ex † præmiſsis, ꝙ non ſolum inter epi-
ſcopum, & eccleſiam cathedralem, ſed & inter epiſco
pum, & alias eccleſias eſt communio, quamuis ma-
ior ſit cum eccleſia cathedrali, ut hic dicit, ex qua cō-
munione ſequitur, ꝙ clerici inferiores de rebus eccle
ſiarum non poſſunt locationes, ſeu uenditiones face
re ſine conſenſu epiſcopi 22. q. 2. abbatibus. 17. q. fina.
in uenditionibus, & de hoc de tranſ. capitulo ſecūdo.
Alij dicunt, ꝙ hoc magis cōtingit propter iuriſdictio-
nem, quàm propter communionem: & adde, quod
no. ſupra de locato, ueſtra. ex hac etiam communio-
ne procedit, ꝙ ſtatuta eccleſiarum debent fieri cum
epiſcoporum conſenſu, ſupra de conſue. cum cōſue-
tudinis, ꝙ epiſcopi agūt pro eccleſiis, infra de ſuceſ. ab
inteſt. cap. fi. & quod in procuratoribus conſtituēdis,
& alijs arduis negocijs nihil poſſunt facere clerici ſi-
ne epiſcopo. 10. q. 2. precarię, ſupra de maio. & obe. hu
milis, ſupra de procurato. capitulo primo, ſupra de iu
di. cauſam quæ, ſecundum Innoc. cuius eſt quaſi hæc
tota glo. & adde quod no. ſupra e. c. reſpon. i. uer. ſecus
autem, ſicut etiam inter epiſcopum, & eccleſiam ca-
thedalem maior eſt communio, immò & quaſi idēti-
tatis unio inter papam, & ſanctę Ro. eccleſiæ cardina-
les, ut patet in eo, quod no. infra de priuilegijs, anti-
qua, ſecundum Hoſtiē [*Cui*] eccleſiæ cathedrali [*Pro-
prium*] dicit hoc, ut excludat monacum, Gof. [*Prælatio
13 nem*] large † ideſt quancunque curam, de offi. ordi. cū
ab eccleſiarū, & c. cū uos. talis enim acquirit eccleſiæ,
uel capellæ, cuius curam gerit, uel dignitati, ſeu mini-
ſterio, quod habet: & ſi in cōgregatione ſit, dummo-
dò habeat reditus ſeparatos, quod dic, ut ſupra eodē,
relatum 2. §. 1. & de officio ordi. cum uos. Dicebant
Pe. & Abbas, ꝙ prælationem uocat hic perpetuam, vt
quia eſt rector, uel perpetuus vicarius eccleſiæ: admi-
niſtrationem uocat temporalem, quam habent regu
lares, uel commendatarij, cōductij ſacerdotes, & hic
quærit de eo, quod dicā ſuper gl. hic reſpondet [*Quòd
14 ſi ei*] ſi tali † clerico non profeſſo, nec habenti admi-
niſtrationē, licet beneficiato [*Idcirco*] ſcilicet quia in-
tuitu perſonæ præſumitur relictum [*Epiſcopus*] à quo
beneficiatus erat, uel erat ſimplex clericus epiſcopa-
tus, nullius congregationis ſocius, Hoſtiē. vel iuris ca-
nonicæ, de qua prædictum eſt [*Nec eccleſia*] à qua be-
neficiatus eſt, in qua nulla eſt congregatio: uel eſt, ſed
ipſe non eſt de congregatione, ſecūdum Hoſti. idem,
15 ſi eſſet de congregatione [*Fraus*] no. contra † ſacerdo
tes, qui procurant ſibi aliquid relinqui ab his, quibus
pęnitentiam iniungunt, ſecundum Innocē. quamuis
poſſet dici ſecundum eum, ꝙ ipſi habent adminiſtra-
tionem, ſcilicet pœnitentias iniungendi [*Detecta*] ut
quia probatur monitum teſtatorem, qui relinquebat
centum eccleſiæ, ꝙ reliqueret canonico, uel clerico,
de quo bene confidebat. Alij, ꝙ legaliter diuideret, &
16 ſic factum eſt in fraudem epiſcopi. ¶ [*Gl. ſed † quæ*] quæ-
rit obijciendo, ponit. ſolu. Lau. ſed aliter ſoluit. ¶ [*Glo.
hic reſpondet*] diſtinguit inter legata, & donata, & allc-
gat contrarium. ¶ [*Gl. uſque*] reſpondet per quæſtionē,
17 & ponit duas opiniones. ¶ [*In † glo. ſed quæ ibi, nemo poteſt*]
uide infra glo. proxima [*& ibi, ſi præſes*] aliàs eſt uerſi-
cul. ſub. §. ſolent, uide de appella. dilecti, vlti. in fin. ult.
glo ¶ [*In gl. 12. ibi, inter debitorem*] uide de pact. plerique,
in 1. glo. [*& ibi, ius publicum*] hanc & ſe. uide in capitu-
lo, ſi diligenti, ſuper. 1. glo. ¶ [*In glo. hic reſpondet, ibi, annua*]
vide de offici. delega. quoniam abbas, ſuper, 3. glo. [*&
ibi, ciuibus*] ſequitur, ciuitatis legatum, uel fideicōmiſ-
ſum datum ciuitati relictum uidetur. ¶ [*In glo. uſque, ibi,
licentiam*] uide ſupra capitulo primo, ſuper. 3. & idem
dicit. §. ſeque. ¶ [*In gl. quare, ibi. §. item non ſolum*] quæ poſt
aditam hæreditatem accreſcūt, ſi ex hæreditate, hære-
ditati accedunt: ſi extrinſecus, non: quia perſonæ poſ-
ſeſſoris accedunt. ¶ [*In gl. fauore, ibi, idem reſpondit*] ſocius,
qui ceſſantibus ſocijs refecit inſulam cōmuni nomi-
ne, licet vſuras centeſimas. & dominiū vendicare poſ-
ſit: tamen & leuiorem uiam, ſcilicet agendo pro ſo-
cio, aggredi poterit. ¶ [*In glo. ſed non, ibi. §. uis maior*] uide
hanc & ſequen. de locato, propter, in prima glo. ¶ [*In
glo. ultima ibi ſi quis autem epiſcopus*] ſi epiſcopus, clericus
quiuis, uel diaconiſſa moritur ſine teſtamentis, & le-
gitimis ſucceſſoribus, ſuccedit eccleſia, in qua inſtitu-
18 ti fuerunt. ¶ [*In † glo. 2. ibi, antiquos*] in quibuſdam etiam
locis nihil accipitur, Vincen. Ioā. ¶ [*In glo. præſumptione,
ibi, dilectio*] uel ex qualitate rei, ut quia falconem, uel
canem uenaticum ei reliquit, cum ipſe eis uti ſoleret,
Vincen. [*& ibi, teſtatorem*] argumen. ff. de caſt. pecu. l. ſi
forte, & l. ſi militi, & l. miles. 2. H. ¶ [*In glo. ſed quæ eſt. ibi,
offenditur ius*] hoc eſt, quod quæritur, quare ius offen-
ditur in uno, & non in alio [*& ibi, poteſt dici*] ſecundū
19 Ioan. T. Vincen. [*& in fi.*] uel † dic ſecundum Goffr. ꝙ
prælatus ab eccleſia debet ali, non econuerſo: & om-
nia communicat eccleſia prelato, non econuerſo. 12.
q. 1. ſint manifeſtæ: & pater carnalis portione ſibi cō-
petenti in bonis filij niſi ex cauſa in iure ſcripta priua-
ri non poteſt, in auct. ut cum de appel. co. §. ſanctiſsi-
mus, coll. 8. ſic & ſpiritualis ſua portione dudum ſibi
decreta à canone priuari non poterit, dicebat Phi. epi
ſcopus poteſt habere proprium ſine eccleſia, ut in ca.
ſint manifeſtæ: ſed eccleſia nil poteſt habere, qđ non
teneatur communicare ſuis miniſtris, qui ſibi ſeruiūt
12. quæſtio. 1. expedit, & cap. ex his. dixit Goff. nil præ-
cipuum habere poteſt eccleſia, cui ſaltem iure præla-
tionis, & quò ad exercitium actionis non communi-
cet epiſcopo, quāuis quò ad uſum poſsit capitulū ali-
quod ſeparatū habere, de reſcriptis, edoceri. dicit Ho.
ꝙ ius uoluit plus capiti deferre, quàm membris: mē-
bra enim ſeruiunt capiti, non econtra, ad hoc. ff. de re-
c li. cum in diuerſis, nec ergo mirum, ſi maius [c] priuile-
20 gium habet maior. ¶ [*In † glo. hic reſpondet, ibi. l. annua*] per
hanc. l. dixerunt hic. Pe. & Abb. ꝙ ſi adminiſtratori ec-
cleſiæ etiam expreſſo nomine aliquid legetur, epiſco
pus habebit canonicam. q. dicaƭ legatum eccleſię, qđ
ſic probatur: quia ſi ſacerdos recedat, qui erat tempo-
re teſtamenti, ſubſtitutus in eccleſia habebit legatū, q
eſt tempore ſolutionis, hoc vult illa lex, & uide, quod
dixi de offi. dele. qm̄, ſuper. 3. glo. [*& ibi, inter uiuos*] fa-
tetur Hoſ. ꝙ cōmuniter hoc approbat cōſuetudo: ſed
multū contradicūt iura. ĵ. in cōtrariū alleg. [*& ibi, præ-
cedenti*] & in auc. de ec. t. §. interdicimus, col. 9. [*& in fi.*]
idem no. in c. pontifices, ad hoc. ĵ. de priui. per exēptio
nem, li. 6. Quid dicat illa lex, uide in ſuf. gl. ibi dicit, ꝙ
forte adminiſtratores fuerant expreſsi: dicunt quidā
diſtinguendū, an exprimātur nomina ciuiū, uel nō, p
l. ff. ad Treb. quoties, cum. l. ſeq. ¶ [*In gl. uſque, ibi, gradum*]
idem Ioan. 12. quæſtio. 3. capitulo 1. & Goff. & Hoſti.
21 hic Vincen. & T. ſupra eodem ad hæc. ¶ [*In † glo. ar. quòd,
in fi.*] dicit Hoſtien. contrarium uerum. 61. diſt. §. licet
aliud, de offic. archipre. capitulo tertio, infra de uerb.
ſigni. cum tibi, & cap. penul. Ioan. cuius fuit hæc glo.
ad hanc partem allegabat decre. cum nobis olim, ſu-
pra de elec. 63. diſtin. ſacrorum, & c. plebs dioſtrenſis,
& c. ſequen. ſupra de uſu pa. capitulo primo, ff. de uer.
ſigni. qui in continentibus, & l. ædificia, & l. pupillus,
§. incola. C. de ædifi. pri. ſi quis poſt, de fideicom. l. uo-
luntas. ff. de uſu & ha. l. plenum. §. ſi uſuf. C. de ſecun-
dis nup. leg. ſecunda. ff. de leg. 2. peto. §. fratre: & dice-
bat ibi hanc partem placere Hugo. tu dic gloſſam ve
ram. cum quęritur de gremio eccleſiæ, dictum Ho-
ſtien. de gremio cleric. ¶ [*In gloſſ. ultima ibi, propinquos*]
agnatos uſque ad 7. cognatos uſque ad quartum gra-
dum, Innocen.

ANNO-

ANNOTATIONES.

a ¶Certificari. Ibi uide Io. An. in 5. q. & ſupra in iſto. c. ſuper verbo, debet, & per do. Pe. de pecu. capitulo 2.

b ¶Conſuetudinaria. Pro quo facit, quod no. Bar. & doct. in l. ius ciuile, ff. de iuſti. & iur. & in l. edita, C. de eden. & glo. pen. in fine in capitulo conſtitutus, de capel.

*SVMMARIVM.*

1 *Diuiſio decretalis.*

2 *Caſus.*

*Tertiam debitam iure naturæ quis habet in bonis patris, & matris, & auiæ, qua tertia priuari non poteſt, & nu. 13.*

*Filius rogatus reſtituere hæreditatem debitam iure natura detulit & Trebellianicam.*

*In quartam hanc computantur fructus & qui.*

*Heræditas Rainutij hic quo modo computetur, & detrahantur ex ea tertiæ, & quartæ, uer. hæreditatem uerò.*

3 *Hanc decretalem quando commentatus & quomodo ſit Hoſtiēſis.*

*Commentum huiuſmodi arguitur & quare, unde quæ à commentis ſint aliena dicuntur.*

*Abbas ſenior uidit hoc commentum.*

*Decretalium titulus aliquando mutatus eſt, ut hic, & citantur ſub titulo priori.*

4 *A matre quis aliquando denominatur uti nobiliori, ut hic, uel alia cauſa.*

*Cognati potius, quàm agnati faſtu ſuperbiæ recognoſcuntur.*

*A patre filius denominandus.*

5 *Teſtamentum ſolenne quoddam, & quoddam nuncupatiuum, & qualiter utrunque fiat, & ualeat.*

*Teſtamenti ſolennitatem allegans probare debet.*

*Teſtandi genus quod eligiſſe quem ueriſimile.*

6 *Dotem quis etiam legaſſe uidetur, ſi quid dicat ultra dotem legare.*

*Vltra, eſt dictio implicatiua.*

*Hortus legata domo uidetur legatus, & quando.*

*Adhærentia ueniunt cum ſuis principalibus.*

*In dote ut quis inſtituere filiam poſſit, qua utendum cautela.*

7 *Impubes qua ætate quis dicatur, & quomodo non poteſt contrahere, uel profiteri, nec eſſe in iudicio, remiſſ.*

*De adulto etiam habente, uel non habente curatorem, remiſſ.*

*Hæredes inſtitutio fit per relictum cæterorum bonorum, quæ ſuperſunt ex legatis, & quando.*

*Hæredes inſtitutæ mater, & ſoboles, quam geſtabat in utero ut ſuccedant, ad uer. & ſoboles.*

*Soboles qualiter hic ſumatur, & quando ita dicatur.*

*Pupillus non dicitur, qui eſt in utero.*

8 *Per ſuccedere, uerbum quis ſubſtitutus impuberi an derectè etiã ante pubertatem uideatur ſubſtitutus.*

*Verbum commune in teſtamentis quam uim habeat.*

*Aſque liberis quis decedere non dicitur, ſi unum habeat, & uide nu. 22. §. 2. & 29.*

*Subſtitutio euaneſcit, etiam ſi filius non ſit hæres.*

9 *Vxor iure Lombardo in quotam partem bonorũ marito ſuccedat, & in quotam Gallicano, & ſiculo, uide num. 22. §. 8. & num. 34. 35. in fin.*

*Matrimonium etiam minor. 12. puella, & quando poſſit contrahere.*

10 *Mater poteſt eſſe tutrix filiorum.*

*Tertia pars ſeu legitima iure naturæ debita quibus actionibus uẽdicari poſſit, & an uenditio defuncti ob eius conſecutionem reuocetur, num. 13.*

11 *Fideicommiſſi etymologia, & origo, & quòd ab initio actio non dabatur.*

*In libello, uel, disiunctiua quando admittatur.*

12 *Excipiendo an litis conteſtatio fiat, remiſſ.*

*Allegatio aduocati melior in finem reſeruanda.*

*Non deductum in primo iudicio deducitur in 2.*

13 *Pro legitima filius, & nepos de inofficioſa uenditione defuncti cõtra emptores an poſſit agere, & qua actione.*

*Inofficioſæ uenditionis mentio & ſermo fit hic.*

*Legitima reſtitutioni ſubiacet, nec ea poteſt fraudari filius, & lata pro ea fit interpretatio, circa fi. uide nu. 19. & 36. & ſup. nu. 2.*

*A lege, uel principe quod datur à priuato non põt auferri, ibid.*

14 *Præceptum habet uim ſententiæ.*

*A ſententia in quantum contra ſe lata quis appellare poteſt.*

*Procurare pro appella.*

*Prouocatio propriè fit extra iudicium.*

*Sententia an poſſit ualere, uel confirmari pro parte, & num. 20.*

*Super non petitis non fit ſuppletio, præterquam in caſu, & quo.*

*Auditor datus non poteſt niſi de mandato ferre ſententiam.*

15 *Appellationis iudex ſi pronunciet iniuſtè pronunciatum, & bene appellatum, & poſtea condemnat, an id rite fiat.*

*Tertiarum condemnatio qualiter hic facta ſit.*

16 *Trebellianica competit iure inſtitutionis, & an competat, cum ſunt pauperes inſtituti.*

17 *Fructuum & quarta perceptorum tempora quæ ſpectẽtur, & quæ hic in eis condemnatio, & cõputatio fiat ipſorũ nu. 18. 37. 39.*

*Poſſeſſor bonæ fidei, & malæ fidei differunt in reſtitutione fructuũ.*

*In alterius ius qui ſuccedit, neſcire præſumitur.*

18 *In quartam qualiter imputentur fructus, & conferantur num. 22. §. 10. & num. 37. & 39.*

19 *Legitima tertia an diminui poſſit conſuetudine, uel lege muncipali, & num. 36.*

20 *Appellationis iudex addit ſententiæ, & ſupplet de facto.*

*Quartæ plures de una hæreditate deducuntur.*

*Confirmatio papæ claudit ianuã omnibus iudicibus inferioribus, non autem ſibi, uel cui committit per uiam ſupplicationis.*

21 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 22.*

*Subſtitutiones quando finiant. §. 1.*

*Querelam inofficioſi frater, & ſoror quando intentant. §. 3.*

*Subſtitutio drecta quo caſu trahatur ad fideicõmiſſum. §. 4.*

*Præſcriptio quando olim terminabatur. §. 5.*

*Pro dote uſucapio prodeſt & quando. §. 6.*

*Fideicommiſſarijs, uel legatarijs quæ competant actiones, ibid. & num. 32.*

*Præſcriptio longi temporis quæ dicatur. §. 7.*

*Vxori quantum de bonis uiri præſtetur, in fin. uide num. 34.*

*Querela inofficioſi teſtamenti, uel donationis quibus competat. §. 9. & ſupra §. 3.*

*Parentes diuidere inter filios, & qualiter. §. 10.*

*Exhæredationis iuſtæ cauſæ quæ remiſſ. ibid. & nu. 36.*

*Quartæ an unica, non duæ poſſint deduci, leges ponuntur, unde argumentatur gloſſa. §. antepe.*

*Apud hæredem quæ remaneant hæreditate reſtituta. §. fin. & nu. 39. in fin.*

23 *Additio gloſſarum, & num. ſequentibus.*

*Suſtitutio uulgaris quare ſic dicta. §. 1.*

*Pupillaris, exemplaris & compendioſa unde dictæ, ibid.*

24 *Quartarum deductio quando non habea locum.*

*Subſtitutio tacita quomodo fiat, & quomodo expreſſa.*

*In pupillari poteſt tempus præueniri pubertatis.*

*In ea quot requirantur, & quibus caſibus experiret, nu. 25. in fi.*

25 *Furioſo impuberi pupillariter ſubſtituitur.*

*Naturalis cauſa conſideratur, non accidentaria.*

*Subſtitutioni exemplari quãdo ſit locus, & quibus differat à pupillari, & quando expiret, nu. 26.*

27 *Subſtitutio quæ hic fuerit.*

*Præcaria quæ dicatur, remittit.*

28 *Succeſſio futura an poſſit remitti, & quomodo.*

*Fideicommiſſo grauatus an & quibus caſibus alienare poſſit. ad dicti. alienari.*

*Subſtitutio, ſi ſine liberis deceſſerit, quando dicatur euaneſcere, uide nu. 8. & 22. §. 2.*

*Legatum etiam ita factum quando.*

*Præmori uter dicatur filius, an mater, ſi ſimul decedant.*

*Maritus lucratur aliquando bona præmorientis uxoris, & quo iure.*

30 *Præſcriptio annalis quæ hic allegatur.*

31 *Dos ſi datur inæſtimata, uel æſtimata, qui titulus competat ante nuptias, & qui eis ſecutis.*

*Conditio tacita quæ hic non faciat æſtimationem conditionalem, circa fin.*





32 *Legatario quotuplex actio competat, & quomodo, & num. 22.*

*Electio actionis fit ab eo, cui plus una competit, in fin.*

33 *Hypothecaria actio quanto tempore tollatur.*

*Præſcriptio. 30. anno. ſecundum canones nunquam ualuit, nec ualet, in fin.*

34 *Lombarda unde dicta, & de iure Lombardo hic aliqua circa uirum & uxorem, & in quibus approbatum ſit à iure canonico, & num. 35. in fin.*

35 *Loci conſuetudinem inſpiciendam, ubi eſt res litigioſa.*

*Inter querelam inofficioſi teſtamenti, & inofficioſæ donationis differentiæ quæ, & ſimilitudo. §. 1. unde perueniat utraque, & quando currere incipiat, & contra quos intentetur.*

36 *Quartarum an ſit æqualitas, & quarta filijs debita an minui, uel grauari poſſit, & quanta ſit.*

*Quarta hæc an ſit aucta etiam in aſcendentibus, & alijs, & quibus, circa medium.*

*In ea quæ ueniant, ibid.*

*Quartæ Trebellianicæ quis auctor, & quis eam detrahit, ibid.*

*Eſt quædam capiferorum ad eius exemplum, & quæ ſit.*

*Quarta Falcidia quæ, unde dicta, & quando ei ſit locus, circa fin. & nu. 38.*

*Quarta, quæ debetur arrogato, & in iſtam quæ imputentur, ibid. uer. ſola hæreditaria.*

*Quarta quæ teneatur pro rata creditoribus, ibid.*

37 *Dodrans quot unciarum ſit.*

*Lex, iubemus, C. ad Trebelliani. de qua loquatur quarta, & nu. 39.*

*In quarta filiorum an imputentur fructus, & nume. 39. & ſupra num. 17. & 18.*

38 *Filius naturalis quantum capiat à patre.*

*Quartæ duæ an detrahantur à filijs, & quo tempore.*

*In perſona una recipitur, quod in duabus aliquando, & quibus caſibus hic, cir. medi.*

*Vice duorum qui grauatur, & ſic honorari debet, ibid.*

## CAPVT XVI.

1 RAinutius. Licet Ho. decre. diuiſerit † in 7. partes, & circa
id fimbrias ſuas extenderit, Tu diuidas in 4.
partes prin. tãtum, in prima ponitur factũ
coram papa narratum ap. remedio uſq; ibi, cum autẽ:
in ſecunda auditoris dati per papã pronunciatio uſq;
ibi, Nos igitur. in tertia ipſius pronunciationis per pa
pam confirmatio uſq; in fin. Prima ſubdiuiditur in 5.
partes: in prima teſtamentum. R. ponit. in ſecunda ibi,
Mortuo, factum poſt ipſius mortem emergens. in ter
tia ibi, Poſt modum, quæſtionem ex teſtamento & fa-
cto prædictis exortã, & partium allegationes. in quar-
ta iudicis diffinitionem ibi, Dictus uerò. in quinta par
tium appellationes ibi, Sed utraq;. Secunda etiam ſub
diuiditur in quatuor. Prima pars corrigit in uno capi-
tulo iudicis ſñiam. ſecunda ibi, In eo. in alio capitulo
illã confirmat cum certa moderatione. tertia ibi, quia
uerò ſupplet, quod primus omiſerat. quarta ibi, In eo
2 autem, quò ad alia ſñiam cõfirmat. & h. d. In bonis † pa
tris, matris, & auiæ habet quis tertiam debitã iure na-
turæ qua priuari non poteſt: & filius rogatus reſtitue-
re hæreditatem, detrahit debitam iure naturæ, & quar
tam Trebellianicã: in ea tamen computantur fructus
poſt lit. conteſta. percepti. hæreditatem uerò Rainutij
ſic computes, & per hoc facilius intelliges. Pone, ꝙ hæ
reditas Rainutij ualuit. 54. in quibus Clera mater, quia
marito ſuperuixit, habuit tertiam de iure Lombardo,
& ſic. 18. in reliquis. 30. Adelaſia ſecunda uxor. R. eo-
dem iure habuit tertiam, & ſic 12. remanent. 24. in hæ-
reditate, ſed primò illas tertias expediamus. in tertia
Cleræ, quæ fuit. 18. habuit Alterocha tertiam debitam
iure naturæ, in qua non potuit grauari, quæ fuit tria.
tertia enim de 18. conſiſtit in 6. quorum dimidia, quia
duæ erãt filię, conſiſtit in tribus. Tutor verò pro Adie-
cta habet reliqua. 15. in 3. Adelaxiæ, quæ fuit 12. per eã
dem computationem Alterocha iure naturæ habuit
duo, ſ. dimidiam tertiæ, quæ conſiſtit in 4. Adiecta reli-
qua. 20. nunc miſcendo has duas tertias, in quibus erãt
30. Alterocha habuit dimidiam tertiæ, ſcilicet. 5. reli-
qua. 25. habuit Adiecta. & quò ad 5. Alterochæ reuo-
catur ſententia in 24. quæ remanſerunt in hæreditate.
R. quælibet ſoror habebit tertiam iure naturę, quę ter
tia conſiſtit in 8. & ſic quælibet habet. 4. in quibus. 4.
Alterocha computet ſibi dotem, & legatum, ſi tan-
tum ualuit: modò remanet hæreditas in 16. quæ reſti-
tuenda ſunt, tutor detrahet inde quartam per Trebel-
lianum: & ſic quatuor, computatis tamẽ fructibus in
ea, ut dicit litera: reſiduum. ſ. 12. ex fideicommiſſo da-
bitur Alterochæ. Ex hæreditate ergo. R. habuit Alte-
rocha. 4. ex iure naturæ, & 12. ex fideicommiſſo, & ſic.
16. ex tertiis matris, & auiæ iure naturæ habuit. 5. &
ſic 21. tutor hæredum Adiectæ ex tertiis matris, & a-
uiæ habuit. 25. in bonis. R. habuit. 4. pro legitima, &
4. pro Trebelliana, & ſic. 33. coniunctis. 33. & 21. habe-
bis. 54. Hoſtien. uerò computabat, quòd ualuerit hæ-
3 reditas. 108. quod omitto [*Rainutius*] ſcias, quòd † Ho-
ſtien. ut puto, commentauit hanc decre. & decre. Rai-
naldus ante, quàm feciſſet, uel facere diſpoſuiſſet ap-
paratum, ut patet: quia quaſi inordinatis materiis illa
tractaturus non eſſet, hic poſuit extraneas, & exquiſi-
tas materias, ut infra dicam, & credo Abb. uidiſſe ha-
rum decretalium commentum. Scripſit autẽ hic Ho-
ſtien. ferè duas petias, & dimidiam. Scias enim, quòd
hæc decre. fuit olim ſub titu. de re iudica. & ſic allega.
4 C. ad l. Falcidiam, quamquam [ *De Clera* ] à matre †, de
nominatur: quia forte nobilior. Sæpe enim faſtus ſu-
perbiæ recognoſcit cognatos potius, quàm agnatos
ſecundum Hoſtien. vel quia ſuperuixit mater patri, ſic
uenit in uſum, ut eſt moris: de iure tamen denominã
dus eſt filius à patre; de hoc, intra de conuer. infide. ca
pitulo ſecundo [*Extremis*] q. extra terminos huius uitæ
hoc eſt moriens, ſupra eo. nos quidem, infra titulo pri
5 mo, capitulo finali, Hoſtien. [*teſtamentum*] forte † ſolen-
ne, quod deficit deficiente uno teſte, uel uno ſigno. C.
eo. ſi unus: uel nuncupatiuum, quod eſt planius, in
quo. & 7. teſtes requiruntur, & poteſt fieri tabellione
legente, & teſtatore recognoſcente illud eſſe ſuum te-
ſtamentum, uel ſaltem audiente, & annuente, ſi loqui
non poteſt. C. qui teſta. facere poſ. l. hac conſultiſsima
§. penulti. & ulti. & l. diſcretis. §. fina. & de his remiſi ſu-
per rubrica, & qui allegat, teſtatorem uoluiſſe teſtari,
ſolenniter, hoc probet. Non enim eſt ueriſimile ali-
quem eligeſſe genus teſtandi ad ſua iudicia impugnã
da. ff. de teſtamen. mili. l. ſi miles: & breuiter ſecundum
can. ſufficit, quòd conſtet de intentione teſtatoris per
preſbyterum, & duos teſtes; quod dic, ut ſupra cum eſ
ſes, & c. relatum, & c. cum tibi, ſecundum Hoſtien. [*Vl-*
6 *tra dotem*] hoc uerbo † dotem etiam legaſſe uidetur. ff.
de leg. 3. ſi ſic. Goffre. Hoſti. [*Domum*] & hortum: forte
non erat adhærens hortus domui: aliàs uideretur lega
tus domo legata; de hoc. 12. q. 2. c. fin. Nota ſecundum
Hoſti. pro conſilio dominorum legum. Cum enim q
dam dicant filiam non poſſe inſtitui in dote, de quo ſa
tis uide in ſpe. de inſtr. edi. §. cõpendioſæ. C. aliàs vt au
tẽ. uer. ſed ſuper forma, & uide, quæ ibi, dicam, & ff. de
mino. l. denique. §. ſed utrum, in fi. dant conſilium, ꝙ
inſtituatur in 5. ſol. ultra dotem, ut ſic non agat niſi ad
ſupplementum, dote in legitima computata, quam
& ab inteſtato neceſſe habet fratribus conferre. C. de
inoffi. teſt. quoniam nouella, C. de rei uxo. actio. l. una
§. uideamus. ff. de colla. l. 1. §. fi. & l. illud. §. ad hoc [*Impu*
7 *beri*] minori † . ſ. 12. & hic plene tractauit Hoſti. qua æta
te quis dicatur impubes, & quomodo nõ põt contra-
here, uel ꝓfiteri, uel eſſe in judicio, & q̃d de adulto ha-

bente & nō habente curatorem, quę ut exquiſita prę-
termitto. Quare ergo citius pubeſcat mulier, q̄ uir, ip-
ſe remittit de deſpon. impube. literas, & de his omni-
bus tractauit hic Abb. [*Cætera*] per hęc uerba fit hęre-
dis inſtitutio, maxime inter filios. C. eo. in teſtamentis
& l. hac conſultima, Inno. [*Adijeiens*] Rainutius in te-
ſtamento [*Et ſoboles*] ex quo ſic cōiuncti ſunt, ſuccedit
pro dimidia. C. de cadu. tollen. l. una. §. his itaq;, ſm In
no. de hoc, infra c. 2. in gl. qui forte. & habet id locum
ēt cum plures tunc naſcantur, quod eſſe poteſt, & pro
ſequitur hic Hoſti, quod habes. ff. de ſolu. ſi pater. ff. ſi
pars hære. pe. l. antiqui. ff. de iudi. ſed & ſi reſtituatur: &
ſm Hoſt, ſumitur hic ſoboles pro poſthumo, cum nō
dicatur ſoboles, quæ nō eſt rebus humanis: ſic nec pu
pillus, qui eſt in utero. ff. de uerb. ſig. non eſt pupillus,
licet lex fingat natum, qui eſt in utero, dū quæritur de
ipſius commodo. ff. de ſtatu ho. qui in utero, & l. qui
fil. ſint leg. c. 2. ubi de hoc [*Eidem*] Adiectæ, ſ. impuberi
8 [] *ſuccederent*] licet per † hæc uerba, Adiecta decedente
poſt pubertatē ueniant ſubſtituti per fideicommiſſū;
tamen ante pubertatem uidebatur directa per decre.
primam. eo. ti. lib. 6. & ſic uidebatur, ꝙ compendioſa,
etiam non geminata, ſaltem concepta per uerbū cōe
habeat duplicē effectum diuerſo tempore, ſ. directæ
ſubſtitutionis, & fideicommiſſariæ, de quo ibi ſatis di-
xi ſuper gl. hic decidit, in fi. [*Abſque liberis*] ſufficit unus
ff. de uerb. ſig. non eſt ſine liberis. C. de condi. inſti. l. 1.
C. quando dies leg. ce. cū uxori, & euaneſcit ſubſtitu-
tio, ēt ſi filius ille non ſit hæres. ff. de leg. 1. filiusfa. §. cū
quis erat rogatus, ſm Hoſti. qui circa hoc multa nota-
uit hic, quæ dixi de proba. in præſentia, ſuper 1. gl. [*Tu-*
9 *tores*] teſtamentarij, ut patet in anti. [*Iure* † *Lombardo*] h. d.
ut excludat ius Gallicanum, per quod ſuperſtes con-
iunx ſuccedit in omnibus bonis, ſicut dicitur in Sici-
lia contrahi iure Francorum, Goff. [*Tradiderunt*] in con
iugē. & ſi uis dicere, ꝙ tenuerit matrimoniū, dic ꝙ pu-
ella pubes erat corporis pubentis, licet eſſet ſub tutela:
quia non erat pubes ætate, ſm Abb. ſm quem not. ꝙ
tutor conſtituit dotem. C. de epā. au. tam dementis [*In*
*pace*]. i. ſine aliqua interpellatione, uel interruptione:
& de materia interruptionis, q̄uo alia ciuilis, altera na
turalis, & quibus modis fiat utraq;, & quibus proſit,
tractauit hic Hoſt. quod videas, ſupra de pręſcrip. illud
[*Et filium eius*] qui tempore teſtamenti in vtero geſtaba
10 tur, Gof. & forte † mater erat tutrix filii, quod eſſe pōt,
quod dic, ut ſupra de ap. ex parte. 2. ſm Hoſt. [*Filios*] pu
pillos [*Eiuſdem*] P. ex ſecunda uxore [*Quondam Rainutij*] in
telligas, ꝙ tertiæ matris, & auiæ, de quibus ſequitur,
non fuerūt ſeparatæ in uita Rainutii, nec in morte de
bonis Adiectæ. Nec intelligas, ꝙ donauerit, uel uen-
diderit certas res de dictis tertiis, ſed tantum ius, quod
habebat in ipſis, uel in bonis ratione ipſarum: aliàs, ſi
tertiæ ſeparatæ fuiſſent, oportuiſſet, ꝙ non ex cauſa fi
deicommiſſi, uel ſubſtitutionis, ſed uel ex teſtamen-
to, uel ab inteſtato prædicta peterentur in libello. Alii
dicunt, licet non ſit uerisimile, ꝙ etiam ius, quod ha-
buit Alterocha in prædictis tertiis, fuit hic petitum ſe-
11 cundum Inno. & Hoſti. & Abb. [*Fideicommiſſi*] ſic † dici-
tur, ꝙ fidei hæredis ſit commiſſum: unde olim non da
batur actio, ſed ſolum ne pudorem incurreret, reſti-
tuebat hæres, inſti de fidei. hæred. 1. reſpon. & §. 1. [*Vel*
*ſubſtitutionis*] i. fideicommiſſariæ ſubſtitutionis; unde
admittitur iſtud, vel, in libello: quia nō ſapit incertitu-
dinem, nec diſiungit aduerſa, & diſſimilia ſecundum
Hoſti. & Pe. & Abba. ubi enim diſiungeret contraria,
non eſſet reſpondendum libello, niſi ex forma obliga
tionis, uel ratione incertitudinis aliud dicatur; & de
hoc, ſupra de reſtitu. in integ. conſtitutus, cum ſuis re-
miſsionibus [*Petierunt*] in ſcriptis formato & oblato li
bello, ſecundum Hoſtien. qui in hoc remittit, de libel-
12 li ob. c. 1. [*Dicēnte*] uidetur, ꝙ † hic excipiendo fuerit lis
conteſtata, de quo dic, ut infra de lit. conteſt. c. 2. lib. 6.
[*Diuturnum*] Dicebat Tan. hæc tria allegauit tutor, ſed
non probauit [*Inſuper allegabat*] reſonat melior allega-
tio, & ſic facere debet cautus aduocatus ſecundum
Hoſtien. [*Per Trebellianum*] bona allegatio. ff. de vulg. &
pupil. ſub. cohæredi. §. cum filiæ. La. & Go. Hic autem
omiſit tutor de legitima Adiectæ, quæ fuit poſtea à
cardinale petita, & per eum adiudicata, Hoſti. [*Dictus*
*uerò iudex*] Tuſcanen. coram quo erat cauſa [*Deducta*] in
telligitur, & in hoc ſubauditu corrigitur ſententia.
Idem reperas in tertia Adelaſię [*Viro ſuo*] futuro, Io. Tu
uerò dic proprie: ſed Io. intellexit, quia, R. donauerat:
tu dic, quòd Clera [*Fecit*] Adiectæ de Alterocha, & ſo-
bole [ *Cogitaſſe* ] de qua etiam ſi cogitaſſet, non tamen
matri, & uxori præiudicaſſet, niſi aliud eſſet de iure
Lombardo, Inno. [*Vendiderat*] dicit Hoſtien. ſe mirari
13 † de hoc textu: quia uidetur nouum tractatum alibi
iure non expreſſum inducere, ſ. de inofficioſis uendi-
tionibus. Si enim Adelaſia, quæ domina erat, tertiam
ſuam uendidit, & tradidit. P. ſoluenti precium, ergo fa
ctus eſt inſolidum dominus ipſius tertiæ, inſtitu. de re-
rum diui. §. per traditionem. C. de pac. traditionibus.
quomodo ergo detrahit Alterocha bonorum ſubſi-
dium de illa. Si dicas, ꝙ facta fuit ſimulatè, & in frau-
dem ipſius Alterochæ; hoc non ualet: quia ſecundum
hoc deberet in totum reuocari. ff. de leg. 2. Titia. §. im-
perator. ff. de donatio. inter uirum & uxo. ſi ſponſus. §.
circa. C. plus ualere, quod agitur, in rubro & nigro. re-
ſpondet, ꝙ licet donatio facta in fraudem, & uenditio
ſimulata reuocetur in totum, ubi precium ſolutum
non eſt: ubi tamen eſt ſolutum, non eſt perdendū pre
cium. C. man. ab Anaſtaſio. §. ſi qui autem, & de hoc,
ſupra de re. eccle. non alienan. ad audientiam, ad fi. dic
ergo, ꝙ hic fuit uera venditio: tamen diminutum fuit
de precio, quantum ualebat legitima Alterochæ; &
ideò illa deducenda: dicit tamen Hoſti: ſe quandoque
audiuiſſe in materia ſic diſtingui: Aut uendit quis par
tem patrimonii, aut totum. Si partem, & ſine fraude,
ſtabilis eſt contractus. Si totum nulla cauſa cogente,
præſumitur contractus fraudulenter, ut hic, & ff. quæ
a in fraud. cre. l. omnes[a]. §. 1. & ideò competit quere-
la filiis, & nepotibus quantum ad detrahendum bo-
norum ſubſidium: nam & dicit lex, quòd ei, qui non
habet quartam, dabitur rei uendicatio utilis tam con
tra emptores, quàm alio modo res accipientes, in au-
tentico de reſtitutio. §. penultimo, collatio. 8. quia
in ea nullo modo poteſt grauari, in autentico de reſti
tutio. & ea, quæ parit. §. quamobrem, collatio. 4. Et di
cit, ꝙ hi, qui ſic diſtinguunt, quærunt. Quid ſi is, qui
patrimonium uendit, & is qui emit, habent malam fi-
dem in contrahendo, ſed in æſtimatione, & ſolutio-
ne quilibet habet bonam, quia iuſtè æſtimatum, &
plene ſolutum, an reuocetur in totum, ſicut dicit lex,
Titia? Et dicunt, ꝙ forte ſic, quaſi tantum uoluerit pre
cium ſoluens de ſuo donare. ff. de reg. iuris, cuius per
errorem. ff. de condictio. indebit. l. 1. ff. pro empto. qui
fundū. §. ſi ſeruus, in fine. nec uidetur celatus, qui ſcit,
& cætera. ff. de actio. empti & uenditi. l. 1. §. finali, uel,
ut dicunt, aliud forte in uenditione: quia preciū abeſt
emptori, quàm in donatione, ubi non abeſt. Succurri
tur ergo illi habenti oneroſam cauſam, non iſti habē-
ti lucratiuam, nec enim eſt par eademque ratio, & cæ
tera. C. de codicil. l. finali. C. de iure deliberan. ſanci-
mus. §. licentia, & hæc diuerſitatis ratio uidetur expri-
mi inſtitu. de leg. §. ſi res, argumento, ff. de relig. &
ſump. fu. l. ſi quis. §. 2. Sed opponitur, aut emptor pro-
uidit ſibi de euictio. & tunc non habet quid conque-
ri, niſi uelles dicere eum habere exceptionem pacti,
uel doli mali, cum hæres intelligatur eadem perſona
cum



cum defuncto, ita, ꝙ dolus par compenſetur. ff. de
diuer. & tempo. præſcrip. cum hæres, & ff. de dolo, ſi
duo: aut ſibi non prouidit; & tunc certum eſt, ꝙ non
agit. C. de euictio. ſi fundum. Alii dicunt, ꝙ ſiue bo-
na, ſiue mala fides interuenerit, ſemper aget ad legi-
timam filius, & nepos[b]. Nec obſtat, quòd mala fides
venditoris noceat hæredi in legitima, & quòd mala fi
des utriuſq; compenſetur in hæredem, ut eſt dictum:
quia illud uerum in contractibus non inofficioſis, ſed
inofficioſis non ſuccedit in uitium, nec in malam fi-
dem: quia aliàs eſſet aperta uia ad fraudādum filium
in legitima, quod eſſe non debet, argum. C. de iudic.
leg. 2. in fi. de diuor. quanto, ad finem, cum ſimilibus.
Nam legitima reſtitutioni ſubiacet, nec in ea poteſt
fraudari filius, & eam habet à lege, & ſic fiat lata inter
pretatio, de conſuetudi. cum dilectus: & quod prin-
ceps dedit, nullo modo auferat priuatus, in auct. coll.
4. de nupt. §. de augmentis, uerſi. ſed hoc quidem, in fi.
& ſic ſemper aget filius contra emptores, qui omnia
emerunt, niſi uenditio ea neceſsitate facta eſſet, qua li
cuiſſet etiam filium diſtrahere. C. de pa. qui. fi. di. l. fin.
ipſe tamen Hoſti. dicit, quicquid dicatur, hoc intelligi
uerum, quando uenditio fuit, uel præſumitur fraudu-
14 lenta [*Præcepit*] hoc † uerbum habet uim ſententiæ, de
uer. ſig. in his [*Extraneus*] q. d. nedum ſuus, qui debet eſſe
melioris conditionis. 86. di. non ſatis [*Sententia*] inquan
tum contra ſe lata erat [*Prouocauit*] ideſt appellauit, cū
prouocatio propriè ſit extra iudicium, de hoc, ſupra
de appellatio. cum ſit. Quod autem no. hic Hoſtiē. de
ſententia, an poſsit pro parte ualere, uel confirmari,
uide infra de conuer. coniu. placet, ſuper gl. argum. ꝙ
[*Cum autem*] ſecunda pars principalis, ubi in diuiſione
dix: [*Conceſſo*] coram quo petiit tutor tertiam debitā
iure naturæ ex perſona Adiectæ: aliàs non debuiſſet
cardi. ſupplere de facto, de quo etiam coram primo
b iudice non fuerat actum[b], ſecundum Hoſti. ſed ſecun
dūm Innocen. poteſt dici ſuppletio iuris [*Mandato*] qđ
nec aliàs potuiſſet, de offi. delega. ſuper quæſtionum:
§. intentionis, & §. ſequē. Pe. & Abb. [*Iniuſtam*] no. quo-
15 modo † pronunciat iudex appellationis iniuſtè pro-
nunciatum, & bene appellatum; & ita condemnat:
an uerò ritè condemnet, dicam, infra eod. Rainaldus,
in ſecunda parte ſuper uer. condemnauit, id quod hic
no. Hoſtien. [*debita*] in bonis matris, & auiæ. Goffr. [*Ad*
*cuius*] ſcilicet legitimæ debitæ Alterochæ, Goffred. &
fuit iſta condemnatio ſecundum computum in 5. tri-
bus, ſcilicet ex tertia auiæ, & duobus ex tertia matris:
nam in ſumma illæ duæ tertiæ conſiſtebant in 30. qua
rum tertia conſiſtit in 10. duæ autem erant filiæ, & ne
ptes, & ſic Alterocham contingunt. 5. in his. 5. reuo-
catur ſententia: in 25. confirmatur [*Rainerium*] nomine
16 pupillorum, ut ſupra [*Per* † *Trebellianum*] quæ competit
Adiectæ iure inſtitutionis, Goff. & nunquid hoc com
petit, cum ſint pauperes inſtituti, no. infra eo. c. 1. lib. 6.
in glo. ergo quia [*Confirmauit*] cum moderatione, quæ
ſtatim ſequitur [*A Petro prædicto*] hæc litera non erat in
integra ſecundum Inno. nec eſſe debet, cum. P. prius
mortuus eſſet, ut patet ſupra. Si tamen uis literam ſal-
uare, dic ꝙ etiam cum P. dum uiuebat, fuit lis conteſta
ta, ſecundum ipſum. Dicit Hoſtien. etiam aliter poſſe
ſaluari, ut dicas, à Pe. prædicto ante lit. conteſta. licet
poſt mortem, Adiectæ, & à filiis poſt lit. conteſta. cum
17 ipſis, uel ipſorum tutore. Dicit † ergo notanda 4. tem-
pora. Primum, quo uixit Adiecta, & iſtud non com-
putatur: quia non fuit locus ſubſtitutioni. Secundū,
quo poſſedit Pe. poſt mortem Adiectæ, & hoc com-
putatur. Tertium, quod fluxit poſt mortem Pet. ante
c lit. conteſt. & hoc non computatur[c]. Quartum poſt
lit. conteſta. & hoc computatur; & duo tempora com
putentur, & duo non ſecundum eum. Ratio, quare
computantur patri, & non filiis ante lit. conteſta. eſt ſe
cundum eum: quia pater factum ſciens erat maleſi-
dei poſſeſſor, cum factum non ignoraret, nec titulū
haberet, & ſciret hæreditatem reſtituendam, uel ſcire
deberet, filii uerò hoc ignorantes fuerunt bonæfidei
poſſeſſores. ff. de reg. iur. qui in alterius, & infra de reg.
18 iur. eum qui, lib. 6. [*Et fructus* † *eius*] hoc intendit, quarta
cōſiſtebat. in 4. ſecundum computum, de quibus fru-
ctibus haberi potuiſſent, pone duo, & ſic. 6. Si ergo
ad ualorem. 6. percepti ſint fructus de illo, quod reſti-
tuendum erat, non fiet alia deductio. Si autem perce-
pta eſſent tria, deducētur ad huc alia tria. Si uerò ultra
6. percepiſſet, dic ut in glo. ex quo [*Eo*] aliàs eius [*Alio-*
*quin*] ideſt ſi fructus percepti non ſufficiunt ad quartā,
& eius fructus, ut prædixi [*Deducendam*] legiſtæ, qui di-
cunt filium non poſſe deducere duas quartas, dicunt
deducendam facta in ea computatione eius, quod re-
cepit ex Trebelliana, vt in eo ſolo, quod plus eſt in iſta
q̈ in illa, fiat deductio, & retentio [*Conſuetudinem*] ſed nō
ne hoc pronunciauerat iudex etiam principalis, ſupra
uer. præcepit? Solu. illud pronunciauit non de legiti-
19 ma, ſed de tertiis matris, & auiæ. Et † no. ſecundum Ab
ba. prætextu conſuetudinis etiam tertiam legitimam
diminui poſſe, quod dicit alibi melius non haberi.
Sed ſi intelligas, ꝙ reſpectu æſtimationis totiūs hære-
ditatis de certis tantum rebus fiat deductio, non pro-
bat, ad quod inducit de lege municipali, an id poſsit,
not. Di. in re. indultum, de regulis iuris, libro ſexto; &
20 tenet ibi ꝙ ſic [*Confirmauit*] no. 4. ex hac † parte. Primum,
ꝙ iudex appellationes addit ſententiæ: de hoc dicam
infra c. 2. in parte. 2. Item ꝙ ſupplet de facto: ſed Inno-
cen. plus placet, ꝙ hic fuerit ſuppletio iuris: de hoc, ſu-
pra de poſtulatio. prælatorum, bonæ. Item ꝙ de una
hæreditate plures quartæ deducuntur, quod hic ex-
preſsè approbatur, ſecundum Innocen. & Hoſti. Item
quòd ſententia pro parte tenet, & de hoc, ſupra remiſi
ad decre. placet, de conuer. coniuga. [*Nos igitur*] tertia
pars princi. [*Ratam habentes*] nec mirum, quia de man-
dato ſuo fuerat lata, ut ſupra in princi. ſecundæ partis
[ *Confirmamus* ] per hoc clauſa eſt ianua omnibus iudi-
cibus inferioribus, de confirmatio. utili, uel inutili.
capitulo 1. & 2. Ipſe tamen, uel is, cui committeret,
audire poſſet per uiam ſupplicationis; ad hoc de re-
ſtitu. in integ. tum ex literis, ſecundum Hoſtien. ¶ Se-
21 cunda † glo. reſpondet per tres quæſtiones, an neceſſe
fuerit relinqui filiæ puberi, & an iure inſtitutionis, &
an inſtitutus in certa re &c. ¶ Tertia glo. habet duas
partes. prima tractat diſtinctionem ſubſtitutionum,
quomodo alia directa, alia fideicommiſſaria & dire-
ctarum ponit. 4. ſpecies, dicens quando expirent. ſe-
cunda pars ponit tria. primum, an remitti poſsit fidei-
commiſſum, an rogatus alienet; & quid de illo, qui
ſe obtulit monaſterio? ¶ [*Glo. ſed uidetur*] obiicit, & ſol-
uit. ¶ [*Gl. tunc prodeſt*] dicit, quando locum habeat actio
de dote. ſecundò obiicit, & ſoluit. ¶ [*Glo. ſed quid*] obii-
cit, & dupliciter ſoluit. ¶ [*Glo. petiuerat* ] obiicit, & ſol-
uit. ¶ [ *Gloſſ. nota, quod, quartarum* ] diſtinguit, & proſe-
quitur de triplici quarta. ¶ [*Gloſſ. ex quo* ] Primò cir-
ca imputationem fructuum in quartam ponit tres
caſus diuerſos. Secundo obiicit, & ſoluit. ¶ Gloſſa
antepenultima reſpondet per quæſtionem, an filius
rogatus reſtituere detrahat duas quartas, & arguit, ꝙ
ſic; ponit opinio. contrariam: ultimò ponit opin. di-
22 ſtinguentem. ¶ [*In* † *glo. 2. ibi, teſtamentum*] in ſcriptis, uel
ſine factum, ut in l. quæ nuper, quæ ſequitur. leg. om-
nimodo. ¶ [*In glo. 3. ibi, poſt aditam*] ſequitur, hæredita-
tem directæ ſubſtitutiones non impuberibus filiis fa-
ctæ, expirare ſolent [*& ibi, in pupillari* ] ſequitur, ſub-
ſtitutione; licet longius tempus comprehenſum fuit,
tamen finietur ſubſtitutio pubertate [ *& ibi, in caſibus*]

 uide

uide, infra in ſupple. ¶ *In 4. glo. ibi, nepotem etiam ex filia*] ut in l. & idem, ſi pronepotem, uel poſthumum reliquiſſet, ut §. ſin autem. ¶ *In 5. glo. ibi, fratres*] frater, & ſoror intentant querelam, cum frater inſtituit indignum; aliàs non. ¶ *In glo. ſed uidetur, ibi, Scæuola*] ſubſtitutio directa, in codicillis facta, trahitur ad fideicommiſſariam. ¶ *In glo. hæc allegatio, ibi. §. 1.*] olim res mobilis anno, immobilis biennio præſcribebatur in Italia: quod hodie ſublatum eſt, & idem. l. ſequen. ¶ *In glo. tunc prodeſt, ibi. l. una*] res mobiles in dotem datæ, licet alienæ, ſi ſine uitio bona fide fuerint acceptæ, uſucapiuntur pro dote [*& ibi. l. 1*]. ſic incipit, cum hi, qui fideicõmiſſis, vel legatis honorati ſunt, plerunque habere noſcantur perſonalem actionem [ *& ibi, inſtitutio* ] de legat. in principio, ibi textus, Liceat legatariis id proſequi non ſolum per actiones perſonales, ſed etiam per in rem, & hypothecariam [*& ibi, in rebus*] uide de præſcriptio. cum non liceat, in ultima glo. ¶ *In glo. longum, ibi, ſuper longi.*] ſequitur, temporis præſcriptione, quæ exc. 10. & 20. annorum ſpacio introducitur. ¶ *In glo. ſed quid, in principio*] prima cauſa ſucceſsionis eſt deſcendentium [ *& ibi. l. una*] excluſo fiſco coniuges ab inteſtato ſuccedunt deficiente parentum, liberorum, & propinquorum legitima & naturali ſucceſsione [ *& ibi, eſt inops*] & liberi communes, uel alterius matrimonii extant tres, uel pauciores. Si plures, ſuccedit in virili ita, ꝙ liberis ipſius matrimonii, ſi extent, proprietatem ſeruet: his non extantibus potietur dominio, ut ibi [*& ibi, iubemus. §. 1.* ] Si quadringentarum librarum auri, uel amplius uir ſubſtantiam habeat, ſatis eſt centum libras mulieri præſtari: ſi minus, præſtat quartam. ¶ *In glo. petiuerat, ibi. l. 1.* ] parentibus, & liberis de inofficioſo licet diſputare, quaſi factum ſit contra pietatis officium, ut in l. 2. [*& ibi, filius qui* ] aliàs filio. filius agit contra fratrem inſtitutum de inofficioſo matris teſtamento, ut hic. Idem, ſi pater eius legatum accepit ex teſtamento matris, uel eius hæres fuit, licet ipſe filius ſit in poteſtate patris, ut l. ſequẽ. [*& ibi, l. 1.*] Si mater donationem inofficioſam fecit in liberos, uel extraneos, competit querela ad legitimam [*& ibi, unde ſi parens*] ſi pater in aliquẽ, uel in aliquos ex liberis fecit dona. immenſam, quiſque tamen habebit legitimam ſuam. ¶ *In glo. nota quòd, ibi, ſi totas*] uide de donatio. capitulo finali, ſuper prima gl. [*& ibi, parentibus*] poſſunt parentes diuidere inter filios, dummodò nullus fraudetur legitima [*& ibi. §. cauſas*] ibi habentur iuſtæ cauſæ exhæredationis, no. ſupra de iureiurando, Quintauallis [*& ibi. l. penultima*] quæ imputãtur in quartam, cohæredibus conferuntur. ¶ *In glo. ex quo, ibi, hæres*] uide, infra gl. penul. ¶ *In glo. antepenultima, ibi, cum hæres*] melius, cum hæredes. ibi hæredes rogati per fideicommiſſum reſtituere hæreditatem, deductis legatis, legata, quæ peti non poterant, non deducunt: uxor tamen rogata, cui prælegata eſt dos, illam deducit, ſicut & alius creditor [*& ibi, irritum*] ſi hæres inſtituit eũ cui rogatus erat reſtituere, & legata reliquit reſtituenda per fideicõmiſſum, ille prius ea deducit ut æs alienum, de reſiduo detrahet Falcidiam [*& ibi, petijt à filia*] aliàs à filia petiit. Si pater rogauit filiam, ut partẽ eius, quod ex bonis eius perueniſſet ad eam, reſtitueret fratri, ſi moreretur cum liberis: & illa mortua eſt relicta filia, hæres cum parte hæreditatis, quæ uenit reſtituenda, non reſtituit partem dotis à patre datæ: imò ſi ex promiſsione aliquid pro dote debetur, habetur loco eris alieni [*& ibi, cum quæritur* ] inſpicitur, an quartam bonorum mortis tempore reliquerit teſtator, ut ſciatur, an filius poſsit agere de inofficioſo [*& ibi, parentibus*] uide ſupra gl. no. quòd [*& ibi, ex tribus*] filio impuberi inſtituto ſolum in legitima põt pater directè ſubſtituere [ *& ibi, acceptis* ] teſtator iuſsit hæredem acceptis a Mæuio. 100. reſtituere ſibi hæreditatẽ, quæ 100. poſt mortem ſuam Titio dari rogauit: licet illa, 100. ſufficiant ad quartam, tamen propter ſuum fideicommiſſum detrahet quartam, cum illa. 100. nõ ſint apud ipſum manſura [*& ibi, numis*] aliàs acceptis. Rogatus reſtituere hæreditatem receptis. 100. numis, totam pecuniam iure Falcidiæ percipit, tanquam ſi ex bonis numos retenturus fuiſſet [*& ibi, ſi conditioni* ] ſi inſtitutus ex ſemiſſe, cui debebatur ſextans, rogatur poſt tempus reſtituere, interim non intentat querelam, cum per fructus uenire poſsit ad debitam portionem [*& ibi, ſi quis impubes*] uide ſupra eod. ad hoc, ſuper ultima glo. [*& ibi, ſi hæres*] fructus perceptos negligentia non petentis hæres non computat in quartam. Sed percepti uoluntate defuncti, ut quia rogatus fuit in diem, uel ſub conditione, ſi fructus ſufficiunt ad quartam, & fructus quartæ, non fiet alia deductio [*& ibi, ſcribit Celſus* ] ſi habens quadringenta in bonis cogat hæredem reſtituere, ſi decedat ſine liberis: & ille de fructibus quadringenta recepit, integra quadringenta reſtituet: imò, ſi quod damnum in ſolido fuerit, illud refundet de eo, quod ſupereſt, ad quartam, & eius fructus. ¶ *In glo. penultima ibi, ſi conditioni*] uide ſupra glo. proxima. ¶ *In ultima glo. ibi, reſtituta*] ſequitur, hæreditate, iura ſepulchrorum apud hæredem remanent [ *& ibi, ſi patroni* ] ſequitur, filius extraneo reſtituerit ex Trebelliano hæreditatem, operarum actio quæ transfer-
23 ri non potuit, apud hæredem manebit. ¶ *In † glo. 2. ibi, poſteriori*] de hoc plenius, infra eodem titulo, capitulo primo, libro ſexto, in gloſſa. nunquid [ *& ibi, duæ*] una incipit, nouiſsima, & ibi, de hoc, alia incipit, non
d liceat [ *& in fi.*] de hoc, infra eo. capitulo. 1. libr. 6. [d] in glo. 4. ¶ *In glo. ex hoc, ibi, uulgaris* ] ſic dicta triplici reſpectu, ſcilicet communis uſus uerborum. quilibet enim de vulgo dicere ſcit, Si talis noluerit hæres &c. Item ſubſtituentis, ut ſequitur. Quilibet enim inſtituens, miles, uel paganus in poteſtate habens, uel non, hanc facere poteſt. Item reſpectu ſubſtituti: quia maiori & minori in poteſtate exiſtenti, uel non fieri poteſt. Pupillaris dicitur, quia fit pupillo tantum. Exemplaris, quia fit ad exemplar pupillaris, & eodem rationis motiuo. Compendioſa, quia fit ſub uerborum
24 compendio [*& ibi, Directæ*] & in † eis non habet locum deductio quartarum, in fra eo. cap. 1. lib. 6. [*& ibi, Expreſſa*] quæ fit per uerba negatiua. Tacita fit per affirmatiua, ut quiſquis mihi erit hæres, filio meo ſit hæres, uel Alterocha ſit hęres Adiectæ. C. de hæredi. inſtitu. leg. fin. ff. eod. cum in teſtamento. §. 1. [*& ibi, Si tu non eris*] iſta eſt tacita pupillaris [*& ibi, pubertatis*] iſta eſt expreſſa pupillaris: & poteſt in ea præueniri tempus pubertatis, ut ſi dicat, ſi decedat infra decimum annum; & tunc expirat illo tempore expreſſo completo. ff. de uulgar. ſubſtitutio. ſi ita quis ſubſtituerit, & l. in pupillari, & inſtitu. de pupilla. ſubſt. §. penul. requiruntur autem. quinq; in pupillari ſubſtitutione, quæ no. ff. de uulgari. & pupilla. leg. 2. Primum, quòd pupillus ſit. Secundum, quòd ſit in poteſtate ſubſtituentis. Tertium, quòd prius inſtituat ſibi, deinde pupillo. Quartum, quòd per mortem patris efficiatur ſui iuris. Quintum, quòd non prius, inſtitu. de pupilla. ſubſtitu. 1. reſpon. & §. 1. 2. & 3. adde quod no. infra capi. 1. lib. 6. in 7. glo. [*& ibi, in principio*] & ibi plene
e de hoc [e] [*& ibi, & furioſo*] ſi † uerò eſſet filius impubes,
25 & furioſus, pupillariter, non exemplariè ſibi ſubſtitui debet, conſiderata naturali cauſa, non accidentali. ff. de tutelis, qui habet. Nec putant doctores, quòd filio, qui ob alium morbum teſtari non poteſt, ut quia ſurdus, & mutus, fieri poſsit exemplaris ſubſtitutio, cum hoc non ſit lege cautum: facit. C. de cadu. tollen. l. una, circa finẽ [*& ibi, humanitatis*] & de certis perſonis fieri



fieri debet, ut ibi, & in hoc differt à pupillari. Item quia fit filio conſtituto in poteſtate: hæc à patre habente, uel non habente filium in poteſtate, & à matre. Item exemplaris non fit ad certum tempus ut pupillaris: de prima tamen differentia uide, quod ſcripſi, infra eo. ca. 1. l. 6. ſuper glo. quæ expreſſe. 6. autem caſus, quibus expirat pupillaris. no. ff. de vulga. & pupilla. ſub. l. in pupillari [*& ibi, precibus* ] & de hac uide plenius, infra eo. c. 1. lib. 6. in glo. hic decidit [ *& ibi, puber-*
26 *tatis*] exemplaris † expirat, cum ille redierit ad ſanam mentem, uel filios perceperit, ut in l. humanitatis, C. de impu. & aliis ſubſtitu. & ff. eodem titu. ex facto, ſcilicet de vulga. & pupilla. ſub. in princi. Si uerò habet dilucida interualla, remit. Hoſtien. ad ſum. eo. titu. §. quis ſit effectus ſubſtitu. §. non ſolum, uerſi. quid ſi habet. Abb. hic tenet, ꝙ tunc non euaneſcat ſubſtitutio, ſi poſtea redit ad furorem, niſi tempore ſanæ mentis fecerit teſtamentum: tum quia ſubſtitutio hæc eſt in fauorem furioſi. & ſic amplianda, de reg. iu. odia, lib. 6. tum quia hoc euenire poſſe debuit cogitare, dum erat ſanæ mentis. C. ad Velleia. ſi mulier, & ad hoc. C.
27 de cura. fur. l. pe. [*& ibi, fideicommiſſaria*] non † compendioſa, ut dixerunt quidam antiqui uolentes per hoc probare compendioſam in omne tempus fieri poſſe, non in milite: ſed errauerunt ſecundum Goffre. uide quod dixi, infra c. 1. lib. 6. ſuper glo. hoc decidit [*& ibi, precaria*] in his, quæ hic deficiunt, remit. Hoſtien. ad ſum. eodem titulo. §. quis ſit effectus, ſub. §. quibus autem uerbis, & tribus ſequen. [*& ibi. l. 2.*] & ut ibi not. Accur. & hic Hoſtien. Goffr. infra de decimis, ex mul-
28 tiplici: & licet † ualeat pactum hoc caſu, non tamen ualet ſola repudiatio. ff. de acquirenda hæreditate. l. is qui hæres, cum ſimilibus. & eſt ratio ſecundum eos, quia repudiatio uallatur unius conſenſu tantum, pactum uerò conſenſu duorum. ff. de pactis. l. ptima. §. pactum [*& ibi, alienarem*] idem nota. 12. quæſtio. 1. duo ſunt. hoc intelligit Abbas, niſi quatenus contingit eũ ratione ſuæ partis, ſcilicet tertiæ & quartæ, infra eod. Rainaldus: & conſueuit poni in inſtrumento, ꝙ vult illud eſſe de legitima, uel quarta ſua [*& ibi, in caſibus*] ſcilicet in aſsignatione dotis, & donationis propter nuptias. Idem dicit Hoſtien. licere propter captiuorum redemptionem, uel propriam indigentiam, in autentico; de reſtitutio. §. ſi verò & ipſam quartam, & ſeq. collatio. 8. ſed Accur. illud dicit uerum ſuo caſu, ſcilicet cum rogatur reſtituere, quod ſupereſt [*& in fine*] & ibi aliqua dixi hic per Hoſti. notata. ¶ *In † glo. qui deceſſit,*
29 *ibi, non † haberet*] ad quod tempus retulit ſe teſtator, & ſic non obſtat. C. quando di. lega. ce. l. cum vxor, ubi legatum factum, ſi filium habuerit, non euaneſcit filio mortuo: quia ibi ad ortum filij, nõ ad mortem legatarij retulit ſe teſtator, Abb. ad idem. C. de poſthu. her. in uxoris abortu, & l. ſe. [*& ibi, ſuſceperit*] per hunc. §. & §. ſe. dicas idem, ſi ſimul deceſsiſſent mater, & filius, nec appareret quis prius, præſumitur enim filius præmortuus, & hoc uerũ, ſi erat impubes: ſecus cũ pubes erat. ff. de reb. dubi. l. qui duos, in fine, & l. cum pubere, & l. ſeq. Hoſt. ¶ *In glo. intellige, ibi, maritum*] uel lucrabatur maritus bona præmorientis uxoris ex iure Lombardo [*& ibi, eum*] nec alium. ¶ *In glo. ſed uidetur, ibi, Scæuola*] de hoc per Azo. in ſum. C. de impu. & ali. ſub. §. ſi autem, Gof-
30 fre. ¶ *In glo. hæc, allegatio, in fine*] uel ſecundum † Hoſtien. ſumitur hic pro annali dilatione, quam tutor dabat illis: aliàs & filio fuiſſe datum ad deliberandum, an uellent adire, quo lapſo non erant audiendi. ff. de acquirenda hæreditate, quandiu, argumentum. ff. de optio. leg. l. mancipiorum: & forte uolente parte datum fuit tantum tempus, cum ſufficerent 9. menſes. C. de iure deliberan. ſancimus. §. ſed quia. ſuccubit autem tutor: quia hoc non probauit. uel forte ſecundum eum opponebatur annalis pręſcriptio ad ius offerendi pro tertia uendita per Adelaſiam de iure conſue. ſibi competenti, vt proximiori, de quo ſupra de reſtitutio. in inte. conſtitutus: ſed primum plus ſibi placet. ¶ *In glo. tunc*
31 *prodeſt, ibi. l. una*] ſcias † plenius, ꝙ cum res inæſtimata in dotem datur eo animo ꝙ ſtatim ſit accipientis, quod ſemper in dubio præſumitur. ff. de iure dotium, dotis fructus, & l. ſequen. tunc ante nuptias locum habet titulus pro ſuo: poſt nuptias uerò pro dote. ff. pro dote. l. 1. & hoc ſi de iure & facto ſequitur matrimoniũ: nam ſi de facto tantum, locum habet pro ſuo. ff. de iure dotium. l. Proculus [f]. Alii dicunt, quòd ſi iuſtus error interuenit, locum habet pro dote. Si uerò dentur res æſtimatæ, dicũt quidam illas ante nuptias non uſucapi. ff. pro dote. leg. 2. ſecutis uerò nuptiis uſucapiuntur pro emptore: quia æſtimatio ſimilis eſt emptioni ff. pro emptore. l. 1. & leg. litis, & ſic intelligitur. C. de iure dom. l. 1. & l. quoties, & C de rei uxor. actio. l. vna
f §. cunque ex ſtipulatu [f]. Sed ſecundum alios, ſi eo animo dantur, ut ſtatim fiant accipientis ante nuptias, uſucapiuntur pro ſuo; ſecutis nuptiis pro emptore, ut eſt dictum: quòd ſi dentur eo animo, ut non ſtatim fiant accipientis, ſed demum ſecutis nuptiis, tunc ante nuptias non uſucapiuntur. ff. pro dote. leg. 2. ff. pro ſuo. leg. 1. Nec obſtat, ſi dicas æſtimationem tacitam habere conditionem, hanc ſcilicet, ſi ſecutum fuerit matrimonium, & ſic per illam impediatur ante nuptias uſucapi. cum ſit in pendenti. ff. pro empto. l. 2. §. ſi ſub conditione: quia talis conditio non facit æſtimationem conditionalem, argumento. ff. de conditioni. & demonſtrationi. l. conditiones, quæ. Ad caſum ergo deſcendendo, ſi hic data fuerat dos æſtimata, male allegabatur. Si inæſtimata, idem: quia conſtante matrimonio nõ potuit uſucapere non alienũ, nec matrimonio ſoluto: quia tunc ceſſat uſucapio pro dote. ff. pro dote. l. 1. ante finem, ſecundum Hoſtien. qui etiam hic notauit, & Abbas poſt eum, quod dicam, infra de donatio. inter uirum, & uxorem, per veſtras, ſuper 4. glo. quæ incipit, & bona [*& in fine*] Di-
32 cit † Hoſti. notandum, & de hoc in ſpeculato. de actione, uel petitione. §. ſequitur, uerſiculo illud nota, & ſequen. Quòd legatario competit triplex actio ex teſtamento, ut dicit glo. & hypothecaria, & rei uendicatio, non tamen in uno & eodem caſu, ſed in diuerſis. Si enim ſit legatum in ſpecie, & ſit teſtatoris, & adita ſit hæreditas, competunt hæ actiones. ff. de conditione furtiua, ſed nec legatarius. inſtitut. de legatis. §. ſed noſtra; & uide quod no. infra capitulo ſecundo, uerſiculo, demum. ſi verò legatum ſit in genere, puta ſerui, uel equi in genere, tunc competunt duæ, ſcilicet ex teſtamento, & hypothecaria: ſed eſt caſus, in quo una tantùm actio, & exceptio competit; ut ſi lego debitori meo liberationem. ff. de libera. le. l. mihi. ff. ut in poſſeſ. legato. l. 1. §. ſi debitori. Si uerò res aliena ſit legata, duæ tantum competunt actiones, ſcilicet perſonalis, & hypothecaria. C. communia de legatis. l. 1. Licet autem quandoque competant omnes actiones iſtæ, ut eſt dictum, non tamen ſimul intentabuntur, ſed eligetur altera, quæ plus expediat. ff. de leg. 2. cum filius. §. uariis: adde, quod dicam de conceſsio. præben. quia cunctis. §. econtra, libro ſexto. Sed quomodo legatarius ſpeciei, qui dominus eſt, aget reali, inſtitut. de actio. §. ſic itaque. Solut. ratione poſſeſsionis, ff. de tritica. lege. 2. ff. de rei uendicatio. offi-
33 cium. Sed quantò † tempore tollitur hypothecaria, de qua dixi? Diſtingue, ſi res obligata poſsidetur à debitore, uel ſuo hærede, uel alio uniuerſali ſucceſſore, tunc requiritur præſcriptio. 30. annorum. C. de præſcriptione. 30. annorum, cum notiſsimi. Si ab extraneo, & habet cauſam à fiſco, tunc ſpectatur quadriennium.

driennium.C.de quadrien.præſcrip.l.1. & 2. ſi ab exactore tributorum, tunc ſpectantur ſex menſes tantum. C.de cenſib. l. finali, lib. 11.ſi ab alio priuato, & haber iuſtum titulum, & bonam fidem. ſpectatur pręſcriptio longi temporis.C.ſi aduer.credi.l.1.& 2.& ſic quò ad hypothecariam intelligi poteſt iſte textus: ſi verò alterum. ideſt titulus, uel bona fides deficit, tunc ſpectatur præſcriptio.30.annorum. C. de præſcriptio. 30.annorum, ſicut in rem. Nec obſtat, ff. de uſucapio. ſi quis fundum.§.finali, ubi uidetur ſufficere longum tempus etiam cum mala fide: quia illud quò ad proprietatem, non quò ad hypothecariam, ſecundum Azo.imò ſecundum eum illud hodie ſecundum leg.correctum.per l.1.auctẽ.& ibi ſignatam. C. de præſcriptio.longi temporis, licet ſecundum canones nec olim, nec hodie ualuerit; quod dicut de præſcrip.capitulo finali. ¶ *In glo.ſed quid ad matrem, ibi, mari-*
34 *ti, & filij*] Ioan. [ *& ibi, §.primo* ] ſed illa † non tangunt hoc, cum de tertia loquatur hic: nec de inopia, uel repudio hic aliquid dicatur [*& ibi, in Lombarda*] liber ſic dictus, ubi ſpecialia iura ſtatuuntur ſuper dote ſecundum Innocentium, & not. Hoſtien.ius Lombardum per canonicum approbatum; ad idem de ſer.non ordin.conſuluit; & multæ ipſius leges ſunt canonizatæ. 16.q.4.& in aliis locis: ſed dicit hoc uerum in his, quæ pro nobis faciunt: & no.contra 10.diſtin. ſi in adiutorium.& per totum 37.diſtin. ſi quid ueri: approbat ẽt lex illa duella, quæ tamen lex canonica damnat, de pur.vulgar.per totum, ſecundum Hoſtien.[*& in fine*] idem Goffred.Abb.dixit, ꝙ in Lombarda cauebatur de vſufructu tantum lucrando, allega. l. 2. ti. de his, quæ a viro vxor.l.2.& vltima: ſed hoc ibi non dicit. Itẽ ſecundum id non valuiſſet venditio, & donatio per vſufructuarios facta quò ad proprietatem, in qua nullum ius habebant. Dicebat Hoſtien.quòd Lombarda bene loquitur de vſufruct. ſed per loci conſuetud. dilatata erat ad proprietatem. ¶ *In glo.forte, in fine* ] &
35 & no.inſpiciendam † conſuetudinem loci, vbi eſt res litigioſa, & facit ad ea, quæ no. 12.diſtinct.illud, & dixi de hoc de conſue.ſuper rubrica. ¶ *In glo.petiuerat, ibi inofficioſa* ] ſed ad hoc obijcitur, querela inofficioſæ donationis ſimilis eſt querelæ inofficioſi teſtamenti.C.de inofficio.donatio.l.fina.ſed querela inofficioſi teſtamenti rumpit teſtamentum ita, quòd proponens ſuccedit in totum.C.de liber.præte. maximum, & authent.ex cauſa. C. de inofficio. teſtament. quoniam, ergo Alterocha non ſolum legitimam, ſed & dimidiam habere debuit. Solu.licet lex illa has querelas aſsimilet, ſunt diſsimiles in multis. primò, quia querela inoffi.donatio. datur tantum ad legitimam, vt hic, & C.de inofficio.donatio.l.2.& l. ſi totas, cum 4.l. ſequen. & inofficioſi teſtamenti datur ad totum, vt eſt probatum. Item illa prouenit ex teſtamento tãtum, inſtitut. de inofficio. teſtamen. primo reſpon. ff.eodem l.1.iſta verò ex teſtamento & ab inteſtat. C. de inofficio.dona.l.1.2.& 3.Item illa contra hæredes: hæc verò contra hæredes, & extraneos, vt in præd.l. & ff.de inoffici.teſtamen.Papinianus.§. ſi imperator. Item illa currit a tẽpore aditæ hæreditatis, hæc à morte donatoris, Licet quidam dicant, quòd a tempore donationis, ſi filius erat emancipatus: ſed primum verius eſt.C.de inoffici.teſtam.l.ſcimus.§.fi. C. de annali exc.l.1.§.fi.Sed ad id, quod dictum eſt, querelã inof. dona.dari ſolum ad legitimam, contradicit aperte.ff. de leg.2.l.Titia Seio.§.imperator Alex.vide qđ plene dixi, ſupra de dona. ca. fi. ſuper 1.glo.[*& ibi, in fraudem*] idem Hoſti.& uide quod dixi in textu hic ſuper uerſi. vendiderat[*& in fi.*] vel dic, ꝙ erat de iure Lombardo, ꝙ uxor ſuperuiuens per nullum contractum poterat alienare tertiam ſibi obuenientẽ à marito, qui deſcẽdentes mariti haberent ibi legitimam, Innocentius. ¶ *In glo.no.quòd ibi, quartarum*] de hoc 2.diſtinct.quædam [*& ibi, filius* ] & eis non ſuperſtitibus, nepotibus ex eiſ-
les meretrici ſuæ prohibetur donare. C. de donat. in-
ter uir.& ux.ſi ancillam.fortius & clericus, qui eſt mi-
les dei, ar.de ſer. non or.eo libentius, de ſen.ex.ſi con-
cubinæ.30.q.3.ita diligere.16.q.1.ca.fi. ¶Glo.1.arguit
6 † licet in uita, &c.¶Glo.2.quærit.ponit.3.opp.La.pri-
ma, ꝙ diuident.ſecũda pro eccleſia dimiſſa. tertia pro
7 parochiali ¶*In* † *glo.* 1.*ibi, non uidetur*] ſequitur, perfecta
donatio mortis cauſa facta ante, quàm mors ſequatur.
¶*In glo.ulti.ibi, hi qui*] hæretici nulli in hæreditate ſuc-
8 cedunt, & à nemine ſcribuntur hæredes.¶*In* † *gl.*1.*ibi,*
*cauſa mortis*] ex quo in ægritudine donationẽ facit. de
morte faciẽs mentionem, cauſa mortis hoc feciſſe ui-
detur inter uiuos donare.ff.de dona. cauſa mor.l.2.&
3.& C.e.l.fi.ſecus, ſi ſimpliciter donet.tũc uidetur inter
uiuos donare.ff.de dona.cauſa mor.l. Seia.§.fi.uel po
teſt dici illud ſpeciale, quando donat filio, uel alicui,
cui ſpeciali affectione ſit aſtrictus, ar. C.de lega. cum
alienam [*& ibi, ad hæc*] uide quod ibi dixi in tex.& ſu-
per gl.2. [*& ibi, conſimile*] niſi per iudicem occurratur.
ff.de tu.& cu.is, q expedit.n.& c.l.1.inſti.de his, qui ſui,
uel alie.iur.ſunt.§ ſed hoc tempore [*& ibi, exhære.libe-*
*rorum*] Itẽ quilibet in uita poteſt ſibi facere ſepulchrũ
etiam ultra uires patrimonij, quod non licet in mor-
te.ff.de reli. & ſumpt.fun.le.ſed & ſi quis.§. hæc actio.
Item confeſsio debiti facta in uita nocet hęredi.C.de
non nu.pecu.generaliter. in morte non, niſi teſtator
iuret.C.de prob.auct.quod obtinet,[b] & de hoc, ſupra
titu.1.c.fi. Hoſtiẽ. ¶*In glo.*2.*ibi.c.ult.T.*] & idem Goff.&
Phi.& idem dixerunt omnes prædicti, & Inno.quan-
do in capella audit diuina, & ĩ baptiſmali eccleſia reci
pit ſacramenta, ſcilicet ꝙ illæ inter ſe diuident [*& ibi,*
*& melius*] & eum ſequitur Hoſtiẽ.[*& ibi, iſtius*] ſup.ſe-
pulti ſunt [*& ibi, Alij*] Inno.hic [*& in fi.*] Sed approba-
tur infra eo.titu.capitulo ſecundo, lib.6.1.reſpon.¶*In*
9 *gl.pe.ibi, reddendo*] Si uerò ingreditur † probationis cau-
ſa, & infra tempus probationis moritur ſecundum T.
& Archi.infra eo.cap.1.lib.6.ubi uide, intelligitur pa-
rochianus primæ eccleſiæ quò ad canonicam, arg.de
regula.ſuper eo, & cap.conſulti.Go.contra, quia non
moriatur profeſſus, fuit plenè tamen conuerſus, nec
uolun-



uoluntatem mutauit, quod placet Hoſti.cum ſolùm
uideatur uoluiſſe mutare domiciliũ, & deſijt eſſe pa-
rochianus primæ eccleſiæ, infra titu.1.cap.fin.& facit
quod poſt Inno.dixi ſupra eo. relatum, ſuper 2.gloſſ.
¶*In glo.ult.in fi.*] & infra de hæreti.ſi quis.

ANNOTATIONES.

a ¶Sola eccleſia. Et hanc op.tenet do. Oldr.q.lix.& utilis eſt inue-
ſtigatio iſta ꝑpter plurima quæ ponit do.Pet.de peru.in ſuo ope-
re.c.uenio ad tertium capitulum.5.eſt autem hoc utile.
b ¶Quod obtinet.Ibi uide per doc.& in l.generaliter C.de non nu-
merata pecu.per d.Bar.de Salic. utrobique, & per Bar.in le.cum
quis.§.codicillis, & §.ſe.ff.de leg.3. & Bal.in d.l.generaliter.

*SUMMARIUM.*

1 *Parochianum alienum qui ſepeliunt, quæ reſtituere debeant.*
*Compulſionem præcedit monitio.*
*Corpus non reſtituitur defuncti, niſi petatur.*
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.3.*
*Funus mortui impedientia ſiqua fiant, non ualent, & impediens*
*in quod incurrat damnum.uide & nu.4.*
*Ex defuncti perſona non poteſt quis moleſtari niſi diebus.9. tran-*
*ſactis.*
4 *Additio gloſſarum.*
*Sepultura mortui ob debita non impeditur, & ſupra nu.3.*

CAPUT V.

1 EXparte. C. qui † ſepeliũt parochia-
num alienum, quem ſepe-
lire non debent, coguntur reſtituere cor-
pus, & quę ratione ipſius obuenerũt, hoc
dicit.& prima pars narrat querelam.ſecunda dat iudi
cem ibi, Man.quatenus [*Ad nos factam*] per ipſos cano-
nicos[*Sua eccleſia*] i.cęmeterio ſuę eccleſię, vel propriè
[*Compellas*] ſi monitioni non paret [*Corpus reſtituat*] hic
non reſtituitur, niſi petatur.ad hoc infra eo.titu.lib.6.
& facit, quod dicam infra e.in noſtra, in fi. [*Conueniat*]
ſic infra de decim.ſuggeſtum, de depoſito capitulo.1.
2 ¶Glo.2.† obijcit, & ſoluit. ¶*In* † *glo.*2.*ibi.l.ult.*] confeſ-
ſiones, pignora, uel fideiuſſores recepti per credito-
res impedientes funus mortui non ualẽt, & negotiũ
principale in priſtinum ſtatum deducitur [*& ibi, Item*
*qui domum*] qui mortui exequias prohibet circa funus,
ab actione cadit, & tantundem ſoluit hęredibus iniu-
riati: publicatur tertia pars bonorum ipſius, & notatur
infamia [*& ibi, ſed nec ante*] ſequitur, 9. dies ab obitu-
numerãdos nulla prorſus fiat moleſtia aduerſus quẽ-
libet ex perſona defuncti, ſi qua enim cautio, ſi quid
3 ſimile fiat, inutile erit. ¶*In* † *glo.*1.*in fi.*] idem Inno. &
Hoſti.Pe.¶*In glo.*2.*in fi.*] & eſt ſimile, de elec.cum no-
bis olim, in prin.ſcire debes, ꝙ ſupra de ap.qua frõte,
in parte deciſa dicebatur, ꝙ propter appellationẽ cre-
ditoris petẽtis ſibi debita, differebatur ſepultura, ſi hæ-
res erat ſoluendo. Dicebãt ibi Ro.& Ala.ꝙ ibi loque-
batur ſecundum conſuetudinem Anglicorum. & di-
cebat Tan.ꝙ eis ut Anglicis erat credendum. Dicebat
Vinc.ꝙ aut debebat ex contractu, & tunc non impe-
diebatur ſepultura: aut ex maleficio, & tunc per app.
impediebatur: uel illud, cum apparebat malitia hære-
dum. Tan.intelligebat illud locum habere, quãdo de-
functus fuit condemnatus in vita de furto, rapina, vel
a uſura, uel crimen eius erat notorium[a], & noluit ſa-
tisfacere in uita. hodie illa pars ut iniquitatem conti-
nens eſt ſublata de textu.

ANNOTATIONES.

a ¶Crimen eius erat notorium. Vide de uſur.quia in talibus, & ui-
de l.2.ff.de in ius uo. & in l.fi. C.de ſepul.ui.& in auct.ibi poſita,
& ſuper illis.D.Bar.de Sali.

*SUMMARIUM.*

1 *Poſſeſſorio an agi poſſit pro corpore ſepulto.*
*Corpus humatum an ſit reſtituendum.*
*Clauſula, ſi ita, quæ reſpiciat.*
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.3.*
*Fructus qui ueniant in petitione hæreditatis.*
4 *Additio gloſſarum.*
*Canonica portio perditur ob uiolentiam.*
*Delictum perſonæ extenditur etiam ad alios hic, quàm ad aucto-*
*rem.*
5 *Corpus ſepultum, & beneficia ex eius funere prouenientia, qua*
*actione poſtulentur.*
*De actione à canoniſtis non curandum.*

CAPUT XVIII.

CVm liberum. Summatũ eſt.ſ.ꝓ
xi. & diuiditur ut
illa. ſecunda ibi, Man. quatenus [*eandem*] ſ.
1 eccleſiã ſancti Martini [*Violenter*] licet † poſ
ſent agere poſſeſſorio:non tamen credimus, ꝙ ꝑ hoc
donec plenè conſtet corpus defuncti, ſit reſtituendũ:
quia ſic etiam tertiò reſtituẽdum eſſet ei, qui obtinet
in proprietate, & corpora defunctorum non ſunt ſic
tractanda, ff.de re.& ſump.fun.le.nec corpora, & l.di-
ui, Inno. Dicit Hoſti.ꝙ illa iura hoc non probãt, licet
conueniat hoc æquitati.de rigore uidetur contra, ne
inutiliter agat [*Si ita*] uiolentiam, & omnia alia ſupe-
riora reſpicit, ſupra de reſcriptis, olim.§.fin. [*Fratribus*]
ſancti Martini, apud quos ſepeliri debebat. ¶ Glo.ſe-
2 cunda † opponit, & quæſtionem ſoluit. ¶*In* † *glo.ulti-*
3 *ma, ibi, ſi de poſſeſſione*] uide in præalle.cap.graui, ſuper 3.
[*& ibi.l.*1.*in fin.*] in petitione hæreditatis ueniunt poſt
4 lit.conteſt.fructus etiã qui percipi poterant.¶*In* † *glo.*
1.*in fin.*] & ex eo, quod dicit textus, Preſbyter quidam,
præſumitur, quòd de illius parochia erat mulier, uel ſi
dicas, quòd parochiana fuit illorum, ſecundum Hoſt.
propter uiolentiam perdunt canonicam, ff.ui bono.
rapto.per totum.C.unde ui, ſi quis in tantam, de præ-
ben.eum qui, libro ſexto, non ob.quòd delictum per-
ſonæ &c. quia illud in graui damno, uel in immobi-
libus, uel cum communiter non deliquit eccleſia. de
hoc infra de reg.iur.delictum, libro.6. ¶*In glo.*2.*ibi, ex*
5 *canone iſto*] hoc † quandõ agit eccleſia, apud quam eſt
electa ſepultura, aget condictione ex decr.ſupra pro-
xi.ſi elegit:ſed ſi electio non tenuit, cõdictione ex de-
cre.ſupra eo.fraternitatem.Sed ut dicit Hoſtienſis, ca-
noniſtę non eſt de his curandum, ſupra de iudicijs, di-
lecti [*& in fi.*] ad huius intellectum uide, quod no. in
ſpec. de actio. uel peti.§.ſequitur, uer. ſi autem uelis,
& duobus ſequentibus.

*SUMMARIUM.*

1 *Sepulturã mulier maritata ſibi, & pater filijs impuberibus poteſt*
*eligere, & quando. & an monacus, & alius in poteſtate conſti-*
*tutus poſſit, & num.2.*
*Diſtinctio pro differentia.*
*Potius, pro tantum.*
2 *Sepultura ubi eſſe debeat conſuetudine ceſſante.*
*In poteſtate aliena qui ſunt nec pro anima quid legare, nec donare*
*poſſunt, niſi in caſu, & quo.*
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
*Vxor ex mariti perſona quæ conſequatur.*
*Donatio cauſa mortis etiam inter coniuges ſit.*
4 *Additio gloſſarum.*
*Mulier ſi plures uiros habuit, ubi ſepelienda.*
*Mors omnia ſoluit.*
5 *Pater impuberi filio ſepulturam poteſt eligere, & ſubſtituere, etiã*
*in bonis maternis.*

CA-

## CAPVT VII.

1 DE uxore. Caſus. Mulier † maritata
liberè poteſt eligere ſepul
turã. pater filios impuberes põt, vbi vult,
ſepelire, ſi hoc habet conſuetudo. ſecunda
ibi, utrum [*Sepulturam*] i. electionem ſepulturæ [*Diſtin-
cti*] ideſt differentia [*Potius*] i. tantùm, Hoſt. q. d. Ele-
ctio ſepulturæ reſpicit ſtatum ſoluti uinculi. nõ enim
ſepelitur uiuens, ſed mortua: & per hoc uoluit dicere
ipſe Hoſti. ꝙ monacus poterat eligere ſepulturam, cũ
electio referatꝰ ad tẽpus, quo ſolutus erit à iugo obe-
dientię. hoc eſt reprobatum, infra eo. c. fi. li. ſexto. Re-
ſpondebat ad capitulum primum. 16. quæſtio. 1. illud
intelligi de monaco, qui nõ eligit ſepulturam. & idẽ
a eadem ratione dicebat de filiofamil[a] ſeruo & quoli-
bet alio in poteſtate conſtito [*Quo uoluerit*] ſ. in ſepul-
chris parentum, uel ubi percipiunt ſacramenta, Inn.
2 uel alibi, Hoſti. [*Conſuetudini*] ut ſi ſit † conſuetudo, ſe-
peliat eos pater, quo uoluit: ubi non eſt conſuetudo,
ſunt cum maioribus, uel in parochiali eccleſia tumu-
landi, infra eod. licet, lib. 6. [*Relinquendum*] quamuis hi,
qui ſunt in poteſtate conſtituti, ex quo naturalẽ con-
ſenſum, habent, poſsint ſepulturam eligere, cum in ſa
cramentis non ſit differẽtia liberi, & ſerui. infra de cõ-
iu. ſeruo, capitulo primo, tamẽ hi, qui carent proprio,
ſine conſenſu illorum, quibus ſubſunt, nil poterunt
ꝓ anima legare, ſicut nec alicui poſſent donare, etiã
ſi eſſent filijfami. habẽtes liberam adminiſtrationẽ. ff.
b de dona. filiusfa.[b] quæ uerò hic deficiũt, uide in ſum-
ma huius titu. §. & apud quam, ſecundum Hoſt. ¶ Gl.
3 1. † ſignat contrarium, & dupliciter ſoluit. ¶ *In gl. 1. ibi,
mulieres*] ſequitur honore maritorum erigimus, gene.
re nobilitamus, forũ ex perſona præſtatuimus, & do-
miciliũ mutamus [*& ibi, filij. 2. reſponſo*] incipit, Vidua.
uide de foro cõp. ex parte, ſup. ult. glo. [*& ibi, l. ult. §. 3.*]
Mulier nupta eſt incola ciuitatis mariti, & unde du-
xit originem, non cogitur muneribus fungi. ¶ *In glo.
2. ibi, quòd ſponſæ*] vide de adul. capitulo primo, in 1. glo.
[*& ibi. §. ulti. & l. ſeq.*] inter coniuges bene fit donatio
cauſa mor. quia reſpicit tempus, quo coniuges non
4 erunt. ¶ *In † glo. 1. ibi, filij*] per quam. l. dicimus. ſecun-
dum Pe. & Abb. ꝙ ſi plures uiros habuit, & inteſtata
decedat, debet cum illo ultimo ſepeliri, ut no. 12. q. 2.
unaquæque, & terminatum eſt, infra c. is qui, in fi. li. 6.
[*& in fi.*] uel illud de honeſtate: hoc de iure commu-
ni. T. & Inn. Item contra. 32. quæſtio, 5. quos deus. So.
quos mors ſeparat, quæ omnia ſoluit, in auct. de nup.
§. deinceps, col. 4. homo non ſeparat, Hoſti. ¶ *In glo. pe.
ibi. §. igitur*] & infra de teſta. c. 1. lib. 6. Dicebat Vincen.
5 ꝙ † pater filio impuberi poterat eligere ſepulturam,
cum expenſæ funeris filij ſpectent ad patrẽ. ff. de in rẽ
uerſo le. filius. & pater filio impuberi ſubſtituit etiam
in bonis maternis. ff. de vul. & pup. l. 1. Goff. autem re-
ſpondebat ad hanc decre. infra c. in noſtra, ꝙ & ſi non
ſit diffinitum, diffiniri poteſt, ff. de reſti. leg. ſcio queſi-
tum. non ob. 2. quæſtione. 5. conſuluiſti, quia loqui-
tur de ſuperſtitioſa adinuentione.

---

ANOTATIONNES.

a ¶ De filiofam. De quo uide in c. licet, eo. ti. in fi. libro ſexto.
b ¶ Filiuſ. Vide Bar. in l. qui in poteſtate, ff. de teſta. & l. tam is. §. 1.
ff. de don. cau. mor. & Cyn. & d. Bar. de Sali. in l. ſeniũ, C. qui teſt.
fa. poſ. & uide. c. licet, ad finem, iſto titu. libro ſexto.

*SVMMARIVM.*

1 *Statuere, ideſt ſtatutum declarare.*
*Papæ ſtatutum de una eccleſia, & ſententia faciunt ius genera-
le, niſi de contrario conſtet.*
2 *Canonica portio quo tempore ab eligente ſepulturam relinquenda,*
*Sepulturæ electio tenet, licet ante nõ relinquatur canonica portio.*
*Quartæ duplicis detractio quo caſu fiat.*
3 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 4.*

## CAPVT VIII.

1 CVm ſuper. Breue eſt [*ſtatuimus*] i.
ſtatutũ † declarauimus.
Improprie enim dicitur, ꝙ papa de una ec
cleſia faciat conſtitutionem: potius eſſet
illud priuilegium, ſecundum Innoc. Dicit Hoſtien. ꝙ
ſtatutum de una eccleſia habitum per principem, ex
quo in iure redactum eſt, generale uidetur, niſi & cõ-
ſtet de principis intentione contraria, inſti. de iur. nat.
a ſed quod princi. C. de legi. ſi imperialis.[a] §. de conceſ.
præb. conſtitutus, in fi. nec mirum: quia ſententia ip-
ſius inter ceteras perſonas facit ius generale, de re iu-
di. in cauſis, & de hoc. de reſcri. ſi quando [*Veſtrorum*]
ſ. eccleſię cathedralis, & loquitur de ſpeciali parochia
2 [*Relinquatur*] intelligit † Hoſtien. ꝙ parochialis de ne-
ceſsitate relinquenda eſt ante electionem ſepulturæ,
epiſcopalis nõ: & eſt diuerſitatis ratio: quia parochia-
li minus potenti reſpectu epiſcopi plus fuit prouidẽ-
dũ. hoc non placet: imò relinquat, uel non relinquat,
tenebit electio ſepulturæ: & ſatis eſt, ꝙ eccleſia ſuum
proſequitur in legatis factis eccleſiæ, apud quam ſepe
litur, vt tenet glo. Scias autem. ꝙ hic fiet detractio du-
plicis quartæ, capitulum. n. percipiat quartam, ſicut
quælibet alia parochialis capella diuidendum cũ epi-
ſcopo, ſupra de teſta. requiſiſti, & nihilominus epiſco
pus detrahit ſuam quartã, ut ſic altera iure parochia-
li, & altera iure epiſcopali percipiat. unde dicebat Pe.
ꝙ quandoque duo epiſcopi exigunt quartam, ſ. quã-
do parochialis, & eccleſia ſepulturæ, uel legataria ſũt
in diuerſis dięceſibus, & dicam infra c. proxi. in 10. q.
3 ¶ Glo. 1. † reſpondet per quæſtionem. ¶ Glo. 2. arguit
4 eccleſiam cathedralem &c. ¶ *In † glo. 1. ibi, eccleſiæ*] Ho-
ſti. plene hoc intelligit. ſatis dixi, ſupra c. 1. ¶ *In glo. 2. ibi,
cathedralis*] qualis erat iſta, ſcilicet Fauentina.

---

ANNOTATIONES.

a ¶ Imperialis. ibi uide docto. & in l. 1. ff. de conſti. prin.

*SVMMARIVM.*

1 *In canonicæ quantitate, quæ debetur eccleſiæ parochiali, conſue-
tudo ſeruatur.*
*Diuiſio decretalis.*
*Certitudo quid, & tenenda eſt.*
2 *Quomodo, interdum duæ ſunt dictiones, aliquando una, & quibus
modis ſumatur.*
3 *Clauſula diuerſis modis accipitur, & quibus.*
*Sepulturæ priuilegium qui dare poſſint.*
*Iuſtitia pro canonica hic.*
*Eccleſiarum nomine etiam monaſteria includuntur hic.*
*Funus unde leuandum.*
5 *Ad ornatum quandoque uerba adduntur, ut hic.*
*Articulus ut ſumatur, remittit.*
*Diuerſa oportet ſint aduerſa ad inducendum uarietatem.*
*Cenſere pro definire.*
6 *Hieronymi beati mentio in decretalibus quibus fiat. eius gloſſæ
pro decretalibus habentur, patronus Ioan. And.*

## CAPVT IX.

1 CErtificari. In quantitate † Cano
nicę, quę debetur ec-
cleſiæ parochiali, cõſuetudo ſeruatur. Cõ-
munis diuiſio. ſecunda ibi, Cum autem.
Hęc ſubdiuiditur: quia primò ponit tres diuerſas anti-
quorum, quas ſecundò ibi, uos tales, ad uarias cõſue-
tudines



tudines referendo cõcordat, auctoritatem interſerẽs
ibi, ut ſicut [*Certificari*] certitudo eſt determinatio in-
tellectus ad unum. & hæc eſt tenenda, de pœn. diſt. 7.
capitulo ſecundo, alias 3. in fi. [*A nobis*] uide, quod di-
xi de excep. à nobis, in prin. Ioan. [*Quomodo*] interdum
2 ſunt † duæ dictiones, Lucæ. 1. Quomodo fiet iſtud &c.
ut no. 27. quæſtio. 2. §. cum ergo, poſt prin. interdum
una compoſita, uel congeries uocum pro una dictio
ne ſumpta, & acceruatur ut una, & ponitur pro qua-
liter. ad prędicta facit. 22. q. 4. ecce, & c. quando. Hiero.
ſępe utebatꝰ hac dictione pro ſicut. hoc patet. 11. q. 3.
quomodo ſacerdos. 31. quæſtio. 1. quomodo uirgini-
bus, concor. Prouer. 27. vltra medium, ver. quomodo
3 probatur [*Clauſula*] dicitur clauſula † quandoque per-
fecta oratio: ſic ſumitur, de ſent. excommu. à nobis. i.
& de uerb. ſig. ex parte. 1. ſed talis magis propriè dici-
turꝰ articulus, uel capitulum. unde auctor illius decre.
ex parte, quod ibi dixerat clauſulam, in ſequenti cap.
cum olim, in prin. uocauit capitulum. ad idem, eo. tit.
abbate, uer. ex priuilegijs, & ver. ſe. de fi. inſtru. contin-
git, de priuileg. cum perſonæ. 1. reſponſo, in fi. libro. 6.
Communius dicitur clauſula breuis in oratione ſen-
tentia. Exemplum, ſi in oratione, uel in reſcripto po-
ſita, quantum de iure fuerit, hæc iteratis uicibus dici-
tur clauſula, de reſcrip. cauſam quæ. uel, Sicut ſine pra
uitate prouidè facta eſt, de confir. vti. uel inuti. cap. pe.
unde duæ dictiones in oratione faciunt clauſulam, vt
appellatione remota, de ap. inquiſitioni. quidam alij,
de reſcrip. capitulo ſecũdo, libro ſexto. rebus alijs, de
reſcrip. Rodulphus. uos, uel alter, de off. deleg. cũ plu-
res, lib. 6. Proprio motu, de præb. ſi motu proprio, in
fi. eo. lib. plus, una compoſita dictio tantum. ſ. In ſoli-
dum, eſt clauſula, de elect. c. pe. lib. 6. de procu. ſi duo,
eo. li. ff. de procur. l. pluribus. & tamen omnia iſta per
ſe, niſi eſſent in oratione incluſa, nil ſonarent, ut per
te uides: ita & hic nihil ſonaret hæc clauſula, niſi eſſet
alteri orationi adiecta [*Priuilegijs*] in antiqua dicebatꝰ,
4 Noſtris, ſublatum eſt, ne † credatur ſolum papam da-
re poſſe priuilegium ſepulturæ, ut infra dicam. & dic
de priuil. quibus conceditur aliquibus libera ſepultu-
ra, ſalua iuſtitia &c. [*Solet apponi*] intelligitur, & ſi non
apponatur, ut dicam infra [*Salua*] materialiter ponũ-
tur hæc uerba. ſic ſupra de uſu. pal. capitulo primo, de
off. deleg. cum in iure. ſed nõ ſic in antiqua, in qua di-
cebatur, De iuſtitia illarum &c. [*Iuſtitia*] quæ alias di-
citur canonica, ſupra eo. de his, infra eod. cum quis. 1.
& 2. reſponſo, lib. 6. & quare ſic, & an hæc differant, in-
fra dicam [*Eccleſiarum*] includit monaſteria. 54. diſt. §.
hac auctoritate, dummodò habeãt parochiam. facit
infra cap. proxi. Nam & tunc etiam percipiunt deci-
mas, infra titu. 2. dilecti, & ca. ſuggeſtum [*A quibus*] i. à
quarum parochijs, infra cap. proxi. ſi tamen conſuetu
do eſſet, ꝙ de ipſa eccleſia leuaretꝰ funus, ualet, ut no.
in cle. eo. titu. dudum. §. huiuſmodi, in glo. ita ꝙ, Hoſt.
exponit, ideſt à quarum adminiſtratione. ſ. quo ad of-
ficia, & ſacramenta. uel. i. à quibus ſpiritualiter paſce-
bantur [*Et exponit*] additum † ad ornatum rhetoricũ.
ſufficiebat. n. uerbum præcedẽs, ſicut ſupra de uſu pa.
capitulo primo, de uerbor. ſigni. quid per nouale, in
prin. [*Articulo*] diuerſimodè ſumitur, ut dicã de teſti.
præſentiũ, li. 6. ſuper gl. articulus. huic concor. de elec.
cũ in iure, in prin. de of. dele. ſuper quæſtionũ, in prin.
[*Diuerſa*] & aduerſa, ut infra patet, ubi hanc uocat ua-
rietatem. ad hoc ſupra de teſt. in noſtra, in prin. [*Ante-
ceſſorum*] uide quod dicã de pac. c. ulti. in prin. li. 6. [*Cen-
ſentibus*] i. diffinientibus. facit ſupra c. 1. uide, quod no.
in clem. de proba. literis, & de conceſ. præben. ca. uno
5 [*Beatus Hiero.*] Glorioſus † patronus meus, qui huius
repetitionis eſt cauſa, de quo in textu decretalium hu
ius compil. habetur, de his, quæ fi. à præla. cum apo-
ſtolica. ſed alibi non habetur, ſuæ tamen gloſſ. pro de
cretalibus habentur. ſupra de conſti. nã concupiſcen-
tiam. & c. ne innitaris, ſupra de præſump. ex ſtudijs. c.
ſcribã. j. ti. 2 c. 1. de homici. cum iuramento. de furtis.
qui cum fure. & in quinque primis capitulis. infra de
uer. ſig. De Ambroſio & Auguſtino fit mentio. infra
de presby. non bap. c. 2. de ipſo Aug. de uſur. cum tu.
De Gregorio. infra de verb. ſign. in his. Et puto, ꝙ ma-
le, ut ſcripſi ad fi. Hieronymiani. vbi tractat de. c. quod
præcipitꝰ. 13. q. 5. Habetur tamẽ de ipſo de ęta. & qua. à
multis. de reſt. ſpo. lr̃as, uer. opinioni, de ap. ſcd̃ò requi
ris, de ſta. mona. cũ ad mona. poſt prin. Quę expreſsè
beato Grego. loquuntur, hoc dico: quia decre. cum
haberet, de eo qui duxit, decre. laudabilem. de frigi. &
decre. crimina, de collu. de alio Gregorio poſſent in-
telligi. De his quattuor, & ipſorum ueneratione ha-
betur de reliqui. c. vno, lib. 6. Senſu. bono, & rationa-
bili, facit, quod ſequitur, & uide quod not. de conſti.
c. 1. in ult. glo. Abundet, loquitur ibi Hiero. de ieiunijs
nõ indictis, vt aduentu, & ſimilibus, cui concor. 12. di.
illa, in fi. in iudicijs autem ſecus de hoc ſatis ſcripſi de
obſer. ieiu. ſuper rubrica. Regionis, idem uer. 23. diſt.
prohibere, infra titu. 2. in aliquibus regionibus, & ſu-
pra de cleri. coniu. cum olim, ad fi. de obſer. ieiu. ca. 2.
§. 3. & pe. de cle. pere. c. 1. de fer. ca. 2. de ui. & hone. cle.
ut clericorum, in fi. ff. de uſur. le. 1. in prin. C. lib. 10. de
exac. tribu. l. penul. circa medium, cle. de ſta. mo. ne in
agro. poſt prin. & uer. uerum. Dicit autem regio quã-
tum deriuatur à rege prouinciam, uel patriam deno-
tet regi ſubiectam, ut no. in præ. c. ne in agro. non pu-
to tamen, quod totius regni, uel prouinciæ conſue-
tudo requiratur in hoc caſu, ſed ſufficiet conſuetudo
dięceſis vel loci, facit litera, quę ſequitur, fateor tamẽ,
quod ſi propria conſuetudo non apparet, ad conſue-
tudinem uicinorum locorum uel prouinciæ recur-
retur, ad hoc. 1. d. c. conſuetudo, de conſue. cum olim,
de cenſi. ſuper eo. de cogna. ſpi. ſuper eo. Attendatur,
hoc non habet locum in prædicatoribus, & minori-
bus, in quibus reuocatis conſuetudinibus contrarijs
taxata eſt quarta per conſtitutionẽ Bonifa. innouatã
per cle. de ſepul. dudum, ut ibi patet circa fin. uer. nos
etenim. De hæremitis, & carmelitis idem, vt ibi dixi in
§. uerum, ſuper glo. ut patet. Dicebat hic Hoſti. quòd
quando aliquid eſt obſcurum, vel circa id quod quę-
ritur eſt ius aduerſum, recurri debet ad cõſuetudinẽ
ut hic. ff. de legibus. le. de quibus, de conſue. cum dile-
ctus. Deficiente conſuetudine ſi naturali ratione uel
argumẽtis terminari poteſt, quod quęritur, bene qui-
dem, ad hoc de præben. rõ. de cle. pe. ca. 2. uel dicendũ
eſt ut. 20. di. de quibus. Si uerò dubium eſt tale, quod
ſalua conſcientia iudex iudicare nõ poſsit recurritur,
ad principalẽ. qui fi. ſint leg. per uenerabilem. §. ratio-
nibus, uide quod dixi in conſue. cum olim, ſuper ulti.
gl. ¶ Primo no. quod dixi in ſumma, cui eſt ſimile, ꝙ
de quantitate cathedratici dicitur, infra de cẽſi. olim.
¶ Secundo uerò, quęrendam certitudinem in incer-
tis, facit quod ſcripſi in Hier. parte ſecunda, in fi. legẽ-
dę, & 30. q. ult. de ſpon. de muliere, cum concor. inſti.
de act. §. curare. ¶ Tertio no. ꝙ in dubijs maxime diffi
nitionũ papaliũ recurrendum ad papã, de hoc ſatis, q.
fi. ſint le. per uenerabilem. ¶ Quarto no. ex dictis do-
ctorũ eccleſiæ negocia uel cauſas diffiniri, faciunt iu-
ra quæ allegaui in tex. ſuper uer. beatus Hier. & habe-
tur mã. 20. di §. 1. & per totum. ¶ Quinto no. uerbum
beati Hier. quod hic habetur in tex. & in caſu quẽ all.
gl. cui cõuenit. ff. de offi. proconſu. obſeruare. ¶ Sexto
no. caſum, quo ualet cõſuetudo. alios caſus huius cõ-
pil. ſexti, & cle. colleg. s̃. de cõſue. ſuꝑ rubrica. ¶ Vlt. gl.
q̃rit & ſoluit. ¶ In ul. gl. ibi, ſi plures, ſi tres ſunt arbitri,
& unus cõdẽnat in. 15. alter in. 10. alter in. 5. ualet ſñia
cap. 1.

in 5. ¶In glo.1.in fi.hāc, glo.quæ fuit Tā.inducebā.ſ. c.1.ad partē illā, ꝙ de relictis alijs eccleſijs parochialis non habeat canonicā,& hæc uera,vt ibi plenè dixi ſuper gl.quod reliquit.de hoc in cle.e.ti.dudū.§.verū,in gl.quęro.¶In gl.vlt.in fi.& e.ti.de arbi.c.j.li.6.idē Goſ. ſ.c.1.ad hoc.j.de cenſi.ex parte,& quia in obſcuris ſequimur minimum,j.de reg.iur.in obſcuris,li.6. Et qa noua iura ſic illa nominauit,de offi.or.cōquerēte, de ꝑſcrip.de quarta,de cēſi.cū olim,niſi ex conſtōne,pacto uel cōſuetudine alr̄ noīetur,de uer.ſig.ex parte.3. ſm Ho.¶Nūc expediamus dicēda,& prius illa quę in tex.tetigi. Et primo: quia dixi illud noſtris,erat in antiqua ſublatū,quæro qs dare poſsit priuilegiū ſepulturæ?Circa hoc dicēdū,ꝙ oīs parochialis eccleſia ex iure parochiali habet ius funerandi,quod eſt de iuribus parochialibus,ut dicā.j.ti.proxi.ſuper rubrica,hoc tamen uerū ſi per epm fuerit cimiteriū deſignatum , & benedictum ſm formam canonis, de cō.di.1.nemo, ꝙ cimiterium ſm antiqua iura debet eſſe.40. paſſuū, in circuitu in maioribus eccleſijs, in alijs.30.17. qu.4. ſicut antiquitus, niſi eccleſię ſint intra caſtella uel loca acta,e.quæſtione:quiſquis,in fine. Et tamen nec in locis latis ſeruatur,ꝙ tot paſſus deſignētur. Illud ergo ſolum,ꝙ per epm fuerit deſignatū,habebit eccleſia ꝓ cimiterio. Prædicta uera ubi cimiterium aſsignatum eſt & liberum,hoc dico : quia interdū in parochia alterius,puta matricis,uel baptiſmalis eccleſię ſit capella vel eccleſia ſine cimiterio:quia ius funerandi reſeruatur matrici,de præſcrip.ex tranſmiſſa,vel cum cimiterio nō tñ libero,puta quia nō poſſunt niſi infantes, uel impuberes uel fęminas ſepelire , talia enim in ordinationem,& in pactum uenire poſſent,& ſic poteſt loqui decr.ad audientiā. primo, de eccle.ædif.pater de pac.c.1.li.6.& adde quod ibi ſcripſi,in gl.dicunt quidā ſicut & reſeruari poteſt ſcrutiniū & baptiſma, de ma. & obe.his quæ,de capel.mo.dilectus,ſic & per ius cōmune reſeruantur illæ decimæ prædiorū reſidētiū infra nouā parochiā.16.q.1.eccleſiæ,& c.quicunque,& c.ſtatuimus,& de hoc.j.ti.2.cū contingat,ergo nō mirum,ſi reſeruari pōt ſepultura,uel libera,uel modificata.Illæ autē eccleſiæ, quæ[*ut prius*] dixi parochiales conſtituuntur,& cum libero cimiterio, potius ex iure cōmuni quàm ex priuilegio dicūtur habere ius funerandi,ut dixi.ſ.c.1.in prin.& illarū cimiteria q̄ qñq; dicunt atria.12.q.1.nulla.13.q.2.ꝑcipiēdū.17.q.4. ſiqs in atrio,& c.ſiqs cōtumax.qñq; poliandra,[ut in pōtificali patet,à iure cōi hñt īmunitatē, res uiolari debēt nec pollui, nec in eis negociationes uel nundinę fieri uel cauſę maximè criminales tractari per iudices ſeculares.Patet primū,de immu.eccl.inter. Secūdū de cō. eccle.uel al.cōſuluiſti.Tertiū de immu.eccle.cū eccl'a e.ti.decre.li.6.Quare de his,principal'r ñ eſt qō,ſed dubium qōnis eſt,circa eccl'as non habētes parochiam, nec cimiteriū,nūquid alius à papa poſsit illis dare ius cimiterij,& liberā ſepulturā.Et uidetᷣ,ꝙ nō,cū hoc papa concedat in cle.e.ti.dudū.§.huiuſmodi. Itē de iure cōi ſepultura cōpetit eccl'æ parochiali,ut dixi ad hoc, j.c.ꝓx.j.eo,licet.j.rñſo.in fi.li.6. Illud ergo ius cōe eps uel alius q̄ papa in præiudiciū parochialis eccl'æ tollere nō poterit,ad hoc.j.de exceſ.ꝑla.c.2.cū concor.etiā legatus.ſ.de cōfir.uti.uel inuti.c.fi. Tu dic ꝯ, & ita ſeruatᷣ, ꝙ epi in ſuis diœceſibꝰ religioſis parochiā vel populū nō habētibus dāt liberā ſepulturā.Nā, qđ plus ē eccl'æ q̄ pro ſepulturis,uolūt amplificare,poſſunt donare centeſimā de bonis epatus.12.q.2.bonæ rei.ſ.de dona.apoſtolieæ,facit.12,qu.2.aurum , & ob hoc fuit ſublata ill dictio nr̄is, ut dixi. Ad ꝯria rñdetᷣ, ꝙ generale priuilegiū ſepulturæ ꝑ totū orbē dat ſolꝰ papa.ſic loquitur.§.huiuſmodi. Quod dicitur de ꝑiudicio parochialis eccleſiæ:nō ob.qa ēt alibi parochiani poterant eligere ſepulturā.j.e.c.2.in fi.li.6.nec illud priuilegiū illos cogit,& eſt ſi.qđ dr̄ de.c.peruenit.11.q.1. Fateor tamen,ꝙ quia intra alterius parochiā nouū cimiteriū erigit,id facere debet de conſenſu capituli ſui,& ex cauſa iuſta,plenè no.de relig do.cōſtitutus. Et aūt huic ſimile, qđ dicā.j.de priui.in his, in gl.idē priuilegiū.¶Secūdo quęro,ſi priuilegiū liberę ſepulturę cōcedatur per papā nō adiecta clauſula de iuſtitia vel canonica parochialis eccleſiæ : an parochialis habet canonicā?uidetᷣ ꝙ nō: qa al's uerborū illorū adiectio nihil oꝑatur ꝯ id de priuil.ſi papa.2.rñſo. in fi. Itē ſi papa id voluiſſet expreſsiſſet,de decimis ad audientiā.Item ꝯ libertatē ſepulturæ conceſſam eſſet,priuilegiatos ſic alijs teneri,facit de præben.licet.2.li.6.ut ibi dicā ſuper uer.de iure. Ite minores, & ꝑdicatores ob hoc ſoluūt quartā: quia vt patet in cle.e.ti.dudū.§.huiuſmodi,tali libertati annectitᷣ modificatio, dicit enim, liberā ut ſequitur,habeant ſepulturā,ſecus ergo vbi modificata nō eſt.Tu dic ꝯ.ſ.ꝙ parochialis habebit canonicā licet in priuilegio non ſit clauſula niſi ꝯriū in priuilgio exprimatur:quia ꝑ priuilegiū æquiparantᷣ habētibus parochiā,& populū,& ſepulturam,de iure cōi:ſed illi ſoluūt canonicā:ergo & iſti,nec plus intendit cōcedere iſtis q̄ habeāt illi,qui ſepeliūt,de inre cōi.C.de inoff.teſt.ſi qñ.ſ.de reſcrip.c.j.al's ſequeretᷣ ꝙ ſepelire poſſent,ꝯ cle.e.ti.c.1.& his ſimilia, quę dixi ſuper rubrica. Nunquid enim ſubdiaconus:quia poteſt eligi in epm ſicut diaconus uel ſacerdos,de ætate,& qua.à multis, in fi.per hāc libertatē plus habebit,q̄ illi duo?conſtat, ꝙ nō, ſatis eſt.n.ꝙ illis æqparatur: ſic & in alijs exēplis iuriū,quæ allegaui in decre.prę.licet.Et patet per ꝑdicta,ꝙ priuilegiū multū cōfert, facit de uſu pal.ex tuarū. Et ſic nō ob.de priuil.in his , concordat huic ſolutioni,qđ no.de pęni.& remi.oīs,in 6.gl. Ad all.pri.rñde ꝑ id qđ dixi de reſcrip.mandatū, ſuper gl.2.ſ.ꝙ nulla abſurditas in reſcriptis uel priuilegijs exprimi cōditiones,uel clauſulas ſubintellectas.Quod allegatur ſecundo locū habet in clauſulis nō ſubintellectis: ut de conſti.cū.M.de reſcrip.c.2. Ad tertiū rñdetᷣ,ꝙ ſolutio canonicæ nō eſt ꝯria libertati ſepulturę,qđ ꝑ ſe patet, liberè.n.ſepeliunt,ſed poſtea ſoluūt:ut dicā in qōe ſequēti.Quod vltimo allegatur facit pro,patet.n.per id, qđ iura ſic uolūt, ēt per priuilegiatos ſolui canonicā. Quæ dixi de can. parochiali repetita intelligātᷣ de can. epali, ubi illi priuilegiati exēpti non eſſent,alias ſecus quo ad illā,ut dicā.j.c.proxi.& dixi.ſ.de his, & ſ.de teſta.reqſiſti.¶Tertio quæro,an inter has clauſulas,ſalua iuſtitia,& ſalua canonica ſit dr̄ia.Hoſti.dixit hic,ꝙ eſt dr̄ia.nā primo caſu,cū dr̄ ſalua iuſtitia,oportet,ſolui canonicā eccleſiæ parohiali,antequā ſepeliatᷣ,dicit enim hoc iuſtū.facit.ſ.c.1.& qđ ibi poſt cū dixi in glo. antequā,& ſequitur,ubi uide,in ſecundo caſu dicit,ꝙ corpus prius poterit ſepeliri, & poſtea ſoluetur canonica. & fortius ſi diceretur ſoluta tantūmodo quarta parte &c.j.c.prox.& uide,qđ dixi.ſ.cū ſuꝑ,in ulti.glo. Ego hanc diſtinctionē nō approbo quę habet,ꝙ minus importet canon q̄ iuſtitia. Itē nec habet cōſuetudo optima iuris interpres , ꝙ tales ptiuilegiati ſoluant ante ſepulturā,nec mirū.nā iſta canonica aut de legatis uenit ſoluenda.aut de funerabilibus, ſed legata nō tā cito ſoluit hæres, nec tā cito ad illa ſoluenda poſſet urgeri.ſ.tit.2.nos quidē, & c.ſi hæredes, facit.C.de ſepul.uio.auct.ſed nec ante , cuius tex.poſui in ſuffra.ſ. eo,ex parte.ergo eccleſia legataria illorū quotā ſoluere nō pōt,ſi uero canonica conſiſtat in funeribus,illa cū funere portantᷣ,nec debēt tolli:ergo nec diuidi niſi poſt funus.¶Quarto quęro an id qđ hic dr̄ de cōſuetudine retineatur ſolū ad alterā, de quotis hic expreſſis an vero procedat in maioribus quotis,puta,ꝙ tres partes haēt parochialis eccleſia: uel minoribus, puta,

quod



quod nō habeat niſi decimā, uel minus : quia lr̄a hic requirit cōſuetudinē eſſe debere rōnabilē , & hāc reſtringat ad iſtas quotas, ergo vr̄, ꝙ in alijs non ualeat quaſi minimū,uel nimiū nō ſit rōnabile,inter mediā igitᷣ,& quartā incluſiue approbatᷣ cōſuetudo,ſi.inf.ti.2.c.1.Ho.hic remittit ad ſum.e.t.ſub.§.uetus.§.& quota ſit,& ibi finaliter tenet,ꝙ de alia quota ualet cōſuetudo, dūtamē ſit ꝑſcripta,per decr.olim,de cēſi.all. C. de inof.te.parētibus.ſ.de teſta.officij, de re iudi.qđ ad conſultationē,in fi.uerū eſt.ꝙ ibi loquitur,de canonica epali,de qua etiam ſcripſi poſt Inno.de teſta.requiſiſti,in gl.licet multa.Sed per hāc remiſsionē vr̄,ꝙ idē intelligat de iſta . Et pro iſto dicto, bene facit de teſta. Rainutius, ad fi. Ad allegata reſpōdeo,ꝙ quo ad iſtas quotas hic expreſſas nō requiritᷣ, ꝙ conſuetudo ſit ꝑſcripta,& uide,qđ no.de cōſue.c.ul.li.6.in 3.gl.ad hāc, q.& ſequentē,facit, qđ dixi poſt Di.in regula indultū, de reg.iur.li.6.¶Quintò quæro, an ualeat cōſuetudo, ꝙ nil detur?Abbas hic no.Guil.na.dixiſſe,ꝙ non:quia eſt ꝯ Apl'm dicentē,ſint conſolationū ſocij &c.ſup.c.j. Item eſt alia ratio ſm Rai. quia per illā auferrur eccl'ę tota cōmoditas rei ſuæ.i.ſui parochiani , qđ eē nō debet,ar.opti.ff.cōia prę.l.vēditor fundi,in fi & idē Goſ. in ſumma huius ti.uer.quid ſi ſit conſuetudo, & vide, qđ dixi de teſta.requiſiſti,in prin.ſuper uer.debent, & ſuper uer.regulariter.Ho.in quarta epali, hoc tenet in prædicto.§.niſi conſuetudo ltīme ſit præſcripta,& cū capl'o, & ſic loquatur decr.de quarta,ſup.de ꝑſcrip.& ipſe Hoſt.e.ti.§.an licitū uer.quid ſi cōſuetudo,ubi de hac quarta parochiali qōnem format poſita opinione Go.quā pręmiſi, remittit ad illū.§.& quota,per qđ vr̄ idē intelligere de parochiali , ut dixi ī qōnę ꝓxima. ¶Sexto quæro, qd petens canonicā hēat ſpecificare. Et modo aggreditor Inn.qui de his,quæ ſubdā,ꝓlixe ſatis confuſe locutus eſt.Et pro tanto Speculator,qui al's exquirebat tales mās, hanc non poſuit: ſed huc remiſit in ſpe.e.ti.uer.utrū is qui, & Ho.etiā ſuccinte trāſiuit.Et primo ſciēdū,ꝙ portio cōſuetudinaria dr̄ canonica ſm eū nō inuētione,ſed approbatione: & hic & ſup.de teſta.requiſiſti, in prin petens ergo vr̄ ꝙ exprimere debeat,an petat can.uel cōſuetudinariā cum aliter reus deliberare nō poſſet.ff.de edē.l.1.Nō ob.de reli.do.cōſtitutus,ubi petit ius epale : quia illud certū eſt & à iure diffinitū,de offi.ordi.cōquerēte, ſed canonica portio eſt incerta.Sed huic rñſioni obſtat, ꝙ etiā ius epale ꝑꝑ cōſuetudines eſt incertū unde.ſ.de præſcrip.auditis,ſolutio vel collectio denariorū ſci Petri, cōputatᷣ inter iura epalia. Dicit Inn.ꝙ ex quo ius epale eſt principale & certū:accedit illi oē id qđ & ſpeciali iure priuilegij,uel conſuetudinis uel alio mō cōpetit,cōcurrēt ergo iſta in petitione, & in ſolutione, ſed petitio canonicę nō habet aliquod tale principale, itē canonica cū cōſuetudinaria nō concurrūt in petitione,nec in ſolutione,ergo &c.Dicit Inn ꝙ ſi petens eſſet incertus, q̄ portio in illa terra ſoluatur , recipietur libellus ſine expreſsione,cū licet plus exprimi poſſet, nō eſt tamen reus penitus incertus,cū certū ſit aliquā portionē deberi,ar.ff.de rei uen.quæ de tota.§.1.& de hoc de libel.ob.c.2.Per ꝑdicta vr̄ Inn.ſenſiſſe de petēte conſuetudinariā,licet & aliter poſſit intelligi.Vnde dicebat Ho.ꝙ petēs canonicā,ſi aliud nō exprimat,intelligitᷣ petere quartā per ea,quæ dixi ſuꝑ ult.gl. ¶Septimò quęritur,quid ſi petit partē certā fundi,uel feudorū,nunquid illius vel illorū fines ſpecificare tenetᷣ? An uerò ſatis eſt dicere:peto talē partē fundi, uel feudorū tibi ꝑ talē in teſtō relictorū? Dicūt Inn.& Hoſ.ꝙ exprimere tenetᷣ per.l.ff.de rei uen.ſi in rem,facit ſup. de libel.ob.c.2. ¶Octauò quæro,an ꝓcedet hæc petitio,peto quartā oīum rerū tibi per talem in teſtō relictarū:vel oīum tibi obueniētiū ex eius bonis ſm Inn. uel ſm Hoſtiē,peto quartā iudicij talis defuncti parochiani mei,uel peto quartā oīum,q̄ pro ſalute aīæ reliqt,uel peto oīa quę pro ſepultura eius recepiſti. Videtᷣ,ꝙ ſic,quia admittitᷣ petitio gregis & armenti ſine expreſſione capitū.ff.de rei uen.l.1.§.fi.& l.ſe.ex legato tamen uniuerſitatis legatarius ad res ſingulas poſſet agere.ff.de pecu.le.ſi peculium, de l.3.ſi chorus, in prin.Dicit Inn.ꝙ ſibi placet reſponſio, ſed non allegatio,per quā cōceditᷣ ꝙ petatᷣ uniuerſitas realis,ſed hęc legata,nec uniuerſitatē rerū cōſtituūt, vt grex, uel armentū,nec iuris,vt petitio iuris epalis,vel hæreditatis, ſi.n.aliquā uniuerſitatē prędicta cōſtituāt,haberēt aliquod nomē impoſitū à iure,qđ nō habēt,ſed,ut dixi, rñſio ſibi placet cū ſatis reus poſsit eē certus ex ꝑdicto libello, ar.ꝑdictę.l.ſi in rē,ubi ſufficit dicere,peto ſuū, q fuit,ex tali hr̄ditate,dēr tñ poſtea ꝓbare,illa ſibi cōpetere, & ꝙ illa obuenerūt reō ex hr̄ditate illa,& dicit hoc quaſi exꝑſſum.C.qñ.& qbus quarta ꝑs.l.1.& 2.& ff.de re iudi.ait ꝑtor; & C.de ſen.q̄ ſine cer.l.2.Ho.allegat ad hoc.ſ.c.j.& c.relatū,& c.cū liberū,ad fi.Dicit Inno.ꝙ iudex deberet actorē cogere, ad maiorē expreſſionē, uel ad iurādū, ꝙ neſcit plus exprimere, ar.ff.de fur.in hac.Dicebat aūt Inno.ꝙ ratio diuerſitatis inter caſum huius qōnis,& ſ.ꝓximæ:qa hic agitᷣ ꝑſonali, ꝑ quā bene ꝑtuntᷣ nō ſolū corporalia , ſed ēt iura.C.de hær. uel ac.uē.per totū. Sed in rei uēdicatione nō ueniunt niſi corporalia.ff.de rei uen.l.1.in prin & e.tit.l. vendicatio. Dicebat Hoſt.ꝙ iſta petitio ſequitur nām vl'is actionis:ut eſt hæreditatis petitio,illa uero naturā ſequitᷣ ſpecialis,vt eſt rei vendicatio.¶Nono† quęritᷣ, nunqd exprimēda ſunt nomina ſepultorū?vr̄ ꝙ nō.j.c.ꝓxi.j.ti.2.dudū.ſ.de præſcrip.ueniēs. Dicit Inn.forte non male dici, talē libellū nō admittēdū ſaltē ſine magna difficultate,& cū iuramento,ꝙ non pōt ſcire nomina defunctorū,uel ꝑꝑ malitiā ꝑtis aduerſæ, uel ꝑꝑ aliā cām,quæ tñ per dicta teſtiū ſcire ſperat.Refert aliquibus videri ēt cū iuramēto tali non admittendū libellū, ſpecificet ergo,quos pōt , Et alias agere poterit ſuper quartis aliorū.Nec obſtabit res de alijs iudicata. Ratio huius dicti qa reus ſine noībus bene deliberare non pōt,qđ requiritur in libello.ff.de eden.l.1. Secus in rebus , quæ ex tenore teſtī , uel alterius inſtr̄i cōtinētis donationē illarū facilius parere poſſunt. Itē honeſtius res denoīantur à dño, q̄ dñs à rebus, quare non vr̄ admittēdus libellus,Peto quartā talis fundi tibi relicti à quodā meo parochia no. Nō ob.ꝑdictę decretales;quia ibi nō fuit petita expreſsio,vel ibi fuerūt expreſſa,licet tex.non exprimat:quia dicebat ſibi eſſe ius habendi decimas , uel alia iura à certis hoībus , & tūc nō cogitur exprimere,remit.de offi.or.cōquerente;ſed hic agitur ſingulari actione, ubi exprimēda ſūt perſona actoris,& rei,res,quæ petitur, & cauſa,quod hic nō fit. Et † dicit Inn.aliquibus nō placere, qđ prædixi eſſe ſ.generalē, uel uniuerſalē petitionē , qñ quis dicit ius ſibi eſſe hr̄e canonicā relictorum à parochianis ſuis, uel habendi decimas , uel iuriſdictionē in aliquo caſtro:imò eſt ſingularis: quia una ſola res petitᷣ, ſ.ius decimandi , uel iuriſdictionē exercēdi , uel aliud tā cōſimile.unde licet ſentētia pro actore feratur,ſibi tale ius eſſe, nō ꝑiudicat illis, q priuilegio , ꝑſcriptione, uel iure ſingulari ſe iuuāt:quia ſnīa lata ꝯ uniuerſitatē nō ꝑiudicat ſingulis.12.q.2.qui manumittitᷣ,illa tamē pōt dici gñalis petitio, cū ab eccleſia petitᷣ quarta omniū relictorū alicui eccleſiæ à ſepultis in illa , cum nō una res,ſed multæ petantur,ſicut cū petitᷣ ratio adminiſtrationis de ſale, uel vino. Dicit ergo ad qōnem, ꝙ ubi ago confeſſoria, uel negatoria,dicēs ius mihi eſſe hr̄e canonicā de relictis oīum ſepultorū in eccl'a tua , & ideò peto declarari per ſnīam te ad hoc teneri,& ut cōpellaris mihi reſtituere, q̄ iā ꝑcepiſti, ꝙ iſto caſu nō

cogor

cogor exprimere noīa ſepultorū,ſed in proſecutione
exprimam,ad hoc ut fiat mihi condemnatio. Et ut di
cit Hoſt.ſnīa tūc feretur ſpecificatis in ea his, quæ ſpe.
cificè probauit actor,ad hoc.j.c.prox.& ſ.de iudi.exa
minata. Et eſt idē ſm Inn.ſi quis agat ſibi ius eſſe inſti-
tuendi clericos in aliquibus eccleſijs, petet ius ſuū de-
clarari,& inſtitutos per reū remoueri. Et idem,ſi agat
negatoria, dicens nō eſſe alicui ius ſepeliēdi aliquos,
uel habendi canonicam portionem de relictis ſepul-
torū, vel inſtituēdi aliquos in talibus eccleſijs, & ideò
petit ſuper his illi ſilentium imponi,& reuocari quic-
quid per eum factū eſt. Idē,ſi agit interdicto,unde vi,
uel rei uendi.uel quacunque alia actione.nam his ca-
ſibus,ſi reus petat exprimi nomina ſepultorū, uel ca-
nonicorū inſtitutorū, uel res,in quibus tpe ſpoliatio-
nis data ſunt dāna,uel fructus à poſſeſſore pceptos,li-
cet bonū ſit,ꝙ exprimat,ſi poteſt,nō eſt tñ ad hoc cō-
gēdus,& ſi nō pōt oīa exprimere, exprimat quæ pōt,
ut dixi in pxima.q.nā ut dicit Hoſt.ab initio incerta p
partes,uel alio mō certificant interdū:ſecus,ſi agat of
ficio iudicis,uel quacūq; alia actione,ut habeat cano
nicā de aliquibus ſpālibus ſepultis:uel ſi petat aliquos
inſtitutos in certis eccleſijs amoueri, uel petit fructus
fundi nō petēdo fundū, nec petit in alijs declarari ius
ſuum.cogetur.n.his caſibus ad declarationē.Ratio di
uerſitatis:quia primis caſibus illa ueniunt vt acceſſo-
ria,licet expſſe peti debeāt, de quo remit.de reſti.ſpo.
grauis, nō ſic in ſecūdo,Et ideò illa debet exprimere:
imò qđ dicit Inn.dignū no.ſi primo caſu alius pter p-
ſonā rei tangeret,nō debet ſuper illo ferri ſnīa niſi ſu-
per intereſſe. unde ſi actū eſt ꝯ aliquē,nō eſſe ius inſti-
tuendi in aliquibus eccleſijs, & ideo petit illi imponi
ſilentiū,& inſtitutos per eū ab eccleſijs amoueri, non
pronunciabit ſic iudex:Imponimus illi ſilentiū,& ta-
les ab eccleſijs remouemus,qđ facere eis ignorātibus
eſſet iniuſtū:ſed cōdēnabit reū ad intereſſe,quātum.ſ.
actoris intereſt illū nō fuiſſe inſtitutū, niſi poſſet reus
efficere, ꝙ inſtitutus liberè cedet: Et ſic fit, ubicūque
reus ſoluere non poteſt rem,ad quā tenetur.ff.de do-
a lo,arbitrio [a].§.1,& remit.ad no.per ſe,de ſenten.excō-
mu.ſacro, qui ſi.ſint legi.cauſam quæ. Sed ſecūdo ca-
ſu, quando ſingulari actione petit inſtitutos amoue-
ri,non intentatur actio contra inſtituentē, ſed ſolum
contra inſtitutos, & tunc bene amouentur per ſentē-
tiam ſecundum Innoc.& vide circa hoc quod dixi de
elec.querelā, in prin. ¶ Decimò cū hāc canonicā pa-
rochialis eccleſiæ nō impediat canonica epalis, nec
ecōtra, cū ex diuerſis cauſis recipiantur, qđ plene p-
ſequitur Ho.in ſumma.e.ti.§.ult. Quero de modo ha-
rū detractionū, ſ.quis primò detrahat,& ad quā ſum-
mā iſtæ detractiones accedāt. Hic ante omnia ſciēdū,
ꝙ Hoſti. in hac materia tenuit duas opi.quas non ap-
probamus. Prima,ꝙ parochialis eccła habere debeat
quartā dé oībus relictis etiā alijs ultra illā,in qua ſepe-
litur,& de hac hic remiſi ſuper.1.gl. Secunda eſt,ꝙ epi
ſcopus habere debeat canonicā etiā ab exēptis, & qđ
plus eſt etiā de relictis ab exempto,& hanc nititur iu-
ſtificare in ſumma huius ti.§.& à qbus. ſed rōnes ſuæ
nō cōcludūt. Et uide,quod dixi.ſ.de teſta.officij,poſt
prin.& j.c.proxi. Et ſi bene uideatur decre.dudū.e.ti.
in cle.§.huiuſmodi,aliàs verū,ad fin,uer.ultra portio-
nem,ibi apertè inuenieſ, ꝙ ultra quartam parochia-
lis eccleſiæ nec rectores parochiarum, nec prælati ip-
ſorum aliquid exigere poſſunt. per prælatos autē ibi
epiſcopos intelligi certum eſt: quia nunquam in de-
cretali illa parochiales,vel curatos vocat prælatos:ſed
bene uocat illos rectores,& uide, qđ ibi no.§.nos au-
tem, ſuper uer.prælati. illius autem dicti nulla alia ra-
tio, niſi quia ſunt exempti. Reprobatis ergo his dua-
bus opinionibus, quas etiam reprobat cōſuetudo,&

conſideratis diuerſis modis tradendi materiam hāc,
ſicut clariorem elegi, dicens quòd in hac materia cō-
ſiderandæ ſunt quattuor ſpecies caſuū. Prima ſpecies
ſit illorum, in quibus nulla canonica ſoluitur de ob-
uentionibus,uel legatis defunctorum. Secunda ſit il-
lorum, quibus ſoluitur ſola parochialis, quandoque
per epiſcopum minuenda, quandoque non. Tertia
eorum, quibus debetur ſola epiſcopalis. Quarta eo-
rum,quibus debetur utraque,interdum uni eccleſię,
ſed communius duabus,& interdum pluribus perſol
uenda: De prima eſt inuenire nouē caſus. ¶ Primus,
quando per cōſuetudinem legitimè præſcriptum eſt
in totum contra ſolutionem ipſarum,ut dixi ſupra in
b 5.quæſtione.[b] & patet de pręſcrip.de quarta. ¶ Secun-
dus, quando id procedit ex priuilegio papali, de reli.
do.conſtitutus. facit ſupra de teſta.officij, in fin.& in-
fra capitulo proxi. ¶ Tertius, quando per donationē
epiſcopi factam ex cauſa, & cum conſenſu capituli
illæ canonicæ ſunt remiſſæ.de epiſcopali eſt caſus.12.
quæſtione tertia,capitulo finali,facit,quod no.de re-
bus ec.non alie.poſſeſsiones, in prima glo. & plenius
c dixi, de dona.paſtoralis, ſuper gloſſ.penul.[c] De paro-
d chiali dico idem per decre.[d] ad audientiam, de eccle.
ædi.& per ea, quæ no.in prædicta decre.cōſtitutus, in
glo.hic patet, & quæ ibi addi. ¶ Quartus, quando ſe-
pelitur quis in propria parochiali eccleſia exempta,
& nil legatur alijs eccleſijs non exemptis. ¶ Quintus,
quando ſua parochialis eccleſia eſt cathedralis, & ibi
ſepeliſ,& nil legauit eccleſijs non exemptis,tunc non
fit ſolutio canonicæ, ſed fit diuiſio inter epiſcopum,
& capitulum ſuum eius, quod obuenit, ſicut alia di-
uiduntur, de teſta.requiſiſti, & ſic diuidentur in infe-
riori collegiata eccleſia. ¶ Sextus,quando defunctus
legauit debentibus recipere quartam cum eo onere,
ꝙ de reliquis legatis nulla quarta deberetur, & lega-
tarij acceptarunt,de teſta.officij. ¶ Septimns,quando
omnia relicta non in fraudem ſunt priuilegiata,de te-
ſta capitulo fina.cap.prox.de uerborum ſignificatio.
ex parte 3. ¶ Octauus, quando omnia legantur non
in fraudem clericis eccleſiarum fauore perſonarum,
de teſta.requiſiſti, in fin. & in præ.decre. ex parte, de
verborum ſignificatio.Salua tamen in his duobus vl-
timis caſibus decre.dudum, eo.titu.in clemen. ¶ No-
nus ſecuudum Hoſtien.quando violentia interuenit,
ſupra capitulo, cum liberum. uide quod ibi dixi ſu-
per prima gloſſ. ¶ De ſecunda ſpecie quò ad primum
ipſius membrum patet, quando parochianus eccle-
ſiæ non exemptæ ſepelitur apud exemptos, habet e-
nim parochialis eccleſia quartam, cuius quartæ epi-
ſcopus ab illa exigit quartam. ¶ Quò ad ſecundum
membrum eſt caſus, quando parochianus eccleſiæ
exemptæ ſepelitur apud alios exemptos, parochialis
enim habet canonicam, & epiſcopus nihil. Et nota,
quòd in his duobus membris, uel in ſequentibus nō
pondero,an parochianus elegerit:quia ſatis eſt,quòd
ibi ſine electione de iure ſepelitur,puta quia ibi eſt ſe-
pulcrum maiorum, ut dicam infra capitulo proxi.in
glo,ſi quis eligit. ¶ Tertia ſpecies, ſcilicet quando ſo-
la epiſcopalis ſoluitur, patet quando ſepelitur paro-
chianus apud propriam parochialem eccleſiam non
exemptam,legauerit,uel non legauerit alijs non exē-
ptis. ¶ Quarta ſpecies reſpicit caſus, quando debetur
utraque,& hæc interdum ſoli cathedrali,debetur,ſci-
licet quando parochianus eccleſiæ cathedralis ſepeli-
tur apud non exemptos,uel eis legat.recipit enim ec-
cleſia cathedralis parochialem iure parochiæ, & eius
epiſcopus epiſcopalem,ut dixi ſupra c.prox.& ſup.de
teſta,requiſiſti.Sed cōmunius debenſ duobus.& hoc
patet,qn̄ parochianus eccleſiæ nō exemptæ ſepelitur
apud non exēptos legando illis,& forſan alijs nō exē-
ptis



ptis. Item quando parochianus eccleſiæ exemptæ ſe-
pelitur apud non exēptos. Sed hę duę differunt: quia
primo caſu de canonica parochialis epiſcopus detra-
hit quartam, ſecundo non,ratio ex ſuperioribus pa-
tuit. ¶ Occurrunt etiam caſus,quibus duæ parochia-
les eccleſiæ diuidunt parochialem, ita quòd cuique
debetur illius dimidia, ſcilicet quando defunctus ha-
bebat æqualiter duplex domicilium in diuerſis paro
chijs,& in tertia ſepelitur,eo.ti.cum quis. 2.reſponſo.
li.6.& hoc caſu poſſet occurrere:ꝙ epiſcopus non ha
beret niſi dimidiam ſuæ quartæ, ſcilicet quando una
tantum illarum eccleſiarum parochialium eſſet exē
pta. Item quarta epiſcopalis pluribus epiſcopis com-
petere poſſet,ut dixi,ſupra c.cum ſuper, in fi.vlti.glo.
ſcilicet quando parochialis,& eccleſia ſepulturæ, uel
legataria ſunt in diuerſis diœceſibus, & idem, quan-
do legauit defunctus eccleſiis non exemptis diuerſa-
rum diœceſum. Sed tunc non fit æqua diuiſio, ut in
caſu ſupra proximo,ſed ſecundum quantitatem lega
torum, & diuerſas conſuetudines dięceſum habebūt
ſinguli epiſcopi ſuas canonicas forſan in quātitate di
uerſas,uerum eſt,ꝙ Hoſtien.in ſumma huius tit.in fi.
tenet,ꝙ ſi res propriæ diœce.legatæ ſunt eccleſiæ alte
rius diœce.& conſuetudo alia non apparet,quartam
habebit proprius epiſcopus, in cuius diœceſ. eſt res,
quod non placet, quia ſecundum id etiam ab exem-
ptis reciperet quartam de legatis rerū immobiliū in-
fra ſuam diœceſim, & uide quod dicam infra,c.pro-
xi.in gl. mobilibus,& dixi ſupra eo.relatum,in princ.
¶ His cognitis uideamus,quod in principio qræreba
tur,ſcilicet quis primò detrahit, quando utraque de-
betur, & ad quam ſummam detractiones aſcendant.
Pro epiſcopo,ꝙ primò detrahat, facit, de teſta. c.ulti.
ubi epiſcopus præponitur, facit maioritas, & præro-
gatiua,cui deferendum eſt,de maio. & obe.c. primo.
& c.ſtatuimus,de præben. ſi à ſede, lib.6. & cle. ut lite
penden.c.primo.uerſic.neutro,& in auct.de hære. &
e Fal.col.prima.§. inordinatum. [e] Dicebat tamen Ho-
ſtien.in ſumma,eod.tit.§.ulti.quòd ſi primò deduce-
ret eccleſia parochialis,tunc accipiet epiſcopus quar
tam illius quartæ,& quartam reſidui, quod ad idem
computum ueniet, facit infra, tit.2.tua nobis, & cap.
cum non ſit. Modo practicemus, legauit defunctus
eccleſię,ubi ſepelitur,octuaginta,& centum alteri ec
cleſiæ non exemptę. De his ſecundis nulla intricatio:
quia epiſcopus de illis habet quartam, ſcilicet 25. ſed
de primis quid erit? ſi epiſcopus primò detrahat ha-
bebit. 20. tunc eccleſia parochialis de reſiduo habe-
bit quartam,quæ conſiſtit in 15. Si eccleſia parochia
lis primò detraheret ſuam quartam integram, habe-
ret.20.& epiſcopus de reſiduo haberet. 15.& ab eccle
ſia parochiali.5. & ſic in idem recidit, ut prædixi: Per
quod etiam patet,ꝙ reducendo ad partes habent am
bo de octo partibus tres, & dimidiam,uel uix de.16.
7.eccleſia ſepulturæ habet:de octo quatuor, & dimi-
diam,uel de.16.nouem partes. Reducendo ad uncias
eccleſia ſepulturæ habet ſex uncias, & tres partes de
quatuor alterius unciæ: & epiſcopus, & parochialis
habebunt quinque uncias, & quartam partem alte-
rius. Si uerò conſuetudo haberet de dimidia, tunc in
effectu penes eccleſiam ſepulturæ remanerēt tres vn
ciæ, parochialis haberet alias tres, & epiſcopus ſex.
Sed ſi parochialis, & epiſcopalis eſſent difformes,pu
ta quia parochialis habet dimidiam,epiſcopalis quar
tam, haberet parochialis.40. de quibus epiſcopus re-
ciperet.10.& de reſiduo alia.10. & ſic epiſcopus habe
ret. 20. parochialis. 30. & eccleſia ſepulturæ alias. 30.
In caſu cōuerſo epiſcopus.40.& parochialis.10.eccle-
ſia ſepulturæ. 30. his ad præſens contentor, maximè
propter ea, quæ ſupra & infra eo.ti. plenè notaui.

ANNOTATIONES.

a ¶Arbitro.Ibi uide gl.& Bar.
b ¶In quinta quæſtione.Hic melius colligit Io. An. quàm ibi.
c ¶Super gl. penul.Ibi aliqui no.contra.
d ¶Per decre.Et uide ſupra in prima.q.
e ¶Inordinatum. Et de aduo.diuer. iudi.l.reſtitutionum,ad fi. & l.
2.ff.de albo ſcriben.& facit,quod no.Io. And. ſupra eo.relatum,
in gl.ſcilicet parochiali,uer. illud no.

*SVMMARIVM.*

1 *Sepelire quos poſſint priuilegiati ſuper iure funerandi ſine præiu-
dicio canonicæ, & ſi ſepeliant non permiſſos, quid iuris,& nu.
fin. §. fin.*
*Diuiſio decretalis.*
2 *Libelli conceptio qualis ſuper iure funerandi.*
*Inter priuilegium, & indulgentiam hic quæ differentiæ.*
*Paſſim, pro indifferenter.*
*Interdicti in uita, & in morte ab eccleſia arcentur.*
3 *Canonica etiam poſt electionem ſepulturæ reddi poteſt, & quibus
caſibus ceſſet, & nume.4.*
*Legata fideicommiſſis exæquata ſunt.*
*Ducere pro declarare.*
4 *Parochialis eccleſia quę cenſenda hic.*
*Canonica portio de quibus deducatur, & prædio ſito in parochia
tertia cui detur, & quid de uiatore,nume.5.*
*In legato diſtribuendo aliquorum arbitrio quæ expenſæ non com-
putentur.*
6 *Canonicam parochialis eccleſia quando habeat de relictis ab eo
qui ſepelitur apud hoſpitalarios, uel ſi erat ibi ſepeliendus, &
propter caſum fortuitum ſepeliri non potuit, quid ſi de facto
fuit quis ibi ſepultus? num.7. quid ſi eccleſia hoſpitalis eſt pa-
rochia? nu. 8.quid ſi exempta, ibid.*
*Ea de relicto hoſpitali etiam Hieroſolymitano debetur, & genera
liter ex ratione ſubiecta quando debeatur, & quando minime,
& nume.8.*
*Relictum eccleſiæ uidetur pro ſepultura relictum.*
8 *Exempta ſi ſit eccleſia,populus non eſt exemptus,niſi exēptus ſit.*
*In unitis quicquid dicitur de uno, & de altero dictum intelligitur,
niſi in ſeparatis.*
*Inter hoſpitale, & eccleſiam eius an ſit diſtinctio, & in quibus.*
9 *In canonica dolum quando in caſu huius decretalis dicatur com-
mitti.*
10 *Monetæ computus ut fiat ſecūdum uarias prouincias,uel regiones.*
*Oblatorum duæ ſpecies, in fin.*
11 *Super dubio non eſt pronuntiandum.*
*Poſt concluſionem probationi non eſt locus.*
*Sententia non debet eſſe incerta.*
12 *Corpus tumulatum non reſtituitur,niſi præceſſerit appellatio.*
13 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 14.*
*Tractus futuri temporis non ſpectat ad iudicem, niſi in caſibus ex
ceptis, & num. 15.*
15 *Additio gloſſarum.*
*Hoſpitalarij, & templarij ad quæ ſint deputati.*

CAPVT X.

1 IN noſtra. Caſus. Priuilegiati † ſuper
iure funerādi ſepelire poſ-
ſunt illos,qui apud eos eligunt ſepelire, ca
nonicam ſoluendo eccleſiæ parochiali, ſi
alios ſepeliant, reſtituere tenentur, quicquid ratione
funeris perceperunt,& ſunt tres partes principales,in
prima actoris petitio.in ſecunda ibi, econtra,reorum
defenſio.in tertia ibi,Talem,cauſæ diuiſio.Tertia ſub
diuiditur: quia primò diffinitam prouidet in futurū.
ſecundò ibi, Nihilominus, diffinit tres articulos.ſecū
da ibi,Eiſdem,tertia ibi,Pro illis.uel primum diffinit,
duos diffiniendos committit,ut ibi dicam[*Idem prior*]
actor[*Quorum duo*] & tertius interfectus in campis, &

de hoc in fi. capituli[*Receperant*]hoc uidetur, quòd ſa-
2 tis eſt, talem† dare libellum, Conqueror de hoſpitala
riis, qui parochianos meos recipiunt ad ſepulturam,
etiam ſi nil petatur. ſed contrà, actio eſt ius perſequen
di in iudicio &c. inſti. de actio. in princi. ſed ſine peti-
tione non poteſt fieri cõdemnatio, de or. cogni. cum
dilectus. Dicit Innocẽ. ꝙ in libello continebatur peti-
tio, quaſi uelit dicere ſecundum Hoſtiẽ. ꝙ deciſa fuit
hic pars libelli, qua expreſſe petebantur illa omnia, ſu
a per quibus[a] infrà papa pronunciat[*Priuilegio*] gene-
rali, ſcilicet conceſſo ordini: ſed in eo tamen ſecun-
dum Innoc. non continebatur de pueris[*Indulgentia*]
conceſſa illi, ſcilicet loco ſecundum Hoſtien. & Egi.
quod eſt bene notandum ſecundum Abb. uel ſecun-
dum Boa. priuilegium perpetuum indulgentia tem-
poralis. unde dicitur, Prę̨ſentibus poſt tot annos mi-
nime ualituris[*Paſſim*]ideſt indifferenter, ſcilicet non
diſtincto, an eccleſiæ, quas dimittunt, ſint maioris re-
ligionis, an minoris[*Interdictos*]iſti ſemper excipiun-
tur in uita, & morte, infra c. ſacris, & infra de priuil.
cum, & plantare. §. excommunicatos, & c. vt priuile-
3 gia. §. 1.[*Elegerint*] & ſi nil† dederint eccleſiis, à quibus
aſſumuntur, & ſic non ob. ſupra c. 1. ut ibi dixi, dum-
modò poſtea reddatur canonica, & ſic prima petitio
prioris admittenda non erat. Hoſtien.[*Fideique commiſ-
ſa*]vel legata quorum natura exequata eſt, C. commu
nia de le. l. 1. ff. de le, 1. l. 1. Hoſtien.[*Voluntate*]de dona-
tionibus enim inter uiuos planum eſt, ꝙ de illis non
debetur portio, ſup, eo. de his.[*Duximus*] Dicit Hoſti,
ꝙ omnia erunt plana, ſi exponas, ideſt declarauimus,
ſic ſup. de procura. auditis quare dicebat, videbis in-
fra ſuper uer. niſi probauerunt[*Supradictæ*] montis Fe-
randi[*Et tunc*] ſcilicet quando elegerint ſepeliri[*Paro
4 rochialis† eccleſia*]quę cenſeatur illa eccleſia, à qua mor
tuorum. corpora aſſumuntur, Hoſtien.[*Oblationibus*]
factis in prima miſſa. De 7. enim. 20. & 30. nil eſt dedu
cendum, ſup. ti. 2. c. fin. Vel dic, quòd licet de hís, quæ
relinquuntur pro illis faciẽdis nulla fiat deductio. de
his tamen, quæ ibi offeruntur, fiet deductio, ut hic.
Dicit tamen Hoſti. ꝙ primam expoſitionem appro-
bat conſuetudo[*Lectis*]dicunt Pe. & Abb. bene notan
dum, non ſolum de legatis, ſed de omnibus, quæ ob-
ueniunt, deberi canonicam. ¶ Quærit Abba. quid ſi
quis dimiſit, 100. diſtribuenda aliquorum arbitrio, an
in illis debeant computari expenſæ factæ in cæreis, le
ctis, & huiuſmodi? & dicit quod non, per. l. ff. de reli.
& ſump. fu. l, abſens, & l. ſc.[*Alijs*] mobilibus, uel im-
mobilibus. de toto enim iudicio animæ habebit pa-
rochialis canonicam ſecundum Hoſtien. Vide quod
dixi, ſupra c. 1. ſuper gl. quod[*reliquit*] intelligit autem
Hoſt. de immobilibus ſitis intra eandem parochiam,
5 dicens† ꝙ ſi reliquit prædium ſitum in parochia ter-
tia, & appareat conſuetudo, illa ſeruabitur, de deci.
cum ſint, & c. apoſtolicæ, ſup. eo. de uxore, & c. certifi
cari, alias dicit, ꝙ adiudicaret canonicam illius prædij
illi tertię eccleſiæ, in cuius parochia ſitum eſt, ar. de
fo. compe. ſanè, cum ſuis cõcor. inducit, ꝙ in talibus
ille præiudicare non poterat eccleſiæ, in cuius paro-
chia erat prędium. 16. q. 1. ſi quis laicus, ergo nec cleri
cus etiam in uita ſua, nec minus, arg, in morte ſup. eo,
de his, & penſio ſoluenda eſt ciuitati, in cuius territo-
rio ſita eſt res, ff. de publica. imperatores, & decima
realis parochiæ, in qua ſitum eſt prædium, inf. de dec.
tua, ſic, & canonica realis. hoc dictum puto falſum,
cum nihil debeat eccleſię, in cuius parochia erat il-
lud prædium, & ad hoc infra, eo. cum quis. 1. reſpon.
de illo uero, qui duo domicilia habet, tenet, hoc Ho-
ſtien. quod habes inf. eod. cum quis, libr. 6. 2. reſpon-
ſo. Quid de uiatore. Eſt enim ſine domicilio. ff. ad mu
nicipa. eius qui. §. pe. uerum eſt certo, ideoque ſepeli-
tur, ubi mortuus fuerit. ff. de iud. hæres abſens, ibi, Nã
vbi ſic uenit &c. 16. q. 1. c. 1. in fi. ubi eſt expreſſum, &
facit, quod hic no. in gl. & ita reliquit. ¶ Si quis eligit
6 † ſepulturam apud eccleſiam hoſpitalis, eccleſia paro
chialis de omnibus relictis eis pro anima debet habe
re canonicã, ſiue relinquatur eccleſiæ, ſiue eccleſiæ,
& fratribus ibi morantibus, ſiue in genere, ſiue in ſpe
cie, ſiue dicatur, Relinquo hoc tali hoſpitali, ar. hic,
& ff. de adim. lega. annua ſint, & ſecundum quoſdam
ex quo eligit apud hoſpitalarios ſepeliri, etiam de reli
cto hoſpitali Hieroſolymitano, & ſi expreſsè non di-
catur pro anima, debetur canonica, & quia quicquid
tunc relinquitur, præſumitur dare tacitè pro anima,
& pro ſepultura, ſup. eo. de his, & uide quod dixi ſup.
c. 1. in glo. iam uidi. Idem intelligas, & ſi ibi non eligat
ſepulturam: ſed tamen de iure ibi ſepeliendus eſt, ut
quia eis reddiderat ſe, & ſua, uel quia factus erat fra-
ter, inf. de priuile. ut priuilegia: uel quia ibi erat ſepul-
tura parentũ ſup. eo. c. nam, & tunc parochialis eccle
ſia debet de omnibus ſuam percipere canonicam, ex
quo in eorum eccleſia ſepelitur de iure ſine electio-
ne, ſicut & perciperet, ſi ibi ſepeliri elegiſſet, ubi alias
de iure deberet. ¶ Quid ſi ibi ſepeliri non potuit pro-
pter caſum fortuitum, puta quia tempore mortis te-
ſtatoris locus ille ab hoſtibus occupatus, uel quacun
que ex alia iuſta cauſa, puta in bello mortuus, & ip-
ſius corpus diſcerni non potuit? Reſpondeo, ad hoc
dicendum eſt, quòd de omnibus legatis habebit pa-
rochialis eccleſia canonicam portionem. Secus, ſi di-
xiſſet, Relinquo hoc eccleſię in qua ſepeliar, & iſtud
hoſpitali, tunc enim de relicto eccleſiæ, in qua ſepul-
tura eligitur, deducitur canonica portio, & non de
relicto hoſpitali: quia hoſpitalarij ſunt exempti, & de
his, quæ legantur locis exemptis, niſi ibi eligatur ſe-
pultura, eccleſia parochialis nihil habebit, ar. ad hoc,
ſupra de teſta. officij, & c. requiſiſti, ſupra eo. de his, &
c. 1. Eſt & alia ratio: quia ea tantum, quæ relinquit ec-
cleſiæ, pro ſepultura relinqui uidentur, & ideò de il-
lis parochialis eccleſia ſuam percipiat portionem. Ea
verò, quæ ſic ſeparatim ſunt hoſpitali legata, non ui-
dentur relicta pro ſepultura, ſed alias pro anima: quia
b de ipſis nihil eſt deducẽdum,[b] & idem quod dictum
de hoſpitali, intelligas eſſe dicẽdum, ſi quis in alia dię
7 ce. eligat ſepulturam. Si uerò† is, de quo agitur nec ſe
pulturam eligit apud hoſpitalarios, nec ibi debuit de
iurę ſepeliri, ſed de facto, alias eſt ſepultus, tunc de reli
ctis nec totum, nec partem reddent parochiali eccle
ſiæ, ſed corpus tantum, & oblationes, & alia, quæ oc-
caſione ſepulturæ ad ipſos obuenerunt, ut ſupra c. ex
parte, & hoc ſecundum Inno. Imò hoc largius loqui
tur de his, ſcilicet quæ defunctus in ultima uoluntate
8 reliquit, ſecundum Hoſt.[c] Si† autem hoſpitale habet
c parochiam, ſeu proprius loquẽdo parochiam habet
eccleſia, quæ eſt hoſpitalis, tunc niſi eccleſia exempta
ſit, diuidetur legatum factum eccleſiæ, de quo perci-
pietur canonica, à legato facto hoſpitali, de quo ni-
d hil percipietur, cum exemptum[d] ſit, ſupra de teſta. of-
ficij, & c. requiſiſti, ſecundum Innoc. ſed illa capitula
probant contrarium, verum ſi eccleſia cum hoſpita-
li ſit exempta, & non populus, tunc debet epiſcopo
dare portionem tanquàm diœceſano. non ob. ſi dica
tur, exempta eſt eccleſia, & ſic nullam communionẽ
habet in ea epiſcopus, unde nihil præcipere debet, ar.
ſupra de teſtamen. requiſiſti. §. ſecus, licet eccleſia ſit
exempta, tamen adhuc habet communionem cum
ea propter populum, quem tenet ab eo. ſupra de pri-
uile. ex ore, ſecundũ Inn. & extra de verb. ſig. veniens,
& c. ad perpetuam. in quibus probatur tam ex textu,
quàm ex gl. ꝙ hoſpitalarij exempti non ſunt, nec tem
plarij, & hoc teneas, ꝙ etiam loca exempta de legatis
eiſdem



eiſdem à parochianis non exemptis relictis tenentur
ſoluere canonicam portionem, ſicut hoc tangit Inn.
& expreſsè notauit, ſup. eo. relatum, ſuper uer. medie-
tatem, quãuis in præcedentibus contrarium dicat ſe-
cundum Hoſ. Sed tu dic. ꝙ ſuprà loquitur de canoni-
ca epiſcopali, quã non ſoluunt exempti, quod ſup. di-
ctum eſt in prin. huius gl. ſcilicet, ꝙ de relictis hoſpita
li debet habere parochialis eccleſia partem ſuam, in-
telligit Inno. verũ eſſe, niſi teſtator expreſsè dicat, hoc
relinquo hoſpitali non pro ſepultura, ſed alia de cau-
ſa iuſta. de tali enim relicto nil ꝑcipiet parochialis ec-
cleſia, niſi relinquens ſe tranſtuliſſet ad hoſpitalarios,
ſup. e. de his: uel niſi eccleſia, & hoſpitale ſint ita uni-
ta, ꝙ quicquid dicitur de uno, neceſſe ſit & de alio in
telligi, puta quia hoſpitale cum eccleſia ſua exemptũ
eſt, nec in ſpiritualibus, nec in temporalibus aliquid
eſt in eis diuiſum ſpecialiter, & ſeorſum, in hoc caſu
de relicto eccleſiæ deducetur portio, etiã ſi dicatur,
ꝙ non intuitu eccleſiæ, ſed hoſpitalis ſit relictum, &
econuerſo: quia ſecundum prædicta de facto ſuppoſi
ta ſic ſunt unita de iure, ꝙ ſeparari nõ poſſunt. Sed di-
ces, ſemper eſt diſtinctio inter eccleſiã, & hoſpitale:
quia prior clericorum ſacerdos poteſt abſoluere fra-
tres, infra de ſenten. excommu. canonica, quod non
poteſt magiſter laicus. Solu. ita potes obiicere, ꝙ fra-
ter ſacerdos poteſt conficere, nõ frater laicus: talia ta-
men non faciunt diuiſionem inter eccleſiam, & ho-
ſpitale, ſed potius inter fratres clericos, & laicos, uel
potius inter officia. hoc enim officium abſoluẽdi da-
tum eſt priori domus ex priuilegio, quod poſſet ha-
bere, & ſi ibi non eſſet eccleſia, ſicut & alii officiales
domus habent alia ſua officia ſpecialia ſeparata abin-
uicem, & diſtincta. 89. diſt. ſingula. De hac autem ſepa
rabilitate no. infra de priuile. paſtoralis. ſecundum In-
no.[*Quartam*] tam ex ui iuris communis, quàm ex ui-
ribus priuilegii, quod præmiſit[*Reſiduum*] ſcilicet tres
9 partes[*Dolo*] quia cum† teſtator uellet denarios relin-
quere, inductus eſt, ut relinqueret equos, & arma: uel
ꝙ diceret de prædicta pecunia equos & arma debere
emi, & tunc hęc clauſula reſpicit ſolum formam lega
ti, uel reſpicit dolum commiſſum in eligenda ſepultu
ra, & tunc dic, ut infra eo. c. 1. lib. 6.[*Trium millium*] quæ
10 † eſt, ſeptingentorum, & quinquaginta ſolidùm, vel
37. uel ſol. 10. & fuit linguæ prouincialis hic compu-
tus, ubi & in Burgundia inferiori computatur ad ſoli
dos denariorum, & in Hiſpania ad aureos. in Anglia,
Alemania, & Dacia ad marcas. in Apulia, & Sicilia ad
auri uncias. in Frãcia, Lombardia, & Tuſcia commu-
niter computatur ad libras, ſecundum Hoſti.[*Satisfa-
ciant*], & ſic in tertia petitione datur ſententia pro prio
re[*Sufficienter*]concor. ſupra tit. 1. c. fi.[*Oblati*] plenè, inf.
de priuileg. ut priuilegia, & in ſanitate, ſupra c. de his,
11 Goff.[*Niſi probauerint*] mirabilis fuit† hæc ſententia, cũ
ſuper dubio non ſit pronunciandum. 11. quæſtio. ter
tia. graue. Item ex quo dabatur ſententia, ueriſimile
eſt, quòd teſtes ſint publicati, & quòd in negocio eſ-
ſet concluſum. poſt concluſionem verò non eſſet lo
cus probationi, ſupra de fide inſtrum. cum dilectus.
Dicit Hoſtien. ſoluat, qui poterit &c. dicit enim ſe de
iure neſcire reſpondere. nec enim dici poterit, quòd
hæc fuerit prouiſio, ut patet, ſupra uerſi. Talem. eſt ta
men ſimile, de inſtit. cum ueniſſent. Dicit ergo hoc
fuiſſe de poteſtatis plenitudine. Idem dicit de tota ſe-
quenti parte, ubi ſententia eſt incerta, contra id. C. de
ſenten. quæ ſine cer. quan. l. prima. & ſecunda. uel ſe-
cundum eum durat ſententia à. §. Talem, uſque ad
iſtum. §. eiſdem. præterea ab inde in finem eſt com-
miſſio, per quam iudex inſtruitur, quomodo habeat
negocium diffinire, nec erat quò ad illos articulos in
12 cauſa concluſum[*Quæ ipſius*]corpus† non reſtituitur,
niſi præceſſerit appellatio, ſupra c. ex parte, uel uio-
lentia, ſupra eo. cum liberum, uel dic, quòd non fuit
petitum, ſupra c. fraternitatem, Innoc.[*Alioquin*]ideſt
13 ſi ſepulturam elegit. ¶ Quinta† gl. no. tractum futuri
temporis, & c. determinat, ſignat contrarium, & ſol-
uit. ¶ *Glo. & ita uidetur*] arguit, ſignat contrarium, re-
14 mittit, & opponit. ¶ *In† glo. 2. ibi. §. ſed impuberis*] uide
de or. co. c. fin. ſuper. 1. glo. ¶ *In 5. glo. ibi, l. 1. §. 1.*] iudex,
qui condemnat ſocium, qui pecuniam communem
inuaſit, uel in ſuos uſus conuertit ad uſuras, non iube
bit caueri, ꝙ ſi tardius ſententiæ pareatur, uſuræ pe-
tentur. Futuri enim tẽporis tractus, ſcilicet poſt con-
demnationem non ſpectat ad iudicem[*& ibi, harum*]
iubet iudex de reficiendo pariete cauere, & nec ſe,
nec ſucceſſores prohibituros altius tollere, uel ſubla
tum habere[*& ibi, Egi.*] ſi egi ius non eſſe tigna in pa-
rietem meum immiſſa habere, iudicis officio etiam
de futuro opere cauebitur. ¶ *In glo. antepe. ibi, ſi duo*] ſi
promiſi alteri ex duobus reis ſtipulandi iudicio ſiſti
ſub pœna, & alternatiuè impediuit, ſi ſunt ſocii, con-
tra alterum competit exceptio, ne propter ſocieta-
tem proſit ei dolus[*& ibi, de arbi. ſi duo*] uide de teſta. c.
15 2. ſuper gl. antepe. ¶ *In† glo. 2. ibi. §. liberis*] ſed illud non
eſt ſi. Io. ¶ *In glo. 4. ibi, Terræ ſanctæ*] ad cuius acquiſitio-
nem, & defenſionem ſunt hoſpitalarij, & templarij
ſpecialiter deputati, vnde talia non recipiunt diuiſio-
nem. ¶ *In glo. & ita, in fi.*] de hoc inf. de homici. c. 2. li. 6.
& ſup. de procura. auditis: & vltra illa, quæ ibi dixi di-
cit hic Hoſtien. ſuper obligatione futura non proce-
ditur in iudicio, nec ſuper præſenti dilata, non exten
ſiua, puta quando debes. 10. ad paſca. hic enim ſtatim
es obligatus, ſed differtur petitio ad tempus, nec vltra
extenditur facta ſolutione, qua perimitur, ad hoc de
pigno. illud, inſtitu. quibus mo. tol. obli. in prin. & ſic
loquatur lex contraria, ubi uero obligatio præſens
eſt dilatata tamen, & extenſiua, ut in ſeruitutibus, de
quibus loquitur gloſ. extenditur iudicium ad futura
per iura, quæ glo. allegat. idem ſi conditionalis ſit, &
pœnalis ſequens ex contumacia rei, ad hoc ſup. de te
ſta. Rainaldus, poſt prin. Idem, cum quis ſemel occu-
pauit, uel impediuit ius alterius, poteſt enim ab illo
peti, ut de eo, quod commiſit, ſatisfaciat, & decætero
ſimilia non attentet, ut in ſe. gl. de deci. dudum, ad fi.
de elec. cum eccleſia, ſup. eo. cum liberum, de ſen. ex
com. grauem, ſecundum Hoſt. ¶ *In glo. immò in fi.*] Io. &
propter offenſam præcedentem, de ſen. ex. Romana,
§. caueant, lib. 6. ¶ *In glo. & ita, ibi, ubi dicitur*] & inf. eo.
is qui, li. 6. ¶ *In glo. & ita dolus, ibi, nihil*] idem hic Ab. per
eundem canonem. ¶ *In glo. ult. ibi, potuerunt*] nec patres
eis elegerunt, uel ſi elegerunt, nõ habeat hoc conſue-
tudo loci, infra eodem, licet, lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶ Super quibus. Vel eſt ſpeciale, quando agitur coram papa, ut uolunt Inno. & Hoſti. in c. 1. de libel. obla. & plenius in c. 1. de litis conte.

b ¶ Deducendum. Iſtud intellige quò ad canonicam parochialem: ſecus in epiſcopali, uide Io. And. ſupra de teſta. requiſiſti, in glo. no. ex hoc.

c ¶ Secundum Hoſti. Quia propter ſepulturam uidentur relicta, ut dicit Inno. in prin. huius gl. uer. immò.

d ¶ Cum exemplũ. Intelligo de epiſcopali, quia illam impedit exemptio, ut infra uidebis, non parochialem.

*SVMMARIVM.*

1 *Sepultura eccleſiaſtica non priuabitur in flumine caſu ſubmerſus.*
*Stuprum quid, & eius pœna, remiſ.*
*Amnis pro flumine, & unde ſic dictus.*

*Mortem qui ſibi conſciuit, eius bona deuoluuntur ad fiſcum.*
*Præſertim, pro maxime.*
2 *Caſus excuſat.*
*Virginitatis ſeruandæ quæ mortem ſibi conſciuerint, & nu. 1. & an id liceat, num. 5.*
3 *Prægnans an ſepelienda ſit in cœmeterio cum fœtu.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 5. & nu. 6.*
6 *Sepultura eccleſiaſtica quibus denegetur, & quando ſuſpenſo ad furcas.*

## C A P V T XI.

1 EXparte. Qui de † ponte cadens caſu
ſubmergitur, non priuabi-
tur eccleſiaſtica ſepultura. 2. ibi, Quo cir-
ca [ *De ſtupro* ] quid ſit ſtuprum, & quæ ip-
ſius pœna, hic dicit Hoſtien. quod uide in
fra, de adulte. & ſtu. c. 2. & Bonagui. hic ponit, quod
habetur. 36. q. 1. §. cum ergo [ *In amnem* ] ideſt flumen,
ſiue aquam ab inneruitate ſic dictum, ſecũdum. Ho-
ſti. ſecundum deriuationes dicitur ab amænitate [ *Sub
merſa* ] bona iſtius non deuoluebantur ad fiſcum, quia
non ex conſcientia criminis mortem ſibi conſciuit,
ff. de his, qui ſi. mo. con. l. ulti. Goff. [ *Quo circa* ] reſpon-
det ad ſubauditum, quo illi conquerebantur de epi-
ſcopo, ꝙ non ſinebat illam ſepeliri [ *Præſertim* ] ideſt
2 maxime: quia † non cauſa fugæ, ſed caſus excuſauit
puellam, Goffr. [ *Honeſta cauſa* ] ſcilicet uerginitatis ſal-
uandæ. Hier. contra Ioui. li. 1. triginta Athenienſium
tyranni cum Phydonem necaſſent in cõuiuio, filias
eius virgines ad ſe uenire iuſſerunt, & ſcortorum mo
re nudari, ac ſuper pauimenta patris ſanguine cruen-
tata impudicis geſtibus ludere, quod pauliſper diſſi-
mulato dolore cum temulentos conuiuas cernerẽt,
quaſi ad requiſita naturæ egrediẽtes, inuicem ſe com
plexæ præcipitauerunt in puteum, ut uirginitatem
3 morte ſeruarent [ *Defunctæ* ] de muliere † prægnante an
ſepelienda ſit in cœmeterio eccleſiæ cum fœtu, reci-
tat hoc Gui. quod not. de con. diſt. 1. eccleſiam, ubi, &
plenius per Hoſtien. in ſumma de con. ecc. uel al. §. &
4 an ſit, uerſic. quid ſi mulier prægnans. ¶ Prima † glo.
reſpondet per quæſtionem, & ſoluit diſtin. ¶ Secun-
da glo. ponit. 7. uel 8. caſus, quibus fallit regula. ¶ *In*
5 † *gl. 1. ibi, nerui* ] ubi de hoc [ *& in fi.* ] idem Hoſtien. dicit
tamen, quòd Goff. tenebat contrarium pro eo, quod
dixerat, quòd etiam pro honeſtate ſaluanda non de-
bet aliqua ſe præcipitare, uel manu propria perime-
re, ſed non credo, ꝙ Goff. per hoc intellexerit contra
hanc glo. ¶ [ *In glo. ulti. ibi, ſuis ſceleribus* ] quid de ſuſpen-
6 ſo † ad furcas, dic quòd non debet deponi de patibu-
lo ſine iudicis licentia, ne contemnatur bonum iuſti
ciæ, quam, tamen petitam iudex denegare non debet,
a ff. de cadaueribus pu. l. 1, 2.[a] & 3. qua obtenta ſi in ui-
ta pœnituerat ante ſuſpendium, ſepeliendus erit. 13.
quæſtio. ſecunda. c. fin. Hoſtien. facit cle. de pœni. &
remiſ. cum ſecundum [ *& ibi, neque apud* ] & 21. q. 3. Cy-
prianus [ *& in fi.* ] adde caſum de ſen. exc. is cui, lib. 6.
Vinc. infra de deci. prohibemus, notabat per uerſ. ali-
quos caſus, quibus denegatur ſepultura, & Hoſtien.
ultra iſtos notabat caſus, ſcilicet in omni pagano, Iu-
dæo, & hæretico, de con. di. 1. eccleſiam, & c. ſe. In vſu-
rario publico, de vſuris, quia in omnibus, in excom-
municato etiam minori. 24. q. 2. ſanè quòd ſuper. talis
enim eſt à ſacramentis eccleſiæ ſeparatus, infra de cle
ri. ex. ſi celebrat, & dicam, infra c. proxi. Item in bla-
ſphemo impœnitente, de male. ca. 2. Item in mona-
co habente proprium, de ſtat. mona. ca. 2. & c. ſuper.
Item in excommunicato, & interdicto, infra c. pro-
xi. Item in caſu, infra de deci. prohibemus. Item in ca
ſu, infra de cenſi. innouamus. Iſti caſus poterant in-
cludi ſub penultimo, quem ponit glo. & adde, quod
dixi ſuper rubrica.

### ANNOTATIONES.

a ¶ De cadaueribus pu. l. 1. 2. Et illa. l. probat, quòd tales ſunt ſepe-
liendi non in ciuitatibus, uel locis, à quibus ſunt relegati, uel in
uita ſtare prohibiti, quod no. bene, & an cadauera damnatorum
poſſint dari medicis propter anotomiam fiendam, relinquit Bar.
cogitandum in l. fi. de ca. puni.

### S V M M A R I V M.

1 *Exhumanda quorum oſſa, uel corpora ſint.*
*Leproſi non ſunt cum alijs tumulandi.*
*Reconciliatio excommunicatorum poteſt fieri per ſimplicem ſacerdotem, & quo caſu.*
*Sepulturæ ſi tradantur eccleſiaſticæ hic prohibiti, quæ pœna ſit.*
2 *Violentia eſt caſus, & quo modo hic.*
*Excommunicato communicans in morte incidit minorem.*
*Cœmeterij quando facienda reconciliatio, & nu. 3. in fin.*
3 *Sepultura cui denegatur eccleſiæ, à cœmeterio ponendum longe eſt, & quantum.*
*Sepultura quandoque eccleſiaſtica, quandoque Chriſtiana appellatur, & qualis ſit, remittit.*
4 *Sepultura nulla, uel uilis non obeſt, & quibus, iuncto etiam contextu.*
*Et quæ ſoleat Mauſolei nomine uocari.*
5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 6.*
*De mortuo inferendo interdictum quibus competat.*
*Dubij ratione aliquid admittitur, quod alias non admitteretur. §. 1. iuncta gloſſa, excipiuntur caſus, uerſi. ubi ſi plures, & nume. 7. §. 1.*
*Separationis etiam difficilis ratione idem, uer. cum actum.*
*Connexarum idem ius, ibid.*
7 *Additio gloſſarum.*
*Religioſum locum quæ perſonæ non faciant, in princ. iuncta glo. & num. 6. in princ.*

## C A P V T XII.

1 SAcris. Caſus. Si oſſa † excommunica-
torum ſic ſepultorum diſcerni
poſſunt, exhumari, & proijci debent: aliàs
non, & pars de his, quæ ui me. ue cauſa, &
de ſent. excom. ſacris, & præmittit exordium ad pro-
bationem dicendorum. ſecunda ibi, unde, ſoluendo
diſtinguit, & ſecundum membrum proſequitur ibi,
quòd ſi diſcerni [ *Defunctis* ] no. per hoc Abb. ar. lepro-
ſos non eſſe in cœmeterio cum alijs tumulãdos, cum
alij non communicent illis in uita, de ecc. ædi. c. ſecun
do. de coniu. lepro. c. primo [ *Præciſi* ] fuerunt, quod ſe-
quitur [ *Reconciliati* ] quod eo caſu poterat fieri per ſim
plicem ſacerdotem, infra c. fin. de hoc ſupra, de offic.
ord. paſtoralis [ *Excomunicatorum* ] idem de interdictis à
communione ſacramentorum, ſecundum Inno. ad
a hoc de cleri. exmi.[a] ſi celebrat. idem de illis, quibus
interdicta eſt ſepultura, infra de uſuris, quia in omni-
bus, Hoſtien. Hodie per concilium Vien. eod. tit. eos
qui, ſunt excommunicati, qui ſepeliunt publicè ex-
communicatos, uel nominatim interdictos, uel ma-
nifeſtos uſurarios, uel qui defunctos ſepeliunt tem-
2 pore interdicti [ *Alio caſu* ] ergo uiolentia † eſt caſus. ad
id. ff. commo. ad eos, C. eo. l. prima, & potuit eſſe ca-
ſus ignorantia ſacerdotis extranei ſepelientis peregri
num, quem excommunicatum ignorauit, ſecundũ
Hoſti. [ *Tumulentur* ] no. Ber. infra de priuilegiis, ad hæc,
ꝙ communicãs excommunicato in morte incurrit
minorem, ibi uideas [ *Aliorum* ] fidelium. ſi ergo in cœ
meterio non ſunt poſiti niſi infideles, & excommu-
nicati, omnia oſſa ſunt exhumanda, & ad eliminan-
dam



dam omnẽ ſpurcitiem ante, quàm aliquis ibi ſepelia-
tur, ſolemnis reconciliatio ſequi debet, de con. ecc.
uel alta. conſuluiſti, & de hoc ſupra de ſacra. non ite.
3 c. 2. Hoſtien. [ *Procul* ] no. per † hoc Abb. contra illos
qui ponunt prope cœmeterium cadauera excommu
nicatorum. Debent ergo poni tam longe, quòd uox
clericorum cantantium ibi non poſſit audiri, arg. de
pe. & re. quod in te [ *Eccleſiaſtica* ] ſic uocatur ſupra cap.
prox. de torne. c. 1. & c. in literis, de rapto. ſuper eo. in-
fra, de vſuris cap. ſecundo. in princ. & in fi. lib. 6. de pri-
uile. epiſcoporum, eo. li. alibi dicitur Chriſtiana, de
pe. & re. omnis, poſt princ. de uſur. quia in omnibus.
qualis autem ſit hæc ſepultura, colligitur in præ. de-
cre. ſuper eo, & 13. quæſtio. 2. qui diuina [ *Fidelium* ] re-
conciliabitur tamen cœmeterium, de con. ecc. uel al
4 ta. conſuluiſti, ſecundum Hoſtien. [ *Vilis* ] ponit † Gof.
& Hoſtien. uerſi. Marmoreo tumulo Lucius iacet, ac
Cato paruo, Pompeius nullo, credimus eſſe Deos. q.
d. pares in deitate, licet impares in ſepulchro. Seneca,
Inſepultus iacebis. quid aliud reſpondeam, quàm il-
lud Virgilianum, Facilis iactura ſepulchri, ſi nihil ſen-
tio, non pertinet ad me iactura corporis inſepulti. ſi
ſentio, omnis ſepultura tormentum eſt, & vide pul-
chrè in Hiero. in uita Pauli. in fin. & ſuper Matth. in
fine [ *Precioſa* ] hæc ſolent vocari Mauſolea, & quare
ſic, uide in Hiero. contra Ioui. lib. 1. d. & no. 96. diſtin.
5 bene quidem. ¶ Pen. † gl. arguit propter dubium, &c.
dat ſimilia de connexitate, & difficili ſeparatione, al-
6 le. tria iura in contrarium. ¶ *In* † *glo. 2. ibi, ſunt perſonæ* ]
ſequitur, quæ quàmquam religioſum locum facere
non poſſint, interdicto tamen de mortuo inferendo
utiliter agunt. ponit exemplum de proprietario fun-
di, cuius alter habet uſufructum. ¶ [ *In glo. pe. ibi, l. 3. §. ſi
duobus* ] uide de accu. cum dilecti, ſuper ulti. glo. [ *& ibi,
ſi alieni* ] uide de pigno. c. fi. ſuper gl. penul. [ *& ibi, etiam
ſi patre. §. 1.* ] uide de or. cog. c. 2. ſuper glo. ſi iſti [ *& ibi,
eum actum* ] rationem eius, quod geſſit in ſeruitute ma-
numiſſus, reddere non cogitur, niſi ita ſit illud conne
xum cum poſtea geſtis, quod ſeparari non poſſit, &
idem. l. ſe. [ *& ibi, ita uulneratus. §. id quod* ] vbi ſi plures vul
nerant, nec apparet, ex cuius ictu interijt, omnes te-
nentur [ *& ibi, cum ex pluribus* ] ſequitur, eiuſdem nomi-
nis ſeruus liber iuſſus eſt, nec appareat quis, nullus e-
7 rit liber. ¶ *In* † *glo. 2. ibi, forte* ] & ſine forte ſecundum
Io. & Goff. & Vinc. qui hoc no. ſupra, de ſacra. non ite.
c. 2. Phi. dubitando poſuit, vt Lau. Ber. & Hoſt. ¶ [ *In glo.
pe. ibi, nolite* ] infra, & facit ad ea, quæ ibi no. & 42. diſt.
quieſcamus, de quo vide, quod dicam infra, de homi
ci. ſignificaſti. 2. uerſ. ꝙ ſi diſcerni [ *& ibi, niſi æſtimemus* ]
ubi de hoc. Goff. hic allegat pro ſimili. ff. communi
diui. l. communi diuidundo. §. item ſi duo. ubi pro-
pter dubium matrimonij duo uentres in poſſeſſio-
nem mittuntur, & ff. de rebus du. qui duos. ubi duo di
cuntur poſtremi, cum unus ſolus ſit primus uel po-
ſtremus. ad idem de uſuris, cum tu. de Iudæ. cum ſit,
ubi propter dubium pauperibus datur per uſuram,
uel impreſſionem exortum. Ad idem inducit de ap.
b ſi duobus, & c. cum parati. ff. de iudi. ſi quis ex aliena.[b]
ff. de rei uen. quæ de tota, & ibi capitulum ſecundum
eſt, alias eſt ſub primo. ibi, non fit ſeparatio confeſſio
nis [ *& in fi.* ] uide quod ibi not. & ff. de rei uen. ſi fru-
mentum, in fi.

### ANNOTATIONES.

a ¶ De cleri. exmi. Sepultura ergo inter eccleſiaſtica ſacramenta
computatur, contra quod facit quod no. Io. An. de ſacra. non ite.
in rub. pro primo facit c. ad apoſtolicam. de ſimo.

b Si quis ex aliena. De commixtione rerum, uel perſonarum ſepara
bilium, & inſeparabilium uide bonam gl. in l. ſi ſponſus. §. genera
liter, ff. de dona. inter ui. & uxo. quod facit ad q. de qua per Bar.
ff. de pub. & uecti. l. ecc. §. dominus.

### S V M M A R I V M.

1 *Pro ſepultura effodienda terra cœmeteriata uendi non debet, num. 6.*
*De hac ſiue cœmeterio remittit ad multas quæſtiones.*
2 *In cœmeteriata terra an quis habere proprium poſſit ſepulchrum, & exinde alios inferri, prohibere.*
*In ſepulchris familiaribus non ſuccedunt cognati.*
*De ſedibus, ſiue banchis, quas quis in eccleſia ſibi appropriat, quid iuris.*
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 4.*
*Monumento cohærens purus ager, profanus eſt, & licitè uenditur.*
*Sacra res non recipit æſtimationem.*
5 *Additio gloſſarum, & num. 6.*
*Sepultura quando licitè uendatur.*
*Inter ſacrum, & religioſum locum differentiæ.*
*Ex humatione corporis religioſus locus fit non ſacer.*
*Sacer locus qui dicatur.*
*Cœmeterium ubi eſſe poſſit, uer. unde dicit.*
*In eo plures eccleſiæ poſſunt ius habere funerandi, ibid.*
*Religioſum uas uendi poteſt, & cui, cir. fin.*
6 *Pro ſepultura an quid exigi, & qualiter, & quando poſſit.*

## C A P V T XIII.

1 ABolendæ. Caſus. Terra † cœmeteria
ta pro ſepultura effodien
da uendi non debet, & præmittit abuſum,
quem ſecundò tolli mandat. ſecunda ibi,
mandamus [ *Inoleuit* ] quaſi creuit, & multiplicata, &
nutrita eſt [ *Certum precium* ] imò habent quandoq; cle-
rici cœmeterium, quod uocant paradiſum, vbi non
permittunt ſepulturam effodi, niſi dentur centum, &
de 15. quæſtionibus circa hoc remittit Hoſti. ad ſum-
mam, quam remiſ. uide inf. de ſimo. ad apoſtolicam
[ *Diœceſanus* ] & ſic ad te ſpectat correctio, de offic. or. c.
2 1. [ *Hac de cauſa* ] quærit hic † Hoſti. an in terra cœmete-
riata poſſit quis habere proprium ſepulchrum? & di-
cit, ꝙ non quantum ad proprietatem, ff. de re. diui. in-
terim. §. ſacræ. poteſt tamen ipſum habere quo ad v-
ſum, vt ſi ipſe, & ſui ibi ſepeliantur. ſic intellige ſupra,
c. 1. 1. reſponſo. 13. q. 2. Ebron, & §. Ioſeph. ff. de reli. l. fa
miliaria. adeò, ꝙ inuito tali uſuario alius inferri non
poteſt. ff. de reli. l. 2. §. ſi uſufructum, ſecundum Goff.
Dicit Vinc. niſi ex cauſa, ſcilicet cum alibi commodè
ſepeliri non poteſt, ſicut prædia, & calices à laicis con
ceſſi alienari poſſunt ſecundum eum. In familiari-
bus autem ſepulchris non ſuccedunt cognati. ff. de re
li. l. ius familiaris, & idem poteſt cenſeri de banchis,
uel ſedibus, quas quidam ſibi uendicant in eccleſijs.
Hoſtien. tamen non putat, ꝙ de iure ſcripto laici poſ-
ſint habere tale ius epiſcopo reclamante, ar. infra, de
cuſto. eu. quia, & in his, quæ no. de arbi. contingit, ſed
uerum eſt, ꝙ de gratia in huiuſmodi tolerantur, ſicut
3 & in iure pa. infra de iure pa. c. 3. ¶ Prima † glo. dicit
ſepulturam dupliciter ſumi pro loco, & pro officio,
& locꝰ tripliciter, ſcilicet priuatus religioſus, & ſacer.
in primo procedit uenditio, in reliquis non. ¶ *In 1.*
4 † *gl. ibi, locum* ] purus ager etiam monumento cohærẽs
profanus eſt, & licitè uenditur [ *& ibi, de uoluntate* ] ſe-
cus, ſi eo inuito, ut ibi [ *& ibi, ſacra loca, in fi.* ] res ſacra nõ
recipit æſtimationem [ *& ibi, quæ religioſis* ] uide de iud.
quanto, in 1. glo. ¶ *In glo. ulti. ibi, eſt quidem* ] uide de ap.
5 conſtitutis. 2, ſuper glo. impotentia. ¶ *In* † *glo. 1. ibi, reci-
pi* ] idem de uaſe lapideo, uel ligneo facto ad aliquem
ſepeliendum, Innocen. & Hoſtien. [ *& ibi, religioſa, uel
ſacra* ] differentiam inter locum religioſum, & ſa-
crum quere not. 13. quæſtio. ſecunda. in eccleſiaſti-
co [ *& ibi, ſacer* ] immò religioſus, & intelligas, qua-
tenus corpus humatũ eſt, ff. de reli. l. ſecunda, §. Cel-
ſus, ſed non ſacer, ex quo ſine auctoritate pontificis

hoc factum eſt ſecundum Innoc.[ *& ibi, ſacra dicitur* ]
vnde dicit Inno.ꝙ cum cęmeterium habeat eſſe con
ſecratum, ut in cap. ſicut, infra alle. non poteſt acce-
dere loco non ſacro etiam religioſo, puta hoſpitali,
uel templo niſi habeat eccleſiam, alle.Hoſt.ff.de red-
hi.l.iuſtisſime,& no.de reſcriptis,Rodulphus.in prin.
putat autē id uerum, niſi priuilegij ratione aliud con
tingat,& remittit.ſupra c.1. dicit etiam Inn.ꝙ licet cę
meterium debeat eſſe circa eccleſiam, poteſt tamen
eſſe remotum,ſicut in Frācia propter fœtorem.Item
dicit,ꝙ in uno cœmeterio plures eccleſiæ poſſunt ha
bere ius funerandi parochianos ſuos[ *& ibi,cum in ec-*
*cleſiæ* ] ubi Tan. & Goff. no. hanc materiam ubi ultra
hic no.dicunt quoſdam dicere ꝙ vas religioſum eſſe
ctum uendi poteſt eccleſiæ ab eccleſia ad inſtar uaſo
rum altaris. 10.q.2.hoc ius[ *& ibi,accipere* ]non ex pa-
cto ſecundum Hoſtiē. aliàs eſſet ſimonia ſecundum
eum,infra de ſimo. in tantum,& c.non ſatis[ *& inſi.* ]
6 hanc glo.habes.13.q.2.§.item quæritur. ¶ *In* † *gl.ult.in*
*fi.* ]dicit Hoſt.ꝙ petens caueat ſibi: quia in hoc eſt uis
in uerbo, ſicut de conceſſ.præben.cum ſuper,de iudi.
examinata,de cenſi.licet,ſuccumbit enim,ſi petit pro
terra,uel pro officio, nec prodeſſet conſue. ut hic,&
infra, de ſimo.non ſatis, obtinebit autem, ſi dicat, ꝙ
pro quolibet mortuo conſueuit tantum donari preſ-
bytero, uel eccleſiæ, ut in decre. ad apoſtolicam.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus,& in morte abſolutus, & à quo,debet ſepeliri*
*pro eo ad ſatisfaciendum cogentur hæredes,& nu.8.*
*Excommunicandus quis ſit,& nu.2.*
2 *Ab excommunicatione nullus abſoluit inferior epiſcopo.*
3 *In abſolutione obtinenda etiam qui in articulo mortis iurat ſtare*
*mandatis eccleſiæ.*
*Sepeliri pœnitens debet etiam obligatus ad debitum.*
*Defunctorum ſuffragia quæ.*
*Rainerius poſt Accurſium, Guido poſt Rainerium ſcripſerunt.*
4 *Hæredes quando ex delicto, uel ex contractu, uel quaſi teneantur*
*ad pro eis faciendum ſatis,& quatenus,& num. 5. 6. 7. & 8.*
*Liberum corpus non recipit æſtimationem, excipitur.*
*Iuramento defuncti tenentur ſtare hęredes, non tamen per ipſum in*
*curritur ab eis periurium, uel accumulatur forum.*
6 *Epilogus, ſuffragium,& additio gloſſarum,um.8.*

## CAPVT XIIII.

1 PArochiano Caſus. Excomunica-
tus † q per ſuum preſ-
byterum fuit abſolutus in morte, ſepeliri
debet, & ad ſatisfaciendum cogentur hæ-
redes.ſecunda ibi,ſed eius[ *Manifeſtis* ] no. Abba. nul-
a lum excommunicandum niſi pro culpa manifeſta[a]
[ *Homicidio* ] homicida enim, & falſus teſtis, niſi pœni-
tuerint,excommunicantur.24.quæſtio.3.itaque[ *Ince*
2 *ſtu* ] pro quo † etiam impœnitens excommunicatur,
infra de eo, qui cogno. con. Iordanæ, per presbyte-
rum, quod fieri potuit.17.quęſtio.quarta.ſi quis ſua-
dente, & infra de ſenten. excom. nuper, Goff.[ *Suum* ]
tractat hic Hoſtien. quòd nullus inferior presbytero
abſoluit ab excommnnicatione.de hoc,ſupra de of-
fic.ordi.paſtoralis,in glo.quo caſu,de hoc ſatis dicam
infra de ſenten.excom.à nobis.2.in gl. per peccatum
3 [ *Iuxta* † *formam* ] not. Abba. quòd etiam qui in morte
abſoluitur,iurat ſtare mandatis eccleſiæ[ *Cœmeterium* ]
nota pœnitentem,licet obligatum ad debitum,ſepe-
liri ſecundum Abb.[ *Suffragia* ] de quibus habetur.13.
quęſt.ſecunda.animæ defunctorum, & ponebat Pe.
de his uerſi.Miſſa frequens, ſanctæque preces,ieiunia
ſacra.Defunctis proſunt, prodeſt elemoſyna crebra.

[ *Hæredes* ] recitabat hic Guido quandam gl. Rai. quæ
fuit Accurſij, C. de hæredi. ac. l. 2. vt etiam dicam de
uſuris,tua, ſuper prin.1.glo. [ *Satisfaciant* ] pro homici-
4 dio † poſſent hæredes ſatisfacere, ſi ſeruus fuiſſet oc-
ciſus.ff.ad l. Aquil.qua actione.§.ſi quis. Liberum au-
tem corpus non recipit æſtimationem. ff. ſi qua.pau.
fe.di.l. ex hac.poſſet tamē teneri hæres ad pęnā cōſue-
tudinariā,de qua de delic.pu.referēte,uel aliā,de iniu.
c.1.pro incēdio, uiolatione, & manuū iniectione pa-
tet ad quid tenetur, ꝓ inceſtu nō uidet̃ hæres teneri,
niſi bona inceſtuoſi peruenerint ad hæredē. 27.q.2.ſi
quis rapuerit,ſecundum Goff.& Hoſt.[ *Cenſura ſunt ec-*
5 *cleſiaſtica* ] no.hæredes † ibi conueniendos, vbi teſtator
debuit conueniri.& arguit Abb.ad quęſtionē, an hæ-
b res eius, qui ſuper contractu iurauit, conueniri[b] poſ-
ſit coram iudice eccleſiaſtico? & dicit ꝙ ſic,arg. ſupra
de fo. competen. dilecti. & dicit ſic fuiſſe de facto ſer-
uatum per quendam officialem,& ipſius ſententiam
in cauſa appellationis confirmatam. contrarium cre-
do.unde decre.ult.de foro competen.lib.6.dicit, A ſe
præſtitum.& facit quod dixi,ſupra de iureiu.veritatis.
iſtud in ſatisfactione abſoluti. & facit, ſupra de of. de-
leg.prudentiam,in fi.non ob.C. de proba. auct. quod
obtinet: quia licet aſſertioni teſtatoris,qui iurauit,ha-
beant hæredes ſtare neceſſe, ut no. ſupra titu.1.c.fi. in
gl. uidetur quod,ubi uide; non tamē per id arctantur
6 ad periurium,nec accumulatur forum. ¶ Pen.† gl.ar-
guit, alleg. tria iura.duo allegat in contrarium, & ſol-
uit. ¶ Vlti.glo.reſpondet per contrarium,de.l. una,C.
7 ne ex delict.de. ¶ *In* † *gl.ult.ibi,pro patre* ]ſcilicet primipi-
lario[ *& ibi,ueteris* ] omnis ſtipulatio in dando, uel fa-
ciendo,uel mixta ad hæredem, & contra hęredē trāſ-
mittitur,ſiue fiat hæredis mentio, ſiue non[ *& ibi.l.ul-*
*ti.* ] ualet ſtipulatio,cum promittis inſulam ædificare,
cum morieris,etiam imminet onus hęredibus[ *& ibi.*
*l.una* ] licet etiam ab hæredibus, & contra hæredes in-
cipere actiones,& obligationes[ *& ibi,ex delicto* ] uiolē-
tiæ, concuſsionis, uel quouis alio, ut in hac. l. [ *& ibi,*
*ex depoſiti* ] ob dolum malum defuncti in depoſito,
mandato, comodato, tutelæ, & negociorum geſto-
rum[ *& ibi. §.in contractibus* ] ſequitur, ſucceſſores ex
dolo eorum, quibus ſucceſſerunt, non tautum in id,
quod peruenit, ſed inſolidum tenentur[ *& ibi, ſi duo-*
8 *bus.§.ulti.* ] hanc & ſe.uide in ſupple. ¶ *In* † *gl.1. inſi.* ] &
c.conqueſti, & 11.q.3. canonica. 12.quæſtio. 2. cum
deuotiſsimam. ¶ *In gl.pe.ibi.c.1.* ]ubi de hoc,in ulti.glo.
¶ *In gl.ult.ibi, defuncti* ] uel hoc non agitur contra hære-
dem ex delicto defuncti, ſed ſacerdos nō abſoluit ex-
cōicatum, niſi caueat de ſatisfaciendo, de appel.qua
fronte,§.ſanè. & ex illa ſtipulatione agent, quorū in-
tereſt.ff.rem pub.ſaluam fore.l.non quaſi,& plus dici
mus, ꝙ ſi omittatur cautio, intelligitur appoſita, ff.
de adop. l. his uerbis. Et eſt ratio, quia ex quo pœni-
tet,& aliter pęnitere non poteſt, niſi ſatisfaciat, uide-
tur hæredibus mandaſſe, quòd ſatisfaciant, & ideò
c ſunt cogendi, Innocen.[c] Dicebat Hoſtien. quòd dici
poterat hoc caſu non ſolum lis conteſ. ſed etiam ſen-
tentia lata ex eo, ſcilicet quòd præcepit ſacerdos, ut
ſatisfaciant.dicit tamen finaliter, ꝙ quicquid uolua-
tur ex delicto,tenentur hæredes ſecundum canones,
non ſecundum leges,niſi in caſibus[ *& ibi,cum hæres* ]
fallit,C.de uſuf.l.antiquitas, & eſt ſpeciale, ne inutilis
ſit proprietas legata, & in caſibus, qui habentur,ff.de
uerbo.ſigni. ſciendum, & de hoc ſupra.de fil. preſ. ex
tranſmiſſa,in prima.glo.[ *& ibi.§. conditio* ] uide quod
not.in Spec.de accuſatio. §.primo.uerſi. quid ſi latro
[ *& ibi,cum defuncto* ] ſi tamen confeſſus fuerit, & mori-
tur ante litem conteſt.tenetur hęres ex quaſi contra-
ctu,quod dic ut in Spe. de interroga.§.2.uerſi. quid ſi
is[ *& ibi.l.una* ]fallit in actione,ui bonorū raptorū,quę
non



non datur cōtra hæredes,& ſi ad eos aliquid peruene-
rit ex delicto defuncti.ſed hoc contingit,quia in locū
illius accuſationis datur condictio furtiua. ff. ui bono
rum rap.l.2.§.ulti.Idem forte poteſt dici in interdicto;
unde ui, in cuius locum ſucceſsit actio in factum, ut.
ff.de ui,& ui ar.l.1.§.ulti.Goffr. qui hoc notauit in dé-
cre. in literis. de rapto. [ *& ibi, duobus caſibus* ] alij plures
nō.ff.depoſiti,ſi hominem.§.detur actio. & ponit hic
Hoſtien.dicens, quòd tertius caſus eſt ff. de pollicita-
tioni.quartus inſt. de perpe.& tempora.act. §.aliquan
do.quintus ff.de precario,quęſitum.§.ſi.& ff.de eden.
l.1.[ *& ibi,unus eſt* ] in actione in factum,quæ datur con
tra meſſorem, & non cōtra hæredem,licet enim quò
ad agentem ſit perſecutoria, quò ad conuentum eſt
pœnalis[ *& ibi, alius eſt* ] in tributoria, quæ non datur
contra hæredem,niſi inquantum ad eum peruenerit,
& uide de reg.iuris,is qui tacet,lib.6. [ *& in fine* ]de hoc.
12.q.2. epiſcopus,qui filios.

ANNOTATIONES.

a ¶Manifeſta.Et pro contumacia.11.q.3.nemo, & de uerb.ſigni.ex
parte, lo primo, ubi uide gl.
b ¶Conueniri.Quia ex iuramento oritur actio, uide Io. And. de in-
ſti.cum ueniſſent,& Bar.in l. ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſo.
c ¶Innoc.Vide gl. fi.in c.à nobis, el 2.de ſen. exc. quæ hoc uidetur
ſentire, & an ſecundum can. quando hæres facit ex delicto defun
cti,teneatur inſolidum, ſi non facit inuentarium, uide Ioan. And.
prius Fede.de Senis in c.quàmquam, de uſur.lib.6.& Bar. & Bal.
in rubri.ff.de peti.hæred.& plenius Bal.in l.1.C.de ſac.ſan.ecc.&
uide ipſum,& Sali.in l.furti, C.de fur.

*SVMMARIVM.*

1 *Continuatio, ſiue diſpoſitio tituli,uel rubricæ.*
*De materia huius tituli ubi alibi quàm hic tractetur.*
2 *Parochia quid, & eius etymon.*
*Parochialium rectores ubi non habeant curam animarum.*
3 *Parochiale ius in quibus conſiſtat, & num.5.*
4 *Oblationis nomen quomodo accipiatur.*
*Ad oblationes faciendas an, & quando cogendi parochiani,& in*
*quem uſum conſumendæ.*
*Pro ſacramentis præſtandis, an poſſint.*
*Beatus Thomas citatur à Io. And.*
5 *Canonica portio quæ de iure parochiali, quæ de epiſcopali.*

## De parochiis, & alienis paro. Rub.

1 ¶Tractato ſupra rubrica † prima de quodam ſpecia-
li iure parochiali, quod in funerando conſiſtit, nunc
de illo tractat in genere ſecundūm Goff. Habetur ma
teria. 13. q. 1. per totum facit,9. q. 2.& 16. q.5. per to-
tum.Conueniunt de reſti.ſpo.olim 3.de præſcri. ad au
res, de præben. auariciæ, de his, quæ fiunt à præla. pa-
ſtoralis,de rerum permu.ad quæſtiones,de eccl.ædifi.
ad audientiam.1.de clan. deſpon. cum inhibitio.facit
de reſtitu.ſpo.c.2.lib. 6.de deci c. 2. in fi. eo.lib. ¶Hoc
2 † ſcias, quòd parochia propriè dicitur locus, in quo
degit populus alicui eccleſiæ deputatus, & certis fini-
bus limitatus, & dicit Goff.Bene.eod. tit. quod paro-
chia eſt Græcum, & Latinum, & dicitur quaſi præpa-
ratio, uel partitio curæ: quia rector eccleſiæ curam
habet animarum totius populi,infra illos limites con
gregati, unde dicitur regere populum, de capel. mo-
na.c.1.dicit etiam, quòd in quibuſdam partibus, ut in
Apulia; maximè Beneuenti, rectores parochialium
eccleſiarum non habent curam animarum. Dicebat
3 hic ſuper † rubrica Innocen. & Hoſtien. poſt eum, ꝙ
ius parochiale conſiſtit in multis.primò in hoc,quòd
parochiani in diebus feſtiuis in eccleſia ſua, & non ali
bi miſſam audiant,infra ca. 2.ſecundò in decimis per-
ſonalibus percipiendis. 16. quæſtio. 1. ſi quis laicus,&.
c.quicunque,infra de deci.ad apoſtolicæ.§.1.tertiò in
a pęnitentijs,ſepulturis,[a] benedictionibus nubentium,
& alijs ſacramentis, recipiendis à parochiali ſacerdo-
te,vt ibi, & infra de pœnitentiis, omnis, & ſupra tit.1
cap.1.& 2.& per totum, & infra,de ſimo.ſuam.13.q.1.
capi. 1. & per totum, quartò in perceptione oblatio-
num.10.quæſtio.1.ſacerdotes,& c.ſanctorum, & cap.
hanc conſuetudinem,ſupra de his, quæ fi. à præla.pa-
4 ſtoralis, & accipe † nomen, oblationis,largo modo,
pro omnibus,ſcilicet quæ infra limites parochiæ ſpiri
tualiter obueniunt, ut ibi, & infra.de uerb. ſign. cum
inter uos, & uidetur quibuſdam, & forte non male;
quòd ad oblationes faciendas cogendi ſint parochia-
ni, maximè ſi ſacerdos pauper ſit, ar.32. diſtinct. præ-
ter hæc.16.quæſti.prima.ſtatuimus.de con diſt.1.om-
nis Chriſtianus procuret ad miſſarum ſolēnia aliquid
Deo offerre, & ibi idem not. & facit, infra de uſuris,
quanto.§.fin. ſed & ad præſtandum aliquid pro ſacra-
mentis alijs cogi poſſunt quandoque,ut not infra de
ſimo. ad apoſtolicam, ſecundum Innoc. Hæc tamen
materia plenius expeditur in ſum. eo. tit.§. in quibus.
Tho.de hoc tractat ſecunda ſecundæ.q. 86 artic.1.ubi
inducit pro parte, quòd ſint voluntariæ, Matth.5.ibi,
ſi offers munus tuum ad altare,& Exo.25. in princ.ab
homine, qui offert ultroneus, accipe,dicit autem, ꝙ
eſt oblatio,quæ offertur,conſumenda in ſacrificium,
de qua Exo. 29. & Leui.2. & iſta eſt oblatio, & ſacrifi-
cium,eſt etiam oblatio rei manere debentis in diuino
cultu, uel conſumendæ in uſus miniſtrorum, & hæc
ſunt uoluntariæ, per ſuperius inducta. Fallit in qua-
tuor caſibus.primò quando habet ratione cenſus, cū
aliquis ex fundo eccleſiæ ſibi conceſſo debet certam
oblationem annuam facere. ſecundò cum aliquis in-
ter uiuos promittit,uel in teſtamēto relinquit aliquid
offerendum eccleſiæ, tertiò cum clerici eccleſię non
habent, unde ſuſtententur, ut ſupra. quartò propter
cōſuetudinem, tenentur enim fideles in aliquibus ſo-
lemnitatibus ad oblationes conſuetas, de ſimo. ad a-
poſtolicam.Solent autem hæ duæ ultimæ eſſe uolun-
tariæ quò ad quantitatem, & quò ad ſpeciem rei,quæ
offertur.dicit tamen, quò ad illas per ſuperiorem co-
gentur, non per ſubtractionem ſacramētorum per ip
ſum,cui debentur.de hoc dicam,infra.tit.1.quàmuis,
5 poſt Rai.¶ Quod autem dictū † eſt, perceptionem de
cimarum eſſe de iure parochiali, uerum eſt ſecūdum
Inn. de iure communi,infra de decimis, cum contin-
gat,& c.cum in tua, & idem intelligas de perceptione
canonicæ portionis quam habet eccleſia,in qua ſuus
parochianus ſepelitur, ſupra de ſepulturis c. primo.&
& ſecundo,& c.de his. Sed & eædem portiones dicun
tur eſſe de iure epiſcopali,ſupra de offic. ord.conque-
rente.prima tamen percipitur ratione iuris parochia-
lis. ſecunda uerò ratione communionis,quam habet
epiſcopus cum ſua eccleſia,ſupra de teſta.requiſiſti.§.
ſecus,ſecundum.Innocen.melius ſecundum Hoſt.di-
xiſſet ratione iuris epiſcopalis, quod habet in tota dię
ceſi, quod dic, ut plenè notatur in ſumma, de ſepul.
ſub.§. uerus. §. & utrum canonica. ſed & cura de iure
parochiali videtur eſſe,ſupra de pręben. de multa.§.1.
& c. extirpandæ. §. qui verò, quæ in quibus conſiſtat,
uide quod legitur, & notatur, ſupra de ele. dudum.2.
§.tandem,& infra de pœniten. omnis,reſpon. 1.ſuper
verſic. proprio.

ANNOTATIONES.

a ¶Sepulturis.Hoc videtur, ſi ab epiſcopo illi eccleſiæ ſit datum cœ
meterium,& ius funerandi: alias tunc in parochiali eccleſia eſt ſe
cus,uide Io.And.ſupra ti.prox. certificari,incontinenti poſt gl.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopatus inter epiſcopum ſubſtitutum epiſcopo hæretico, & ip ſum hæreticum reuerſum qualiter diuidatur, & nume. ſequen. ui de, nume. 5.*
*Donatiſtarum hæreſis quædam, & ubi, num. 6. §. 1.*
2 *Diuiſionem ſenior facere debet, & quis ſenior hic intelligatur, & nume. 7.*
*Seniores uſu præſumuntur melius facti ſcire qualitates.*
*Pars maior præfertur, & quo caſu hic, ad uerb. præferatur.*
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
*Portionis nomine ubi aliud non exprimitur, intelligitur dimidia.*
*De uſufructu quando agitur communi diuidun. quomodo diuidetur, & à quo.*
5 *Additio gloſſarum, & nu. 6. & 7.*
*Hæc decretalis commune ius ponit, & quot habeat intellectus, & nu. 6. in princ.*
*Diuiſionis faciendæ modum hic deſcribit, & nu. 4. & 1. & 7. §. fin. & à quo, eod. num. 4. & nu. 2.*
6 *Conditio melior quorum ſit, iuncta glo. §. 2.*
7 *Grauatus in uno, debet in alio releuari, & quo caſu.*

## CAPVT I.

1 SI epiſcopus. Caſus. Põit qualiter † diuidatur
epiſcopatus inter epiſcopũ ſubſtitutũ
epiſcopo hæretico, & ipſum hereticũ
reuerſum, & ex diſpenſatione receptum,
uide quod dicam ſuper 1. glo.
[*Ex Donatiſtis*] ideſt ex ſecreta Donatiſtarum
ſpecies hæreſis eſt, concor. ſupra de preſcrip. c.
1. & de iſtorum errore. 24. q. ulti. c. pe. uerſi. Donatiſtæ
[*Ad illum*] ſcilicet conuerſum [*Ad alium*] ſcilicet catholicum
[*Pertineat*] ſi diceret aliquis, Domine non poteſt
fieri ſic diuiſio. forſan enim una parochia ualet duas,
uel tres de alijs. Cõcilium reſpondet, habeat vnus plures
numero, & alius pauciores ita, ut illæ &c. q. d. ponantur
ex una parte. 3. vel 4. ex altera. 6. uel 8. ſicut uide
2 bitur [*In epiſcopatu habet*] non ergo † ſenior diebus diuidet,
ſed qui diutius epiſcopatum rexit: quia præſumitur
melius ſcire qualitates facti, quàm is, qui minori
tempore fuit in epiſcopatu. per quod not. Hoſtien. &
Abb. quòd diuiſionem hæreditatis facere deberet nõ
maior natu, ſed qui diutius tractauit, & adminiſtrauit
res hæreditarias, & inter ſocios ſtudij, qui diutius fuit
in ſtudio [*Vnus*] tantum [*Locus*] ſcilicet in quo fuerunt
partes [*Eligent*] ſi concordare poſſunt [*Antiqui*] ſcilicet
qui nũquàm fuerunt lapſi [*Suum*] ſcilicet catholicum
[*Illi*] Donatiſtæ [*Suum*] ſcilicet conuerſum, & ſic ſunt
diſcordes [*Præferatur*] hoc ſi altera pars inuenitur maior,
& ſic bene continuatur, quod ſequitur [*Aequaliter*]
ut quia. 9. ſunt loca. diuiſis igitur. 10. remanet. 11.
indiuiſus [*Superius*] hoc intendit, quòd plebs illius loci
indiuiſi eligat, & ſi diſcordat, ſtetur maiori numero,
& ſi numerus æqualis ſit, deputetur epiſcopo maioris
3 temporis. ¶ Prima † gl. ponit caſum. ¶ Vlt. quærit, &
4 ſoluit. ¶ *In † gl. æquales, ibi, nomen. §. 1.*] portionis nomine,
ubi aliud non exprimitur, intelligitur dimidia, &
idem. l. ſequens. ¶ *In glo. ul. ibi, cum de uſufructu*] quando
de vſufructu agitur communi diuidundo, iudex aut
per partes faciet uti frui, aut faciet locari, vt ſic quilibet
habeat partem precij, aut ordinabit, ꝙ alternis an
5 nis fruantur. ¶ *In † glo 1. in fi.*] ſecundum Tan. quod uidetur
placere Innocen. dicenti, quòd diſpenſatio fuit,
& prouiſio, quod hic dicitur. Tu dicas cum Hoſtien.
& Abb. quòd capitulum ponit ius commune, non di
co in eo, quòd epiſcopus reuerſus de hæreſi recipiatur
ad epiſcopatum, ſed in eo, quod diſpenſatiuè recipiatur,
nec aliter diſponat eccleſia niſi ſic, quòd reſtitutus
cum ſubſtituto habeant epiſcopatum, locus erit
diuiſioni, de qua loquitur hoc capitulum. Eſt tamen
ſecundum hanc lect. quæ habet, & bene, quòd
hoc capitulum tenet, duplex ipſius, c. intellectus. primus,
ut iſte ſit ſenſus, quod loca, quæ remanſerant in
fide, quæcunque ſint, habebit catholicus. Loca verò
reuerſa de hæreſi habebit reuerſus, communia uerò,
ideſt, in quibus erant catholici, & heretici, illa diuidentur
per modum hic poſitum, & hæc lec. uidetur placere
Innoc. & Hoſti. & ſecundum hanc lect. verbum,
ubi ambæ partes, quod ſequitur in text. non ponitur
pro æqualitate, ut dicit glo. ſed pro partialitate, quia
ſcilicet erant ibi catholici, & hæretici, & ſic quilibet fa
ciebat ibi partem, illę igitur diuidentur, aliæ verò non
ſecundum hoc. Alia lectura, ꝙ de locis omnibus fiat
diuiſio. puta unus, ſupra riuum: alter infra, unus mon
tana: alter planiciem. tene quod uis. nec credo, quòd
tuis diebus practices hunc caſum. Si enim hodie ſic re
ſtitueret eccleſia, aliter prouideret ſubſtituto dando
a alium epiſcopatum, uel deſignando [a] certos reditus.
6 ¶ *In † gl. 2. in fin.*] & de depo. c. 1. Egi. uerius uidetur, ut
dicunt Hoſti. & Abb. ꝙ ponatur propriè, totus enim
epiſcopatus non erat lapſus, quod patet [*ibi, antiqui catholici*]
vnde dicebat Hoſti. loqui, cum epiſcopus cum
parte epiſcopatus lapſus eſt, altera parte remanẽte catholica,
& altera mixta. ¶ *In glo. 3. ibi, dictum eſt*] & loquitur
de his, qui erant in partibus Africæ, ubi præualebant
Donatiſtæ, Inno. ¶ *In glo. nomine, in fi.*] de deci. c. 2.
lib. 6. ¶ *In glo. no. in fi.*] & debilioris. 18. q. 1. in nullo, &
pauperioris, de ecc. ti. c. ſi quis in nomine. 1. q. 1. in pri
7 mis, Vincen. ¶ *In pe. in fi.*] idem † Petr. de ſan. ſecundum
Hoſti. hoc intelligit de epiſcopo, qui maiori tempore
fuit in epiſcopatu, non de ſeniori ætate, & ſit ratio
ſecundum eum, quare illi deputatur, quia ſcilicet fuit
ille grauatus in onere diuiſionis, æquum fuit, ut releuaretur,
iuxta regulam, qui in uno grauatur &c ff. de
iureiuran. eum qui, & facit de tranſla. c. ſecundo, ad fi.
¶ *In glo. ult. ibi, alterius*] hoc reprehendit Pet. dicens, hoc
diffinitum eo caſu, quid iuris ſcilicet, quòd deputetur
epiſcopo maioris temporis: poſſet tamen glo. locum
habere, cum æqualitas eſt in tempore. ad hoc de reſcrip.
c. pe. lib. 6. [*& in fi.*] facit quod no. de iure pa. c. 1.
in 1. glo. & habetur in cle. eo. ti. plures.

ANNOTATIONES.

a ¶ Deſignando. Iſta fuerunt pro diuiſione eccleſiarum tempore unionis concilij Conſtantien. quando quaſi omnes eccleſiæ, maxime Italiæ propter diuerſas obedientias, diuerſos prælatos habebant.

*SVMMARIVM.*

1 *Miſſam audire, & offerre in propria quis tenetur eccleſia, niſi in caſibus, & quibus, & num. 4.*
2 *Parochianum alterius qui recipit ad ea, quæ hic dicuntur, quæ committat.*
*Contempus hic præſumitur parochus, niſi aliud oſtendatur.*
3 *Verbis potius facienda monitio, quàm manus iniectio, præterquàm in caſu, & quo hic.*
*Parochianos alterius licet eijcere de eccleſia, & quando.*
*Excommunicatio quando non incurrat ex expulſione alieni parochiani.*
4 *Additio gloſſarum.*

## CAPVT II.

VT dominicis. Breue eſt, ſumma, uel diuiſione
non egens. & ſup. ſtatuimus [*Feſtiuis*] de
1 his † habetur de con. di. 3. c. 1. de fer. c. fi. & ar
gue, quemlibet teneri in diebus dominicis, & feſtiuis
miſſam



miſſam audire in propria eccleſia. Item offerre. de cõ.
d. 1. omnis Chriſtianus. in diebus priuatis poteſt, ubi
vult, miſſam audire. nec tenetur offerre, de con. di. 1. ſi
quis extra. remittit Hoſti. ad ſum. eo ti. §. in quibus. &
adde quod dixi ſuper rubrica [*Alterius*] loquitur ergo,
cum parochiæ ſunt diſtinctæ, Vincen. & tunc cuiuſq;
prouentus ſunt conuertendi in uſus rectoris, de his,
2 quæ fi. à præ. paſtoralis. alterius † ergo parochianum
recipiens ad diuina, uel ad confeſsionem, uel ad iudicium,
uel ad ſepulturam, uel ab illo recipiens decimã
furtum quodammodo, & rapinam committit, ſupra
de elec. dudum 2. facit, quod no. ſupra titu. 1. §. 1. in fi.
ſecundum Hoſti. [*Contempto*] præſumitur contemptus
niſi parochianus licentiã habeat, uel iuſtam cauſam
oſtendat. & hoc ſaltim ubi parochialis eccleſia eſt uicina.
excipe tamen notorium fornicatorem, & precisum
ab eccleſia, qui contemni poſſunt. quod dic, vt
ſupra de coha. cleri. ueſtra, ſecundum Hoſtien. [*Quem*]
parochianum alienum [*Eijciant*] conſulit Inno. quòd
3 † potius uerbis moneant, quam manus iniiciant. Ouidius
meta. 12. Tutius eſt lingua contendere, quàm ma
nu pugnare. & Scipio duos regis filios monebat, ut
potius uerbis, quam ferro diiudicarent, quis regnare
deberet, ut ponit Valerius lib. 9. c. de improbè dictis,
§. Scipione. Dicit tamen Innocen. quòd forte hoc caſu
licitum eſſet prælato eccleſiæ non ſolum laicos, ſed
etiam clericos eijcere ſine pœna excommunicatio
a nis; argum. de ſenten. ex. ueniens [a]. Dicit Hoſti. quòd
ſi monitus nollet exire, & preſbyter celebrare uolens
rogaret parochianos, & illis præciperet, quòd illum
expellerent, non credit præcipientes, uel eiicientes excommunicatos
per præ. decre. ueniens, & eo. ti. famæ,
§. laici. ille enim ſe ingerit diabolo ſuadente, & eiicientes
excuſantur per imperium ordinariæ poteſtatis. 11.
q. 2. qui reſiſtit. & ſic potius ipſe ingerens offendit. ca.
4 ſi quis ſuadente. ¶ *In † glo. 1. in fi.*] & infra de ſepul. c. 2.
§. 1. lib. 6. de ſcholare remittit Hoſtien. ad ſum. eo. ti. §.
quis intelligitur, uer. quid de ſcholaribus.

ANNOTATIONES.

a ¶ Veniens. Pro hoc Matth. 21. c. ubi dominus eiecit ementes & uendentes de templo cum funiculis, & flagello: & quia ſtando ibi contra prohibitionem presbyteri uidetur diuinum turbare officium, ut in prædicto c. ueniens.

*SVMMARIVM.*

1 *Parochianum alterius ad quæ nemo recipere debeat.*
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 3.*
*Muneribus illius loci quis ſe obligat, ubi elegit domicilium.*
4 *Additio gloßarum.*
*Parochianus non eſt alienus, qui ſe tranſtulit.*

## CAPVT III.

1 NVllus. Breue eſt [*Iudicare*] ſiue † de foro
pœnitentiali agatur, ſiue contentioſo.
unde nec ad ſacramenta eccleſiæ
illum recipiet: imò nec in ipſa eccleſia, ſupra
c. proxi. ſecundum Hoſtien. [*Nam*] ſup. epiſcopus,
& ſic planum ſecundum Innocen. & Hoſtien. [*Iudicare*]
ſup. ex poteſtate ordinaria: aliàs contra. de offi. de
leg. per totum, ſecundum Hoſtien. Si intelligas de iudicio
depoſitionis ab ordine, tunc litera eſſet plana.
2 ¶ Secunda † glo. ſignat contrarium, & ſol. ſecundò ar
3 guit, & remittit. ¶ *In † glo. 1. ibi, ſi in patria*] qui in patria
uxoris, uel alia domicilium elegit, incolatus iure ſe ci
uitatis muneribus obligauit. ¶ *In glo. 2. ibi. l. 2.*] uide de
4 conſue. ad noſtram, ſuper ulti. glo. ¶ *In † glo. 1. in fi.*] dicit
Hoſti. ex quo tranſtulit, non eſt alienus parochianus.
¶ *In glo. 2. ibi. per totum*] & maximè. c. 2. ad fi. ubi de
hoc [*& ibi, prælati*] & iudices laici, Ala.

*SVMMARIVM.*

1 *Fines parochiarum, de quibus conſtat, uel cohærentia finibus præſcribi non poſſunt.*
*Et ſtatuti à canonibus attenduntur, non à legibus, & quare, & nu. 4. in fin.*
*Fines ſecularium principum inſtabiles, & ratio.*
*An eos ampliare non liceat potentia tantum.*
*Occupare quæ & quando liceat Chriſtianis principibus.*
*Terminis ſuis inter Chriſtianos quiſque debet eſſe contentus, cir. fi.*
*Occupata non præſcribuntur, in fi.*
2 *Limes quid, & qualiter accipiatur, & pro eo quæ ponantur, & cuius ſit ipſe, & quæ in eo ſunt, etiam ſi ſit eccleſia.*
3 *Limites an & quando præſcribantur, & an quod eſt ab eis remotum.*
*Epiſcopalia iura an præſcribantur.*
4 *Probatio legitima dupliciter fit hic.*
*Indubitata fides per quæ fiat.*
*Obſeruatio longiſſima pro lege habetur.*
5 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 6. & 7.*
*Cohærentia quomodo hic intelligantur.*
8 *Epiſcopatuum, & parochiarum limites quo tempore poſiti.*

## CAPVT IIII.

1 SVper eo. Caſus. Fines † parochiarũ,
de quibus conſtat, uel cohærentia
finibus præſcribi non poſſunt.
communis diuiſio. ſecunda ibi, Reſponde
mus [*Per canones*] leges etiam uidẽtur innuere idem in
baronis temporalibus, ut ſunt Ducatus, marchionatus,
& comitatus. C. de fun. limi. agros, lib. 11. C. de offi.
præ. præto. Afri. in nomine domini, ante mede. l. argu.
in li. feu. de feud. ali. imperialem. §. præterea: contrarium
tamen de facto ſeruatur ſecundum Hoſtien. ſecundum
quem comitatus, & baronias uidemus tota
die minui, & augeri, & qui potentior, ille iuſtior, &
prho dolor, eſt completum illud Sapientiæ. 2. ca. Opprimamus
pauperem iuſtum, & nõ parcamus uiduę,
nec uetera in canos reminiſcamur. ſit autem fortitudo
noſtra lex iuſticiæ. & miratr̃ de talibus principibus,
ſi confitentur, quomodo ſic retinẽt occupata, de uſuris,
cum tu. Putat ergo, quòd non confitentur, uel eligunt
confeſſores ſimplices idotas, & uitia ſua palpantes
contra can. l. d. ſi quis diaconus. 44. d. diſpenſatio:
quia hoc notum eſt toti mundo, quòd principes nec
reddunt occupata, nec deſinunt occupare, & hæc eſt
ratio, quare ad hos uariabiles terminos non recurrit
eccleſia. 100. di. puenit, de reli. dom. c. 1. inducũt occupantes
pro ſe auctoritatem Gen. 1. Benedixit illis deus,
& ait, Creſcite, & multiplicamini, & replete terram,
& ſubicite eam &c. pſalmus. Cęlum cęli dom. terram
autem dedit filiis hominum. q. d. occupanti conceditur.
ſed ut dicit Hoſtien. licet de iure gentium in mundi
prin. hoc licitum fuerit, & forſan hodie liceat quò
ad terram infidelium, de quo no. in fra de uoto, quod
ſuper, ubi uide, maxime ad finem magnæ gloſſ. inter
Chriſtianos tamen debet quiſq; ſuis terminis eſſe con
tentus, ſupra ti. 1. c. 1. de proba. ex literis. de hoc, ſupra
de iureiur. ſicut, & infra. 18. q. 4. 5. & 6. per totum. nec
occupata præſcribuntur, ſuper quo remit. ad ſum. de
præſcrip. ſub rubrica, de præſcrip. rerum immobilium
§. quæ exigantur, ſub. §. quartum, uer. in rebus tempo
2 ralibus [*Limitibus*] limes † eſt lõgitudo, uel latitudo ſpatium
à ſpatio diſtinguens, & in tali limite nil poteſt eſſe,
quoniam linea tantum eſt, in qua quandoque ponitur
lapis, per quem diuiditur ager ab agro. & talis la
pis propriè & in ſtricta ſignificatione limes appellatur
unde

unde Virgilius, Limes erat poſitus, litem ut diſcerne-
ret agri. à cuius limitis contentione dicitur lis, infra
de uerb. ſig. forus. §. lis. ueruntamen non ſic ſtrictè ac-
cipiuntur limites epiſcopatuum, ſed montes, & flumi
na, & paludes ſolent epiſcopatus diuidere, & limites
eſſe, ſuper quo diuerſę ſunt opiniones. Dicunt enim
aliqui, quòd talis limes pro indiuiſo utriuſque epiſco
pi eſt communis. unde & ſi aliquid in eo fundetur,
erit commune pro indiuiſo. ſecundi dicunt, quòd in
nullius bonis eſt, ſicut res ſacræ, & religioſæ, inſtit. de
re. di. §. nullius autem. tertii dicunt, & forte melius, ꝙ
talis limes diuiſus intelligitur inter epiſcopos ipſo iu-
re, licet nunquam actu diuiſus fuerit. unde, ſi fluuii li
mes exſiccatus ſit per longitudinem, ſiue latitudinem
diuiſus intelligitur pro modo longitudinis & latitudi
nis, quatenus epiſcopatus hincinde ei adhæret, argu.
op. inſtitu. de rerum diui. §. inſula. ff. quemadmodum
ſerui. amit. l. 6. quæ incipit, nam ſatis eſt, & de hoc no.
infra ti. 1. quoniam, & per iudicium metropolitani, &
ſignum actuale boni uiri arbitrio diſtinguetur, ſupra
de foro compe. ſanc. & ſi eccleſia ſit in medio limitis,
erit in duas eccleſias diuidenda, niſi epiſcopi poſsint
inter ſe aliter conuenire. quouſque autem diuiſio fa-
cta ſit, communis intelligitur quò ad iura parochia-
lia, ſicut aliàs dicitur de arbore in confinio conſtituta
ff. communi diui. arbor, & d. §. inſula. nec talem eccle
ſiam præſcribit unus contra alium. 16. q. 3. inter me-
moratos, nec alii poteſt dare. ea q. licet. quòd ſi de illa
eccleſia non poſſunt fieri duæ, ſuperior ordinabit, ꝙ
alternis annis, uel uicibus de ipſa diſponant. ff. de uſu-
fru. quoties. facit clemen. de iure pa. plures. 2. reſpon.
Alii dicunt, quòd illius ſolius erit eccleſia, in cuius par
te caput poſitum eſt, argum. ff. de reli. & ſump. fu. cum
in diuerſis. ff. de acquiren. re. do. adeò. §. fin. Innoc. Sed
quod ſupra dixi, æquius eſt; illud tenet ſupra de tranſl.
a c. fi. Hoſti. facit quod no. de ſepul. c. 2. lib. 6.[a] in 5. glo.
3 & ſuper ea. ¶ Hoc autem† ſciendum eſt ſecundum In
nocen. quòd ubi limites non ſunt diſtincti, ferè ſecun-
dum omnes locum habet præſcriptio & in prouin-
ciis, & in epiſcopatibus, & in parochiis, & quò ad om-
nia iura. 16. q. 3. §. hoc intelligendum eſt, & c. inter me-
moratos, & c. dilecto, ſupra de præſcrip. ad aures. Vbi
uerò diſtincti ſunt, dicunt ferè omnes, quòd nec li-
mes præſcribi poteſt, nec quod limiti eſt annexum. 16
q. 3. licet in regulis, & c. dilecto. Quod autem remotū
eſt, quò ad omnia iura præſcribi poteſt, licet infra al-
terius limites contineatur. Gui. Na. Tan. & Ala. & qui-
dam alii dixerunt, quòd etiam remotum à limite præ
ſcribi non poteſt quò ad iura merè epiſcopalia, ſiue
ſint de lege iuriſdictionis, ſiue diœceſana, ſupra de of-
fi. ordi. conquerente, & ca. dilectus. & horum opinio
approbari uidetur, infra de reli. do. c. 1. ſupra de præ-
ſcrip. ad aures, & c. auditis, & ca. cum ex officii. in qui-
bus omnibus oſtenditur, quòd iura, quæ pertinent ad
ordinem epiſcopalem, vt eſt ordinatio, & conſecratio
& conſimilia, & etiam ea, quæ pertinent ad iuriſdictio
nem, non poteſt præſcribere unus epiſcopus, ut intra
limites alterius hoc exerceat: quia præſumitur ab ini-
tio uſurpatum, ex quo titulus non probatur. 16. q. 3. §.
poteſt & aliter diſtingui, & cap. placuit. 1. ſupra de uſu
pal. ex tuarum. ſed bene poteſt præſcribere, ut clericos
alterius diœce. in ſua eccleſia ordinet & iudicet ſecun
dum Innocen. quod non admitto, niſi à ſuo epiſcopo
repræſententur, ſupra de temp. ordi. quod tranſlatio-
nem. Hoc autem certum eſt, quòd illud, quod remo-
tum eſt à limite, præſcribi poteſt. 16. q. 4. uolumus, dū-
modò fines ex hoc non contingat confundi; quod
dic, ut legitur, & no. infra de decimis, cum ſint homi-
nes. §. fi. Hoſtien. Dixit etiam hic Innocen. quò ad pro
prietatem, & quò ad ius patronatus ea, quæ ſunt in li-
mitibus, uel circa limites præſcribi poſſe. 16. q. 4. uolu-
4 mus [*Legitima*] puta† teſtibus, uel inſtrumentis [*Indubita
ta*] puta per famam, uſum, uel alia euidentia adminicu
la, ſupra de probat. cum cauſam. nam longiſsima ob-
ſeruatio pro iure habetur. ff. de aqua plu. arc. in l. ſum-
ma. 1 reſpon. & §. idem Labeo. ff. de aqua quo. & æſti.
l. hoc iure. §. ductus aquæ, Hoſtien. [*Eccleſiaſtica*] tem-
porali enim non ſtatur. de hoc dixi in principio. ¶ Se-
5 cunda† glo. ponit duas lecturas. ¶ Tertia elicit tria ar-
6 gumenta. ¶ [*In† glo. 1. ibi, quæ religioſis*] uide de iudi. quan-
to, ſuper 1. glo. [*& ibi, in modicis*] uide de re iudic. cum
Bertoldus, in ulti. glo. ¶ [*In ult. glo. ibi, non poſſunt*] uide de
7 reſcriptis, inter cæteras, ſuper ult. glo. ¶ [*In† glo. 1. ibi, prin
cipaliter*] dicunt Innocen. Pe. & Abba. diſtantiam hu-
ius cohærentiæ boni uiri arbitrio terminandam. nam
quædam potius intellectu capiuntur. ff. de ſo. ratum,
de dona. apoſtolicæ. unde, ſi prædium cohærens limi-
ti duraret per multas leucas, non dicemus in toto hoc
locum habere. ¶ [*In glo. 2. ibi, uerius*] ſecundum Lau. idē
8 Innocen. [*& ibi, epiſcopatuum*] hęc fuerunt† limitata an-
te aduentum Chriſti: parochiæ poſt 80. di. c. 1. 99. diſt.
c. 1. 13. q. 1. c. 1. in quibus de hoc [*& in fine*] de hoc, ſupra
de præſcrip. quia iudicante.

ANNOTATIONES.

a ¶ Libro. 6. Et uide Ioan. And. in ſpecu. de parochiis, ſuper rubrica
& uide Bal. in l. fi. C. ubi de cri. agi. oportet, & loquitur no.

*SVMMARIVM.*

1 *Si parochianus domicilium transfert, in eum primus prælatus quæ
iura parochialia uendicet.*
*Acon ciuitas quo tempore recuperata à Chriſtianis.*
*Terra ſancta tempore Vrbani III. papæ à Saracenis occupata.*
2 *Domicilium transferre ubi non liceat, & nu. 3.*
*Primum reliquiſſe, & ſecundum elegiſſe dicatur quis, ibid. & nu-
me. 7. & 8.*
4 *Temporalia quæ exigant à laicis clerici pro ſpiritualibus.*
*Ea qui poſſint exigere.*
5 *Decimæ prædiales, & ratione prædiorum quæ dantur, differunt,
& per conſuetudinem ſolui poßunt priores eccleſiæ parochiali,
non prædiali.*
*Parochiali eccleſiæ quæ perſoluenda, ad uer. de cæteris.*
6 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 7. & 8.*

## CAPVT V.

1 Significauit. Caſus. Si† parochia-
nus domicilium trāſ-
fert, primꝰ prælatus in eo parochialia iura
non uendicat; decimæ tamen prædiorum
ſuę parochiæ ſibi dentur. communis diuiſio. ſecunda
ibi, fraternitati [*Occupationem*] ſcilicet per Saracenos fa-
ctam. & hoc intendit, iſti qui nunc domicilium elege-
rant in ciuitate Accon. per Chriſtianos recuperata, an
te recuperationem, & forte ante occupationem factā
per Saracenos elegerant in aliis ciuitatibus, puta Be-
thle. Sidon. Beryten. & aliis illius regni. putabant ergo
2 quòd† ex quo primitus uenientes de partibus citra-
marinis apud illos diuerterunt, amodo illos perdere
non poſſent, ſicut in quibuſdam partibus ſeruatur ſe
cundum Hoſt. quòd ſi ad illos uenit homo extraneus
illius homo cum ſua poſteritate cenſetur, apud quē,
uel in cuius domo prima die & nocte hoſpitatur [*Et
infra*] deciditur hic, quod quærebatur, cuius parochia
ni cēſerentur, an epiſcopi Accon. an epiſcoporum re-
lictorum, Hoſtien. [*Veſtræ*] Hoſtien. habens in textu li-
teram, tuæ, ſignabat contrarium de uer. plurali, Com
pellatis, quod infra ſequitur. & multum in hoc inſta-
bat, de quo non curo [*Locorum*] relictorum [*Iuriſdictio-
nem*] ſcilicet ord. contra, ſupra eo, ut domini. ſo. illud
in con-



in contemnente, & qui domicilium non tranſtulerat.
3 Dicit† ergo Hoſtien. laicum recipi poſſe, ubi omnino
domicilium transfert: probandus tamen eſſet, & ali-
quantulum expectandus, argum. de cleri. pe. c. 1. & 2.
& remit. ad no. de regula. licet, ſuper uer. requirēdum,
uer. ſed nunquid Abbas. ſicut enim ibi dixit de mona-
co, ita & hic dicit de parochiano, ſcilicet decens eſſe,
cum tranſit, primum iudicem requiri, alle. ſupra de fo
ro compe. ſignificaſti, de cleri. non reſi. fraternitati, in
fra de ſpon. cum apoſtolica, de clan. deſpon. ca. fi. ff. de
cuſto. re. l. ſolent, & l. de militibus, de re. mili. l. deſerto-
rem, in aucten. de quæſto. coll. 6. nam nec ſecundum
leges cenſetur incola, niſi cum per 10. annos moratus
fuerit. C. de incol. l. 2. infra tit. 1. ad apoſtolicæ, dicit ta-
men, quòd de facto lex illa non ſeruatur. & dicit hoc
a arbitrarium, nam ſi conſtet[a], quòd in loco relicto om
nia uendidit, & ſecum, quæ habere potuit, exportauit
& alio loco domum & poſſeſsiones emit. ſatis proba-
biliter præſumitur primum domicilium reliquiſſe, &
4 elegiſſe ſecundum [*Temporalia*] oblationes† uel deci-
mas perſonales [*Non miniſtrant*] ideſt miniſtrare non de
bent, cum non ſint prælati ipſorum, ne ſit contra, ſu-
pra ca. 2. Nota ergo, quòd qui de iure miniſtrat ſpiri-
tualia de iure poteſt exigere temporalia, & econuer-
ſo, qui de iure hoc non adminiſtrat, nec de iure illa de
bet exigere. & ſic intelligatur uerbum apoſtoli, Qui al
tari deſeruit &c. ſupra de præben. cum ſecundum Ca
ueant ergo ſibi, qui curam non habent. Dicit tamen
Hoſtienſ. quòd licet illi non poſsint iure prælationis
exigere ideſt ab inuitis extorquere. ff. de le. 3. fideicom
miſſa. §. ſi rem: poſſunt tamen aliquid ſibi oblatum,
uel ſponte datum honeſte recipere, argum. ff. de ua-
riis, & extraor. co. l. 1. §. eſt quidem & neceſſaria. reci-
pere etiam actione negociorum geſt. ab illis, quorum
negocium utiliter gerunt in prædicationibus, confeſ-
ſionibus &c. de ſen. ex. cum uoluntate, de offi. ordi. in-
ter cætera [*In eorum*] ſcilicet prælatorum relictorum pa
rochia, ideſt epiſcopatu percipiunt parochiani ſic trāſ
lati: quia adhuc in illorum parochiis agros colunt [*Ra
5 tione† prædiorum*] non dixit, Prædiales decimæ. Abba.
[*Perſoluuntur*] illis eccleſiis, in quarum parochiis ſita
ſunt prædia, Innocen. quaſi conſuetudo bene poſsit
hoc operari, quòd eccleſiæ parochiali, non prædiali
ſoluantur etiam prædiales: ſed quòd non ſoluantur,
non poteſt inducere conſuetudo. Idem Hoſtien. Pe. &
Abb. de hoc uide, infra ti. proxi. c. 1. lib. 6. ubi plene de
hoc, & in ſum. eo. ti. de deci. §. ulti. uer. 7. & in quæſtio.
porrorum, de regu. iuris, qui prior, libr. 6. in 4. parte
[*De cæteris*] ſcilicet de oblationibus, primitiis, & deci-
mis perſonalibus, & etiam de realibus ſitis infra ſuam
parochiam [*Reſpondere*] quidam habent hic glo. Inno-
cen. quam ponam, infra ti. proxi. ſuper rubrica. ¶ Pri-
6 ma† glo. ſignat contrarium, & ſoluit. ¶ Secunda glo.
7 no. quærit, & ſol. ¶ [*In 1.† glo. ibi. §. miles*] ſequitur, ibi do
micilium habere uidetur, ubi inhæret, & ſi nihil in pa-
8 tria poſsideat. ¶ [*In† glo. 1. ibi, oriundi*] ad idem, de tempo.
ordi. cum nullus 1. reſpon. li. 6. ubi plene dicam de hoc
[*& in fi.*] idem no. de fo. compe. ex parte, in 3. glo. & ui-
de de hoc per Hoſtien. in ſum. de fo. compe. §. 2. uerſic.
item ratione originis, & in ſpecu. de compe. iudic. adi.
§. 1. ſub uerſic. 42. ¶ [*In glo. ulti. in fi.*] Lauren. idem Tan.
& Vinc.

ANNOTATIONES.

a ¶ Nam ſi conſtet. Iſtud facit, ad quod quæritur de ſcholare, an per
decennium in loco ſtudii ſortiatur domicilium, de quo per Ioan.
And. in prooemio, ſupra in uer. commorantibus, & de fo. com-
pe. quòd clericis, & per Barto. in l. quæſitum, ff. de leg. 3. & in l.
lex Cornelia. §. domum, ff. de iureiur.

*SVMMARIVM.*

1 *Diſpoſitio huius tituli.*
*Parochiani ad quot teneantur.*
*De decimis, primitijs, & oblationibus quibus alijs in locis cano-
nicis iuris præterquam hic tradatur, & repetatur.*
2 *Decimæ integræ ſoluendæ & quibus, & quorum ſint, & de qui-
bus, & ultra eas an liceat alia poſſidere, eas ſibi dominus in ſi-
gnum dominij reſeruauit, & ab eo ſtatutis.*
*Propter diuitias alicui non debent ſua iura ſubtrahi, uel auferri.*
*Stare non prohibetur, quod non mutatur, uer. De terra.*
*Clerici poſſidere nihil dicuntur ut proprium, & ideò pauperes, uer
ſic. Tertiò quia.*
*Bonum omne quod à deo, ſiue ab imperio ſequente deum acquiri
tur hominibus decet eſſe manſurum, circa fin. uerſicu. quoniam
omne.*
*Hæreditati à patre diuiſæ, ſtandum eſt à filijs, uer. Quid enim.*

## De decimis, primitiis, & oblationibus, Rubrica.

1 ¶ Quia† parochiani ad iſta tria tenentur, ideò poſt ru
bricam &c. ſecundum Goff. Habetur materia de de-
cimis, & primitiis 16. q. 1. §. de his, uſque ad fi. quæſtio
nis, & q. 7. uſque ad §. cum ergo, & de conſe. di. 5. qua-
drageſima. de oblationibus. 10. q. 1. de his, & c. ſe. & tri-
bus ultimis. cap. 13. q. 2. qui oblationes. 1. & 2. & c. cle-
rici. Repetitur in 6. & in Cle. cui conueniunt, de pac.
plerique, de tranſac. c. 2. & c. ueniens, de arbi. peruenit,
de præſcrip. cauſam, & c. ex tranſmiſſa, de confir. uti.
uel inuti. c. pe. de his, quæ fi. à præla. cum apoſtolica,
de locato. ca. 2. de eccle. ædi. cum dicat, de uſur. quan-
to, in fi. de priui. cum & plantare, de uer. ſig. cauſa, & c.
cum inter, quæ faciunt ad tertiam partem rubricæ.
Item facit de reſti. ſpo. ca. 2. lib. 6. de re. eccle. non alien.
dudum, de uerb. ſi. ueniens. §. 2. & Clemen. de iudic. di
2 ſpendioſam, de pœnis, cupientes. Innocen. hic† re-
ſpondet, aliàs ſupra c. proxi. & Bonagui. hic, & Abba.
infra eo. tua. 2. dicit ſibi uideri, quicquid aliqui dicāt,
quòd clericis, uel potius eccleſiis decimę integræ ſunt
ſoluendæ, ſiue pauperes, ſiue diuites ſint & opulentæ
non enim propter diuitias debent alicui ſua iura ſub-
trahi, uel auferri. 14. q. 5. cap. 1. nec etiam ſunt decimæ
tantum clericorum. ſed etiam pauperum, & fabricæ,
12. q. 2. nobis, & c. ſe. ſunt & tributa egentium anima-
rum, & ea ſibi dominus in ſignum dominij reſerua-
uit. 16. q. 1. decimæ. & hoc probatur per auctoritates
ueteris teſtamenti, & noui. Leui. 22. circa fin. Omnes
decimæ terræ, ſiue de frugibus, ſiue de pomis, domini
ſunt. oues, & boues, & capræ, quæ ſub uirga paſtoris
tranſeunt, quicquid decimum uenerit, ſanctificabi-
tur domino, & non eligetur bonum, neque malum,
nec altero commutabis. Deutero. 14. decimam par-
tem ſeparabis de omnibus frugibus tuis, quę naſcun-
tur in tertia. 2. Paralipo. 21. circa prin. Plurimas obtule-
runt primitias frumenti, uini, & olei, mellis quoq;, &
omnium, quæ gignit humus, decimas obtulerunt.
Neemiæ. 10. circa fi. Ipſi Leuitæ decimas accipiant ex
omnibus ciuitatibus operum ueſtrorū. Thob. 1. Tho-
bias fideliter offerebat primitias, & decimas. Has au-
ctoritates induxit hic Innocen. & multas alias, quas in
uenies in ſum. eo. ti. §. & utrum præſcribi, ſub. § 2. uer.
magiſtri uerò canonum, dicens, quòd confundi de-
bent uehementer quidam noui magiſtri, & prædica-
tores, qui in hac materia docent & prędicant contra
uetus, & nouum teſtamentum: & tamen nunquam
inueniunt Auguſtinum, Ambro. & Grego. uel alium
ſanctum, & doctorem aliud ſenſiſſe, ut 16. q. 6. deci-
mas, & c. ſeq. nec ob. Nume. 18. ibi, Nihil aliud poſſide-
bunt, decimarum oblatione contenti. & ibi, In terra
eorum

corum nihil poſsidebitis, nec habebitis partem inter
eos. ego pars & hæreditas tua in medio filiorũ Iſrael.
per quod dicunt aliqui, ꝙ cum hodie multa alia te-
neant. & habeant clerici, decimas non debent percipe
re, uel habere: quia portione ſibi aſsignata debent eſſe
contenti: aut non deberent alia uſurpare. utrumque
enim habere non decet. unde, cum multa temporalia
habeant, & teneant, huic parti uidentur renunciaſſe.
ſed non ob. Verum eſt enim, ꝙ in diuiſione terræ pro-
miſsionis non debuerunt partem, ſicut aliæ tribus
petere, uel habere: ſed pro parte ſua debuerunt deci-
mis eſſe contenti. ſi tamen offerretur, uel daretur alio
iuſto titulo, poterunt recipere, & poſſeſsiones habere,
ut probatur Leui. c. fi. ultra medium, ſecundum Inn.
unde & quamuis dicãt aliqui, ꝙ in præcepto iſto duo
capita continentur, unum affirmatiuum de decimis
uidelicet datis. ibi, Filiis Leui dedi oẽs decimas Iſrael.
& aliud negatiuum ibi, Nihil aliud poſsidebunt. quare
dicunt, ꝙ non debent approbare affirmatiuum, quod
& ſi ſemper obliget, non tamen ad ſemper, adiecto ne
gatiuo, quod ſemper obligat, & ad ſemper. Tamen re-
ſponderi poteſt, ꝙ non ita eſt. primò quia, ſicut actũ
eſt, illud caput negatiuum perpetuam prohibitionẽ
non habet, ut patet Leui. 25. c. Domus vrbium Leuiti-
corum pro poſſeſsionibus ſunt inter filios Iſrael: ſub-
urbana autem eorum non ueniẽt: quia poſſeſsio ſem-
piterna eſt, & 27. poſſeſsio conſecrata ad ius pertinet ſa
cerdotum, & f. Omne, quod domino cõſecratur, ſiue
homo fuerit, ſiue animal, ſiue ager, non ueniet, nec re
dimi poterit; quicquid ſemel fuerit conſecratum ſan-
ctum ſanctorum erit domino, & c. 41. b. ibi, Vigintiqn
que autem millia &c. & ſequitur, Ipſi. ſ. leuitæ poſside-
bũt, 20, gazophylacia, & poſſeſsionem dabitis, & infra.
De terra erit ei poſſeſsio in Iſrael. Affirmatiuum uerò
ſtabile perſeuerat, cum nuſquam expreſſe inuenias re
uocatum, quod ſufficit: quia non uenit Chriſtus ſolue
re legem, ſed adimplere. Matth. 2. & quod non mutat,
quare ſtare prohibetur. C. de teſta. ſancimus. C. de app.
præcipimus. quinimò in nouo teſtamento potius con
mendatur, & approbatur, Luc. 18. c. decimas do om-
nium, quæ poſsideo, & in hoc etiam conueniunt om
nes ſancti, ut & ſupra. Secundò qa per illud negatiuũ
potius uidetur inhibuiſſe auariciam, cupiditatem, in-
hiationem, quàm poſſeſsionem, ut poteſt colligi ex
uerbis dicti. c. Numeri. 18. unde & dicit glo. ſuper illud
Deutero. 18. in prin. Non habebunt ſacerdotes, & leui
tæ partem & hæreditatem cum reliquo populo Iſrael,
& in ueteri & in nouo teſtamẽto miniſtris altaris præ-
ceptum eſt de oblationibus, & decimis uiuere, nec ter
renis poſſeſsionibus acquirendis conceſſum eſt inhia
re: unde noluit poſsidere aurum, & argentum &c. &
poſt pauca, Dignus ẽ operarius cibo ſuo. & alibi, Qui
altari deſeruiunt, de altari percipiant. non enim opor-
tet, ut q̃ ſemper debet aſtare officio diuino, inhiet ter-
reno lucro, cui Deus hæreditas eſt. Quid deeſſe poteſt
illi, qui omnia habentem habet. Tertiò quia ueritate
conſiderata clerici nihil poſsident etiam hodie, ſicut
& aliæ tribus. Etenim nullam poſſeſsionem immobi-
lem ut propriam poſsident, ſed ut eccleſiæ. unde & im
mobiles res eccleſiæ nec de facili alienari poſſunt, ut
patet in eo, quod le. & no. ſup. de re. eccl. non alie. nulli
liceat, & per totum, & de præben. c. 3. & ideò hac ratio
ne conſiderata quantuncunque abundet clerici in re-
bus eccleſiaſticis, tamen pauperes ſunt: tum quia in eis
nihil proprium habent: tum quia & de ſuperfluis tenẽ
tur pauperibus ꝓuidere, ut patet in eo, quod le. & no.
infra eo. à nobis, ſuper gl. 2. ante fi. gl. ſub. §. circa quar-
tum. quare & imperator omnes clericos pauperes uo
cat. C. de ſac. ſan. eccle. priuilegia. & Hiero. 16. q. 1. quo-
niam quicquid. & per hoc etiã patet, ꝙ nunquam po-
teſt eſſe ſufficiens cibus in domo Dei: quia quantum-
cunq; opulenta ſit, nunquam tamen hoſpitalitati ge
nerali & neceſsitati omnium pauperum ſufficit proui
dere. ſatis etiam uidetur hæc oppoſitio debilis. Qui
a enim ſi teſtator inter filios ſuos hæreditatem diuida
& unumquenq; portione ſibi aſsignata vult eſſe con
tentum, & ꝙ nihil ultra de ipſa hæreditate habeat, uel
poſsideat? Demũ unus filiorum alteri fratri ſuo partẽ
ſuam det, uel uendat, uel in teſtamento relinquat; nun
quid dices, ꝙ non licet alteri fratri hanc portionem re
cipere, uel habere? Vtiq; hoc nunquam dicendum eſt
ſed iſte eſt ſenſus, ꝙ ex ui teſtamẽti patris, ſiue diuiſio-
nis ab eo factæ portione ſibi aſsignata debet eſſe con-
tentus, nec vltra petere: non tamen uidetur, ꝙ per hoc
non poſsit capere, ſiue recipere, ſi ſibi ab alio confera
tur: uel ꝙ non poſsit ab alio emere, uel aliàs iuſtè acq-
rere partem ſuam. Item decimæ ſunt pars domini, Le
ui. 26. circa fi. & domin⁹ dedit eas Leuitis, Numeri. 28.
circa fi. Quod ergo dominus de ſuo dedit leuitis, quã-
tumcunq; diuitibus, uel malis, nulli alii licet eis ſubtra
here, uel auferre, infra eo. tua nobis, ſm Inno. Quoniã
omne bonũ, quod ſiue à deo acquiritur hominibus,
ſiue ab imperio ſequente deum, decet eſſe manſurum
& omnis malaciæ, ac diminutionis extraneum, in au-
cten. conſtitutio. quę de digni. §. illud quoq;, ad fi. col.
6. & de nupt. ſed hoc quidem, col. 4. Attendendum eſt
ẽt, quod legitur. Exo. 22. Decimas & primitias tuas nõ
tardabis offerre, quod cum ſit præceptum prohibito-
rium ad ſemper, & ubiq;, & omnes obligare uidetur,
ſed ſecundum Inn. mirum eſt de quibuſdam, qui qua-
ſi inſani & hæretici dicunt, ꝙ perſonales decimæ non
ſunt dandæ, cum expreſsè habeatur contrarium Nee-
miæ. 10. circa fi. & Deute. 12. circa prin. Maior etiam ra
tio, ꝙ quis det tributum de eo, quod producit manus
ſua tanquam dignior, q̃ de eo, quod producit humus
ſm Inno. de hoc tamen dic, ut no. infra eo. in aliqbus
§. fi. Hæc autem materia plenius expeditur in ſum. eo.
ti. §. fi. ſub. §. 7. Hoſti. & uide remiſ. quas dedi, ſupra ti. 1.
c. fi. in fi. gl. antepe. Et prædictis patet, ꝙ cum ipſa quo-
ta ſit à deo ſtatuta, non debemus de ipſa quærere ra-
tionẽ, ſcilicet quare plus ſoluat decima, q̃ octaua, uel
12. ſi enim eorum, quæ à principibus fiunt, non tene-
mur reddere rationem, ff. de legi. non omnium, & di-
xi, ſupra de reſcrip. ſi quando, fortius nec de his, quæ
fiunt à Deo. vnde ad Ro. 11. in fin. O altitudo diuitia-
rum &c. & ſequitur, quis cognouit ſenſum domini,
aut quis conſiliarius eius fuit. dicebat tamen Roſ. eo.
ti. §. 1. uer. ſi tu quęras, dici poſſe, quòd quia in 10. præ-
ceptis decalogi onerauerat, in 10. partibus frugum uo
luit honorari; uide de con. di. 5. quadrageſima, & cap.
ieiunium.

ANNOTATIONES.

a ¶Hæreditatem diuidat. De uiribus huius diuiſionis, an habeat uim inſtitutionis, uel legati, uide l. quoties, & ibi glo. & docto. & Bald. C. famil. ercif. & C. de ſacroſan. eccleſiis, aucten. ſi qua mulier.

*SVMMARIVM.*

1 *Diuiſio decretalis.*
*Decimarum genera quatuor olim ſoluebantur.*
*Ex earum ſolutione quæ bona, non ſolutione, quæ mala contingant.*
2 *Decima parte minus non ſoluendum, ea de quibus ſoluenda.*
*Leuiticum pro ſacerdotali.*
*Decimarum cuilibet generi, quæ olim Hebræus populus ſoluebat, quæ Chriſtiano tempore ſucceſſerunt, & nu. 3. & 4.*
*Canonica epiſcopalis, uel papalis cui generi decimarum Hebraicarum ſucceſſit.*
*Separare pro ſeorſum ponere.*
3 *Veſtibuli etymologia.*
*In templo, uel eccleſia non licet conuiuari publicè, niſi in caſu.*
*In conuiuijs etiam epiſcoporum rebus ad altaris ſeruitium deputatis abuti non licet.*
4 *Oblationes cui generi decimarum Hebraicarum ſubſtitutæ ſunt, & ubi obſeruatur, & an debeantur, remiſſ.*
*Eleemoſynæ loco quarum decimarum hoc tempore ſint.*
*At uerò, pro ſed aliàs, ſuperfluit altera coniunctio.*
*Primitiarum ſoluendarum quantitas quæ, iuncto contextu, & nu. 5. & 8. an ſoluendæ neceſſariò, nu. 5. & de quibus, nu. 8.*
5 *Auaritia ſatiari non poteſt.*
6 *Decimæ integrè ſoluendæ.*
*Vetuſtatis nil ignorandum.*
*Pro portionum. 4. diuiſione hic argum.*
*Contra ſacerdotum auaritiam fieri debet interpretatio.*
*Omiſſum à lege non omittet religio iudicantis.*
7 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 8.*
*Præceptorum ſententia fouenda.*
*Ad conſuetudinem uicinorum locorum quando recurrendum hic.*
*Quod eligendum ex multis hic.*





## CAPVT I.

1 DEcimam. Vt dicit †Hoſti. hu-
ius capituli duę sũt
partes. in prima agitur de quotitate
decimarum ſoluenda, & tanguntur
ibi. 4. genera decimarum. in 2. agitur
de quotitate primitiarũ. ſecunda ibi,
At uerò. Et no. quòd olim ſolueban-
tur. 4. genera decimarum: & ideò tunc homines bo-
nis omnibus abundabant. 16. q. 7. maiores. nunc uerò
a unam ſoluunt; & ideò penuriam [a], plagas, & multa
mala patiuntur. 16. q. 1. reuertimini. & ideò tollit fiſ-
cus, quod non accipit Chriſtus, ut c. præ. maiores, ſm
Goff. & Hoſt. in ſum. eo. ti. §. & quare, collegit, 4. in qui
b bus remuneratur ſoluens, & nouem [b], in quibus de-
2 linquit non ſoluens [*Partem*] non † ſufficit ergo ſolue-
re aliam quotam, ut hic, ſaluo ſecundum Hoſti. quod
dicam, infra eo. in aliquibus. nec de uno ſemine tan-
tum, infra eo. ex parte. 2. & ideò ſequitur, omnium fru
gum [*Leuiticæ*] id eſt ſacerdotali, infra eo. tua nobis [*Le-
ge*] Deutero. 14. c. circa medium, & circa finem, & Nu-
meri. 18. poſt medium. c. habetur de omnibus his de-
cimis [*Debebat*] loco harum ſunt communes decimæ.
no. ꝙ iſtud uerbum non repetitur circa ſequentes de-
cimas [*Sacerdotibus*] loco iſtarum ſunt partes epiſcopo-
rum de decimis ꝑceptis à parochialibus eccleſiis, uel
quas dent papæ, uel alteri de eius mandato [*Separabat*]
3 i. ſeorſum reponebat, & cuſtodiebat [*Veſtibulo*] ſic † di-
cto, quia ibi homines ueſtiebantur. q. d. in porticu, ſi-
ue ædificio templo contiguo, non autem in templo,
qa ibi nullus debet publicè cõuiuari, infra de immu.
eccl. c. 1. niſi neceſsitas cogat, de cuſto. eucha. c. 2. & eſt
contra epiſcopos, qui non cogente neceſsitate procu-
rationes recipiunt in eccleſiis, abutentes candelabris,
& quãdoq; palliis ad altaris ſeruicium deputatis, con
tra id quod le. de reli. do. c. 4. ſm Hoſti. [*Inuitaret*] loco
4 † iſtarum ſunt oblationes; & ſeruatur in quibuſdam
partibus in anniuerſario. de oblationibus, an debean-
tur, dixi ſupra ti. 1. ſuper rubrica, & infra eo. q̃uis [*Recon
debant*] loco harum ſunt eleemoſinæ [*At uerò*] pro ſed,
aliàs ſuperfluit una coniunctio [*Arbitrio*] in quo diffe-
runt à decimis, ut eſt dictum [*Præcepta*] ſicut in decima
[*Offerre*] dicit Inno. ꝙ cum non inueniatur expreſſa q̃-
titas præcepto taxata, in optione dantis eſt, ut quantũ
uelit, ſoluat, niſi cõſuetudo aliud inducat; quod intel-
ligit. Hoſt. uerum inter 40. & 60. ut hic dicit litera [*Hic*]
ſcilicet in Eze. 41. vel in traditionibus Hebręorum, vel
in hac glo. Io. De illa uerò glo. ſ. quò ad partem trun-
catam proſequebatur hic Hoſti. quod omitto, maxi-
mè quia Deo duce illius libri, quem iam ſcribi feci, ha
5 bebitur copia [*Auaritiam*] quæ ſaciari † non poteſt, de ꝑ
ben. quia in tantum, & c. auaritiæ, de cenſi. ea q̃, & c. ex
ꝑte [*Amplius*] quadrageſima, nec illam ẽt, dummodo
detur. 40. unde ſm Innoc. cum non ſit præceptum de
certa quantitate primitiæ, dabitur ſecundum conſue.
regionis. ſed ſm Ia. uoluntatis eſt, non neceſsitatis ſo-
lutio primitiarum, ſecundum Ba. debet dari primus
annus pro primitia, poſtea non tenetur uſq; ad 70. an.
6 [*Offerendis*] ultra propoſitum, quod colligitur hic † de in
tegritate decimæ, & quotitate primitiæ, no. Hoſti. nil
uetuſtatis ignorandum, ad id inſti. de teſta. in princ. 7.
di. fuerunt. Item pro diuiſione. 4. portionum. ad quod
concor. de ſucceſ. ab inte. c. 2. Item ꝙ fieri debet inter-
pretatio contra ſacerdotum auaritiam. Item quod le-
ge omiſſum non omittet religio iudicantis. ff. de teſti.
7 quæſitum ſcio. ¶ Tertia † gl. arguit opi. magiſtrorũ &c.
¶ Vlti. quærit, opi. ponit, ex qua iterum quærit, & ſol-
8 uit. ¶ *In † glo. 3. ibi, fouendæ*] ff. de dam. infe. ſi ædibus, in fi.
ibi: & eſt planè noſtrorum præceptorum hæc ſenten-
tia [*& in fi.*] & infra de ele. ubi periculum. § præterea, li.
6. & adde, quod no. 24. q. 1. cum beatiſsimus. ¶ *In glo. li-
ber, in fi.*] ſ. Geneſi. Exo. Leui. Nume. & Deutero. ¶ *In glo.
ulti. ibi, primitiarum*] & quod dicitur in text. de 40. & 60.
habet locum in aridis, & liquidis, ut not. 12. q. 1. §. 2. in
prin. Gof. & Rai. & Inno. dixerunt in hoc ſtandum cõ
ſuetudini, ſi non eſt conſuetudo, erit in optione dan-
tis ſecundum Inno. Goff. dicit, ꝙ ſeruabitur conſuetu-
do uicinorum locorum, de conſue. cum olim. & ex
multis eligetur mediocritas. 10. q. 2. hoc ius, uel quod
eſt minimum, de regu. iur. in obſcuris, lib. 6. hoc ulti-
mum recidit in dictum Innocen.

ANNOTATIONES.

a ¶Penuriam. Vide Ioan. And. ſupra de loca. propter, in glo. ſuper uerbo, ſine culpa.
b ¶Et nouem. Vide in c. apoſtolicæ, de re iudica. lib. 6. in gl. ex præſenti.

*SVMMARIVM.*

1 *Huius decretalis intellectus qui.*
*Decimas qui ſoluere teneantur, & præcipue an eccleſia intra limites alterius baptiſmalis poſita.*
*An clerici.*
*An epiſcopi & alij prælati, an mercenarij & quorum an monaſteria, an negotiatores & quibus, & de quibus, uide nu. 8.*
*Debentur Papæ, & quomodo eas diſtribuat, nu. 2.*
5 *An de præbendis, & fructibus.*
*Perſonales cui, prædiales cui, nu. 8.*
6 *An de aceruo ſemel decimato.*
*Clerici an poſſint de ſuis teſtari præbendis.*
7 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 8.*
*Obligatus ſibi ipſi quis non poteſt.*
*Coniugati etiam tonſurati non gaudent priuilegio, & quo caſu hic, in fin.*

## CAPVT II.

1 NOuum. Secundum † diuerſas lectu-
ras uaria eſt ſummario, ſm
glo. & ſequaces loquitur prima pars de do
te eccleſię. ſecũda de patrimonialibus cle-
ricorum. Aliqui dicunt, ꝙ prima de clericis commu-
niter uiuentibus. ſecunda de coniugatis. Alii, ꝙ pri-
ma de perſonalibus. 2. de prædialibus. Inno. dicit, ꝙ ec
cleſia ſita infra limites alterius baptiſmal. non ſoluet
perſonales decimas de laboribus eccleſiæ. i. de his, quę
acquiruntur ei manibus miniſtrorum, uel aliter, & ſic
loquatur principium. Clerici uerò de his, quę propria
ſibi acquirunt, ſoluunt decimas etiã perſonales, ut de
aduoca-

aduocatione,& ſi.& ſic loquatur finis.prædiales uerò
ſoluent ſicut alii, niſi ſint priuilegiati,infra c.ſuggeſtũ
& c.ex parte,& multis aliis.c.Hoſt. intellexit principiũ
de decimis non ſoluendis paribus:finẽ de decimis ſol-
uendis maioribus;ad quod facit glo.2. [*Exigant*]cõtra
16.q.1.decimas.ubi dicitur,ꝙ clerici cõmuniter uiuen
tes non ſoluent decimas;ergo à contrario alii ſoluent;
ſed ibi,ſubaudi,maxime, Goff.& Vin.[*Clerici*]ſ.inferio
res patrimonium poſsidentes, uel aliunde prædia lici-
tè acquirentes[*A clericis*]ſuperioribus,& curam ſuarũ
animarum habentibus decimas etiam perſonales,ſol-
uent,niſi ſit conſuetudo contraria;quod dic.ut no.in-
fra eo.in aliquibus. Sed nunquid epiſcopi dabunt de-
a cimas de prædialibus[a]? aliqui dicunt, quòd non,qua-
ſi confuſa ſit actio,ut dicam ſuper 1.glo.& facit hoc c.
& hoc amplectuntur epiſcopi noſtri temporis.alii cõ-
tra,pro quibus.16.q.1.ſi quis laicus. nam quilibet poſ-
ſeſſor illas ſoluit,niſi excuſetur priuilegio, infra eo. ex
parte,uel conſue.infra eo.ad apoſtolicæ:uel compoſi-
tione:infra c.1.quia quælibet res tranſit cũ onere ſuo,
infra eo.paſtoralis.& hoc dicit Hoſt.ſe ſeruaſſe in præ-
diis nouiter acquiſitis [*Debent*] dicit hic Inno. ꝙ cleri-
cus,& ſacerdos, & quod plus eſt, prælatus eccleſiæ, ſi
ab ipſa eccleſia percipit eccleſiaſtica ſacramẽta, debet
b illi ſoluere decimas perſonales[b] licet enim iſti ſeruiãt
eccleſiæ,& miniſtrent aliis eccleſiaſtica ſacramenta;ta
men & nomine eccleſiæ ſacramenta miniſtrãt etiam
ſibi ipſis.unde dicit Hoſt. ꝙ ſibiipſis ſoluant,& poſtea
diuidatur inter eos,uel aliter in utilitatem eccleſiæ cõ
uertatur.arg.de off.ord. cum uos. Videtur autem ipſi
Hoſti.conuenientius dicere, ꝙ inferior tenetur ſolue-
re ſuo ſuperiori ſpiritualia miniſtranti,ut prædixi;Nũ-
2 quid † ergo ſummo pontifici ſunt à clericis decimæ
perſoluendæ? quod uidetur:tum quia cuilibet intelli-
gitur ſpiritualia miniſtrare,cum & immediate ſubſit ei
quælibet anima,ut no.ſupra de offi.archipreſ.c.3.§.cõ
feſsiones,& in extrauag. Boni.unam ſanctam: tum qa
ſummus ſacerdos eſt.unde & text. habet pro ſe. ſupra
eo.c.1.reſpon.1.uer.1. ipſe tamen hoc iure non utitur.
forſitan ideò,quia totum habet 9.q.3.cuncta,& c.per
principalẽ.unde & quandocunq; placet 10.uel 20.om
nium prouentuum eccleſiarum,uel aliam quotã par-
tem vult,pro ſubſidio terræ ſanctæ, uel pro neceſsitati
bus ſuis,uel alterius exigit, ſicut quotidie experimur,
3 ẜm Hoſt.ad hoc,infra de uoto.c.fi.Quid † de mercena-
riis Ciſtercien. & multorum aliorum morantibus in
alienis parochiis,& de textura, uel alia manuũ opera
multa lucrantibus.quærit Inno.an de hoc lucro dabi-
tur eccleſiæ parochiali,in qua morantur decima per-
ſonalis? Reſpõdeo,ſi mercenarii ſunt homines liberi,
de mercede ſua dabunt decimam. Domini uerò mer-
cenariorum de lucro,quod per manus mercenariorũ
recipiunt,nihil dabunt illi eccleſiæ, in qua mercenarij
operati ſunt.Si uerò mercenarii liberi nõ ſint,ſed mo-
naci,uel ſerui,qui nihil habent proprium,uel aliàs gra
tis ſine mercede deſeruiunt,& ſic de lucro nihil perci
piunt,nihil dabunt.domini uerò ipſorum,ſi laici ſunt,
de lucro, quod habent, tenentur dare decimas illi ec-
cleſiæ parochiali,in qua morantur per anni circulum,
4 & percipiunt eccleſiaſtica ſacramenta.Monaſteria † ve
rò tenentur ſoluere decimas perſonales: & idem intel
ligas etiã de libero homine negociatore, qui ex nego
ciatione ſua multa lucratur in aliena parochia , ſcilicet
ꝙ de illo lucro non tenetur dare decimas illi eccleſiæ,
in qua lucratur: ſed potius propriè, in qua domiciliũ
habet,& in qua audit diuina officia,& eccleſiaſtica ꝑ-
cipit ſacramenta. Item non credit Inno. quòd is, qui
hodie audit diuina in certa eccleſia, & in illius paro-
chia hodie lucratur centum, quòd teneatur illi deci-
mam ſoluere,ſed parochiali, ubi per annum audit di-
uina, & percipit ſacramenta.16.q.1.quæſtio. infra eo-
dem,ad apoſtolicæ,& ſi in pluribus audiret diuina, &
quaſi pro æquali parte non eſſet malum ſecũdum In-
nocen. quod auctoritate ſuperioris diuidantur deci-
mæ inter ipſas,argum. ſupra de teſtamentis, relatum.
2.in fin.& facit de ſepultu.c. 2. in glo. magna, uerſi. &
per hoc. & dignum eſt, ut qui ei ſpiritualia ſeminat,
temporalia recipiat ab eodem.23. quæſtio.1.§.1.Quid
5 † de præbẽdis, ſiue fructibus præbendarum? dic quòd
præbendæ ſunt eccleſiæ, non perſonæ. vnde & cano-
nici de præben. teſtari non poſſunt, ſupra de teſtamẽ-
tis, ad hoc præſentibus, & c.tua nos, & c.relatum. 2.&
ideò , ſi canonici in alia eccleſia, quàm in illa , in qua
præbendati ſunt,diuina audiunt,non tenentur ei deci
mas dare de præbendis ſuis. Si autem eccleſiæ,in qui-
bus habent præbendas, tenentur alii dare decimas, &
non dederunt; tunc canonici tenentur ei dare deci-
mas,infra eo.à nobis, & cap.tua nobis, ſecundum In-
nocen. Quicquid autem dicat in perſonalibus ſtatur
conſuetudini nedum in clericis, ſed in laicis, ut no.in-
fra eo.in aliquibus.§.fi. Prædiales uerò ſoluendæ ſunt
illi eccleſiæ parochiali,intra cuius limites ſita ſunt præ
dia.16.q.1.ſi quis laicus, niſi de conſuetudine alii ec-
cleſię ſint ſoluendę, infra eodem, cum ſint homines ;
& cap. ad apoſtolicæ, uel priuilegium apoſtolicæ ſe-
6 dis ob. ut no. infra eod. à nobis. & ſi aceruus † ſemel
decimatus ſit, pars , quæ ad præbendatum , uel alium
peruenit , amplius non decimatur: ſed ſi decimatus
non ſit, uterque de parte , quam percipit, decimam
debet dare, quod dic,ut le.& no. infra eo.tua nobis.§.
1.uerſi.fin. utrum etiam clerici de præbendis ſuis poſ-
ſint teſtari, dic ut no. de pecul.cleric. c.fin. Hoſtien. &
7 de offic. ordi. præſenti, lib.6. ¶ Prima † glo. reſpondet
per ob. ¶ Secunda etiam reſpondet per ob. quam du-
pliciter ſoluit. ¶ Vltima obiicit, & dupliciter ſol. ¶ [*In*
8 † *glo. 1. ibi, decimas*] de hoc, infra de cenſi.cap.6.[*& ibi, cle
ricorum*] ſed uidentur tunc ſibiipſis obligati, quod eſſe
non poteſt.ff.ad Velleia.l.tutor.& uidetur, quòd tunc
actio competens eccleſiæ confundatur,ſicut cum de-
bitor ſuccedit creditori. ff.de ſolu.l. Stichus, §. à diuo.
So. hęc allegatio in perſonalibus locum habet, non
in prædialibus, Goffre. [*& inf.*] de hoc per Roſ.in li-
bel. quibus, & à quibus, & de quibus decimæ ſint ſol.
§. ſed opponitur. ¶ [*In glo. ultima in fi.*] ſecundum Vin-
cen. in his enim coniugati etiam tonſurati non gau-
dent priuilegio,infra de cleri. coniuga. capit. uno, in
fin. lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶ De prædialibus. Sitis in ſua propria parochia, quod probat ra-
tio, quæ ſequitur: uel forte etiam in aliena,quaſi tota diœceſis ſit
ſua parochia.facit,ſupra titu. proxi.nullus.

b ¶ Decimas perſonales.Vide,infra glo.1.& ſuper illa Goff.qui uide-
tur tenere contrarium ; & intellige de operibus propriis clerico-
rum,non autem de operibus ipſorum ut miniſtrorum eccleſiæ,ui
de,infra uerſi.monaſteria,& Io. And. ſupra in prima glo.

*SVMMARIVM.*

1 *Super decimis compoſitio facta non tollitur per ſequens priuile-
gium; excipitur caſus, & alius nu.4.*
*Decimæ minutæ quæ, remiſſ.*
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.3.*
*Renuntiare iuri adhuc non competenti quis non poteſt, ſed paciſci
poteſt, & nu.4. §.1.*
4 *Additio gloſſarum.*
*Priuilegium ſequens compoſitionem, uel conuentionem quando non
obſtet, & nu.1.*

C A-



CAPVT III.

1 EX multiplici. C.Compoſitio
† ſuper decimis
facta, nõ tollitur per ſequens priuilegium
de ipſa non faciens mentionẽ. prima que-
relam narrat. ſecunda dat iudicem ibi, Vnde quia[*Con
uentus*] unde non licet uenire contra, ſupra de tranſac.
contingit, Ala.[*Minutus*]quæ ſint hęc,no.infra eo.cum
in tua , in prima gloſſ. [*Obtinuit*] poſt conuentionem.
2 ¶ Prima † glo.reſpondet per quæſtionem. ¶ Secunda
3 glo.arguit.allega.in contrarium , & ſoluit. ¶ [*In* † *glo. 2.
ibi, is qui*]inſtitutus ſub conditione, ſi ante conditionẽ
repudiat,nil agit,qualiſcunque fuerit conditio[*& ibi,
qui poteſt.§.quod quis*]ſi uelit habere,non poteſt, id repu
diare non poteſt. & aliàs eſt.l. [*& ibi, filiusfa.*] ſequitur,
de eo, quod ſibi ſub conditione legatum eſt, rectè pa
ciſcitur: & aliàs eſt iſte uer.ſub.§. filia [*& ibi, l.1.*] uide
4 de teſta.Rainutius, in 3.gl. ad fi. ¶ [*In* † *glo.1. in fi.*] & hac
ratione dixit Hoſtien. quòd ſi priuilegium fuiſſet im-
petratum etiam circa acquirenda tantum,non ualuiſ-
ſet. ubi autem ſecundum Goffr. pactum non reſpice-
ret acquirenda , & priuilegium datum eſſet circa ac-
quirenda, bene ualet. ¶ [*In glo.2.ibi.§.filius*]aliàs eſt uer.
ſub.§. filia.[*& ibi.l.1.*]& ibi no.ratio diuerſitatis,quam
dixi,ſupra de teſta.Rainutius, ſuper 3.glo. ad fi. & hoc
per Goff.uel ſecundum eum hic renunciatur iuri exi-
gendi,quod præſentialiter competebat.¶ [*In glo.no.ſecun
dum, in fi.*]ad idem de præſcrip.cum olim,& c.ueniens,
ut lit.pen.c.fi. ¶ [*In glo.pe.ibi.c.2.*] & infra de pac.c.1.& ul
ti.lib.6.[*& ibi, interuenit*]& quia ſic fuit actum ; & ſic be
ne continuatur, quod ſequitur in glo. ulti.in fin. & in
clem.de ſepul.dudum,ad fin.

*SVMMARIVM.*

1 *Decimas monaci tenentur ſoluere prædiales, & de quibus præ-
dijs, & num. 2.*
*Decimæ etiam ſunt ſoluendæ licet mutata terræ qualitate, & num.
2. & uti, ibid.*
3 *Decimam ſi uini totam una eccleſia percipit, & alia totum bladi
ex conſuetudine, eſt ſeruanda & in quibus, & quando.*
*Quando erit potior eccleſia parochialis.*
*Eam laicus præſcribere non poteſt.*
*Eccleſiæ ſeruientibus competens aſſignanda ſuſtentatio, non obſtan.
aliqua conſuetudine.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 5.*
*Poſſeſſores etiam præteriti temporis uectigal ſoluunt, & ratio.*
*Reale onus quando eſt, ſequitur poſſeſſorem.*
*Ob paſcua quæ decimæ ſoluantur, & quando.*
*De auibus, piſcibus etiam ſoluuntur, & cui.*
*Aeſtimatio non debetur ubi nihil percipitur.*
5 *Ad decimarum ſegetum combuſtarum, uel deuaſtarum æſtimatio-
nem quis tenetur, & cui eccleſiæ, & quando.*
*Ad æſtimationem eius, quod quis deuaſtauit, tenetur, licet poſtea
ſi ita non feciſſet, periſſet, & ratio, & qualiter fiat.*
*Inter os, & offam multa poſſunt interuenire.*
*Euentus non inſpicitur in damno dato.*

CAPVT IIII.

1 COmmiſſum. C.Monaci † tenen-
tur ſoluere deci-
mas prædiales de prędiis nouiter cultis, de
quibus tamen prius decimæ ſoluebantur.
in prima querela ponitur. in ſecunda iudex datur, ibi,
ea propter[*Non perſoluunt*] licet ex integro ſolui conſue
uiſſent;& hoc ſubauditum ſequitur,infra papa.uel dic
ut ibi, Hoſti.[*Conſtructæ*]ad idem.1.q.1.iudices, in prin.
ibi, Sion quaſi ager arabitur &c.[*Fuerant*] nunc erant
areę ad culturam redactę,quas monaci colebant, nec
de ipſis uolebant decimas ſoluere, cum tamen olim
de penſionibus domorum locatores decimas ſolue-
rent,ut debebant,ſupra de pac. plerique , infra eo .pa-
ſtoralis: quod tamen de conſuetu. minus bene ſerua-
tur,ſecundum Hoſti. [*Soluebant*] maximè: uel propter
noualia dictum eſt:uel ſub. & debebant [*Ita tunc*]quia
2 ſicut parochialis † percipiebat decimam ſuam de pa-
ſcuis, ita nunc percipere debet de blado,uino,vel alio
fructu inde prouenientе. eccleſia ergo , quæ percipit
decimam bladi alicuius prædii , debet etiam percipe-
re decimam uini,& arborum ipſius, etiam ſi de nouo
plantetur uinea : quia quamuis mutetur qualitas ter-
ræ: non tamen mutatur ſubſtantia,nec debet una res,
infra c.cum in tua . & uide, quod ibi dicam. Quid er-
3 go † de conſuetudine,qua una eccleſia percipit totam
decimam uini , alia totam decimam bladi? Dicit Ho-
ſtien. illam ſeruandam quò ad illas poſſeſsiones , in
quibus conſuetudo illa præſcripta eſt , infra eod.cum
ſint homines,& c.apoſtolicæ,& c.in aliquibus. §. fi. li-
cet autem præſcripta ſit in una poſſeſsione, non tamẽ
in illa,cuius qualitas mutatur,argum.ff.de pac.ſi unus
§.ante omnia. C. de præſcrip. 30.an.cum notiſsimi. §.
ſed & ſi quis, & §. in his. etiam in illa , quæ præſcripta
non eſt, potior erit eccleſia parochialis, infra eo.cum
in tua.§.pe. & fin. pro & contra , de præſcrip. auditis,
a & c.cum olim[a] §. fina. Quid enim ſi omnia prædia ad
culturam uineatoriam redigerentur? attende mentẽ,
infra eo.cum dilecti,& c.ſuggeſtum, & c.licet. Laicus
tamen hoc non poſſet præſcribere,ſupra de præſcript.
cauſam quæ. ſed erit etiam non obſtante aliqua con-
ſue. ſeruientibus eccleſiæ competens ſuſtentatio aſsi-
gnanda, ſupra de præben.extirpandæ. ad hoc de offic,
ord. præſenti,lib.6. & de his etiam per eum in ſum.eo.
4 titu.§. ulti.uerſi.9. & duobus ſequen.¶ Prima † glo.re-
ſpondet per quæſtionem. ¶ Vlti. glo. quærit, & ſoluit.
¶ [*In glo.1.ibi, quoties*] uide de teſti. cauſam. 2. ſuper ulti.
gloſſ. ¶ [*In glo.2.ibi, imperatores*] in uectigalibus non per-
ſonæ,ſed prædia conueniuntur ; & ideò poſſeſſores e-
tiam præteriti temporis uectigal ſoluere tenentur.
¶ [*In glo. ulti. ibi, Inutilia*] uendebantur enim, & decima
precii ſoluebatur eccleſiæ parochiali , uel habebat de-
cimam de lacte, & lana beſtiarum , quæ ibi paſcebãn-
tur.de hoc, infra eo.ad apoſtolicæ. Dicit autem hic In
nocen. quòd ſi dominus gratis concedit paſcua , non
dabit decimam æſtimationis,cum nil percipiat.herba
tamen paſta cum onere ſuo trãſibit in dominum be-
ſtiarum. vnde ſoluet decimam , argum.ff. de uſufru.l.
uſufructu legato, & l. item ſi fundi, & l.uſufructuariũ
uenari. & per eandem.l. dixit etiam hic de auibus, &
piſcibus non incluſis dandam decimam eccleſiæ, ubi
audit diuina,cum in illius ſint parochia, inſtitutio. de
re.diui.§. feræ.De incluſis uero dabitur parochiali lo-
ci,per præ.l.& per l.auibus,ff.de leg. 3.& ſecũdum hoc
poteſt intelligi , quod de uenatione dicitur , infra eo,
5 non eſt, ſecundum Hoſtien. Quid ſi † quis comburat,
uel deuaſtet ſegetes, maximè maturatas, uel arbores
cedat,tenetur eccleſiæ, cui decimæ inde debebantur,
b ad æſtimationem decimarum[b].ff.ad l. Aquil. ſi ſeruus
ſeruum,§.ſi oliuam,ff.de uſufruct.arboribus,§.Iulia-
nus , aliàs eſt,l. & incipit,ſi fur. Alii contra Innoc. Tu
dic primam ueram, ubi fit ſine iuſta cauſa ; alleg. Da-
ma.hoc titu.q.3.ff.de furtis, ſi apes, in fi.quæ bene fa-
cit: ſecus, quando fit ex iuſta cauſa , puta ex iuſto bel-
lo , Hoſtien. Sed quomodo fiet æſtimatio? hoc dico,
quia grandine,uel alia peſte forte fructus periiſſent,fa
cit inſtitu.de rerum diui.§. illud quæſitum. quæ quid
dicat,uide in ſuf.infra de ſpõ.iuuenis. unde dicit Mar,
Var. quòd cum inter os , & offam multa interuenire
poſsint, fortius inter herbam,& offam. De offa datur
uerſus. Offa nocet ſanti , ſed prodeſt eſurienti. & dici-
tur,

tur, quòd uippa propriè in uino: offa in aliis liquoribus. Satis puto, quòd is, quem prædixi teneri, ſcilicet qui iniuſtè combuſsit, teneatur ad æſtimationē eius, quod conſideratis aliis annis percipere ſolebat, & poterat eccleſia: nec excuſetur per caſum grandinis, uel ſimilem ſecutum, cum à principio fuerit in dolo: & ſatis ſit, ꝙ poterat non perire, ff. de leg. 1. cum res, §. fi. uide in Spe. de iniur. §. ſequitur, ultra medium, uerſi. ſed quomodo, & omnino uide, quod ibi addam.

ANNOTATIONES.

a ¶Cum olim. Vide plenius Io. And. in c. fi. de offi. archipre. in glo. no. hic, & in glo. in ſimilibus, ubi facit differentiam inter conſuetudinem, & præſcriptionem.

b ¶Ad æſtimationem decimarum. Non autem ad fructus, ſed ad illos, ſi extarent, datur actio domino; uide in l. arboribus, infra allegata.

*SVMMARIVM.*

1 *Monitioni non parens excommunicatur.*
*Decima eſt in præcepto, & illam non ſoluere mortale.*
*Excommunicationis non fertur ſententia niſi pro mortali.*
*Quòd decimæ de blado, & uino ubique terrarum bene ſoluantur, optat Hoſtien.*
2 *Additio gloſſarum.*
*Decimæ de quibus ſoluantur, epilogus.*

CAPVT V.

1 PEruenit. Breue eſt [*Si † opus fuerit*] quia monitioni non paret [*Excommunicationis*] ergo decima eſt in præcepto, & illam non ſoluere eſt mortale: aliàs non excommunicarentur, ſecundum Hoſtiē. ad idem infra c. proxi. & c. de terris, & c. ex parte, & capit. ex tranſmiſſa, & cap. tua nobis, cum ſimilibus, & idem Pe. infra eo. parochianos [*Et lana*] optat Hoſtien. quòd ubique terrarum bene ſoluerentur de blado, & uino [*Debentur*] de iure, vel conſuetudine, infra eodem, cum
2 ſint, & c. ad apoſtolicæ, Hoſtien. ¶*In † glo. ſecunda in fi.*] & de tempore, de conſecra. diſtin. 5. quadrageſima. Dicebat Goffred. de omni fructu terræ, pomis arborum, herbis hortorum, & paſcuorum, apibus, nutrimentis animalium, lana, lacte, fœno, lignis, piſcationibus, uenationibus, fictis, penſionibus, molendinis, furnis, balneis, fullonicis, argentariis, metallariis, la-
a pidicinis[a]. Item de negociis, artificiis, officiis, & omnibus bonis decimam ſoluendam, ut patet, infra in multis capitulis, & 16. quæſtio. 1. decimæ ſunt, & q. 7. quicunque, & cap. omnes. ¶*In gloſſa ultima, in fine*] ff. de uſufruct. l. in pecudum, & inſtitut. de rerum diuiſione. §. in pecudum.

ANNOTATIONES.

a ¶Lapidicinis. Et de iſtis omnibus, quoniam ueniunt duæ decimæ, una realis, alia perſonalis, ut poteſt uideri, infra in diſcurſu iſtius tituli.

*SVMMARIVM.*

1 *De apibus decima ſoluitur, & quomodo id intelligatur.*
*Earum natura fera, & quando fiant alicuius.*
*Perſoluere quid ſignificet.*

CAPVT VI.

1 NVncios. Breue eſt [*De apibus*] i. earum † fructu, ſcilicet, melle, & cera, non intelligas de uolatilibus, ſecundum Goff. & Inno. Apium natura fera eſt. & licet ſint in arbore mea, tamen ante, quàm includantur non ſunt meæ, inſti. de re. diui. §. apium, Vin. [*Perſoluere*] ideſt cum integritate ſoluere [*Diſtinctione*] concor.
2 ſupra c. proxi. ¶*In † glo. 1. ibi, ex tranſmiſſa*] ubi de hoc.

*SVMMARIVM.*

1 *Decima fructuum ſtatim, cum collecti ſunt, ſolui debet, non deductis expenſis, & integra, & nu. 2. ubi excipitur, & exponitur.*
*Ex eius ſolutione quæ utilitas.*
*Ab ea quod ſupereſt, qualiter diſpenſandum.*
*Decima papalis quo differat à communi decima.*
3 *Decima ſoluenda & à paupere, etiam ſi reditus non ſufficiat ad ſuſtentationem, & poteſt uendicari.*
*Meledus iuriſconſul. ſcripſit ante Vincentium hic.*
*Paupertatis prætextu non debet quis tenere aliena, uel peccare.*
*Reddi, uel reſtitui ſi quid præcipiatur, quid inferat.*
4 *Compenſatio, compoſitio, & retentio in decimis quando admittatur.*
*Ad decimam præſcribendam quæ non iuuent laicos, ſed clericos.*
*Eam poſſidere laici quando poſſint.*
*Et ſoluere eſt in præcepto.*
*Præſcriptio in quibus non habeat locum.*
6 *Ad decimas retentas recuperandas contra quos agatur.*
*Perſonalia perſonam comitantur.*
7 *Epilogus, & ſuffragium gloßarum.*
*Mora cui noceat.*
8 *Additio gloßarum.*

CAPVT VII.

1 CVm homines. C. Decima † fructuum ſtatim cū collecti ſunt, ſolui debet, non deductis expenſis. primò ponit factum reprehenſibile quod ſecundò corrigi mandat. ſecunda ibi, Man. [*Partibus*] no. contra opi. quæ habet, ꝙ ſufficit aliquid dari pro decima. Dicit Aug. qui vult peccatorum indulgētiam promereri, reddat decimam, & de 9. partibus faciat eleemoſinam. 16. q. 1. decimæ. q. d. de decima non pōt facere eleemoſynam quaſi de alieno. ad hoc, infra eo. tua, uer. prætextu, ſm Hoſti. [*Id faciant*] i. decimam ſoluāt [*de reſiduo*] quod ſupereſt ad debita mercenariorum. & in hoc differt decima papalis à cōi decima; ut
2 patet in declarationibus, ſoluta [*Statim*] ſed nonne † ſufficit, ꝙ infra annum ſoluat. 16. q. 1. reuertimini, ibi, ecce annus &c. dic, ut ibi (*Fructibus collectis*) ante tēpus ſoluendo liberatur ruſticus. ff. de ſolu. qui ad certum tēpus, quod in nutrimentis animalium locum non habet. non enim ſtatim agnus natus dari debet, ſed lactatus, & impinguatus. ff. de an. lega. l. eum qui, Goff. & ad de quod no. de conſe. di. 1. ſolent (*Perſoluant*) etiā ſi redi-
3 tus † non ſufficiant eis ad ſuſtentationem. de hoc. 16. q. 1. quia tua, in glo. ulti. nam & de eleemoſynis uidetur teneri pauper ad decimam, arg. 12. q. 1. habebat. Dixit Vin. infra de cenſi. licet, Meledum dixiſſe, ꝙ is, qui nō adundat, ſed tantum habet, quod ſibi & familiæ ſuæ ſufficit, non tenetur ad tributa, ut ibi. Sed decimæ ſunt tributa, infra eo. tua. 2. & melius eſt non ſoluere, quàm ſolutum repetere. ff. de compen. l. 3. facit 86. di. non ſatis, in fi. aliàs incipit, ſingulis, ibi, Ne ueſtimentis, alimentiſque ſuis parcant, miſericordię tamen pro poſſibilitate conditionis humanæ menſura ſeruetur, ut non ſibi quiſque totum eripiat &c. Item facit. 44. di. §. 1. ibi, aliena rapere conuincetur, qui ultra neceſſaria ſibi retinere probatur; ergo neceſſaria non tenetur ſubtrahere. ipſe tamen Vincen. ibi tenet contrarium: quia prętextu paupertatis non debet quis tenere aliena, vel peccare. ff. de ritu nupt. palam. Decima autem eſt debita. vnde dicunt iura reddi, uel reſtitui, non propriè dari, infra eo. ad apoſtolicæ, & poteſt vendicari. de hoc
4 infra eod. tua. 2. (*De ſubtractis*) in his † ergo admittitur compenſatio. vnde dixit Hoſt. id, quod dixerat hic Gof. in decimis nō admitti compenſationem, ſicut nec in tributis, uerum quò ad decimas ſoluendas in poſterū ſiue quò ad libertatem terrarum, de quibus decimæ ſolui debent. nam quò ad fructus decimarum hactenus non ſolutarum, & compenſatio, & retētio admittentur. quod dic ut ſupra de re. ecc. non alie. ut ſuper, de re. permu. c. fi. & probatur de tranſac. ueniens, in fi. Quod autem dixi, ꝙ ſuper decimis in poſterum compenſatio nō admittitur, hoc verum quò ad laicos, ſuper hoc ſine auctoritate iudicis componētes. Clerici enim ſine iudicis auctoritate cōponere poſſunt, j. eo.
5 c. 1. in fi. ſ. eo. ex multiplici. Sic nec † cōſuetudo, nec p̄ſcriptio iuuat laicos quò ad decimā pręſcribendā, uel retinendam, ſupra de præſcri. cauſam: quæ tū iuuat eccleſias, j. eo. cum ſint homines, & c. ad apoſtolicæ. Ratio, quia laicus talia nō pōt poſsidere, ſed eccleſia, ſic infra eo. ad hæc. & c. quamuis. & quia non multū refert, quę eccleſiarum decimam percipiat, dummodò eccleſia habeat. patet de his, quæ fi. à præla. cū apoſtolicā, uer. auctoritates. Sed & ubi auctoritas iudicis interuenit, admittitur poſſeſsio laicorum ſm Hoſt. qui remittit, ſup. de tranſact. ſtatuimus. Si ex hoc cōcludas ergo redditio decimæ non eſt in præcepto, quia tunc nulla cōpenſatio admitteretur, ſupra de tranſact. c. fi. dicit Hoſ. rūdendum, ut no. ſupra eo. à nobis [*Et retentis*]
6 hoc † uerum, ſi poſſederunt p̄dia: aliàs contra, inf. eo. paſtoralis, ff. de pub. imperatores. uel eſt in poteſtate eccleſiæ, contra quem agere uelit, arg. de re. ec. nō ali. ſi quis, & c. ad audientiam, ubi de hoc. hoc de prædialibus. in perſonalibus uerò ſemper obligatur pſona, & hæres eius, ff. ad Treb. l. 1. §. ſi hæres, de hoc de ſepul.
7 c. fi. Hoſt. ¶Pen. † glo. quærit, & ſoluit. ¶*In gl. pen. ibi, cum res, §. ult.*] uide de vſuris, cum tu, ſuper gl. & licet [*& ibi, qui 10.*] debens. 10. ſi obtulit illa creditori, qui recuſauit ſine iuſta cauſa illa recipere, ſi illa ſine culpa pdit, doli mali exceptione tutus eſt, etiam ſi aliqn̄ prius interpellatus non ſoluiſſet [*& ibi. §. quòd ſi*] Si conuenit, ꝙ emptor Cal. pretium ſolueret, & per eum nō ſtetit, ſed per uenditorem, poſtea ſtetit per emptorē, debet emptor uſuras [*& ibi, §. pen.*] ponit caſum, qn̄ per nunciatoſē ſtetit, quominus ſatiſdetur, & poſtea p eū non ſtat [*& ibi, §. ulti.*] ponit caſum, qn̄ per legatarium, uel bonorū poſſeſſorem ſtetit, quominus ſatiſdaretur, & modò paratus eſt ſatiſdare [*& ibi, illud*] uide de pœnis, conſtitutus, ſuper gl. 2. [*& ibi, ſi debitor*] Si debitor cōſignauit pecuniam oblatam, quam creditor recipere noluit, ceſſant uſuræ. Sed ſi poſtea cōuentus, ut ſolue
8 ret, moram fecit, incipient currere. ¶*In † glo. 1. ibi, uerum eſt*] & quod dicit, cuius parochiæ ſunt, ſup. & infra cuius parochiani colunt prædia, ſecundum Hoſt.

*SVMMARIVM.*

1 *Super decimis priuilegiati non ſoluendis, de quibus intelligatur num. 3.*
*Læſio ubi eſt enormis, non habet locum ſtatus modificatio, ſed purgatio.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
*Scribentis, intentio, & uerborum uis conſideranda.*

CAPVT VIII.

1 DIlecti. Caſus. Priuilegiati † ſuper decimis non ſoluendis de prædiis, quæ conducunt ab aliis, decimas ſoluere debent. ſecunda ibi, Vnde quoniam [*Ad firmam*] ideſt annuum cenſum, ne præ. ui. ſu. c. fi. ſupra de loca. c. 2. [*Conſueuerunt*] ſicut nobis aſſeruerunt. uel ſup. maximè, uel dictū, qa ſi cōduxiſſent à priuilegiatis nil ſoluentibus, nec ſoluerent iſti cōductores, inf. eo. nu-
2 per, ubi de hoc [*Plenariè*] no. ꝙ † ubi enormis eſt læſio, non reducitur ſtatus ad modificationē, ſed totus pur-
3 gatur, infra c. proxi. inf. eo. nuper, Vin. ¶Prima † gl. rūdet per ob. & ſol. ¶*In glo. 1. ibi, clericis*] ſm Vin. Idē Inn. & Hoſt. [*& ibi, in fi.*] ubi idē no. in 1. glo. ¶*In glo. pen. ibi, Conductitias*] ſicut nec econuerſo, inf. eo. licet [*& ibi, intentio*] & uis uerborum. & ſic nō ob. quod dici poſſet, fortius eis prouidendum in conductitiis, quàm in
a propriis[a], cum de primis penſionem ſoluant; de ſecūdis non, ſecundum Hoſtien.

ANNOTATIONES.

a ¶Quam in propriis. Si priuilegium illos eximit à decimis prædiorum ſuorum, bene procedit tex. propter relatiuum ſuorum. Sed ſi dicit, ut dicit glo. de laboribus ſuis, uidetur maius dubium. uide Bart. in l. qui cætus, ff. de auro, & argen. lega. & in proœ. ff. noui, & gl. 2. in princ. inf. eo. ex parte, & in c. licet, quæ hic determinant.

*SVMMARIVM.*

1 *Priuilegium ſuper decimis non ſoluendis reuocatur, ſi incipiat nocere, & quo modo noceat, & nu. 2.*
2 *Compoſitio ſuper decimis quando admittatur, & quomodo fiat.*
*Scandalum quod uitandum.*
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 4.*
*Modum ſui beneficij quem uelit eſſe princeps æſtimat.*
5 *Additio gloſſarum.*
*Priuilegium quibus caſibus amittatur.*

CAPVT IX.

1 SVggeſtum. Caſus. Priuilegiū † cōceſſum ſup decimis nō ſoluendis reuocatur, ſi incipit eſſe nocium. & in prima conſultatio in ſecunda ibi, diſcretioni, reſpōſio [*Monaſterij*] quod habebat certam & limitatam parochiam. facit quod no. ſup. ti. 2. in noſtra, in 1. gl. [*A uobis*] priuilegiatis [*Et infra*] deciditur rūſio aduerſariorū, qūo dicebāt ſe grauatos enormiter, cum illi ferè omnia prædia parochiæ collegiſſent, ſm Hoſt. [*Et fratribus*] qui per priuilegium ueſtrū
2 læduntur enormiter [*Componatis*] ſupra eo. ex † multiplici, & ſupra c. proxi. component forte, de. 20. uel alia quota [*Nam quando*] reſpondet ad id, quod allegabatur de priuilegio [*Raræ*] & raras poſſeſsiones habebāt, ut ſequitur [*De iure*] hoc dicit, quia non omne ſcandalum de iure uitandum. de hoc de renun. niſi cum pridem, §. pro graui [*Augmentare*] ideſt multiplicare, ſcilicet Abbatiæ [*Ditatæ*] & ſic per conſequens parochiales eccleſiæ depauperatæ, propter quas percipere ſo-
3 lebant, & nunc non percipiebant. ¶Prima † gl. arguit, alleg. tria iura, & duo alle. in cōtrarium, & ſoluit dans
4 regulam, & 5. caſus exceptos. ¶*In 1. † gl. ibi. l. 1.*] uide in c. cum acceſsiſſent, ſuper glo. pen. ¶*In gl. 2. ibi, Neratius, in fi.*] æſtimat princeps, quem modum ſui beneficij eſſe uelit [*& ibi, ex facto*] uide de iureiuran. quanto, ſuper
5 glo. 2. ¶*In † gl. 1. ibi. c. 1. & 2.*] de regulis iuris decet, lib. 6. ubi de hoc [*& ibi, priuilegium*] ubi de hoc. ibi etiam no. an propter delictum canonicorum eccleſia perdat priuilegium [*& in fi.*] 6. per contrariam ſententiam, ſupra de re iudicata, inter moñ. & capitu. ſuborta. 7. per ſecundum priuilegium contrarium faciens mentionem de primo, ſupra de præſcriptio. ueniens, 8. per renunciationem tacitam, uel expreſſam, ſupra de reſcrip. nonnulli, de foro competen. dilecti, nonus, per ſpeciale priuilegiū poſtea impetratum, quia forſan derogat generali, etiam de illo mentione non facta, ſecundum Hoſtien. qui remittit, ſupra reſcrip. capitulo primo 10. ratione ſcandali, ut hic, & ſupra de præſcrip. capit. 2. per reſcriptum, quod continet clau-
a ſulam, Non ob.[a] &c. de fo. compe. dilecti, in fi. 12. ob-

ſtat priuilegio ſpecialis conuentio, uel pactum, s̄. eo.
ex multiplici, cum ſuis concor. ſm Hoſt. uide in Spe.
de inſtru.edit. §.nunc autem, in fine.

ANNOTATIONES.

a ¶Non ob. Vide glo. in l. hæres abſens, & ibi Bart. & in auct. qua in prouincia, & ibi doctores, C. ubi de crimine agi oportet.

*SVMMARIVM.*

1 *Decimas, qui laborum, de hortis, nutrimentis animalium, uel noualibus, & quibus non ſoluant, nu. 2. & 3.*
2 *Per ferè, dictionem fit temperamentum & quod.*
*Maiori conceſſo, & minus intelligitur conceſſum, in fi.*
3 *Priuilegium quod, ius commune faciat, & inter quos.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum. nu. 5.*
*Munus, pro decima.*
*Monaci etiam ad decimas antiquitus tenebantur, iuncta gl.*
*Innocentij gloſſa tranſportata quæ.*

## CAPVT X.

1 EXparte. Caſus. Ciſtercienſes† templa
rii, & hoſpitalarij decimas la
borum nō ſoluunt. Alii uerò religioſi nō
ſoluunt decimā de hortis, nutrimentis ani
malium, uel noualibus, quæ ſuis manibus, uel ſumpti
bus excolunt. & in prima conſultatio. in ſecunda re-
ſponſio, Vincen. autem ponebat uerſus. Quos mani-
bus, ſumptuque ſuo coluere labores, Omnes Cyſter-
cienſes, templo dedit, hoſpitioque. At reliquis hortus
dat nutrimenta nouale [*Noueris*] ſciebat archiepiſco-
pus, quòd miſerat: tunc certificatur, ꝙ nuncius perue
nerat, Hoſtien. [*Iuriſdictionis*] pro quibus etiam agere
poterat, de ſucceſ. ab inteſt. c. fi. [*Præſumunt*] quare cer-
tificari petebas, qui religioſi ſuper hoc priuilegiati eſ-
ſent, & qualiter, Hoſti. [*Ferè*] philoſophicum † tempe
ramentum. uel dicit hoc propter leproſos, qui ſuper
2 noualibus non ſunt priuilegiati, inf. de eccle. ædi. c. 2.
Hoſt. Sed dic, quòd illi non ſunt religioſi, ut ibi dicam
[*Adrianus*] in decr. quæ incipiebat, quoniam in eminē
ti, quam hodie non habemus, Goff. [*Suorum*] requiri-
tur ergo, quòd prædia ſua ſint, & quòd illa per ſe co-
lant, ſupra eo. dilecti, infra c. pxi. [*Cæteris*] albis, nigris,
griſis, & quibuſcunque monacis, & nihilominus Cy-
a ſtercienſibus: quia ſi maius conceditur[a], &c. infra eo,
ex parte. & eſt efficax argum. ſecundum Hoſtien. ꝙ
3 †priuilegium in corpore iuris clauſum ius commu-
b ne facit inter illos[b], inter quos conceditur: aliàs con-
tra. de exceſ. præla. nimis, 1. & 2. de conceſ. preben. con
ſtitutus [*Suis*] requiritur ergo, quòd terra noualis ſua
ſit, & quòd illam colant, & de quo nouali intelligatur
glo. remit. [*Proprijs*] Si ergo alii extirparunt nouale, li-
cet poſtea perueniat ad manus priuilegiatorū, ceſſat
priuilegium, Hoſti. [*Manibus, uel ſumptibus*] ſcilicet per
operarios conductionis, uel per familiam ſuam, Pet.
[*Suorum*] de immiſcentibus aliena, uel his, qui ſua tra-
dunt aliis tenenda, prouiſum eſt per concil. Vien. eo.
titu. religioſi [*Hortis*] uide quod dicam, infra de eccle.
ædifi. cum dicat [*Perſoluant*] ſi ſequitur in litera, conceſ
ſit, fac hic punctum ſuſpenſiuum [*Quem*] Adrianum
[*De alijs rebus*] ſi facis hic punctum, expone, quod ſeq-
tur, eccleſiæ ſuæ, ſcilicet cui ſoluēdæ ſunt decimæ [*Ven
dicare*] niſi his amplius per ſpeciale priuilegium con-
4 cedatur. ¶Glo. 2. †tractat tria tempora circa decimas
monacorum primitiuorum, Paſcal, & Adriani, & ul-
5 timo 4. caſus excipit. ¶*In†glo. 2. ibi, alia eſt cauſa*] quidam
reprehendunt, ut Gui. hanc concor. & duas ſe. dicen-
tes, quòd non faciunt. Tu dic, quòd bene faciunt, pri-
ma enim probat exponendo, ut ibi no. munus, ideſt
decimam. ſecunda probat monacos laicos. tertia pro
bat laicos teneri ad decimas [*& ibi, recipere*] gl. principa
liter tractat de iure non ſoluendi, non de iure perci-
piendi. concor. quod dicam, j. c. pen. [*& ibi, moderamine*] & ſupra duobus. c. proxi. [*& in fi.*] de hoc. 16. quæ-
ſtio. 1. §. de his. hæc gloſſ. habetur per Inno. forſan er-
rore ſcriptoris, ſupra c. proxi.

ANNOTATIONES.

a ¶Si maius conceditur. Facit ad quæſtionem de eo, qui relinquit cuilibet fratri ueſtem, & priori biblia, an prior etiam habeat ueſtem, uide doct. in l. cum quæſtio. C. de le.
b ¶Facit iter illos. Et ſublato iure an tollatur priuilegium, uide Io. And. de iudi. nouit, ſuper gl. ſed cum, & Bar. ff. de iuſtitia & iure. l. omnes populi, in tertio membro, & bonum text. in l. fi. C. de dona. inter uirum & uxo.

*SVMMARIVM.*

1 *Super decimis priuilegiati laborum ad quas terras.*
*Non extendatur priuilegium, & qui alij ad eas non teneantur, num. 2.*
*Decimas de quibus non ſolui impedientes quas incidant pœnas.*
2 *Additio gloſſarum.*
*Priuilegium non in corpore iuris clauſum comparatur clauſo.*

## CAPVT XI.

1 LIcet. Caſus. Priuilegiati† ſuper decimis
laborum decimas ſoluunt de ter
ris, quas tradunt aliis excolendas. non diui
ditur [*Laboribus*] & ſic etiā antiqua prædia
comprehendit, infra c. proxi. [*Propter hoc*] ſcilicet pri-
uilegium laborum. q. d. poſſet aliud priuilegiū latius
competere, quod in his eximeret; ſed iſtud nō eximit
[*Alijs*] ſiue colonis cēſualibus, ſiue partiariis. de utriſ-
que no. infra eo. tua. 2. [*Excolendas*] & ſi prohibeāt, uel
impediant de his decimas ſolui, incurrunt pęnam cō
cilii Vien. eod. titu. religioſi, uer. ſeu qui de terris. ¶*In*
2 †*, 1. glo. in fi.*] idem tamen in quibuſcunque aliis etiam
non religioſis, quibus idem competeret ex ſpeciali
priuilegio, licet non corpore iuris clauſo.

*SVMMARIVM.*

1 *De decimis laborum priuilegium etiam non noualia comprehendit.*
*Aduocatorum interpretationes quæ reprobatæ.*
*Praua dixiſſe de rectis non facilis uenia.*
*Labores exemptorum à decimis qui hic intelligantur.*
*Nominum diſtinctio, rerum diſtinctionem deſignat, in fi.*
2 *Suffragium gloſſarum.*
*Priuilegium, & liberalitas principis ut interpretanda.*
*Patri quæ non acquirantur filio donata.*
*Manumiſſo quando peculium conceſſum intelligatur, in fi.*
3 *Additio gloßarum.*

## CAPVT XII.

1 ADaudientiam. Caſus. Priuile-
gium† de deci-
mis laborū, & nō noualia cōprehēdit. pri-
mò ponit prauam interpretationem, quā
ſecūdo reprobat ibi, Man. [*Praua*] hæc quotidie faciūt
aduocati non permittentes iura in ſua natura mane-
re. C. man. ab Anaſtaſio, circa prin. & per ſuas verſutas
interpretationes obſcuritatem inducunt, in auct. con
ſtitutio q̄ ex aſcripti. & libera matre. 1. reſpon. in prin.
& poſt prin. col. 5. quod reprobatur in his pcipuè, quę
ſpectant ad cultum diuinū, infra de priui. in his. Hier
ad Aſellam. B. Non facilis uenia praua dixiſſe de re-
ctis. [*Quo*] capitulo priuilegii [*Noualia*] tantum intelli-
ge, Pet. dicebant forſan iſti ideo in priuilegio noualia
uocari labores, quia cum multo labore perduci ſo-
lent ad culturam, cuius laboris prætextu priuilegium
exceptionis decimarū dicebant fore conceſſum [*Poneremus*] concor. 8. di. ueritate, ibi, non dixit &c. de ce-
le. miſ. in quadam. & diſtinctio nominum, diſtinctio-
nē rerū deſignat. de hoc. 25. di. olim. licet ſit ar. cōtra.
2 99. di. c. 1. ¶*In†gl. 1. ibi, cum multa, in fi.*] quæ princeps, uel
Auguſta donarunt filiofa. patri non acquirūtur etiā
quo ad uſufructum, ſed quaſi caſtrenſe peculium ad
ipſum pertinet, ut principis liberalitas præcipuū cul-
tum habeat [*& ibi, quidam conſulebant*] uide de of. dele.
cum uiceſimum, in gl. 2. [*& ibi. l. pen.*] uide de uer. ſig.
c. pen. ſuper 1. gl. ¶*In gl. ult. ibi, non aliter*] uide de uer. ſig.
propterea, in gl. 2. [*& ibi. §. ſi uerò*] uide de cleri. nō reſi.
cum dilectus, ſuper gl. 2. [*& ibi. l. una*] manumiſſis inter
uiuos tacitè conceditur peculium, ſi non adimatur:
manumiſſo in teſtamento adimitur, niſi expreſsè da-
3 tum fuerit. ¶*In†gl. ult. in fi.*] dic, ut infra de uer. ſig. præ-
pterea, & 22. q. 5. humanæ, in ultima glo.

*SVMMARIVM.*

1 *Decimæ noualium cui debeantur, & in dubio parochiæ, num. 2.*
*De bonis, ſeu rebus eccleſiæ & cuius faciendæ quatuor portiones.*
2 *In dubio parochiæ decimæ noualium ad quam pertineant eccleſiam.*
*Decimam deputare alicui eccleſiæ an ſolus poſſit epiſcopus.*
3 *Epiſcopi ſibi omnia uendicare dicuntur.*
*Decima militis, quam renunciat, uel dedit epiſcopo, cui competat.*
*Epiſcopus, & rector quaſi partionarij ſunt.*
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 5.*
*Inſullæ pars cuius ſint.*
6 *Additio gloſſarum.*
*Decimæ pars debetur epiſcopo, & quota.*
*Cap. Queſti. 16. q. 1. intellectus, §. fin.*

## CAPVT XIII.

1 QVoniam. Caſus. Decimæ† noualiū
debentur eccleſiæ, in cu-
ius inſurgunt parochia. Si uerò nō ſunt in
certa parochia diœceſano debentur. Cōis
diuiſio. ſecunda ibi, Reſpondemus. in qua diſtinguit,
& ſecundum membrum proſequitur ibi, Alioquin
[*Statuendum*] ideſt cui ſint aſſignandæ, vel an debeātur
eccleſiæ [*Facias*] arguit Hoſt. capitula. 12. q. 2. quatuor,
& in c. proximis, q̄ dicunt de rebus eccleſiæ fieri qua-
tuor portiones, loqui de matricibus. In capellis enim
ſalua portione epiſcopi omnia ſunt rectoris, ut hic, j.
eo. titu. cum contingat, de pact. plerique, de his quę fi.
2 à præ. paſtoralis [*Alioquin*] ideſt ſi non ſunt† in alicuius
parochia, Inn. Pet. & Abb. & Egi. uel ſi incertum eſt,
de cuius ſint parochia, quia limites non ſunt certi, ſm
Hoſt. Credo, quòd ſi conſtaret noualia eſſe inter alte-
ram duarum parochiarum, ſed neſcitur, intra quam
illarum, quia illo locò, ubi inſurgit nouale, non appa-
rent limites, ſed bene apparēt in locis uicinis, ꝙ inter
illas deberet fieri diuiſio. ad hoc de ſepul. cum quis, §.
1. lib. 6. [*Deputare*] de conſenſu capituli, ſecundum G.
Na. de his, quæ fi. à præ. tua, & de dona. paſtoralis, cū
ſit alienatio. 12. q. 2. fine. Io. de deo contra. cum nulli
eccleſiæ auferat, ſed acquirat, de his, quæ fi. à pręl. cum
apoſtolica. Item quia non haberet aliàs liberā optio-
nem retinendi, ut ſequitur [*Vel ad opus*] Dicit Hoſtien.
3 quòd† uereretur, ne epiſcopi iſtud, uel, quod ponitur
diſiunctiuè, recipiant expoſitiuè. nam ſibi omnia ven
dicant. 93. diſt. diaconi, ult. uer. non autem. Quærit au-
tem de decima, quam miles tenebat, infra limites ali-
cuius parochiæ, quam ad exhortationem epiſcopi re
nunciauit in ipſius manibus, cui competat, an ipſi epi
ſcopo, an eccleſiæ parochiali? & dicit per hoc. c. termi
nari, ſcilicet ꝙ epiſcopus habebit partē ſuam, reliquū
parochialis eccleſia. ad idem de cenſi. cum olim. Sunt
enim quaſi partionarii epiſcopus, & rector, ergo dā-
num, & lucrum pro rata ſentire debent, ff. loca. ſi mer
ces, §. apparet, argum. infra de uerbo. ſigni. cum inter.
Quid ſi miles dediſſet decimam epiſcopo auctorita-
te metropolitani ipſo epiſcopo, & capitulo conſentiē
te? Dicit Hoſ. ꝙ tunc competeret epiſcopo in totum,
dummodò fuiſſet forma ſeruata, de qua ſupra de his,
quæ fi. à præla. cum apoſtolica, §. quia uerò. & forſan
ſecundum eum ſufficeret conſenſus capituli, arg. de
dona. paſtoralis. de his quæ fi. à præla. paſtoralis, ut ec.
bene. c. uno, ad fi. ſicut & ſufficit auctoritas contuto-
ris, ff. de auct. tu. l. pupillus. Si uerò clandeſtinè & ſine
prædictorum auctoritate fiat, non præiudicat eccle-
ſiæ, argum. ff. de admini. tu. non exiſtimo, de offi. dele.
conſuluit, de elect. quia propter, in fi. Sed nec ipſe epi-
ſcopus in proprio negocio fiet auctor, ff. de auct. tu. l.
1. arg. infra de cenſi. prohibemus, & clemen. de re. ec-
4 cle. non alienan. ſi una. ¶Secunda† glo. quærit, & ſol-
uit. ¶Tertia ſignat contrarium, & remittit. ¶Vltima
5 obiicit, & ſoluit. ¶*In†gl. 2. ibi, inſulæ*] ſequitur, Italiæ pars
Italiæ ſunt & cuiuſque prouinciæ. ¶*In gl. ult. ibi, imperatores*] uide ſupra eo. commiſſum, ſuper glo. 2. [*& ibi, §.
6 ſi uerò*] uide ſupra titu. 1. c. fi. in ult. glo. ¶*In† glo. 1. in fi.*]
Goff. & eſt ſimi. quod nota. infra de elect. ubi pericu-
lum. §. porrò, in 1. gl. lib. 6. ¶*In glo. 2. ibi, & non maiorem*]
quid ſi nullam partem de facto percipit, ſicut eſt ferè
in uniuerſis eccleſiis? Dicit Hoſtien. quòd nihilomi-
nus quarta pars de iure debetur epiſcopo, ut apertè
probatur, infra eo. dudum. 10. q. 3. unio. poteſt autem
eſſe tertia, uel media de conſuetudine ſpeciali, ut ſeq-
tur in glo. ¶*In glo. ult. ibi, reſpondeo non*] ſm Rub. qui dixit
hic confundi cardinalem, & ſequaces, & c. queſti. loq
tur, quando prędia ſunt in ipſa parochia: uel loquitur
de perſonalibus [*& ibi, decimæ*] intelligas prædiales.

*SVMMARIVM.*

1 *Decimæ à quibus præceptæ, & per quas actiones exigantur, nu. 2.*
*Debitum intelligitur, quod exigitur ab inuito.*
2 *Additio gloſſarum.*

## CAPVT XIIII.

1 PArochianos Breue eſt [*Ab† homine*] ſup. tantum, uel
loquitur de primæua inſtitutione. poſtmo
dum enim præceptum fuit tempore ſub
lege ab Ezechia rege, vt patet. 2. Paralipom. 31. B. & tē-
pore gratię à principibus eccleſiaſticis, & ſecularibus.
de hoc infra eodem à nobis, ſecundum Hoſti. [*Quaſi
debitum*] id debitum intelligitur, quod exigitur ab in-
uito, ff. de uerbo. ſignifica. debitor [*Poſſunt*] per quas
actiones, tractant hic Innocen. & Hoſtien. & no. infra
2 eo. tua. 2. ¶*In† gl. 2. ibi, ſicut illud*] Io. 1. uel pro tanto di-
cit, quaſi, ſecundum Hoſtien. quia licet eccleſia cū pa
rochianis non contraxerit; ab eis tamen petit, ut ſic
ſint ex quaſi contractu obligati, ad hoc inſti. de obli.
quæ ex quaſi contractu. & ſic poteſt legi ſimilitudina
riè, nec per hoc excludet ueritatem debiti.

*SVMMARIVM.*

1 *Decima laico nullo iure tenenda concedi poteſt, niſi ad formam & ad tempus.*
*Sepulchrum, licet ſit religioſum, hæreditario iure poſſidetur.*

*Liberè, aduerbij nis hic.*
2 *Additio gloßarum.*

## C A P V T XV.

1 AD hæc. Caſus. Decima† laico hæredi
tario iure tenenda cõcedi po
teſt [*Per ſucceſſionem*] & ſic non poteſt dari
iure hæreditario, nec in feudũ, nec in em-
phyteuſim, nec in locationem ad longũ tempus, nec
ſuper ea iniri aliquis contractus, per quem alienatio
perpetua poſsit notari, ff. ſi ager vectig. l. fi. ff. de ſup ff.
l. 1. de re. eccle. non alie. nulli. ad firmã concedi poteſt
ad tempus, ſupra de loca. c. 2. Inno. uide quod dixi, de
his, quæ fi. à præ. cum apoſtolica, in gl. obiicitur, ad ff.
[*Hæreditario*] ſepulchrum, licet ſit religioſum, iure hæ-
reditario poſsidetur, ff. de ſerui. ſeruitutes. 3. Vinc. [*Lai
cum*] qui decimam per ſucceſsionem tenendam rece-
pit [*Liberè*] ideſt nil in ea retento, nec proinde aliquid
2 extorquendo, Hoſt. ¶ *In† glo. 1. in fi.*] & ſupra de inſt. ad
decorem, de filiis presbyterorum, ad extirpandas.

*S V M M A R I V M.*

1 *Iudæi coguntur decimas ſoluere prædiales, uel illa prædia dimitte-
re. & quando æſtimationem, nu. 3.*
*Occaſio mali tollenda.*
2 *Suffragium, & additio gloſſarum. nu. 3.*

## C A P V T XVI.

1 DE terris. Caſus. Iudæi† coguntur prę
diales decimas ſoluere, aut
prædia illa dimittere [*Colunt*] ſup. quæris, u-
trum & qualiter ad ſoluendas decimas cõ
pellantur [*Ne forte*] ſup. ſi contrarium diceretur [*Occa-
ſione*] traderent enim forte mali Chriſtiani terras illas
excolendas, vt decimis priuarent eccleſias, infra eo. in
2 aliquibus, Hoſt. ¶ *In† glo. 1. ibi, §. pen.*] uide de præſcrip.
auditis, ſuper glo. 2. [*& ibi, hactenus*] vide de fi. inſtru. G.
perpetuus, in 1. gl. [*& ibi, §. ſi uerò*] uide ſupra ti. 1. c. fi. in
3 ulti. gl. ¶ *In† gl. 1. in fi.*] licet ſoluant æſtimationem eius,
quod perceptura erat eccleſia à catholico parochia-
no: quod dic, ut infra de uſur. quanto, in fi. ¶ *In glo. ult.
in fi.*] & infra de iudæis, & ſi iudæos, & c. poſtulaſti.

*S V M M A R I V M.*

1 *Laico, ſi prælatus concedit decimas, uel oblationes, punitur, & quã
do id habeat locum, nu. 5. & quæ pœna, ibid. in fin.*
*Per excommunicationis pœnam uertitur anima à deo.*
*Fomes quid.*
*Duces recti itineris quos credimus, timendum ne habeamus erro-
ris.*
2 *Quòd laicus tenere poſſit eccleſiam, an de neceſſitate diſpenſari
poſſet.*
*An religioſus, uel cõuerſus habere poſſet.*
*Templariјs, & hoſpitalariјs eccleſiæ, & decimæ conceduntur, &
qua ratione.*
*Ordini quid concedere differt à conceſſione perſonali.*
*Eccleſiæ regimen niſi clericis fratribus, uel aliјs permittitur, &
quo caſu hic.*
*Prælatus æquiparatur coruo, & quandò, in fin.*
3 *Oblatio comparatur hic decimæ, & an ſit in præcepto ſicut & de-
cimæ, & epiſcopo celebrante competit, in fin.*
*Proſtratus quid, in fin.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum. num. 5.*
*Vitulo uendicato non agit emptor de uaccæ euictione.*
*Fruct um uendicare aliud eſt à uendicatione iuris fruendi.*
*Decimæ fructum licet, laico concedere, non ius percipiendi eam in
feudum dare olim licebat, & quando prohibitum.*

## C A P V T XVII.

1 QVamuis. Caſus. Punitur† prælatus,
qui laicis cõcedit oblatio-
nes, uel decimas. & primò ponit conciliũ
factũ reprehenſibile: ſecũdò pęnalẽ huius
prohibitionẽ ibi, Statuimus [*Animaduerſione*] uertitur
anima à deo ꝑ excõicationis pęnã, de quo remit. Hoſ.
ſup. de of. or. paſt. ibi, uel animaduertere [*Quidam*] ſup.
illud [*Fomitem*] i. nutrimẽtũ, & originẽ [*Erroris*] Hiero,
ad Celantiã. d. timendum eſt, ne quos duces recti iti-
neris hr̃e nos credimus, eos comites habeamus erro-
ris [*Dicuntur*] ipſi laici [*Inuenire*] uide quod no. de ſepul.
2 c. 1. lib. 6. in 1. gl. [*Eccleſias*] an† de neceſsitate diſpenſari
poſſet, ꝙ laicus teneret eccleſiam, remit. Hoſt. ſup. de
æta. & qua. c. 2. [*Et eos*] laicos. ſ. [*Impellunt*] prælati. ſ. [*Præ
dicationem eorum*] ſ. ꝑlatorũ. 43. di. Epheſiis [*Remanenti*] er-
go à contrario laicus conuerſus & religioſus hr̃e põt
eccleſiam; ad hoc de re. ec. non ali. poſſeſsiones. quod
poteſt intelligi de eccleſia rurali, & ſine cura quaſi ad
ſuſtentationem: uel pro tanto dicit hoc. quia hoſpita-
lariis, & templariis eccleſiæ. & decimæ quotidie cõfe-
runt, & ipſas hñt & tenent, ſm Hoſt. Pet. & Abb. inf. c.
dudum. Dicit tamen Hoſt. illã collationẽ potius fieri
ordini, q̃ perſonis, arg. inf. de iure pa. illud, ſupra de do
na. conſultationibus, ff. de annu. le. l. annua, ff. de cõdi.
& demon. l. ciuibus. Neceſſe tñ eſt, ꝙ regimẽ eccleſiæ
habeant clerici fratres ſui, uel alii, & non laici per iu-
ra, quę alle. 1. gl. ad idẽ. 10. q. 1. quia [*Decimam oblationem*]
ex horũ uoracitate prælatus æquiparat coruo, & ex
3 aliis, quæ no. 2. q. 7. non omnis. Et quia hæc lr̃a† æqui-
parat decimã, & oblationem, vr̃, ꝙ ſicut decima eſt in
præcepto, ſic & oblatio. facit quod dixi. ſupra c. 1. ſup
uer. inuitaret. Rai. in ſum. de oblationib⁹ dicit, ꝙ quò
ad hanc materiã ſunt tres ſpecies oblationũ: una do-
natio rei facta inter uiuos deo, uel eccleſiæ. ſecũda fa-
cta, ut ſupra cauſa mortis, q̃ redacta eſt ad inſtar lega-
torum. tertia uſualis, quã fideles faciunt ad altare, uel
ad manum ſacerdotis. Mutando verba Rai. conſtat, ꝙ
prima eſt uoluntaria: & cum data eſt, non plus de illa
quærimus: ſed ſi ſolum eſſet promiſſa, cõſtat, ꝙ eſt de
bita. de ſecunda non dubitatur, quin ſit debita. unde
non ſoluentes ſacrilegi dicuntur, & homicidæ, & ne-
catores egentium: patẽt hæc per ordinem. 12. q. 2. nul-
li, & c. qui abſtulerit, & 13. q. 2. qui oblationes, ubi de
hoc. de tertia ſpecie principaliter quæritur: & uidetur
ꝙ ſit debita. 22. di. præter hæc. 16. q. 1. ſtatuimus, de cõ.
diſt. 1. omnis. & in his omnibus de hoc, & per Archi.
ſatis in ipſo. c. omnis. Rai. tamen tenet iſtas nõ debitas,
ut ab inuitis exigi poſsit. ad quod Tho. alle. Exo. 25. in
prin. reſpondet ad c. omnis, ut ibi not. quod loquitur
de oblatione interiori, uel bonorum operum, uel de
conſilio. alia duo, c. intelligit de prima, uel ſecũda ſpe
cie oblationum, de qua, ſupra ſaluo eo, quod ibi not.
de paupere ſacerdote. Item ſalua pia laudabili conſue
tudine, ſi qua eſſet de oblatione aliqua, puta certis fe-
ſtiuitatibus facienda, ad quam ſeruandam coget epi-
ſcopus, non ſacerdos, de ſimo. ad apoſtolicam. & idẽ
Tho. licet mutet uerba, ſecunda ſecundæ. q. 86. arg. 1.
ut dixi, ſupra titu. proxi. ſub Rub. hæc omnia plenius
uide per Hoſtien. in ſum. de parochia. §. in quibus. ubi
etiam inuenies, quòd quando epiſcopus celebrat in
eccleſia cathedrali, uel alia, oblationes ſpectant ad ip-
ſum, in uer. quid ergo, ſi eps [*Arbor*] Matt. 7. [*Proſtra-
tus*] quaſi colliſus, extenſus, confuſus. concor. cle. de
4 elec. in pleriſque, uer. quid ſi. ¶ Secunda † gl. quęrit, &
ſoluit. 4. rõnes inducens, & unũ ſimile. & demũ ſolu-
tionẽ declarat, & antiquæ ꝑmiſsionis cauſam reddit.
5 ¶ *In† gl. 2. ibi, Peruenit*] ubi de hoc [*& ibi, Nõ ius, ſed corpus*]
abb. inſtabat expõnib. uer. & hoc intẽdit lex. vẽdicato
uitu-



uitulo non agit emptor de uaccæ euictione: quia nec
corpus uenditum ipſius uaccæ, nec ius fruendi uendi
catur. Aliud enim eſt uendicare fructũ, aliud ius fruẽ-
di. Ad propoſitum aliud eſt concedere fructum deci-
mæ: aliud ius percipiendi [*& ibi, probibitum*] per conci-
lium Laterañ. in parte deciſa, infra c. 2. ad hoc. eo. titũ.
c. 2. lib. 6. §. illas autem. Alii dicunt per Vrbanum. & ip
ſius concil. Turon. ad hoc in lib. feu. quibus mo. fe. a.
§. itẽ ſi epiſcopus, aliàs eſt. c. ſub Rub. epiſcopũ, abba-
tem, uel abbatiſſam feu. dare non poſſe. & uide quod
no. Hoſt. in ſum. eo. titu. §. & utrum præſcribi, uer. qd
ſi laicus [*& ibi, ab antiquo conceſſas*] quid ſi non apparet
quanto? quærebat hic Hoſt. & ſupra de his, quæ fi. à
præla. cum apoſtolica, & ibi uideas in fi. ¶ *In gl. ult. ibi,
donec &c.*] ſi. de ęta. & quali. quęris [*& ibi, ipſa pietas &c.*]
intelligo in excommunicatione, ſi intendit laico ius
ſpirituale conferre. Laur.

*S V M M A R I V M.*

1 *Decimam an colonus ſoluat eccleſiæ prædiali, an parochiali, ſtatur
conſuetudini, quod an ſit uerum, uide latis, num. 4.*
*Vinearum cultores Bononienſes ubi maneant.*
*Continens pro contento ponitur, ad uer. de terris.*
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 3.*
*Seruis aduerſus dominos conſiſtere licet, & quando.*
4 *Additio gloſſarum.*
*Dubium huius decretalis difficile, non facile.*

## C A P V T XVIII.

1 CVm ſit homines. Caſus. Stat
† cõſuetu. an
colonus decimã ſoluat eccleſiæ, in cuius
parochia ſitum eſt prædium; an illi, in qua
percipit, & audit diuina. & in prima conſultatio. in ſe-
cunda reſponſio ibi, ſanè [*Parochia*] habebat enim do-
micilium in illa, & ibi percipiebat eccleſiaſtica ſacra-
menta [*In alia*] Commune eſt iſtud cultoribus uinea-
rum circa Bonoñ. qui ut plurimum manent in ſubur
biis ciuitatis [*De terris*] ideſt fructibus terrarum [*In
diuerſis*] ut ſi colonus, qui habitat in finibus diœce. Bo-
noñ. colit prædium ibi uicinũ, tñ in diœc. Mutiñ. [*Con-
fundi*] maxime, q̃a uno attẽtato facile uſurpantur alia,
2 maximè in dubio, infra de reli. do. c. 1. ¶ Secunda† gl.
rñdet ꝑ qõ. qualis erat iſta diuerſitas. ¶ Vlt. glo. ponit
3 duas lect. ¶ *In† gl. ult. ibi, uix certis*] ſequitur, ex cauſis ad-
uerſus dominos ſeruis cõſiſtere permiſſum eſt, & enu
4 merat. 8. ¶ *In† glo. 2. ibi, ſed facile eſt ſoluere*] ita dixerunt oẽs
antiqui & moderni, qui iudicio meo nõ uiderunt du-
bium decr. quod ſoluere non eſt facile. & ſm eos fru-
ſtra papa ſic põderauit hoc dubium. loquitur autem
decre. de colono partiario, qui pro cultura certã par-
tem fructuum recipit, puta dimidiam. de hac ſua par-
te cui eccleſiæ ſoluere debeat decimam, forte dubiũ
eſt, Nam hæc pars videtur ſibi prouenire ex opera cul
turæ, & ſic decimabitur ut perſonale. ecõtra ſi ex præ
dio ꝓuenit, & ibi principaliter operatur manus dei, &
ſic inter prædiales cõputanda uidetur. & ſi hac ratio-
ne ꝓ prędiali diffinias, per hoc fraudabitur parochia-
lis eccleſia, quę nullas perſonales habebit, cum ille for
te aliud opus non faciat. Item ſi ſingulis diebus, men-
ſibus, uel annis iſte reciperet precium operarũ, illius
precii daretur decima parochiali. ſic uidetur de hac
parte, quæ ſuccedit loco precii. Si contra prædialem
diffinias, id uidetur abſurdũ, cũ de omni fructu illius
prædii ſibi decima debeatur. & ſi ipſe dominus ſuis ex
penſis coli faceret, uel coleret, ſolueret integram deci
mam, nõ deductis expenſis culturę, ſ. eo. cũ homines.
ĵ. eo. non eſt. Ergo nec pars debita cultori tranſibit ſi-
bi nõ decimata. Textus uidetur uelle conſuetudinem
eſſe ſequendam, de qua ſi non appareret, ſatis uideret
partẽ coloni bis decimãdam. primò eccleſiæ prædia-
li, in reſiduo eccleſiæ parochiali. & in prima nõ detra-
het ſumptus. in ſecũda detrahet, ĵ. eo. paſto. & ſit ſimi-
le, ſi pro ſalario doctrinæ, uel aduocationis das mihi
fructus prædii tui. nã parochialis prædii habebit illo-
rũ fructuum prædialem decimam, reliquæ partis, q̃
a mihi eſt lucrum perſonale, parochialis[a] domicilii ha-
bebit decimam. Vnde dicebat Hoſt. inf. eo. tua. 2. ꝙ ſi
colonus de aceruo non decimato donet mihi. 10. cor
bes, illud bis decimabitur. primò eccleſiæ prædiali, &
b reſiduum meę parochiali,[b] ſicut de eodẽ legato dant
duæ canonicæ. de hoc de teſta. c. fi. & facit etiã ad hoc,
quod dixi ſecundum Goff. ſupra de feu. licet, ſuper gl.
fi. ſed Inn. & Hoſt. infra eo. a nobis, dicebant hoc caſu
unam ſolam decimam & prædialem deberi, quando
colonus pro cultura partem fructuũ percipit, uel cer
tas menſuras, dummodo ita ſit, ꝙ de fundo menſuras
percipiat, & non aliunde. i. ſi ſunt in fundo, illas perci-
pit: aliàs ſibi menſuræ illę non ſoluentur. & idem vide
tur, ſi de fructibus non debet ſolui merces coloni, ſed
in pecunia. hoc tamen acto, ꝙ illa pecunia deberetur
de fructibus prædii: aliàs non, ſi fructus non eſſent ad
illius æſtimationem, arg. ff. de uſur. hactenus, ff. de iu-
c di. fideicommiſſum[c]. Si autem colonus ſit penſiona-
rius, cui perſona dñi ſit obligata ad ſoluẽdam merce-
dẽ, etiam ſi nil percipiatur de fundo, quem colit, ſiue
in pecunia, ſiue in alio conſiſtat merces, tũc debet co
lonus decimam ſoluere nõ eccleſiæ prædiali, ſed ſuæ
parochiali, ubi percipit diuina. & hoc caſu uidetur lo-
qui. 16. q. 1. quæſti. & arg. ff. de contrahen. emp. l. fin. Et
eſt ratio diuerſitatis horum caſuum: quia primo caſu
omnes fructus ſunt decimandi ante, quàm diuidãtur
ſine deductione expenſarum, infra eo. tua. 2. uer. & cũ
de cunctis. ergo, ex quo ſemel ſunt decimati, ulterius
non debent decimari ab his, ad quos ex debito pro-
ueniũt, ſicut ſunt coloni, infra eo. paſtoralis, §. 1. In ſe-
cundo uerò caſu agitur de lucro proueniente ex ope
ra manuum coloni, de quo patet deberi decimam ec
cleſiæ parochiali, vbi audiuit diuina. Item in primo ca
ſu totus fructus eſt de terra, licet exinde ꝓueniat ope-
rante manu hominis, ſupra eo. non eſt, infra eo. cum
non ſit. & ideò illi tantum eccleſiæ, in qua ſita ſunt
prædia, dabuntur decimæ, ex quo nil habet de merce-
de colonus, niſi ex fructibus prædii proueniat. In ſe-
cũdo uerò caſu lucrum, & merces coloni ex opa ma-
nuum ſuarũ prouenit, non ex fundo, ex quo merce-
dẽ illam habere debet, ẽt ſi fundus ſit omninò ſterilis,
ſm Inno. licet fateatur Hoſti. contrariã conſue. tenen-
dam, ſi de illa conſtet, ut hic, & infra c. 2. Licet ſatis iu-
ri & æquitati conſonum reputetur, quod. ſ. dixi. partẽ
coloni bis decimandã: tamen quia id non ſeruatur, ſtá
ri põt ſatis probabiliter huic dicto Inno. & Ho. ubi nõ
apparet conſuetudo cõtraria, ut prædixi, pro qua mul
tum facit: quia ſi ipſe idem dominus coleret, nec aliud
opus faceret, non eſt tñ reperiri, ꝙ partẽ illorum fru-
ctuũ decimet ut lucrum. ad hoc tamen reſpõderi poſ-
ſet per decre. ſupra eo. dilecti. & ad materiã facit, quod
dicam. ĵ. eo. non eſt, in glo. iſtæ ſunt, & ĵ. eo. tua. 2. ſuper
glo. hoc intellige. ubi pro colono partiario redditur
ratio, ꝙ ſubmittit mercedem ſuam fortunæ, & dei mi-
ſericordiæ, unde merces illa potius in fructu, q̃ in lu-
cro conſiſtit. ¶ *In gl. ult. ibi, uix certis*] infra de co. ſpi. c. 2.
lib. 6. [*& ibi, intelligitur*] & ſm hoc dixit Goff. ꝙ difficul-
tas hic præponderatur reſpectu ſcandali prouenientis
ex perceptione decimarum unius eccleſiæ in alterius
diœceſi. [*& ibi, impoſſibile*] facit 2. q. 6. biduum, uerſic. ſi
aduerſus. ff. ad Velleia. tutor. 1. reſpon. & l. ulti. in prin.
[*& in fine*] ſecundum Dama. Phi. & Innocen. prima le-
ctura magis placuit Tan. & Vincen.

ANNOTATIONES.

a ¶Parochialis. Illud dictum uidetur ſi bene ponderas contra gl. in
uer. excolendas, in cle. eo. titu. in ulti. q. ſ. quando poſſeſsio eſt pri
uilegiata, non perſona: quia dicit ibi colonum exemptum à deci-
mis, & bene conſidera, quæ infra dicit poſt Inno. & Hoſt.

b ¶Parochiali ſicut. Donatarius ergo ſoluit decimam perſonalem,
ad quod facit, quod no. Io. An. de percipiente eleemoſynam, ſup.
eo. cum homines, in gl. tunc ſi. in prin. donator autem nō, uide ip-
ſum, ſupra eo. commiſſum, ſuper gl. fi. & hoc idem, quod hic no.
Io. And. uoluit gl. mag. infra eo. tua, & ſuper illa Io. And. & ad id
quod dixi de donatore, facit quod no. Ioan. And. infra de iure pa-
trona. nobis, in glo. inops.

c ¶Fideicommiſſum. Quod ergo dicit Bart. in l. ſi apes, ff. de fur. de
colonis triplicis generis, limitari poteſt, ut addatur aliud genus,
ſcilicet eius, qui colit pro numis, uel pro alia ſpecie limitando ſo
lutionem, ſi ſic & inquantum naſcuntur fructus in fundo, & iſte
æquiparatur partiario, ut hic per Innocen.

*SVMMARIVM.*

1 *Decimæ ullo modo poſſunt in alios laicos transferri, uide nu. 3.*
*Translationis modi qui.*
*Monitionem præcedere debere intelligitur pœnam.*
*Sepultura Chriſtiana quibus caſibus quis priuetur, niſi prius red-
dito debito, num. 4. remiſſ.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum. nu. 4.*
*Decimas retinere prohibitum regulariter, & quando fallat.*
*Indefinitè quod dicitur, intelligitur regulariter, ut hic.*

CAPVT XIX.

PRohibemus. Breue eſt. ponit ꝓ
hibitionē, cui pœ-
nam ſubdit ibi, ſi quis [*Aliquo modo*] cōpre-
1 hendit † ergo omnem modum translatio-
nis, ſcilicet feudationis, uenditionis, donationis, ꝑmu
tationis, & his ſimiles [*Receperit*] nō punit hic expreſſè
transferentem [*Non reddiderit*] monitus [*Priuetur*] etiā
per hæredes hoc fieri iubeat. nec ob. ſupra de ſepul. c.
fin. quia iſte eſt caſus ſpecialis, quo non ſepelitur, niſi
prius reddantur, ut uer. intelligatur cū effectu, de cle-
ri. non reſi. relatum, ſicut & alii caſus de torne. c. 1. cū
2 ſi. ſecundum. Gui. na. ¶Secunda † gl. prorogat, quærit,
3 & ſoluit diſtinguendo. ¶In † *gl. 2. ibi, quòd illas poſſunt*] tu-
tius eſt tenere contrarium, ſecundum Hoſt. ad hoc, ſu
pra eo. tit. ad hæc. & c. quamuis, & infra eo. tua nobis,
& c. ulti. nec ob. ꝙ hic dicit, Cum animarum ſuarum
periculo: quia ſubaudiendum eſt regulariter, quam-
uis interdum & ſine periculo ipſas retineant, ſcilicet
ab antiquo conceſſas. Bon. uerò dicebat id dictum, ut
facilius inducantur ad illas dimittēdas. Potes cōſtrue
re ita, ꝙ illud, Cū animarum periculo, reſpiciat, uer.
transferre, non uerbum, detinentes, Pet. de. & Abb. ꝓ
babant hoc per decr. cum apoſtolica, hic alle. nam ſi
ibi ſpecialiter conceditur, ꝙ habens decimam in feu-
dum ab antiquo poſsit eam concedere alteri eccleſiæ
de conſenſu epiſcopi, ergo niſi concedatur eccleſiæ,
conſenſus epiſcopi non ſufficeret. Innoc. alternatiuè
utrunque dictum ponebat. pro primo dicto facit, qa
ubi feudum tale eſt, in quo non ſuccedant niſi filii, fa
cile eſſet uaſallo non habenti filios eccleſiam frauda-
re. Idem uidetur de uaſallo, qui intenderet felloniam
facere contra eccleſiam, de qua, infra de pœn. in qui-
buſdam, uel aliam, propter quā perdere deberet feu-
4 dum. ¶*In † gl. ult. in fi.*] & in aliis caſibus, qui no. & quos
dixi, ſupra de ſepultu. ex parte.

*SVMMARIVM.*

1 *Decimæ perſonales cur, & cur prædiales debentur, nu. 2. in fi.*
*Vngari transferunt ædificia lignea ex una in aliam diœceſim.*
*Parochia, pro diœceſi.*
2 *Decimarum retentio, uel diminutio per conſuetudinem non laicis,*
*ſed clericis inter ipſos prodeſt.*
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 4.*
*Decimæ pecoris ſiue animalium prædiales, nu. 5. in prin. & fi.*
*Fundo inſtructo legato pecus quando cedit.*
5 *Additio gloſſarum.*
*Boues de quo fundo intelligantur eſſe.*
*Mora ubi fit, non attenditur, ſed labor.*
*Arbor cuius ſoli cenſetur.*
*Ex urbanis natus mancipijs, licet alibi nutriatur, urbanus cēſetur.*

CAPVT XX.

AD apoſtolicæ. Caſus. Decimæ
1 † ꝑſonales deben
tur eccleſiæ parochiali: prædiales eccleſiæ
in cuius parochia ſitum eſt prædium, niſi
aliud habeat conſuetudo. & in 1. conſultatio. in ſecun
da reſponſio ibi, Noueris igitur [*Et infra*] deciditur, li-
cet immeriti dignatione diuina uocati omnibus ſu-
mus eccleſiæ filiis debitores, & pro ſciētiæ noſtræ mo
dulo reſpondere cogimur conſultationibus ſingulo-
rum [*In Vngaria*] Dicit Abb. ꝙ ſæpe Vngari ponunt
aliqua lignea ædificia in una diœceſi, & poſtea ſe, &
ędificia transferunt ad alias diœceſes [*De parochia*] ideſt
diœceſi. ſic de dona. apoſtolicæ, circa princ. [*Tempora*]
forte decem annos, C. de incol. l. 2. li. 10. [*Sunt facti*] no.
pro his, quæ dixi, ſup. de of. archipresby. c. 3. [*Conſuetudi
2 nem*] licet † attendatur hæc cōſuetudo circa perceptio-
nem decimarum inter eccleſias, non tamen inter lai-
cos circa retentionē, uel diminutionē ipſarū, Inno. &
Hoſt. Subdit Inn. ꝙ ſi de cōſuetudine nō cōſtat, p̄dia-
les debētur baptiſmali, & ꝑſonales capellæ. 16. q. 1. de
decimis, ſup. eo. nuncios, ubi idē dixerat Tan. [*Inuene-
3 ris*] aliàs, noueris. ¶Secunda gl. p̄mittit tria circa deci-
mas ꝑſonales. ſecundo quærit de animabus, & ſoluit.
Et iterū quærit, & ſoluit. per quā ſolutionē duas alias
4 expedit qōnes. ¶*In † gl. 2. ibi, pecoris paſcendi*] ſequitur, ſer-
uitutes, Itē ad aquas appellendi, maximè ſi prædii fru
ctus in pecore conſiſtat, prædii magis, q̃ perſonę uide
tur [*& ibi. l. 2.*] legato fundo, ſicut inſtructus eſt, peco-
ra, quæ ſtercorandi, uel paſcendi cauſa ibi ſunt, ut fun
dus fiat inſtructior, cedunt legato ſicut fundo [*& ibi,
aſſumptio*] habet quis duo domicilia in utroq; ſe æqua-
5 liter collocando. ¶*In † glo. 2. poteſt dici*] ſecundū Ala. [*&
ibi. l. 2.*] de hoc. 13. q. 1. §. 2. [*& ibi, qui paſcit*] & per Goff.
hic, & in ſum. huius tit. in prin. pro hoc dicto facit, qa
boues de illo fundo intelligunt, in quo laborant, nō
in quo morantur, ff. de fun. inſtruct. cum quidam. &
arbor illius ſoli cenſetur, in quo uiuit, non in quo vē
cōſiſtere, ff. arbo. fur. cæſarum, ſi plures, §. ſi radicibus.
Sed contra: quia cuſtodia paſtoris eſt neceſſaria, infra
de regulis iuris, c. penul. unde conſideranda uidetur
parochia paſtoris. nam & natus ex urbanis mācipijs,
licet ad uillā mittatur nutriēdus, nō ideò minus cen-
ſetur vrbanus, ff. de uer. ſi. is qui natus. ſic loquitur Ho
ſti. tenēs, ut ſequitur in gl. [*& ibi, Vulteranæ*] & inf. de ſe-
pul. cum quis. 2. reſpon. li. 6. [*& in fi.*] facit, quod no. de
maio. & obe. omnes principes. Hoſt. remit. de his ad
ſummam, eo. ti. §. cui danda ſit. quando autem ſit ſol
uenda, ſcripſi in Specu. eo. ti. ſuper. v. libello.

*SVMMARIVM.*

1 *Decimæ de omni fructu prædij ſoluendæ, etiam eo anno prouenien
te, nume. 2.*
*Eas non ſoluens, mortale, & deferri debent ad horreum ſacerdotis.*
2 *Additio gloſſarum.*
*Decimæ cui debentur, poteſt interdicere domino fundi, ne fructus
colligat, uel exportet, niſi ſe, uel ſuo nuncio præſente.*
*Fundi partem habet, qui eius fructuum partem habet, & ra-
tio.*

CA-



CAPVT XXI.

1 EX parte. Caſus. De † omni fructu præ
dii ſoluendę ſunt decimę. &
prima pars ponit querelam. ſecūda dat iu-
dicem ibi, Mandamus, quatenus [*Diuerſa ſe-
mina*] puta granum, & rapas, uel linum, uel milium in
hortis maximè hoc apparet [*Prædiorum*] aliàs prędicto
rum, ſcilicet ſeminum [*Compellas*] ergo eſt mortale nō
ſolum decimam non ſoluere, ſed de ipſa aliquid dimi
2 nuere, de hoc. ſupra eo. peruenit, Hoſt. ¶*In † glo. 1. in fi.*]
ſecundum T. & dominus totum donat. unde de toto
ſibi decima debetur. 16. q. 1. decimæ. Goff. ¶*In gl. ult. in
a fi.*] & ut dixit hic. T. & Vin. ſuis expenſis[a] debet illas de
ferre ad horreum ſacerdotis. 16. q. 1. reuertimini, & q.
7. c. 1. & in his. c. idem no. Io. No. autem Guil. in Spec.
eo. tit. ad fi. ꝙ is, cui debentur decimæ, poteſt petere in
terdici domino fundi, ne fructus colligat, uel expor-
tet, niſi eo, uel eius nuncio præſente, C. lib. 10. quando
& qui. quar. pars de. l. 2. ibi, ſub aſpectu curialium, ff. de
rei. uen. nō ſolum. melius, ſi uerò. & quia ſi habet par-
tem in fructibus, & in fundo. ſunt enim fructus pars
fundi, ff. de rei ven. fructus, & iure communi &c. ff. cō
muni diui. Sabinus. Item Goff. Na. dicens magiſtrum
ſuum Ala. hoc tenuiſſe, & ſe ſic conſuluiſſe, per l. Pau
lus, ff. de procu. ff. de inof. teſt. ſi ſuſpecta, & C. de litig.
auct. nunc ſi hęres. & hoc recitat Guido, ſupra eo. quo
niam, concor. ad allegata de procu. 2. in fi. lib. 6.

ANNOTATIONES.

a ¶Expenſis. Super hoc uide Bald. qui ſubtiliter loquitur, in l. cum
quidam, C. de condi. inſer. & ponit ibi etiam de eo, quod hic ſe-
quitur. & facit, quod no. Io. And. de pig. ſignificante, in glo. qui-
cunque, & doct. in l. acceptam, C. de uſuris.

*SVMMARIVM.*

1 *Decimæ ſoluendę ſunt non deductis expenſis, & de quibus tribuen
dæ, & num. 2.*
*Perſonales quæ, & cur ita dictæ.*
*De uenatione, & piſcatione, an ſint perſonales, an prædiales,
& cui eccleſiæ ſoluendæ.*
*Perſonale quando quid exiſtimetur, ex his diſputatis colligitur.*
*Contra libertatem antequam ſi dominus ædicatur, quis contra fa-
ciens, quando non eſt puniendus, uer. quid ergo.*
2 *De arboris uno loco exciſæ, ubi 10. ualebat, & delatæ ad por-
tum ubi mille ualebat, utroque pretio decima ſoluenda, & cui.*
*Decima tribuitur deductis expenſis, & quo caſu hic, uer. tu dicas.*
3 *Bona quæ dicantur, & unde, & horum appellatione etiam in-
definita comprehenduntur immobilia etiam.*
4 *In mora reſtituendi decimas quis non dicitur, neq; mortaliter pec-
cat, niſi monitus contradicat.*
*Decima eſt in præcepto.*
*In opinionibus diuerſis diffinitio Papæ ſequenda.*
5 *Additio gloſſarum.*
*Congregatum cum peccato, cum damno perditur.*
*Quæſita malè non habeant bonos euentus.*

CAPVT XXII.

1 NOn eſt. Caſus. Decimæ † ſoluēdæ ſunt
non deductis expenſis. & pri-
mò ponit exordium. ſecundò narrationē
ibi, Reuera. 3. cōcluſionem ibi, Volumus.
[*Hominum*] quia neque qui plantat &c. 19. di. ſecundū,
& infra c. cum non ſit [*Hortis*] aliàs ouis [*Militia*] ideſt
ipſius ſtipendiis, quod intelligas in bello iuſto. ad hoc
2 quod no. infra c. proxi. Hoſt. [*Venatione*] iſtæ ſunt † deci
mæ perſonales, ideò ſic dictæ: quia miniſterio, & ope-
ra hominis proueniunt: & inde decimæ ſolui debēt,
licet feræ, uel aues, uel piſces in terra, uel mari, uel in
aqua nutriantur ex beneficio, & nutrimento terræ,
& ideò iſtæ decimæ dandæ ſunt illi eccleſiæ in qua is,
qui talia percipit per anni circulum, diuina officia au
dit, quod intelligas uerum, ubi quiſque liberè uena-
tur, uel piſcatur, nulla parte piſcationis, uel precio da-
ta. Alioquin furtum committeret, niſi precium da-
ret: uel certam partem illi, cui de iure dari debet, & il
lam dat, tunc de illa parte, uel precio danda eſſet deci
ma eccleſiæ baptiſmali, ſeu parochiali, infra cuius li-
mites talia percipiantur: quia illa pars, ſeu precium,
non ex miniſterio hominis, ſed ex aqua, & terra pro-
uenit. Igitur, ſi ſit locus publicus, in quo licet unicui-
que uenari liberè, ſeu piſcari, potius reputatur hoc
perſonale, quàm prædiale, & idem in ſimilibus ſecun
dum Inno. Quid ergo, ſi antiquitus fuerit libera vena
tio, vel piſcatio omnibus, nunc autem dominus fa-
cit præconizari ſub certa pœna, ꝙ nullus de tali loco
uenetur, uel piſcetur? vtiq; ſi hoc facit contra uolun
tatem hominum, ſiue populi, quorum intereſt, uio-
lētia eſt, & eſſet ex hoc dominus puniēdus, nec opor
tet contra uenientem timere furtum: timeat tamen,
ne de facto cogatur pœnā ſoluere: ſi hoc facit de con
ſenſu illorum, quorum intereſt, iuſte fit, & tranſgreſ-
ſor eſt puniendus, probatur hoc inſti. de rerum diui.
§. 3. & ſeq. & §. feræ igitur beſtiæ. ff. de acqui. re. do. &
ne quid in loco pu. & de aqua quo. & æſti. per totum,
& in eo, quod le. & no. ſup. de conſt. c. 2. & de temp. or
di. ſi archiepiſcopus, de off. archipreſ. c. fi. & de maio.
& obe. c. fi. & in ſum. de pœniten. §. fi. & ſub. §. fi. Hoſt.
Item uidetur, ꝙ ſi aliquis capiat piſces in mari, uel a-
qua fluminali, & apportet in ſtagnum, in quo ipſos
nutrit, decima talium eccleſiæ, in cuius parochia ſta-
gnum ſitum eſt, dari debet, & idem uidetur, ſi beſtiæ
recludantur in recluſorio, ſiue parco. cum ibi viuant
beneficio aquę, uel terrę in eadem parochia ſitæ, ſup.
eo. c. reſpon. 1. & inf. eo. cum non ſit in homine. Aliis
tamen uidetur, ꝙ de prædictis nō baptiſmali eccleſię,
ſed illi, in qua percipiens talia audit diuina officia, de-
cima ſit ſoluenda: quia omnia talia proueniunt ope-
ra, & artificio hominis: nec ob. inf. eod. cum non ſit:
quia ibi nō prouenit fructus artificio hominis, ſed ex
ſola gratia Dei: quod inde apparet: quia ſemen morti
ficatur, & ideo non homine operante uiuificatur, &
fructum plus affert. Sed piſces, & animalia miniſte-
rio hominis recluduntur, nec ſicut grana moriun-
tur, ut poſtea cum maiori fructu reuiuiſcant, ſecun-
dum Innocen. ſed Hoſtien. dicit, quòd talis decima,
nec merè prædialis, nec merè perſonalis cenſenda
eſt ſed mixta. quod dic, ut not. ſupra, eod. apoſtoli-
3 cę. §. primo. ¶Quid ſi † arborem de ſilua exciſam non
ualentem ibi, decem libr. ducat quis ad portum, ubi
ualet mille? reſpondeo, non ſolum de decem, ſed &
de mille danda eſt decima, deductis tamen expenſis,
quæ bona fide fiunt in deducendo uſq; ad portū ſm
Inn. & reuertendo uſq; ad hoſpitiū, niſi & in aliis de-
ducendis negocietur, in quibus lucretur. Alii dicunt,
ꝙ de 10. lib. tm̄ dare debet decimā, & alia cedūt lucro.
Tu dicas ſm Hoſt. ꝙ de. 10. libris tm̄ danda eſt decima
illi eccleſiæ, intra cuius parochiam arbor exciſa fuit;
& ſic eſt uera hæc ultima opinio. De alio uerò lucro
deductis expenſis dāda eſt decima illi eccleſiæ, in qua
ductor arboris percipit eccleſiaſtica ſacramēta, ſ. c. pa
ſtoralis. & ſic intellige primam opi. ſm Hoſt. & Abb.
& facit ad ea, quæ dixi. ſ. eo. cum ſint. quædā alia, quæ
no. hic Inn. & Hoſt. dicam, ſ. c. paſtoralis, ſuper glo. ex
4 hoc [*De omnibus bonis*] bona † dicuntur illa, quorum do
minium habemus, uel quæ bona fide poſsidemus, ff.
de uerb. ſignifi. l. bonorum appellatione. Et dicuntur
bona, quia nos beant, Goff. & no. Hoſtien. quod non

ſolum dixit, bonis, ſed addidit, omnibus: ſed ſine illo
addito comprehẽderet immobilia, fortius cum illo.
facit de teſta. relatum. 2. & facit ad ea, quæ no. & dicã,
infra eo. paſtoralis [*Miniſtris*] habita diſtinctione inter
perſonales, & reales, de qua ſup. eo. ad apoſtolicæ [*Ne*
4 *glexerint*] uidetur ergo, ꝙ non ſint† in mora, nec pec-
cent mortaliter, donec moniti reſtituere contradicãt
ut hic, & ſupra eo. peruenit. ibi de hoc. ibi no. contra-
rium Hoſt. [*Præcipimus*] quod præcipitur &c. infra de
uerb. ſignifica. in his. & præmiſit diſtrictè, ut omnino
ſcirent ſentientes contrarium decimam eſſe in præce
pto, ad idem, infra eo. tua. 2. uer. nimis profectò, maxi
mè cum in diuerſis opi. ſit ſequenda diffinitio papæ, q.
ſi. ſint legi. per uenerabilẽ, §. rationibus. & eſt hoc ue-
rum etiam de quotitate, ut hic in fin. patet ſm Hoſt.
5 ¶ [*In† glo. 2. ibi, reuocari meretur*] Greg. ad reginam Franco
rum. Crede mihi, quod cum peccato cõgregatur, cũ
damno perditur. Quid ius ſine titulo. Non habet euẽ-
tus ſordida ꝑda bonos. Claudianus. Quas male colle-
git fallacis dextra parẽtis, Has pœnis nati dextra refun-
dit opes. uide quod dicam de cenſi. ꝓcura. in glo. ut ſi.

*SVMMARIVM.*

1 *De molendini ad uentum fructibus decimæ ſoluendæ.*
*Infidelis an ſoluere eas teneatur, remittit.*
*Dei uirtus in omnibus elementis operatur.*
3 *Molendini ad uentum ubi uſus.*
*Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 4.*
*Ex illicitis cauſis quod ſocius acquiſiuit, non cogi tur conferre.*
*Honoribus probibitus à quibus non excludatur, nec à muneribus.*
5 *Additio gloſſarum, num. 6.*
*Decima, & eleemoſyna an tribuenda de illicitè acquiſitis, nu. 6.*
*Ex pecunia illicitè quæſita an eccleſia fabricata, deſtruenda.*
*Meretrix promiſſum petere non poteſt, licet ſolutum ei non repetatur.*
6 *Mamona, quid.*
*Iniquitas hic, pro ſolicitudine.*
*Ab excommunicato, & meretrice an recipienda eleemoſyna, uel oblatio.*

CAPVT XXIII.

1 EX tranſmiſſa. Caſus. De fructib⁹ †molendini ad uẽ-
tum ſoluendæ ſunt decimæ. & primò po-
nit deciſam querelam. ſecundò dat iudicẽ
ibi, Quia. vbi præmittit generalem rationem, ex qua
infert concluſionem ibi, Mandamus, quatenus [*Fide-*
*lis*] de infideli dic, ut ſup. eo. de terris, & infra de uſu.
quanto, ad fi. [*Acquirere*] & de facto acquirit [*Ad ſolu-*
*tionem*] ſup. faciendam ſine diminutione &c. [*Aduen-*
*tum*] uidebatur decimam nõ eſſe dandam de his, quę
ex uento proueniunt, quaſi uenti per ſe naſcãtur, nec
dei uirtus in eis operetur: ſed non eſt ita. Nam mare,
& uenti obediunt ſibi, Goff. ut Matth. 8. Et qui fecit
aquam, fecit & aera. ut gene. 1. c. Dixit. T. & Vin. Mo-
lendinum fundatum eſt in terra, de qua decima daba
tur, & eius fructus incommodatur. Præterea ſufficit,
2 ꝙ ſit honeſtum lucrum. Dixit Hoſt. ꝙ† talia molendi
na ſunt Marſiliæ, & Arelatæ, & in multis locis [*Compel-*
*latis*] per ſententiam excommunicationis, de hoc, ſu-
3 pra eo. peruenit, Hoſt.] ¶ Prima† gl. reſpondet per qõ.
an de illicitè acquiſitis ſoluenda ſit decima. arguit ꝙ
non à cõtrario huius literæ. alle. etiam canonem, tres
auctoritates, & unam. l. Ad contrarium alleg. tres. ll. &
unam auctoritatem. ponit opi. demũ ſoluit diſtinguẽ
4 do. ¶ [*In 1. † glo. ibi, §. ulti.*] ſocius etiam omnium bono-
rum non cogitur conferre, quod ex illicitis cauſis ac-
quiſiuit [*& ibi, accipit*] licet turpiter faciat [*& ibi, deli-*
*ctum, uel pœna*] unde prohibitus honoribus, tenetur ad
munera, & etiam ad honores, qui mixtam habẽt mu-
5 neris cauſam. & hoc uult. §. ulti. ¶ [*In† glo. 1. in prin.*] quæ-
re hanc gl. 14. q. 5. in ſumma [*& ibi, ubi de hoc*] ibi etiam
notatur, an demoliri debeat eccleſia conſtructa de pe
cunia ſimoniaca. & quid tunc de iure pa. & an de fru-
ctibus rei emptæ de pecunia ſimoniaca eleemoſyna
fieri poſsit [*& ibi, Iuxta illud*] Deute. 23. [*& ibi, Iſaias*] nõ
credo hoc eſſe de textu Iſaiæ, imò nec Bibliæ [*& ibi, ho*
*norabis*] prouer. 3. [*& ibi, turpiter accipit*] nunquid dans
peccet, quare no. 86. diſ. qui uenatoribus [*& ibi. §. quo-*
*tiens*] & ut ibi no. licet ſolutum ſibi non repetatur, pro
miſſum, tamen ipſa petere non poteſt, cum turpis fue
a rit promiſsionis cauſa, ff. de uer. obli. generaliter[a] [*&*
6 *ibi, Euangelij*] Lucæ. 16. [*& ibi, de mamona*] Mamona† dæ-
monium, quod præeſt diuitiis. Iniquitas, hic ſumitur
pro ſolicitudine, ut patet in concor. & not. 12. q. 1. c. 2.
in gl. 2. [*& ibi, alij dicunt*] Io. inf. eo. paſtora. Goff. ſup. c.
proxi. Phi. Inn. Hoſt. hic [*& ibi, eleemoſynam*] quomodo
in excommunicato diſtinguitur inter eleemoſynam
eius, & oblationem, dicam, infra de ſent. excom. cum
uoluntate, ſuper uer. eleemoſynas [*& ibi, à meretrice*]
quæ non pœnitet, ſed poſt pęnitentiam bene poterit
recipi, ſecundum Lau. & Inn. ne deſpiciatur ex eo, qđ
fuit, l. diſt. ferrum. Si uerò nõ pœnitet, faciat inde elee
moſynam de diœceſani conſenſu, arg. cõtra de Iudæ.
cum ſit, de uſur. cum tu, ſecundum Hoſt. & ſic ceſſet
inſolubile, quod inſurgit ex eo, ꝙ tenetur ſoluere, &
ſoluere non poteſt, cum illud non recipiat eccleſia. &
dicit ſic ſupplenda, no. eo. titu. in ſumma, §. de quibus
b rebus[b] [*& ibi, uſura*] hoc exemplum conuenit ſecun-
do membro, ſ. ꝙ transfertur, ſed competit repetitio;
de hoc. 14. q. 4. ſi quis uſuram [*& ibi, inuaſore*] idem no.
Io. 16. q. 1. decimas, Goff. ſupra c. proximo.

ANNOTATIONES.

a ¶ Generaliter. Ibi u. de Bart. & in le. affectionis, ff. de dona. & Cy. Bart. Bald. & d. Bar. de Saly. in l. 1. C. de condi. ob turpem cauſam.
b ¶ De quibus rebus. De ludo, & de quæſitis in ludo uide Io. And. ſupra de ui. & hone. cleri. clerici, ſuper gl. 3. & Bald. in rubrica, C. de condictio. ob turp. cauſam. & an quæſitũ in ludo, dicatur quæſitum ex cauſa lucratiua, uide Bald. C. ſi in fraudem patro. l. 1.

*SVMMARIVM.*

1 *Locator, & conductor tenentur ad decimas.*
*Ius commune qui habet pro ſe, habet intentionem fundatam.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
*Decimas concedere laicis ex diſpenſatione papa poſſit.*
*Præcepta diuina an recipiant eiuſdem diſpenſationem, & interpretationem, & quæ.*
3 *Decimarum tempora tria, & de hoc. num. 9. uer. nec ob.*
4 *Cuius efficiæ erant, & qua ratione manent, & quæ tempora reſpiciant, num. 6. uer. adueniente.*
5 *Quatuor modis conſiderantur in ſacra ſcriptura.*
6 *Earum quatuor genera, & quæ nunc durent, & quod ſit euacuat, num. 9.*
*Ex præcepto etiam imperatorum debentur, uer. adueniente autem, & quo, uide num. 9.*
*Lombarda ex quorum legibus conſtat, ibid.*
7 *Decimarum ius ab eccleſia dependet, & earum limitatio cur facta.*
*Harum & eccleſiaſticorum aliorum iurium ſummus pontifex interpretator, moderator & arbiter.*
*Ab eis poteſt eximere, & quomodo.*
8 *Eas qui non integraliter ſoluit, quando mortaliter peccet, & quando excommunicandus.*
9 *Ab earum ſolutione non excuſantur ex delicto clericorum, nec ex alijs hic memoratis.*

CA-



CAPVT XXIIII.

1 A Nobis. C. Locator† & conductor te
2 nentur ad decimas, niſi ſe im
munes oſtendant. huius pars de coha. cle-
ri. à nobis. & diuide ſic, ſupra proximam.
[*Et infra*] hic deciditur, ꝙ dantes poſſeſsiones ad cen-
ſum ſe excuſabant, ꝙ non tenebantur ad decimas al-
legantes in hoc conſue. [*Exemptus*] ſupra eo. ex parte,
& infra de ec. ædi. capitulo ſecundo [*Ad fictum*] quod
no. hic Inn. & Hoſt. dixi ſupra eo. cum ſint, ſuper gl. 2.
[*Oſtendatur*] ius enim commune fundat intentionẽ ec
cleſię parochialis, & ideo reus habet neceſſe probare.
100. di. contra morẽ, de præſcrip. capitulo primo, li. 6.
2 ¶ Secunda † glo. obijcit, & dupliciter ſol. ¶ [*In glo. 2. ibi,*
*etiam laico*] idem no. Io. 16. quæſtio. 1. §. ſi ergo, & eſt ſi-
mile, infra de uſur. ſalubriter, cum ſi. Dixit autẽ Ala.
ꝙ omnibus laicis id concedere non poſſet niſi ad tẽ-
pus ex cauſa, ut fecit Gallicis. idem Vinc. ſupra eo. pa-
rochianos. Ad oppo. reſpondetur, ut recitat Hoſti. ꝙ
ſpeciale ſit in hoc præcepto, ꝙ diſpenſationem, & in-
terpretationẽ papæ recipiat, quod nõ eſt in alio mo-
a rali[a]. & ſit ratio: quia in alijs uerſatur honos dei irre-
miſibilis, uel utilitas humana publica indiſpenſabilis,
ut eſt uidere in præceptis decalogi, quorum nullum
etiam in parte remitti põt ſine offenſione dei, vt non
habebis deos alienos uel proximi: vt honora patrem:
non occides &c. Nã naturalis ratio oſtendit talia non
poſſe remitti. In hoc autẽ præcepto conſideratur ho-
nor dei, ut decima detur, & hoc per papam uniuerſa-
liter remitti nõ poteſt. Item ꝙ ab omnibus & de om-
nibus detur clericis, & eccleſijs, & hoc reſpicit ipſorũ
temporale commodum. Cum autẽ papa ſit omniũ
eccleſiarum, & clericorum rector, & vicarius genera-
lis cum libera adminiſtratione, non eſt mirum, ſi in
hoc multum poteſt [*& in fi.*] hanc glo. poſuit La. ſup.
eo. peruenit. Ala. ſupra e. ſane. Dicit Hoſti. & facit eius
3 additio uſque in finem. Ad cuius† materiæ plenã no-
ticiam tria tempora ſunt attendenda, & cuius effica-
ciæ erant decimæ tẽpore legis naturæ, & ꝙ quattuor
modis cõſiderantur decimæ in ſacris ſcrip. & ꝙ quat-
tuor ſunt genera decimarum. Tria tempora ſunt. tẽ-
pus legis naturę, quo non erant decimæ in præcepto,
ſed in conſilio tantum: tempus legis ſcriptæ, quo fue-
runt in pręcepto: tempus gratię, quo libertati ſpiritus
uidẽtur relictæ. unde Hug. de ſan. uic. in libro de ſacra-
mentis, li. 10. parte. 11. capitulo. 4. loquens de decimis
ita dicit. Primum ante legem paruulos conſilio eru-
diuit. Poſtea ſub lege exercitatos præcepto tentauit:
nouiſsimè ſub gratia ꝑfectos in libertate ſpiritus am-
bulare permittit, & ita uidetur, ꝙ non ſint hodie in ꝓ-
cepto, ſed reſponde, ut no. infra eo. glo. ſub §. nec ob-
4 ſtat. ¶ Et cuius† efficaciæ erant, dicendum ꝙ in reme-
dium culpæ originalis, in ſignum debitæ recognitio-
nis, ſeu diuini dominij uniuerſalis, & figuram futuræ
redemptionis. In remediũ culpæ originalis: quia tũc
temporis erant decimæ de numero ſacramentorum:
ſic & oblationes, & ſacrificia, & ſicut circunciſio tem
pore legis gratiæ, licet inter hæc magna ſit differentia
quantum ad obligationem, & quantum ad ſignifica-
tionem, & uirtutem. De differentia obligationis. Di-
cit Hug. in eadem parte capitulo. 3. Illa inquit ex uo-
to celebrata ſunt, iſta ex præcepto, neq; enim æſtimã-
dum eſt illa prima naturalis legis ſacramenta, ſiue de-
cimas uidelicet, ſiue ſacrificia, ſiue oblationes ita ho-
mini ex neceſsitate indicta, vt qui ea nõ executus fuiſ-
ſet, reatum præuaricationis incurreret, quẽadmodũ
ille, qui ea fideliter coleret, meritum ſuæ deuotionis
inueniret. Nuſquam enim legimus, ꝙ ante legẽ ſcri-
ptam deus homini dixerit, Qui decimas non dederit,
qui ſacrificia nõ obtulerit, ſicut poſtea per legem di-
xit, Maſculus, cuius præputij caro circunciſa non fue-
rit, peribit anima illa de populo ſuo. Et ſicut ſub gra-
tia terribiliter intonuit, Niſi quis renatus fuerit ex a-
qua, & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum
dei. De differentia etiam ſignificationis uirtutis. Idẽ
Hug. in eadem parte. c. 8. Sciendum inquit, ꝙ diuinæ
diſpenſationis ordo & ratio hoc popoſcit, ut ſicut ab
initio percurrente tempore magis ſemper, ac magis
aduentus ſaluatoris appropinquabat, Sic ſemper ma-
gis & magis affectus ſalutis accreſceret, & cognitio ve
ritatis. Erant hoc tempore decimæ in figuram futurę
redemptionis, ſignificabant enim futurum redẽpto-
rem, cuius perfectio noſtrum imperfectum ſine cul-
pæ, ſiue pœnæ penitus euacuaret. Quod colligitur ex
prima datione decimarum, quãdo. ſ. Abraam patriar-
cha dedit decimas omnium ſacerdoti ſibi uictori oc-
currẽti benedicẽti Melchiſedeh, ſcilicet qui erat ſacer-
dos dei ſummi, ſicut legitur Geneſi. 14. Qui quidem
Melchiſedech expreſsè figurabat Chriſtũ, ſicut oſten-
dit apoſtolus ad Hebræ. 7. ubi incipit proſequi iſtã hy-
ſtoriam ad declarandam excellẽtiam Chriſti & ſacer-
dotij nouæ legis. Sed & erant in ſignum debitæ reco-
gnitionis, ꝙ ſ. deus eſt perfectus nullo indigens: quia
ſecundum philoſophum, perfectum eſt, quod nullo
indiget, ex ſe maxime quod eſt perfectum vniuerſali-
ter, qualis perfectio cõuenit deo, ſic ut dicit idẽ Hug
eo. li. parte. 3. cap. 18. & Aug. ſuper gen. 8. c. Ille, inquit,
noſtra ſeruitute non indiget: nos uerò donatione ſua
indigemus, ut operetur, & cuſtodiat nos. nam ſi no-
bis indigeret, eo ipſo non uerus dominus eſſet, cũ per
nos eius adiuuaretur neceſsitas, ſub qua & ipſe ſerui-
ret. Ideo decima in hoc, ꝙ eſt ſignũ dictæ ꝑfectionis,
eſt ſignũ dominij uniuerſalis. Igitur ꝑfectus eſt deus,
& ideo oĩm dñs, propter quod dicuntur dari decimæ
in ſignũ uniuerſalis dominij. ī. e. tua nobis. §. 1. uer. ni-
mis ꝓfectò. Significatur igitur perfectio diuina per de
cimã: quia denarius numerus eſt perfectus, unde idẽ
Hug. in eo. ca. 8. Denarius, inquit, quoniam perfectus
numerus, eſt ſignũ bonitatis, & uirtutis, quæ deo attri
buitur, & in homine à deo eſſe cognoſcitur. Noue-
narius autem quia minus à perfecto habet, & uitium
corruptionem ſignificat, quod merito homini depu
tatur, propterea ergo homo decimã dare deo, & no-
uem ſibi retinere præcipitur, ut quod bonũ eſt in ſe,
à deo, & quod uerò malum eſt, à ſe habere confiteať:
& hoc idem tangit Aug. 16. qu. 1. decimæ. Sic ergo de
cimæ tempore legis naturæ operabantur. primò quia
erant in remedium culpæ originalis, quæ uacuatur ꝑ
ſacr̃m efficaciæ plenioris, ſicut & circũciſio ꝑ baptiſ-
mum, ut infra de bap. maiores. §. ad hoc autem, uerſi.
fi. & §. caute tamen. Secundò quia erant in figuram fu
turæ redemptionis, & hoc euacuatum eſt per exhibi-
tionem promiſſæ ueritatis, ut patet in eo, quod leg. &
no. infra de celeb. miſ. cum Marthæ, uer. cæterum, & §.
ex eo autem. Tertiò quia erant in ſignum debitæ re-
cognitionis, ſeu dominii uniuerſalis, & quia hoc ter-
tium uidetur includere quid morale, quod eſt de ra-
tionis dictatione, recognoſcere, ſcilicet uniuerſalita-
tem dominii domini, & per diuinam inſpirationem,
& per proprietatis, ipſius decimæ conſiderationem ra
tio aducta dictat, quòd iſta recognitio conuenientiſ-
ſimè ſit per decimę partis ſeparationem, & dationem.
Ideo ratione huius tam debiti & tam conuenientiſsi-
mi ſigni decimæ manent & reſpiciunt omne tempus
ſiue naturæ, ſiue legis, ſiue gratiæ; propter quod huic
tanquam fundamento & immobili innititur auctori
tas eccleſiaſtica, infra eo. tua nobis. §. 1. uer. nimis pro-
fectò, & c. cum non ſit in homine. §. 1. quod eſt conci-
lium generale, & 16. q. 1. decimæ, ubi dicit Augu. non
igitur dominus Deus præmium poſtulat, ſed hono-
rem.

5 rem. Quattuor † autem modis conſiderantur deci-
mæ in Sacra ſcriptura. ¶Primò enim conſiderantur
decimæ, ſecundum quòd fuerunt de numero ſacra-
mentorum. de quo iam ſatis tactum eſt. ¶Secundò
tempore legis ſcriptæ conſiderabantur uno modo,
ſecundum quod includebantur in ritu ſacrificiorũ, ſi
cut habetur Numeri. 15. & 27. & 29. per totum, & illa
ſacrificia cærimonialia erant, & umbræ & figuræ fu-
turorum: certum eſt, quòd decimæ hoc modo con-
ſideratæ penitus euacuatæ ſunt, ſicut & cætera cæ-
rimonialia, ut patet in eo, quod le. & no. infra de pu-
rificatione poſt partum. c. 2. ¶Tertiò conſiderabantur
tor eodem tempore, prout pertinet ad propriam cõ-
ſolationem, ſicut habetur Deutero. 14. decimam par
tem ſeparabis de cũctis fructibus tuis, qui naſcuntur
in terra, per annos ſingulos, & comedes in conſpe-
ctu domini Dei tui in loco, quem elegerit, ut in eo
nomen illius inuocetur, quod eſt tertium genus de-
cimarum, ut patet ſupra eo. c. 1. uer. erant quoque, &
infra e. glo. ſub §. 1. uer. tertium. Et quia in hoc con-
deſcẽdebat lex populo illi carnali & rudi & duræ cer-
uicis, ut ſaltem per carnalem conſolationem, & tem-
poralem promiſsionem poſſet ab idolatria reuoca-
ri: quia etiam determinatum locum includit tem-
plum illud, uidelicet, quod omnino fuit figurale. id-
eo iſtud tanquàm imperfectum & cærimoniale per
euãgelicam perfectionem & ueritatis exhibitionem
euacuatum eſt. ¶Quartò conſiderabantur, ſecũdum
quod pertinebant ad debitam ſubuentionem; & de
his inueniuntur tria genera? Vnde uidẽdum eſt, quot
6 ſint † genera decimarum, & quidẽ tempore legis ſcri-
ptæ fuerũt. 4. genera. primum illud, quod populus da-
bat leuitis: ſecundum illud, quod leuitæ dabant ſacer-
dotibus. tertium, quod unuſquiſque ſeparabat in ſuis
horreis ad comedendum in templo. quartum, quod
pauperibus erogabant, ſicut patet, ſup. eo. c. 1. reſpon.
1. Genus tertium dabatur in conſolationem. Tria ue-
rò genera, quæ remanent, dabantur ad ſubuentionẽ,
ſiue prouiſionẽ. De primo, quod dabatur leuitis ha-
betur in leui. Omnes decimę terrę ſiue de frugibus &c.
& Numeri. 18. filiis Leui dedi omnes decimas Iſrael,
&c. Malach. 3. inferte omnem decimam &c. & in aliis
multis auctoritatibus no. ſupra eo. in ipſo. capitulo. 1.
Adueniente autem tempore gratiæ conſiderauit ec-
cleſia, quid in hac materia eligendum eſſet, & ſtatuen
dum: & attendens ſignum uniuerſalis dominii, quod
quaſi fundamentum poſuit, ut no. ſupra eo. gl. ſub. §.
& cuius efficaciæ, uerſi. ideo, & ꝙ in ueteri teſtmento
deus primũ genus decimarũ ſibi retinuit, & populo,
ipſas decimas daret leuitis, præcepit, & quod ratio na-
turalis dictabat, ut qui domino pro populo miniſtra-
bant, debebant à populo ſuſtentari, & ſic erat debitũ
quoddam morale, nec conuenientius pro iſta ſuſten-
tatione aliam portionem, quàm illam, quæ propria
domini erat, debuit eccleſiæ ſuæ aſsignaræ, ſtatuit &
& præcepit, ꝙ populus decimas darer, & redderet ec-
cleſijs, & clericis, ſicut patet in hoc ti. & 16. q. 1. §. deci-
mas, & ca. ſequentibus. Sed & quia laici proni ſunt ad
detrahendum ſtatutis eccleſiaſticis, & ipſi imperato-
res, quorum ſaltem legibus ipſi laici aſtringuntur. C.
de legibus, leges, ad ipſorum laicorum ora obſtruen-
da, hoc receperunt & approbauerunt: præceptam
ꝙ diſtringerentur ad ſolutionem huiuſmodi facien-
dam, ut in Lombarda, de decimis, per totum, li. 6. quæ
ſunt leges Caroli, Lotharij, & Ludouici imperatorũ,
& ſic fuit iſtud debitum, ſiue præceptum iudiciale ſe-
cũdum æquitatem. Quamuis igitur ſit tranſlatum ſa-
dotium quantum ad ritum colendi: tamen quia in ſa
cerdotio nouæ legis manet onus miniſterij, propter
quod eſt uerè & propriè communicatio bonorũ, &
ſpiritualium propter excellentiam ſacramẽtorũ, quæ
efficiunt, quod figurant, & continent, quod ſignificãt
ſaltem quãtum ad ſubſtantiã præcepti remanet iſtud a
debitum ut morale, uel quaſi, in corde enim cuiuſli-
bet ſcriptum eſt, ut communicanti & ſeminanti ſpiri-
tualia communicentur, & miniſtrentur temporalia:
firmatur nihilominus ut iudicale quantum ad formã,
hoc eſt quantum ad taxationem & determinationẽ
decimæ partis, & quantum ad illas eccleſias, quibus
ex debito eſt reddendũ. Quinimò & ſi dicamus, quod
hoc præceptum maximè quantum ad ſolutionẽ de-
terminatæ partis non ſit morale naturæ, uel quaſi, ad
minus eſt morale diſciplinæ, hoc eſt legis, per quã ha-
bet uita humana regi obediendo inſtitutioni diuinæ
& humanę, ſupra de iura. calum. c. 2. §. præterea. ſupra
de conſti. capitulo primo. Eſt ergo morale diſciplinæ:
quia legis ſcriptæ humanæ ac canonicæ, ut eſt dictũ,
& quod plus eſt, euangelicæ. Matthæ. 24. & Lucæ. 11.
ubi dicit: hoc oportuit facere, & illa non omittere: &
in hoc etiam concordant ſancti, ſiue quattuor docto
res eccleſiæ principales, ut plenè no. in ſum. eo. ti. §. fi.
ſub. §. 7. uer. per prædictas auctoritates. Patet igitur, ꝙ
decima eſt in præcepto: & ꝙ hoc pręceptũ poteſt di-
ci morale naturæ, uel quaſi, ſiue morale diſciplinę, ſi-
ue iudiciale ſecũdum ęquitatem. Sed ſiue ſic, ſiue ſic,
7 hoc certum eſt de iure † decimarũ, ꝙ ab eccleſia de-
pendet, & ad ipſam pertinet, nec cadit in laicum: tum
quia ius ſacerdotum eſt. 16. q. 7. decimas: tum quia ius
diuinum eſt. 16. q. 1. cap. fin. tum quia ſanctuarium dei
eſt, ſupra e. ad hoc: tum quia nec à laico poſsideri põt
ſupra de pręſcrip. cauſam quę, in fi. ſupra eo. prohibe-
mus, & c. quamuis: fructus etiam exinde prouenien-
tes ſunt clericis exhibendi, infra eo. tua nobis. horum
omnium ſummus pontifex interpretator eſt mode-
rator, & arbiter, ſicut & aliorum iurium eccleſiaſtico
rum, & etiam quoruncunque dubiorum, quę occur-
rere poſſunt, ut patet in eo, qđ legit. & no. ſupra de trã-
ſla. epiſcopi. ca. 1. in prin. & infra qui fi. ſint legi. per ue-
nerabilem. §. rationibus. potuit ergo de iure pręcipe-
re ꝙ decima ſolueretur, & pars decimę, ſicut ſonat, ut
ſupra eo. non eſt in poteſtate, in fi. & c. cum homines:
& exprimere de quibus ſit ſoluẽda, ſupra c. peruenit,
& in quibus, ſupra eo. quoniam Vnde, ne remaneret
confuſa ſolutio, & ne dicerent aliqui, nobis magis de-
betur, quàm alijs tum ratione paupertatis, tum ratio-
ne uitę perfectioris, ſtatuit & determinauit, ꝙ limita-
tio parochiarum in ſolutione huiuſmodi attẽdatur,
ſupra de his, quę fi. à pręę. paſtoralis, de ſepul. c. 1. §. fi. et,
infra eo. tua nobis. §. fi. & per totum, & cõſuetudo in-
ter eccleſias approbata, ſupra e. ad apoſtoli cę, & c. cũ
ſint, & ꝙ ſuper his poſsit componi, ſupra eo. ex multi-
plici, & de tranſla. ca. 2. Poteſt etiam quos vult exime-
re in totum, uel in partem, ut ſupra eod. ex parte. & c.
ſuggeſtum, & de his aliter diſponere, prout placet, dũ
modò, vt dictum eſt, in totum ipſum ius non tollat, vt
patet in eo, quod le. & no. in ſum. de reſcriptis. §. & ſu-
per quibus, ſub. §. poteſt autem quis impetrare: quia
non ſunt talia contra fidem, & ideo ei in omnibus his
eſt parendũ, ut patet in eo, quod le. & no. ſupra de cõ-
8 ceſ. pręben. propoſuit. §. fi. ¶Quicunque igitur † cano-
nicè monitus non ſoluit integraliter decimam, nega-
ri nõ poteſt, quin mortaliter peccet: quia tranſgreſſor
diuinę & humanę legis, nec non & iudici contumax
reperitur: unde & excommunicari poteſt, ſupra e. ex
parte canonicorum, in fi. & c. peruenit: & hoc appro-
bat Ludouicus imperator, inhibens, ne pręrextu ince
ſtus clericorum retineatur, ſed inceſtuoſi ſecundum
canones penitentiam agant. Qui verò decimam poſt
tertiam admonitionem, & pręedicationem ſacerdotũ
dare neglexerit, excommunicetur, ut in Lombarda
de



ne decimis. l. fi. Et per hoc dicunt quidam, ꝙ in regio-
dibus illis, in quibus de more non ſoluitur decima,
nec prędicatur, nec exigitur, non peccant mortaliter
homines non ſoluẽdo, quaſi Romana eccleſia videa-
tur in his ſaltem quò ad præterita diſpenſare, ne tantã
multitudinem contingat ex cauſa damnari, arg. inf. e.
in aliquibus, reſpon. 1. & in eo, quod le. & no. infra de
cogna. ſpũ. ſuper eo. Sed ſi poſt prædicationẽ, & mo-
nitionem ipſam retineant, mortaliter peccant, arg. in
eo, quod le. & no. infra de conſe. ecc. aqua, & de cleri-
co excom. miniſtrã. ſi celebrat. §. 1. & ſup. ne præ. c. pe.
§. 1. Alij uerò dicunt, ꝙ cum ad ſolutionem decima-
rum quilibet facto, vel ex precepto ſit obligatus, ſem-
per peccat non ſoluens, arg. ſupra c. ex tranſmiſſa, & c.
cum homines, Exo. 22. Decimas, & primitias tuas nõ
tardabis offerre, & in eo, quod le. & no. ſupra de treu.
& pa. c. 1. reſpõ. 1. in fi. & ſemper eſt in mora, ſicut fur.
ff. de condi. fur. l. ult. in fi. Et hæc opinio uidetur ſecũ-
dum rigorẽ iuris præferenda: prima tamen benignor
& æquior eſt, & ideo ad uitandum animarum pericu
lum expreſsè per conſtitutionem ſedis apoſtolicę ap-
probanda, ar. in eo quod le. & no. ſupra de tranſac. c. fi.
& de ap. oblatæ. §. penul. ¶Illud autem pro † certo te-
neas, ꝙ quantuncunque clerici delinquant, uel deci-
mis abutantur, nunquam tamen de hoc habent lai-
ci diſputare, uel iudicare, nec debent propter hoc de-
cimas retinere, ut infra eod. tua nobis §. 1. uer. fi. unde
Aug. ſuper Gen. 8. c. dominus, inquit, cur iuſſerit, ui-
derit, faciendum eſt autẽ à ſeruiente quod iuſsit. Nec
excuſat conſuetudò laicos, nec præſcriptio aliqua, ut
patet in eo, quod le. & no. ſupra de conſue. ca. fi. ſupra
de præſcrip. c. fi. niſi ſit per ſedem apoſtolicam appro-
bata, & ſic poteſt intelligi, infra eo. in aliquibus, in fi.
Nec ob. ꝙ ſupra e. glo. ſub. §. tria tempora, uer. primũ:
quia dici poteſt, ꝙ illud intelligit de decima, quę erat
pauperibus eroganda, vt patet, infra e. glo. ſub. §. circa
quartum, poſt prin. in fi. uer. ergo in ſum. uel ſi intelli-
gas illud de primo genere, dic, ꝙ Hug. nõ intendit ex-
cludere obligationem præcepti, ſed potius oſtendere
interiorem motum animi, quoniã ex charitate, & ſic
libero ſpiritu debet implere hoc pceptũ uerus Chri-
ſtianus, quod ex timore ſeruili implebat Iudæus, ar. in
fra de reg. iur. qui ex timore, & infra de regularibus, li
cet, in fi. Quod ſi Hug. per illa uerba præceptũ de de-
cimis intendit excludere, magis ſtandum eſt expreſsis
uerbis ſanctorum Greg. Ambro. Aug. Hiero. & ſum-
morum pontificum, quàm dicto ipſius, uel magiſtri
alterius cuiuſque, ut patet in eo, quod le. & no. ſupra
de conſti. ca. 1. & c. ne innitaris. De ſecundo etiam ge-
nere dic, ut le. & no. infra eo. cap. 2. tertium uerò eua-
tuatum eſt, ut no. ſupra eo. ſub. §. quattuor, uer. tertiò.
Circa quartum autem, quod erat pauperibus erogan
dũ, conſiderauit eccleſia, ꝙ & ſi de ipſo expreſsè one-
raret laicos, immineret eis periculum, ꝙ nec unũ tã-
tum ſoluere uolunt. Conſiderauit etiam, ꝙ in illa de-
cima, ſicut dicunt doctores legis, imperfectio notaba
tur, quam imperfectionem euacuauit Chriſtus, & eis
prouidit plenius, quando dixit Luc. 6. omni petenti
tribue, & 11. quod ſupereſt, date eleemoſynam, & ec-
ce omnia mũda ſunt nobis, in quo oſtendit, ꝙ voluit
verum Chriſtianum eſſe liberaliſsimũ ad pauperes, in
quibus teſtificatur ſe recipi, & repelli, Matth. 25. Io. &
Aug. dicit, ꝙ ſoluta decima, ſ. primi generis, de. 9. par-
tibus, quæ remanent, eleemoſyna fiat. 16. quæſtio. pri.
decimæ: & de hoc genere poteſt intelligi, quod dicit
Hug. ut no. ſupra eo. glo. ſub. §. proxi. in prin. Nihilo-
minus tamen & in primo genere decimarũ hoc quar
tum genus induxit eccleſia, & plenius prouidit eccle-
ſia pauperibus. unde & ſtatuit, ꝙ nedum decima, qui-
nimò & omnes oblationes, & reditus eccleſiaſtici di-
d uidantur in quattuor [d] partes, quarum unam paupe-
ribus aſsignauit. 12. q. 2, uobis, & c. qui & humanis, &
c. ſeq. Quod & ſecutus eſt Carolus imperator in Lõ-
barda, de decimis l. an decima populi. Et licet hęc ſan-
cta ordinatio ſit in pluribus eccleſijs uſurpata, nihilo-
minus tamen pro laicis remanebunt clerici pauperi-
bus obligati, ut patet. 42. di. §. 1. per totum. 47. di. hi. 86.
diſtin. non ſatis, 12. q. 2. aurum, & c. gloria epiſcopi. 16.
q. 1. cap. fina. Aug. ad Bonifacium comitem. Dum pri
uatim, inquit, quæ nobis ſufficiant, poſsidemus, non
ſunt illa noſtra, ſed pauperum, quorum procuratio-
nem quodammodo gerimus, non proprietatem no-
bis uſurpatione dãnabili uendicamus 12. quęſtio. pri.
cap. fi. & ſi de proprio patrimonio ſufficienter uiuere
poſſumus, illa. ſ. bona eccleſiarum, de quibus præmi-
e ſerat, non ſunt noſtra, [e] & idem dicitur 1. qu. 2. paſtor.
Bona ergo eccleſiarum nulli appropriantur, unde &
epiſcopus procurator cenſetur, non dominus, ſupra
de dona. c. 2. in prin. qui & habet omnibus indigenti-
bus prouidere. 93. diſt. diaconi. 12. q. 1. epiſcopus, & c.
præcipimus. Ideo uerè loquendo non poteſt dici, ꝙ
clerici poſſeſsiones habeant, ſicut aliæ tribus, qđ dic
ut no. ſupra ca. in ipſa. 1. reſpon. Ergo in ſumma, ut ex
prædictis poteſt colligi, primum genus decimæ om-
nino ſtat in precepto, licet limitatum. Secundum etiã
remanet, ſed declaratum. Tertium autem tanquam
cœrimoniale eſt ex toto euacuatum. Quartum uerò
liberũ relinquitur, ſed perfectius informatum, & de
hoc poteſt intelligi dictũ Hug. ut not. ſupra eo. gl. ſub.
§. prox. in prin. hoc teneas ſecundum Hoſt. cuius hęc.
G. per quã dicit ſupplendũ, quod no. in ſum. eo, ti. §. &
utrum, ſub. §. 7. ubi copioſè materia diſputatur. ¶*In
glo. ult. in fine*] vel niſi ſuper hoc facta eſſet compoſitio,
quæ præſcripta eſſet, ſecundum Hoſti. qui remittit, de
tranſactio, capitulo 2. & ſupra eo. cum homines.

ANNOTATIONES.

a ¶Alio morali. Vide ad materiam iſtam plenè per Goffr. in ſumma de reſcrip. & per Bal. in l. omnes, C. ſi cõtra ius, uel uti. publicam. & facit quod no. Io. An. de conſti. quæ in eccleſiarũ, ſuper glo. pri.

b ¶Incurreret. Illæ ergo decimæ, quas Abel ſoluebat, erant uoluntariæ, non neceſſario indictæ.

c ¶Perfectus. Vide in proœmio lib. 6. in glo. ſuper 5. per fraudem.

d ¶Quatuor. Hæc diuiſio locum habet ſolum in minoribus eccleſijs, ut no. Io. An. ſupra ea. quæſtio. ſuper uerbo, facies.

e ¶Noſtra. An hoc ſit uerum, uide glo. fina. & ſuper illa Ioan. An. in capitulo epiſcopus, ſupra de præben.

*SVMMARIVM.*

1 *Decimas remittere non poteſt imperator, & nu. 3. 4.*
*Decimę noualium non accreſcunt laico habens ab antiquo decimas in feudum, uel ex alia cauſa, & quæ nu. 4.*
2 *Specialia in multis magis proſunt, quàm generalia, fallit tamen in fundo dotali, & iure patronatus.*
3 *Imperatori, uel laico leges quæ dant circa hic expreſſa poteſtatem, corriguntur.*
4 *Imperator quæ poteſt concedere imperiali lege, poteſt & remittere.*
*Decimationem facere non poteſt inferior pontifice.*
*De noualibus decimam non ſoluere priuilegium, & quod nõ excuſat, & num. 1.*
5 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 6. 7.*

CAPVT XXV.

1 TVa, & infra. Caſus. In genere vel in ſpecie imperator decimas remittere non poteſt: & decimæ noualium non accreſcunt laico, qui ab antiquo decimas in feudum habuit. ſecũda ibi, Nec occaſione.

caſione. Et primi dicti rationē præmittit: ſecūdi ſub-
mittit ibi, Cum in talibus, & erat olim prima pars in
tertia cōpilatione, de iudi. capitulo primo, & tota de-
2 cre. in quarta [*Generaliter*] melius † dixiſſet, Specialiter,
cum in multis plus proſint ſpecialia, quam generalia.
ff. de pigno. obli. de procura. qui ad agendum, lib. 6. cū
ſimili, dicit Hoſt. ꝙ licet plus ualeat ſpecialis, quàm ge
neralis conceſsio, cum id concedens concedere po-
teſt: quando tamen id ſpecialiter non poteſt cōcede-
re, plus poſſet ualere conceſsio generalis, ut patet in
fundo dotali, & in iure patro. ff. de fundo do. l. 1. de iu-
re patro. ex literis. ff. de acquiren. rerum do. l. quędam:
& ideo dixit, Quantuncunque generaliter, ſecūdum
Hoſt, qui etiam per hunc textum arguit ad ea, quæ di-
xi de uot. infra ne clerici, uel mona. ſicut te [*Eximere*]
3 [*Eximere*] contra, imperator † remittit iuramentum,
quod etiam obligat de iure diuino. ff. ad munici. le. ſi.
Solutio. omnes leges, quæ imperatori, uel laico dant
circa talia poteſtatem, corriguntur etiam de mēte iu-
ris ciuilis in auct. ut clerici apud ꝓprios epiſcopos. §. ſi
uerò eccleſiaſticum, colla. 7. & in l. contraria impera-
tor non remiſit iuramētum, ſed fecit gratiam illi, qui
iurauerat. ꝙ domini iuramentum nō reciperet, & po-
a ſtea recepit in eo, ꝙ ab illo ordine nō remouet[a]. Ho.
4 [*Diuina*] q. d. Si † deberentur. l. imperiali, illas concede-
re poſſet [*antiquæ*] uel de nouo per apoſtolicum, factę,
quod inferior facere non poſſet, ſupra eo. ad hæc, &
c. quamuis: dic, antiquæ, etiam in religioſos tranſlatæ,
ſic infra capitulo 2. in fi. lib. 6. [*Noualium*] per quod di-
cit Hoſtiē ꝙ ſi laicus priuilegiatus, ne ſoluat de terris
ſuis decimas, faciat noualia, de illis decimam ſoluet.
Item ꝙ ſi laicus priuilegium habeat de percipiēdis de
cimis parochię, nō percipiet de noualibus, nec enim
ſine peccato, niſi priuilegium excuſaret, laici ipſas ꝑ-
ciperent, ſupra c. prohibemus, & in hoc eſt odiū [*Ex-
tendenda*] quod hic no. Inn. dicam, infra eo. cum con-
5 tingat, ſuper glo. penul. ¶ Prima † gl. ponit tres caſus,
in quibus laicus &c. ¶ Vlti. glo. ſignat contrarium, &
6 remittit. ¶ [*In † ult. glo. ibi, cum quidam*] uide de uerbo. ſig.
7 cum in partibus, ſuper ult. gl. ¶ [*In † glo. 1. infi.*] & in ca-
ſu, infra de elec. ubi periculum. §. præterea, li. 6. & quā-
dam quæſtionem Vin. hic, an incidēter cognoſcat de
numero, uide ad literam in ſpecu. de recon. §. 2. poſt
princi. & quod hic ſubdit, ibi uide in uer. & no. ¶ [*In gl.
ult. in fine*] & infra de regulis iuris, odia, libro ſexto.

ANNOTATIONES.

a ¶ Remouetur. Vel ibi iuramentum erat illicitum, quaſi de nō pa-
rendo mandato ſuperioris, ut ibi ſentit Bar. & de materia, an per
l. ciuilem, uel ſtatutum poſſit diſponi ſuper iuramento, uide doc.
& Bal. & d. Bar. de Sali. in l. non dubium C. de legib. & Bar. in le. ſi
quis pro eo, ff. de fideiuſſ. & plenè per. d. Bar. de Sali. in auct. ſacra-
menta, C. ſi aduer. uen. in quæſtione fi. & uide bonum tex. in le. ſi
quis inquilinos. §. fi. ff. de leg. 1. & ibi Bal.

*SVMMARIVM.*

1 *Diuiſio decretalis.*
*Decimarum ſoluere dominus, & colonus debent abſque deductio-
ne ſeminis, uel ſumptuum, & cui, & nu. 2. & 3. ubi excipitur,
& num. 12.*
2 *Debet potius augmentari, quàm diminui, & nu. 3. in fin.*
*De negotiatione deducitur capitale in eius ſolutione, ibid.*
*Nec ex delicto clericorum retinenda.*
3 *Statutum pro parte ſtatuta, uel debita.*
4 *Decima debetur ex præcepto.*
*Ea quo iure non cadat, & quo cadat in laicum.*
*Iure uno quid denegatur, quod ex alio conceditur, ut hic.*
5 *In decimarum cauſis qualiter procedatur.*
*Partiarius colonus nunquid habere debeat partem arborum, uel
ipſarum fructum.*
6 *Dominus, & qui pro eo habetur, comparantur.*
*Clerici non ſunt domini propriè rerum eccleſiaſticarum.*
*Diœceſis ciuitatē includit, & pro parochia ſumitur, uel epiſcopatu.*
9 *Decimam nolenti ſoluere quando appellationis remotio non obſtet.*
8 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 9.*
*Multæ moderatoris prouinciæ quantitas, & item proconſulis.*
10 *Additio gloſſarum.*
*Decimas qui non præſcribant.*
*Comparantur tributis, & in quibus. & per quam petantur actio-
nem, num. 11.*
11 *Confeſſoria, uel negatoria quando utenda in eis petendis.*
12 *De decimato aceruo, & penſione quando danda decima.*
*Inter colonum partiarium, & mercenarium differt in decimæ ſo-
lutione.*
23 *Decimæ an tribuendæ ſimoniaco, uel fornicatori notorio.*
14 *Eas non ſoluenti pęnæ quæ.*
*A banni hic memorati executione quando abſtinendum.*

## CAPVT XXVI.

1 TVa nobis. Caſus. In prima † parte
ponit tres machinatio-
nes per ordinem. In ſecunda ibi, uerū, re-
ſpondet per ordinem. In tertia ibi, Quo-
niam, concludit. & h. d. Sine deductione ſeminis, uel
ſumptuum debent dominus, & colonus decimā ſol-
uere, & non cui uoluerunt eccleſiæ, uel pauperibus,
ſed parochiali, cui debetur: nec ab hoc excuſantur ꝓ-
pter malitiam clericorum [*Peruerſis*] multæ uiæ homi
nibus ad malum, in auct. de nup. §. mitiores, colla. 3.
Hoſtiē. [*Quidam enim*] prima machinatio [*Semen*] ut di-
2 xit † Ala. ſupra eo. non eſt, deus primum ſemen mini-
ſtrauit, & illius quaſi uſufructum conceſsit agricolæ:
unde ſemē ſaluum de fructu eius eſſe debet inſtar pe-
cuniæ in uſufructum datæ. ff. de uſufru. ea. re. quæ uſu
con. le. 2. & ad inſtar gregis in uſufru. cōceſsi. ff. de uſu-
fru. uetus fuit, & l. ſeq. Sed Hoſti. allegabat etiam, ꝙ in
negociatione deducitur capitale, infra eo. paſtoralis.
reſpondebat cum Goffre. ꝙ primum ſemen non fuit
conceſſum in uſufructum, ſed gratis datum. Item in
negociatione principalius operatur manus hominis,
& ibi pecunia ſalua manet: ſemen verò mortificatur,
& ibi principalius operatur manus dei. Item decima
prædialis eſt tributum, in quo ſoluendo non deducū-
tur expenſæ, uel ſemen, ut ſequitur [*Alio uerò*] ſecunda
machinatio [*Capellis ſuis*] forte quarum ſunt patroni,
uel quarum ſunt parochiani, cum tamen non paro-
chiali, ſed prædiali debeantur [*Alios*] forte pios credē-
tes per hoc excuſari, puta quia faciunt pontes ad tran
ſitum neceſſarios, maritant pauperes mulieres, & his
ſimilia [*Nonnulli*] tertia machinatio [*Deteſtantes*] & ma-
le. 1. q. 1. multi [*Ob hoc*] ſ. ꝙ uitam abhominabilem du-
cunt [*Diminuere*] hoc propriè reſpicit primam machi-
nationem: debent autem potius augmētare, argu. de
conſti. ex parte. C. de ſa. ſan. eccle. l. pen. [*Cuius eſt terra*]
pars domini eſt terra, & 12. q. 3. in eccleſiaſtico [*Statu-
3 tum*] i. pars † ſtatuta, conuenta, uel debita, & ſic ſoluit
hic quæſtio no. in ſpecu. de loca. §. poſtquam, uer. qđ
ſi tibi [*Neceſſariò*] colens enim terram ad aliquam quo
tam, puta tertiam, quartam, uel aliam non deducit ſe-
men, uel alias expenſas de conſuetudine generali, ſed
nec de iure, niſi id fieret per pactum ſpeciale ſecundū
Inn. [*Cum integritate*] i. ſine diminutione, uel deductio-
4 ne [*Præcepit*] ergo debetur † ex præcepto, de hoc, ſu-
pra e. à nobis, Hoſ. [*Aſſeuerans*] Leui. ult. G. Numeri. 25.
[*Vel*] pro imò, ſecundum Hoſt. [*Pro ſuo cultu*] i. pro ſuo
ſeruitio faciendo, & hoc ius cum ſit mere ſpirituale,
non cadit in laicum, ſecundum Tan. ſed eo reſpectu,
quo ſoluuntur in ſignum dominij, poſſunt laici illas
habere ex priuilegio, ius enim cum temporale ſit, ca-
dit



dit in laicum, de hoc remittit Hoſtiē. ſupra eo. à nobis
5 [*Cogendi*] & procedi poteſt † ſimpliciter, & de plano
abſque iudiciorum ſtrepitu, & figura, ut in concilio
Vien. de iudi. diſpendioſam [*Et cum de cunctis*] ſupra re-
ſpondet ſecundæ machinationi [*Fructuum*] nunquid
colonus fundi partiarius debeat habere partem arbo
rum, vel ipſarum fructuum, no. ſatis in ſpecu. de loca.
§. 1. ad finem: de colono uerò, qui plantauit arbores,
no. ff. de ſerui. ruſti. pręedio. l. certo generi, in principio
6 [*Præter † domini*] uel eius, qui habeatur loco domini.
16. quæſtio. 1. c. 1. ſi. ſupra de his, quę fi. à præla. cū apo-
ſtolica, propriè enim clerici non ſunt domni rerū ec-
cleſiaſticarum, de dona. capitulo ſecundo, Hoſt. [*Quo-
niam igitur*] generalis concluſio ad prædicta [*Diœceſis*]
ciuitatē includit, & ſic ſumitur pro parochia, uel epi-
ſcopatu: ſic de officio ordi. capitulo primo, Hoſ. [*Ap-
7 pellatione † remota*] hoc uerum ſecundum Hoſti. quan-
do laicus appellat ſolam præſcriptionem, vel conſue-
tudinem prætendens. Secus, ſi proponeret ſufficientē
exceptionem, puta priuilegium, vel compoſitionē,
ut patet ex notatis ſupra eo. à nobis, de appella. ut de-
bitus. Item ſecus, cum eccleſiæ ſuper hoc litigant, ſu-
8 pra de exceptio. dilectæ. ¶ Prima † gl. ponit duas diffe-
rentias inter decimas, & tributa: ſecundò quærit, po-
nit tres opiniones, mediam approbat, & ſoluit obſta-
culum. ¶ [*In glo. hoc intellige*] quærit, dubium aperit, &
ſoluit. ¶ [*Glo. hoc ideò*] quærit, arguit, negatiuè ſoluit cō-
9 trarium. ¶ [*In † glo. 1. ibi. l. 3.*] hanc & ſequen. uide de pe-
culio clericorum, inquirendū, ſuper gl. 2. [*& ibi. l. una*]
& uide de ſepul. cum liberum, in gloſſ. 2. ¶ [*In glo. 2. ibi,
eos*] moderator ꝓuincię mulctat in duabus uncijs tan
tum, proconſul in ſex. ¶ [*In glo. hoc intellige, ibi, hactenus*]
uide de fide inſtru. G. perpetuus, in prima glo. [*& ibi,
inter debitorem*] uide in præce. decre. plerique, in prima
glo. ¶ [*In glo. antepe. ibi, non eſt nouum*] uide de iure patro.
cura, ſuper ulti. glo. ¶ [*In glo. prima ibi, bene admittitur*] tex.
hic in fine contra. dic ut ibi dixi [*& ibi, ad aures*] intel-
10 lige † ſanè, quod hic de præſcriptione dicitur, ſcilicet
in caſibus iſtorum iurium: quia laici, uel hi, qui prin-
cipales debent, decimas non præſcribunt, ut no. infra
eo. in aliquibus, in ult. glo. Item dici poſſunt tributa:
quia ſicut in eis compenſatio non admittitur, ſic nec
in decimis, C. de compenſa. in ea. 16. q. 7. omnes deci-
mę: quod intellige, vt no. de rebus eccle. non alienan.
ut ſuper, & de rerum permuta. capit. vltimo. Item ſe-
quuntur poſſeſſorem ut tributa, vt infra no. in gl. hoc
11 intellige [*& ibi, Confeſſoria*] de † confeſſoria, & negato-
ria, ſupra de iudi. examinata [*& ibi, rei uendicatione*] hoc
placet Da. hoc titu. quæſtio. 2. per. l. 3. §. fi. ff. de rei uen-
dica. vbi vendicatur pars rerum cōmixtarum, & con-
fuſarū [*& ibi, Moderamine*] ubi plene de hoc dixit Hoſt.
hæc in ſubtilitate potius, quàm in utilitate conſiſtūt:
quia non habemus neceſſe proponere actionem, de
iudi. dilecti: poſſet tamen dici ſecundum eum, ꝙ con-
feſſoria agitur inter duas eccleſias, quarum utraque
dicit ſe ius habere: uel cum colonus negat ſe teneri,
rei uendicatio. cum eſt ſegregata, uel ſaltem fructus à
fundo ſeparati: fructibus uerò pendentibus, condi-
ctio ex lege diuina per ius canonicū declarata. Si ue-
rò agat extranea eccleſia, condictio. ex lege conſuetu
dinaria per ius canonicum approbata [*& in fine*] ſecū-
dum Io. Tan, Goff. idem Ala. ſupra eo. quoniā, & Vin-
cen. ſupra eo. prohibemus. iſtud autem argumē. legis
ultimò allegatum intelliges per notata, ſup. de ſepul.
cum liberum, in glo. ſecunda. ¶ [*In glo. 2. in fine*] ad hoc
infra de hæreticis, uergentis. ¶ [*In glo. hoc intellige, ibi bona
fides*] & eo. titu. bona fides, lib. 6. [*& ibi, Prædiorum*] hoc
12 † uerum, ſi loquatur de domino prædij, qui habet il-
los corbes ex fructu prædij ſui. Sed ſi intelligas in do-
mino tributorum, uel cenſuum, non domino prędij,
poſſet habere locum, quod dixit Vincen. infra e. cum
non ſit. Quòd ſi eſt priuata perſona, ſoluat, ubi habet
domicilium. Si rex, ubi habet ſedem regalem. C. de ſe
nato. l. 2. parochiali enim eccleſiæ prædij nil abeſt. un-
de etiam dicebat ibi Innocen. ꝙ ubi penſio nō datur
ratione dominij, uel uſusfructus terræ, ſed pro aliquo
ſeruitio, uel cuſtodia, uel defenſione dantis uel ſimili
cauſa, tunc quantumcunque decimatus ſit aceruus,
danda eſt decima de tali penſione, ſicut de militia, &
uenatione, ſupra eo. nō eſt. Si verò gratis daretur pen-
ſio ſine ullo ſeruitio, uel cauſa, tunc ſi illa pēſio prius
ſit decimata, non uidetur, ꝙ iterum à donatario de-
beat decimari, ſecundùm Inno. Hoc uerum de eccle-
ſia prædiali: ſed decimandum eſt parochiali, ut dixi,
ſupra eo. cum ſint homines. Dixit autem Inno. hanc
eſſe rationē, quare colonus partiarius decimato acer
uo non tenetur poſtea partem ſuam decimare: quia
colonus ius habet in fructibus: ſecus in colono mer-
cenario, ſiue ſit merces in pecunia, ſiue in rebus alijs
etiam decimatis: dicit tamen, ꝙ aliqui contrà, cū mer
ces hic ſuccedat loco fructuum, quos colonus perci-
pere deberet: unde debet eodem iure cenſeri, de cen-
ſi. olim cauſam, ut lit. pen. eccleſia, infra in fi. Sed dicit
ipſe hanc ſucceſsionem nec conſue. introductam, qđ
ſi eſſet, tolerari poſſet, quod dicunt. Et ſi quæris, qua-
re ſit in hoc melioris cōditionis partiarius, quàm pē-
ſionarius, reſpondet Inno. ibi: quia partiarius exponit
operas ſuas miſericordiæ dei, & fortunæ, ſed mercena
rius ſemper eſt in tuto & certo [*& ibi, æquius*] & iuſtius
ſecundum Hoſtiē. qui etiam hic no. quod dixi ſecun-
13 dum eū, ſupra e. cum ſint. ¶ [*In gl. hoc ideò, ibi, dandæ † ſunt
illi*] idem Goff. Phi. Vincen. ſed Hoſt. contra, ne uidea-
tur in ſuo peccato nutriri, argumē. 5. quæſtio. 6. ſi om
nis, ſi ibi, vtilius eſurienti &c. tamen parochianus, ne
ipſas ſibi tunc lucri faciat, de auctoritate diœceſani in
utilitatem eccleſiæ illas conuertat, argu. infra de Iu-
dæ. cum ſit, ſupra de ſucceſ. ab inteſta. cap. ultimo, de
offi. ordi. cū uos nec ob. quod dicitur de Iudeo: quia
licet ipſe non audiat officium, tamē is, cui præſtat de-
cimas, ipſum facit: unde propter illius indeuotionem
non amittet ius ſuum, & id dixit de notorio fornica-
tore. ¶ [*In glo. eccleſiaſtica, in fine*] de hoc plenius, infra de
reg. iur. nemo poteſt plus, lib. 6. ¶ [*In glo. ultima, ibi, banni-
14 tum*] vt ſcilicet † iniungatur ſub pęna pecuniaria, ꝙ in-
tra certum diem ſoluat, tale enim bannum, uel pęnā
exigit eccleſia à rebelle clerico, uel laico. 21. q. 5. ſi qs
cuilibet. nam hoc ſolum bene agitur, & cętera. abſti-
nendum tamen eſt diebus feriatis ab executione hu-
ius banni, ut ibi: ſic intelligit Hugo, & Hoſtien.

*SVMMARIVM.*

1 *De decimis laborum priuilegium noualia comprehendit.*
*Labores pro terris laboratis.*
*Per priuilegium hic impetratur id, quod cōmuni iure debebatur.*
*Satis, pro uerè.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum. nu. 3.*
*Plus cui licet, & id quod minus eſt, licet.*
4 *Additio gloſſarum.*

## CAPIT. XXVII.

1 EX parte. Caſus. Priuilegium † de de
cimis laborū noualia cō-
prehendit, & in prima deciſa conſultatio,
in 2. reſpōſio ibi, Cum tibi [*Conceſſum*] per
priuilegium [*De laboribus*] i. de terris laboratis per uos
[*Tuarum*] ratione iuris patronatus, qđ habebat in eis,
ſecundum Innocen. uel legas planè. & ideò forte im-
petrauit priuilegium: quia conſuetudo erat contra-
ria ſecundum Abb. & Pe. uel expone, ideſt parochia-
norum

norum tuorum [*Integritate*] forte ut nulla pars daret
epiſcopo, Goffre. & ſic per hanc gloſſ. & præcedentes
habes quattuor ſolutiones ad id, quod hic opponit;
quare per priuilegium impetrat iſte id, quod ſibi de
cõmuni iure debebatur [*Satis*] ideſt uerè. nullũ enim
2 temperamentum hic no. Hoſtien. ¶ Prima † glo. al-
leg. 5. concor. & 4. ad caſum cõuerſum, arguit, allegat
tria iura. ſignat unum contrarium, & ſoluit. ¶ Vlti. gl.
3 ſignat contrarium, & remittit. ¶ *In † prima glo. ibi, non de-
bet*] ſequitur, cui plus licet, quod minus eſt, non licere
[*& ibi, qui indignus*] hanc & ſequen. uide de torne. capi-
tulo primo, ſuper ultima glo. ¶ *In † glo. prima ibi, Peruer-
ſitas*] & infrà de regulis iuris, cuilibet, libro ſexto.

*SVMMARIVM.*

1 *Negotiator de lucro decimam ſoluit deductis expenſis, & quibus
& quando, & num. 15.*
*Diuiſio decretalis, uerſ. & ſunt.*
*Antonomaſia in dict. molendinis, & piſcarijs.*
*Expenſæ quæ in caſu huius decretalis deducantur, & num. 3. & 4.
7. 14. 15. 16. 18. & 19.*
2 *De decimata pecunia res empta, non præſtatur decima.*
*Decima de re donata, uel alio titulo, quàm uenditionis, alienata
an detur, & nu. 17.*
*Precium pro re datum deducitur, & num. 7.*
*In decimis prædialibus non fiunt, ſed in perſonalibus deductiones,
& quæ ſit ratio, num. 16. §. 1.*
*Quando ſoluatur utræque.*
*In agnis, & ſimilibus qui ſoluendi pro decima.*
*Mediocritas hic inſpicitur.*
4 *Merces hic quæ intelligatur, & nu. 19. §. fin.*
5 *De fructibus, & quibus hic ſoluenda decima, non deductis expen-
ſis, & nu. 14. & 19.*
6 *Decimarum onus tranſit etiam præteriti temporis in emptores.*
7 *In earum ſolutione an deductio fiat damni, uel amisſionis.*
8 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nume. 9. 10.*
*Propoſitio dicendorum.*
11 *Expenſæ quæ dicantur in re, circa rem, & extra rem, & quando de
ducantur, nume. 14. 15. 16. 18. & 19. & ſupra, nume. 1. 3. 4.
& 7.*
12 *Lucrum in quo conſiſtat.*
13 *Fructuum nomine qui intelligantur, & nu. 18. §. 1.*
*Lucri decima perſonalis eſt.*
*Legis ſi à domino. §. ult. ff. de peti. hæredita. intell.*
19 *In reditu quid contineatur. §. 1.*

## CAPVT XXVIII.

1 PAſtoralis. Caſus. Negociator † de
lucro decimam ſoluit,
deductis expẽſis, quas fecit de pecunia de-
cimata: expenſas tamen, quas fecit pro ha-
bendis fructibus, non deducit. De fructibus uerò re-
rum decimas ſoluit non deductis expenſis factis pro
fructibus habendis, ſiue pro re reſtaurãda. & ſunt duæ
partes. In prima cõſultatio. In 2. reſpõſio ibi, ad qđ. &
hic ſubdiuiditur. quia primò tractat de expẽſis nego-
ciationis. ſecundò de expenſis, quæ fiunt pro haben-
dis fructibus. tertiò de his, quæ fiunt pro reſtauranda
merce. ſecunda ibi, Expenſas. tertia ibi, Nec pro reſtau
rando [*Molendinis, & piſ.*] ideſt prouentibus molendi-
norum, & piſcariarum, Innocen. [*Neceſſarias*] ſcilicet
pro ſeruitoribus, & mercenarijs molendini, uel piſca-
riæ, uel pro refectione ipſarum ſecundum Inno. [*Ne-
gociatione*] ſcilicet rerum mobilium, quaſi ſit dubium,
an idem ſit in mercationibus rerum immobilium,
quod eſt in mercationibus rerum mobilium, ſecun-
dum Goffre. [*Reſpondemus*] dicit Hoſtien. quòd in an.
erat, Sine præiudicio melioris ſententiæ reſpõdemus.
& ſunt ſimilia uerba, de reſtitutio. ſpoliato. litteras. §.
nos autem [*Acquiſitas*] cum non uariatur forma [*Vel
2 factas*] cũ forma uariatur [*Decimata*] ſi ergo † non fuiſ-
ſet precium decimatum, totum decimabitur, in ter-
minis, donaſti mihi. 10. de quibus emi merces deci-
ma non ſoluta, quas uendidi pro. 20. licet lucrum cõ-
ſiſtat in 10. tantum tamen de tota ſumma, ſcilicet. 20.
ſoluam decimas, & ſic duo. Si uerò capitale merciũ
fuiſſet decimatum, ſoluerem unum tantùm [*Vendun-
tur*] quia tunc declarãtur, quale & quantum ſit lucrũ,
& ideò tunc tenetur, & non prius, ſecundum Tan. &
Vincen. Si uerò non uenderet, ſed donaret, uel alio
titulo alienaret, aliud eſſet: tunc enim, licet res plus va
leat, quàm illam emerit, nullam decimam dabit: &
idem, ſi ſibi rem retineat. hoc uerum, ſi pecunia, de
qua res empta, uel facta eſt, fuerit decimata: aliàs ſi-
cut. 10. pars pecuniæ erat eccleſiæ, ſic eius eſſe debe-
ret. 10. pars rei emptæ ad hoc, ſupra de pecu. cleri. cap.
a fina. ſecundum Innocen.[a] Hoſtiẽ. & Pe. [*Expenſas*] ſci-
3 licet quæ fiunt † eundo, & redeundo, & quæ dantur
mediatoribus, & ſimilibus non ſolum neceſſariò &
utiliter, ſed etiam uoluptuosè, dummodò non fiat in
fraudem eccleſiarum ſecundũ Inno. & Hoſ. & Pe. de-
ducitur etiam precium pro re datum: hæ deductio-
nes non fiunt in prædialibus, quę etiam ſtatim ſoluũ-
tur ꝑceptis fructibus. ꝑſonales verò licet ſtatim poſt
lucrũ ſolui poſsint, & ſit ſecurius: ſatis eſt tamen ſol-
uere in fine anni propter minutias, arg. de pigno. ex li
teris. 16. q. pri. reuertimini. In agnis uerò, & ſimilibus
nec meliores ſunt exigendi, nec deteriores ſoluendi:
quia indignũ eſt dare deo, quod dedignatur homo.
49. diſtin. c. ulti. 16. quæſtio. 7. omnes decimæ. dabũtur
ergo mediocres ſecundum Inno. & adde, quod dixi,
ſ. eo. cum homines [*Perſoluendas*] eccleſiæ parochiali
4 [*Domus*] hęc & † ſingula, quæ ſequuntur, intelligas de
emptis cauſa mercimonij, quod patet ſecundum Ho-
ſti. dum infra ſequitur, & quælibet merces. & dicit In-
no. & Pe. ꝙ mercem intelligit rem emptam, quæ ven-
ditur, licet ea mente non fuerit empta, ut uendatur,
& dicam, infra ad fin. prima glo. [*Pro fructibus*] hæ ex-
penſę conſiſtunt circa bubulcos, boues, fimum, & ſi-
milia. & eſt is ſenſus ſecundum Inn. ꝙ expenſas factas
in re, ut ſit precioſior, illas deducet, cum uendetur, &
non ante: illas uerò, quas fecerit pro fructibus perci-
piendis, non deducet. Idem, ſi rem emptam & poſt de
ſtructam reficiat, tamen ſi eandem rem poſtea uẽdat
& propter meliorationẽ plus percipiat, detrahet me-
5 liorationis expẽſas [*Fructus † proueniunt*] ac ſi dicat mer-
camur interdum in his, in quibus fructus non germi-
nat, ut in vaſis cuiuſcũque metali, pipere, libris, & his
ſi. mercamur & in his, de quibus fructus germinat, vt
in prædijs, gregibus, & ſi. & quia intedum ante, quàm
iſta uendãtur, tranſeũt plures anni, & fructus inde per
cipiuntur, dicit de his fructibus ſoluẽdam decimam;
non deductis expenſis [*Decimam*] dandã eccl'iæ prædia-
6 li [*Cum onere*] ſic ergo † agit̃ ꝯ emptorẽ, ut. ſ. ſoluat deci-
mas, ſi agrum emit cũ fructibus pendẽtibus. Sed quę-
rit Hoſt. an prædia alienata tranſeunt in emptores cũ
onere ſoluendi decimas p̄teriti tp̄is nõ ſolutas? quod
vr̃, argu. hic. & incõcordãtijs, & expreſsius. ff. de publi.
& vecti. l. imperatores, in auct. de non alie. §. ſcire, & in
fi. & §. ſi uerò etiã quiſpiã, coll. 2. & de ali. & emphy. §.
ſi uerò quis. aut locator, coll. 9. ſ. eo. cum hoĩes, vbi de
hoc. & dicit plura arg. de hoc inueniri. ſ. de re. eccleſiæ
nõ alie. ad audientiã [*Ex quibus*] i. ex quarũ fructibus
7 [*De prouentibus*] no. qđ † non dicit de lucro, in quo be-
ne habet deductio expenſarum factarũ. & in re. ſ. pre-
cium rei. & in deductione, puta pedagijs, & uecturis,
uel in tuitione, puta ne res pereat, uel deterioretur, &
in reſtauratione, puta cũ poſt ruinã reſtauratur, uel ui-
nea ꝑ parte ſiccata plantatur, uel his ſi. Sed Ho. ꝯ quò
ad iſtas ultimas expenſas, dicẽs ꝙ mercator ſibi & pec
catis



catis ſuis imputare debet caſum fortuitũ perditionis,
uel deteriorationis, 16. q. 1, reuertimini, in auct. ut nõ
luxu. contra naturam, in prin. coll. 5. & in decima fru-
ctuum. hoc fateor de plano, vnde ſi emi decem uac-
cas, uel decem torn. uineæ, quarum. 5. morte, uel al-
luuione perierint, de uino, uel fructu reliquarum vac
carum integram decimam ſoluã: ſed in lucro, & eius
decima credo haberi debere rationem dãni. hinc eſt,
ꝙ ſi in uacca, uel torn, dedi decem, & ſic centum, nõ
puto, ꝙ aliquid ſoluere debeã pro decima: quia licet
reſpectu illarum quinque lucrer quinquaginta, tamẽ
reſpuctu mercis nil lucror. ipſe tamen Hoſti. hic con-
tra. quod poſſet eſſe uerum in diuerſitate merciũ: ſed
in una merce nõ credo. nec ob. hæc litera, quæ loqui-
tur de decima fructuum, ut hic patet. & nimis eſſet ri-
goroſum tenere cõtrariũ. ex quo ſequeretur, ꝙ ſi emi
ſimul. 1000. corbes grani, vini, uel olei, & pluuia, vel
fractura vaſis, vel ſimili modo centũ perierunt, ſi per-
do de merce, licet lucrer ad rationem corbis, tenerer
ad decimas. bene tamen poſſet ſic ſummi expenſa re-
ſtaurationis, ꝙ uera eſſet opi. Ho. ut ſi emi. 100. capita,
quorum. 10. perierunt. ego emi. alia. 10. ut reſtaurem
numerum centenarium: uel emi. 10. torſellos panni,
quorũ duo perierunt. emo alios duos, ut reſtaurẽ nu-
merum. tunc. n. hanc puto potius nouã mercẽ, quàm
reſtaurationẽ antiquæ. nec ob. hæc litera, ut prædixi,
cuius mens eſt, ꝙ in decima, quæ ſoluitur de fructu,
nullius expenſæ reſtaurationis habebitur ratio, quo-
modocunq; ſummã reſtaurationẽ [*Armenti*] uide qđ
no. in cle. eo. tit. religioſi, ſuper uer. gregibus. ¶ Prima
8 † gl. ponit caſum. ¶ *Glo. hæc eſt ratio*] reſpondet per quę-
ſtionem exquirentẽ rõnem, & duplicem reddit. ¶ *Gl.
ex hoc*] no. de omni, qđ acquiritur gratuito titulo de-
cimã deberi. tenet contrariũ de ſuo hærede. de extra-
neo, uel legatario ponit duas op. & ſecundam appro-
9 bat. in fi. quærit, & ſol. ¶ *In † glo. 3. ibi, impenſæ*] hãc & ſe.
uide de eo, qui mit. c. pe. in ult. gl. & ſuper ipſa. ¶ *In glo.
no. quòd, ibi, alienatio*] uide in c. ex literis, ſuper ult. gl. ¶ *In
glo. hoc ſpeciale, ibi. §. ulti.*] uide hanc & ſe. de uſur. c. 1. ſu-
10 per 3. glo. ¶ *In † glo. 1. ibi, deducendæ*] etiã de decima, quæ
ſoluitur de lucro, quod ſatis patet in uer. expenſas ta-
men [*& in fi.*] licet Inn. aliter, & Hoſt. aliter ponãt ca-
ſum, ſatis placet hic caſus gl. ſed ad huius caſus & capi
tuli intellectum eſt uidendum primò, quę ſint expen-
ſæ in re, circa rem, uel extra rem. ſecundò quid ſit lu-
crum, & quid fructus, uel reditus. tertiò ueniemus ad
11 capitulum declarandum. Circa † primũ eſt dicendũ,
ꝙ expẽſa in re eſt preciũ rei immobilis, vel mobilis ſe
mouentis, uel nõ mouentis: ut ſi emi domũ, uel agrũ:
equum, vel bouẽ, librum, vel veſtem pro 100. ſunt ex-
penſa in re. Circa rẽ, ut ſi domũ feci reparari, feneſtra-
ri, vel trilisſari, agrũ coli, foueari, vł impinguari, equũ,
uel bouem paui, uel curaui librũ illuminari, feci cor-
rigi, uel ligari: ueſtẽ feci tingi, uel fullonicari, & his ſi-
milia. Extra rẽ, quando ſalarium proxenetis dedi, ve-
cturas, pedagia, & gabellas ſolui, & his ſimilia. & iſtæ
dicuntur expenſæ, quæ fiunt circa rẽ & extra rem pro
habendis fructibus tm̃, de quibus dicam. j. Hæc om-
nia in larga locutione poſſunt dici expenſæ in re, uel
circa rem, & de his in alia materia. ſ. à quo poſſeſſore
a recuperentur, in ſpe. de expẽ. in princi.[a] ¶ Circa ſecũ-
12 dum † eſt ſciendũ, ꝙ lucrũ propriè conſiſtit in nego-
tione, ut ſi librũ, equũ, vel mercẽ emo. 10. & uendo ꝓ
15. Itẽ in quaſi negociatione, vt cũ mihi ſoluis ſalariũ
aduocationis, uel doctrinæ. Item extra oẽm negocia-
tionẽ, ut cũ mihi donas. 100. Idẽ poſſet dici in theſau-
ro inuẽto quò ad inuentorẽ eo caſu, quo totũ habet,
uel partem, vt inſti. de rerum diui. §. theſauros, & §. ſe.
13 Fructus † regulariter eſt, qui germinat, vt granũ, uinũ,
piſcis, fetus, & ſi. partus tamen ancillæ quò ad vſufru-
ctuarium non continetur in fructu. ff. de uſu fru. in pe
cudũ, inſti. de rerũ diui. §. in pecudum. & largè in fru-
ctu continentur etiã uecturæ, & pẽſiones. puto tamẽ
diſtinguendũ in fructu, qui germinat, & reditum, qui
nõ germinat, ut. j. dicã. In alia verò materia diſtingue-
tur inter fructus naturales, & induſtriales, de quo no.
ſ. de reſti. ſpo. grauis, & in ſpe. de fructibus, in prin. Itẽ
in alia materia fructus dicitur deductis expenſis: hic
ſecus. quæ ſit ratio, dicã ſuper glo. hoc ſpeciale. ¶ His
præmiſsis ueniẽdo ad tertiũ eſt ſciendũ de hoc dubi-
14 tari, an † expenſæ, quæ fiunt extra rem in molẽdino,
& piſcaria ſint deducẽdæ, cum ſolueretur decima de
fructibus, uel de lucro. & ſunt in hoc caſu expenſę ex-
tra rem, quæ fiunt pro iumentis, mercenarijs, retibus,
uel ſimilibus. Sol. planum eſt iſtas expenſas, quæ fiunt
extra rem, non dico pro re habenda, ut ſupra ſed pro
habendis fructibus, nõ deduci de decima, quæ ſolui-
c tur de lucro.[c] In illa tamen bene deducũtur expenſæ,
quę fiunt circa rẽ, & extra rẽ pro re habenda, vt ſupra.
In decima uerò, quæ ſoluitur de fructibus, fuit opi. &
plus placet Inno. & Hoſti. ꝙ in illa tales expenſæ extra
rem non deducantur: multo minus factæ circa rem,
ut in refectione. & hoc ſiue dominus molendini ha-
beat illud ad uſum, uel ad patrimonium, ſiue ad mer-
cem. Fatentur ipſi alios tenere contrarium, qui dicũt,
ꝙ inferioris literę mens eſt hęc, ꝙ de lucro, & eius de-
cima non deducatur talis expenſa, quæ eſt extra rem,
uel circa pro habendis fructibus. Ipſis tamen Inno. &
Hoſt. uidetur, ꝙ licet hæc opinio ſit æquior, prima ſit
uerior per literam ſequentem. Mihi æquũ uideretur
diſtingui inter fructus, qui germinant, & illos, qui nõ
germinant, vt in primis nulla fiat deductio expenſarũ
etiam extra rem: in ſecundis ſic. Motiuum huiuſmo-
di: quia cõſtat, ꝙ in primis plus, quàm in ſecũdis ope-
ratur manus dei. & ſi dicis etiam in molendino, licet
non germinet, operatur manus dei per potẽtiã aquæ,
vel uenti, quo mola ducitur. Reſpondeo, ꝙ ſecũdum
hoc etiã in negociatione uecturę nauis, & ſimiles ex-
penſæ non debent deduci, cum potentia dei per aquã
nauis ducatur, nõ video, quare aliud dicatur in mola,
quàm in naui, & quare aliud in ſalario molendinorũ,
quàm nautarũ. In piſcarijs uerò, ubi piſcis naſcitur,
& in grege ſit uera prædiorum opinio: per quæ uide-
tur, ꝙ ſi pro penſione domus, uel libri habeo. 10. ſed
unum dedi proxenetæ, ꝙ illam expenſam extra rẽ de-
trahære poſſum, & ſolum de. 9. decimas ſoluam. ¶ Se-
15 cũdò quæritur, an † in hac materia deductionis faciẽ-
dæ ſit aliquid ſpeciale in negociatore? Dicũt quidam
ꝙ ſic: quia ipſi deducunt expenſas ante ſolutionẽ de-
cimarum factas circa rem, alij uerò nec illas, nec alias
deducunt, niſi quando res uenduntur. & ſi quæratur
ratio diuerſitatis, reſpondet illam ſumi per decre. ſup.
c. nõ eſt, & c. tua. 2. Cum enim domini ſit terra, & ple-
nitudo eius &c. ut ibi, iniuſtum eſſet tales expẽſas de-
trahi, quas deus in ſignum dominij &c. cum talis de-
tractio non fiat dominis temporalibus, ut ibi. Sed ſi
emo lanã, & facio inde pannũ, uel mercẽ pro centũ,
quã vendo pro. 150. ibi non eſt fructus, ſed lucrũ, & il-
lud ſolũ, quod ſupereſt deductis expenſis, ſed in ele-
mẽtatis fructus, & reditus eſt, quod inde prouenit ẽt
non deductis expenſis. & huic diuiſioni bene cõcor-
dat vulgare, quo cõmuniter dicit̃, fructus huius mo-
lendini, gregis, uel prædij tãtus eſt. Lucrum huius ne-
gociationis fuit tm̃. Si ergo de fructu deduceretur ex
penſa, non ſolueretur integra decima: ſed bene ſolue
retur integra de lucro, licet deducatur expenſa. de lu-
cro uerò ſoluenda eſt non diſtincto, an empta, uel fa-
cta ſit cauſa mercimonij, uel cauſa uſus proprij ſecũ-
dum Inn. licet quidã contra, dicentes ꝙ ſi emit cauſa
proprij uſus, non dabit decimam, etiam ſi multũ lu-
cretur,

cretur, ſed huic dicto ſecundum eum contradicit litera, quæ hic dicit de lucro ſoluendam decimam, cũ res venditur. Fatetur tamen Inn. ꝙ etiam ſi cauſa mercimonij quis emat rem, quæ longe plus ualet, quàm ſit precium quod dedit, ſi tamen ad proprium uſum illam retineat, non dabit decimam de eo, quod plus ualet. facit de electio. commiſſa, ad fi. li. 6. Quid ſi quis emit mercem pro centũ, & de medietate mercis uendita habet illa certum? putat Innoc. ꝙ ſatis ſit huic de mercibus, quæ remanſerũt, quæ omnes ſunt lucrum, dare decimam, ſiue res illæ ſint mobiles, ſiue immobiles: ſed ſi nolit dare partem de mercibus, quæ remãſerunt, tunc debet dare decimã de precio rerum venditarum, ut probatur hic, & ſupra c. non eſt. Sed quid ſi de parte, quam uendidit, non accipit totum preciũ, puta quia recipit. 90. tantum? tunc idem uidetur ſecũdum Inno. ſcilicet ꝙ facta legitima æſtimatione mercium, quę apud eum remanẽt, ſoluat decimam de lucro rerum uenditarum. Ex prædictis collige, ꝙ inter negociatorem, & alium non eſt differẽtia: ſed eſt differentia inter lucrum, & fructum. & ratio patebit, infra in glo. hæc eſt ratio, & patet ſup. ergo teneas, quod
16 dixi ſummando. ¶[*In glo.* † *2. in fine*] Goff. contra. ſecundum Hoſt. non eſt uis: quia ſiue ad uſum ſiue ad mercem fuerit emptum, in decima fructuum ſic deducetur expenſa in decima lucri, ſicut prædixi. ¶[*In glo. hæc eſt ratio, in fine*] plus placet Hoſtien. iſta ratio, quàm prima: quia verũ eſt, ꝙ ſine deo nil poſſumus. Addit aliã, ne clerici uideantur improbi actores, infra de cẽſi. ex parte, & ne nimis locupletetur cum aliena iactura. ff. de condictio. indeb. nam hoc maximè conſiderata natura huius decimæ, quam dicit conſuetudinariã, non pręceptoriam, quia perſonalis. ¶[*In gl. ex hoc, ibi, decimæ*]
17 ubi de † hoc [*& ibi, alij*] Ala. ſcilicet, ſupra c. peruenit. Ioan. & Vincen. hic dicit Hoſtiẽ. quòd hæc opinio eſt benignior, æquior, & tenenda, licet prima ſit iuſtior. & reſpondet ad rationes contrarias dicens, quòd prima facit pro, ut cum onere decimæ ſoluendæ trãſeat lucrum terræ. ſecunda ratio non ob. quia deus tradebat rem ſuam, in qua pactum, quod uoluit, apponere potuit, de do. per tuas. & ipſe potuit remittere, qđ non poſſet homo, qui donat, cum non ſibi donatori, ſed deo decima debeatur. Circa tertium dicit, quod prouideri poſſet per cõſtitutionem papæ, ꝙ eccleſia uenderet, uel æſtimationem reciperet, infra ca. penul. 8. diſt. quo iure, ſupra eo. ſuggeſtum. Recitabant etiã Innocen. & Hoſtien. ſupra eo. non eſt, quorundã opinio. fuiſſe, ꝙ de immobilibus ſoluenda ſit decima precij, non rei. unde, ſi pro mercede aduocationis, uel
d militiæ ex pacto, uel ſine mihi detur caſtrum,[d] uel res immobilis, putant illi, quòd dare debeam decimam precij, argumen. ff. de leg. 1. apud iulia. §. conſtat, & in eo, quod no. ſupra de teſt. filius. & eſſet minor dubitatio, ſi res data eſſet æſtimata pro precio, de quo conuenerat, argu. C. de iure do. l. 1. & arg. hic. Recitant etiã ibi opi. dicentium, quòd de acquiſitis dono, uel ſucceſſione non ex humo, uel opere manuum non teneatur quis ad decimam. & licet Innocẽ. dixerit illud forte non male dictum, hoc tamen non placet Hoſt. per id, quod dicit ibi tex. de omnibus bonis [*& ibi, mandauit*] Leuiti. ulti. ad finẽ, & Deutero. 14. [*& in fi.*] ubi de hoc. ¶[*In gl. quia tunc, in fi.*] plus placet, quòd loquatur de decima lucri, quæ perſonalis eſt, quod uidetur in eo, qui percepit fructus: ſed ſi non percepiſſet, uidetur deducenda expenſa culturæ, propter quam eſt uẽdita carius. ¶[*In glo. hoc ſpeciale, ibi. § ult.*] quæ lex multum contradicit huic decre. inquantum dicit illud lucrum eſt, quod ſupereſt expenſis deductis, in fructu expenſas includi, quod ſatis conſonat vulgari. & iſta lex uocat fructũ, quod ſupereſt deductis neceſſarijs, & utilibus expenſis. Solu. ſecundum Innocen. ibi. lucrum appellat fructum. vel ſecundum eum illa expoſitio, uel interpretatio ciuilis eſt, non naturalis. Conſtat enim in fructu, uel reditu eſſe, quicquid prouenit de poſſeſſione, molendino, uel grege, licet expenſæ non detrahantur. uel ſecundum Hoſt. hic loquimur, cum decima pars deo redditur, & 9. partes retinẽtur. quo caſu fructum intelligimus, quicquid percipitur. Illa uerò lex, & ſimiles loquuntur de illo, qui nihil retinet de fructibus: ſed neceſſe habet oẽs reſtituere. & ideò ſtrictius accipitur ibi fructus pro eo, quod ſupereſt deductis expenſis, ne quis ditetur cum aliena ia-
e ctura. ff. de condictio. indebito. nam hoc natura[e]. ¶[*In*
18 † *gloſſ. ſed ſi, in fine*] non in decima fructuum, ſed in decima, quam ſoluo de lucro, cum rem uendo. & idem Vincen. etiam ſi per multos annos rem tenuerim, & fructus multos perceperim, cum nil abſit eccleſiæ, quę ſemper de fructibus percepit decimam ſecundum eum. ¶[*In glo. penultima, in fine*] & de ſtricta ſignificatione non includit ſeruos, eodem titulo. l. e. mercis appellatione, ff. de tribu. leg. 1. §. primo.

ANNOTATIONES.

a ¶Innocen. Melius uide in c. pe. & contra iſtud facit: quia iſte non emit nomine eccleſiæ, quod uidetur neceſſarium, uel ſaltem fiat per ſuum prælatum, uel adminiſtratorem: aliàs non uidetur ex hoc ſolo, quòd pecunia ſit eccleſiæ, res empta ipſius eſſe, no. Bar. in l. 2. ff. quando ex fac. tut. & uide doc. & Bal. in l. ſi ut proponis, C. de rei uen. & per Bal. in l. ſi patruus, C. communia vtriuſq. iudi.

b ¶In princi. Et ſimiliter in alia materia dicitur de intereſſe in re, propter rem, & extra rẽ, uide in ſpec. de fru. & intereſſe. & in le. 1. C. de ſenten. quæ pro eo, quod intereſt, per docto. & Bal.

c ¶De lucro. Quia ex illis non fit res precioſior, nec fiunt pro re, ſed pro fructibus.

d ¶Caſtrum. Tunc in aduocato requiritur uera traditio, & ſcriptura, ut C. de ſuffra. l. una, ubi uide doc. & Bal.

e ¶Natura. Vide ad materiam Bar. ff. ſolu. matri. l. fructus, & Bal. in l. ſi quis ſciens, C. e. rei uendi.

*SVMMARIVM.*

1 *Decimas qui præſcripſit in aliena parochia, noualium inſurgentium non habebit, niſi in caſu, & quo, nu. 6.*

2 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 3. 4.*

*Ioannes And. additiones ad ſpecula. uidetur poſt hos cõmentarios ſcripſiſſe, iiſque ſuppleuiſſe per eas.*

*Epiſcopus habere debet quartam de decimis, & quibus.*

5 *Priuilegiũ ſuper decimas, & præſcriptio quas cõprehẽdat, et n. 6.*

## CAPVT XXVIIII.

1 Cum contingat. Caſus. Qui † præſcripſit decimas in aliena parochia, ſi ibi inſurgunt noualia, ipſorũ decimas non habebit. & pars de foro competen. cum contingat, Hoſtien. & in prima parte quæſtio. in 3. ſolutio ibi, unde inquiſitioni [*Ad quam*] an. ſ. ad parochialem, an ad illã, quæ pręſcripſit antiquas decimas [*Parochiales*] hoc epiſcopũ nõ excludit, imò potius includit, cum illius ſit parochia ſecundum Hoſtien. ſupra eod. ad apoſtolicæ [*Ad ipſas*] parochiales. & hoc eſt ſummę æquitatis, ut parochialis eccleſia forte tenuis habeat has decimas, argumẽ. ſupra c. ſuggeſtum, ſecũdum Hoſt. [*Alias*] antiquas. ſ.
2 ¶Secunda † gloſſ. not. ꝙ de iure &c. all. duas concordem um duo contraria, & uni dupliciter, alteri tripli-
3 citer rñdet. ¶Pe. gl. ſignat contrariũ, & ſoluit. ¶[*In* † *gl. pe. ibi, ſi ſeruitus*] uide hanc & ſeq. in pr. c. quia circa, ſu-
4 per ulti. gloſſ. ¶[*In* † *glo. 2. ibi, ſtatuimus*] ubi de hoc, & in c. quicunque. & ſatis per Roff. in libel. eod. titu. §. 2. per Hoſtien. eodem titu. §. cui danda. & uide quod dicam in ſpec. eod. titu. ubi plenè tractaui, uidens remiſſ. prædictas



dictas non ſufficere, ut putabam [*& ibi, epiſcopalis eccleſiæ*] ſecundum Ioann. & facit quod not. Bernar. ſecundum Vincen. de teſtam. requiſiſti, in glo. 2. Goffr. hic contra. dic ut no. 10. quæſtio. 1. de his. dicit hic Hoſtiẽ. hoc tenendum, quòd de decimis perceptis per eccleſias baptiſmales epiſcopus debet habere quartam de iure, ſupra de officio ordi. conquerente, de præſcript. de quarta. nec ob. hæc decreta. quia epiſcopus fundat intentionem ſuam quò ad quartam, & eccleſia parochialis quò ad reliqua. & ſic dicit ſententiatum per Innocẽ. IIII. pro epiſcopo Siſtaricen. contra hoſpitalarios ſancti Ioan. Hieroſolo. & uide quod no. de cenſi. cum olim, in 3. glo. [*& ibi, baptiſmalibus*] idem Innocen. ſupra eodem, ad apoſtolicæ, & facit quod poſt eum ſcripſi, ſupra titu. proximo, ſuper rubrica [*& ibi, in fi.*] fortè olim. ¶[*In glo. penul. ibi, ſed hic loquitur*] ſecundum Ioan. idem Goffred. & Innocen. item ipſe Innocen. &
5 Hoſtien. poſt eum dixerunt, ſupra eo. tua, quòd † priuilegium ſuper decimis alterius parochiæ percipien-
a dis reſpicit noualia[a], ſi datum eſt eccleſię, ſupra eo. ex parte. In præſcriptione uerò, quam etiam facit eccleſia, ſecus eſt, per quod dicunt, quòd quando eccleſia petit decimas, quas præſcripſit extra ſuam parochiam oportet, quòd hoc de ſingulis prædijs per ſe probet: aliter, ſi de omnibus prædiis probet, ſi non probat de uno, de illo non adiudicabitur ſibi decima, argumen. hic, & ſupra de proba. ex literis, ſupra de præſcrip. auditis, & capitulo cum olim. §. fina. de quo etiam remit. Hoſtien. ſupra eo. commiſſum. & facit, quod dixi de offi. archidia. c. fi. unde Pe. & Abb. hic diſtinguunt, aut decima debetur per feudum, aut per priuilegium, aut per pręſcriptionem. & hoc ultimo aut fructus prouenit ex prædio præſcripto, aut non præſcripto, quod non proſequor: quia ipſius membra ſatis patent ex gloſsis [*& in fine*] quod dic, ut infra de præſcrip. capitulo primo, libro ſexto. ¶[*In glo. ultima, in fine*] poſſet etiam
6 † allegare præſcriptionem prædiorum, noualium hoc modo, quia de paſcuis, uel piſcariis uallium, uel caneto aliquid prius perciebatur, licet forte modicum, & de illo præſcribens antiquas decimas etiam percipiebat decimam.

ANNOTATIONES.

a ¶Noualia. Contra, quia priuilegium, cum tollat ius alterius, eſt odioſum, ut hic, melius alleg. glo. fi. de reſcrip. mandatum, & in c. fi. de tranſla. præla. & de uſu p. ex tuarum.

*SVMMARIVM.*

1 *Decima ex cauſa præſcriptionis cuius prædij & quarum rerum debeatur, & nu. 2. & 3.*

*Decimæ maiores ad unam eccleſiam, & minores ad alteram pertinere poſſunt etiam ex pacto, & nu. 6.*

*Eandem rem diuerſo iure cenſeri non debere, ut intelligatur ex exemplis hic adductis in fin. & nu. 5. & 6.*

3 *Decima non præſcripta plenè, & noualium parchiali eccleſiæ competit.*

4 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 5. & 6.*

## CAPVT XXX.

Cum in tua. Pars, ſupra de teſt. cum in tua, Hoſti. & infra de ſpon. & qui matri. accuſa. poſ. cum in tua. &
1 h. d. Decima † omnium fructuum prędii debetur illi, qui ſibi præſcripſit illud prædium decimale: alterius uerò prædii, quod non præſcripſit, decimam non habebit. & in prima conſultatio. in ſecunda reſpõſio ibi, Reſpondemus [*Parochijs*] aliarum eccleſiarum, & certis locis & determinatis ipſarum parochiarum, Inno. [*Percipiant*] ex priuilegio, conſue. uel alio iure, In no. [*Perſolutæ*] ipſis, qui de aliis fructibus ipſas percipere conſueuerunt ſecundum Inno. ſed forte nec aliis, ſecundum Hoſti. & ideò quæritur, quibus ſint perſoluẽdæ [*Aliquos*] dicunt Ioan. & Vin. ut de paſtu animaliũ, lignis in ſiluis, uel de piſcibus, ſi fuit aqua, quæ modo eſt exſiccata [*Percipiebant*] ſupple, nec aliqua alia eccleſia conſueuerat in eadem terra de aliis fructibus de-
2 cimas percipere. Nam † bene poſſet una eccleſia præſcribere maiores decimas, & alia minores etiam ex fructibus eiuſdem prędij, ſicut per pactum hoc poteſt induci, ſupra eo. ex multiplici. & licet hoc non placeat Inno. placet tamen Hoſtien. & mihi. & ſic intelligatur hæc decre. in fundo Semproniano, in quo 40. annis altera eccleſia perceperat decimas, & de frumento tantum, quia nec aliud fuerat ſeminatum. nouiter ſeminatum eſt milium: dicit parochialis eccleſia, Mihi debentur hæ decimæ milii: quia de eo nunquam deci-
a màs percepiſti[a], hoc non iuuat; & hoc uult hæc decr. Idem, ſi de arboribus forte nouiter plantatis prouenirent aliqui fructus. Sed pone, quòd prædium colitur, in quo ſunt etiam uites uinum ferentes. una eccleſia ſemper percepit decimam bladi: altera ſemper decimam uini: una de aridis, alia de liquidis: quare hoc nõ ualet, non uideo: & adde, quod dixi, ſupra eo. commiſſum, in glo. quia ſicut: & idem, ſi ſpeciale pactum inter eccleſias ſuper hoc à principio interueniſſet. hæc decre. non ob. per ſupradicta [*Debentur*] remit. Inno. de hoc, ſupra de offi. archi. c. fi. [*Eademque*] in eadem re, Innocen. [*Diuerſo iure*] ut in quibuſdam fructibus ſit decimalis, in quibuſdam non, qui tamen ex eiſdem terris naſcuntur, Goffre. [*Alioquin*] ideſt ſi fructus non proueniunt ex illa terra decimali. per quod no. quod ſi in
3 † uno prædio non ſit completa præſcriptio, licet ſit completa in aliis, illius decima ſpectabit ad parochialem eccleſiam. Idem ergo in noualibus, ſupra c. pro-
4 ximo. ¶Prima † glo. reſpondet per quæſtionem. ¶Vl-
5 ti. allegat. 4. concor. & unum contrarium. ¶[*In* † *glo. ulti. ibi, eum qui, in fi.*] non poteſt eadem res iure ſoli, & ut mobilis poſsideri [*& in fi.*] ut in ſeruo dotali, qui poteſt habere peculium, quod reſpicit maritum, & quod reſpicit mulierem, quod enim ex re mariti, uel ex ope-
6 ris ſuis quæſiuit, maritum reſpicit. ¶[*In* † *glo. ulti. in fi.*] Io. ad idem, infra de re. do. cap. 2. ſed iſti caſus ſunt ſpeciales ſecundum Ioan. qui hoc no. in cap. cognouimus. Item contra, ſupra eo. ex multiplici, ubi decimæ eiuſdem agri diuerſo iure cenſentur. Sol. illud per ſpeciale pactum, item contra ſupra c. proxi. & c. tua. 1. Solu. ibi diuerſa ſunt, quæ diuerſo iure cenſentur, & concor. hæc decre. in fine, Innocen.

ANNOTATIONES.

a ¶Percepiſti. Quomodo præſcriptio, uel conſuetudo negatiua procedat, uide Ioan. And. de cleri. coniu. Ioannes, poſt glo. uerſiculo, ad hanc opi.

*SVMMARIVM.*

1 *Laici eccleſias, uel decimas donare non poſſunt, & ex ipſorum donatione quando non paretur titulus præſcribendi, & nu. 7.*

*Diuiſio decretalis.*

2 *Dominus conqueritur nomine ruſtici, & de facto ſuo.*

*In decimas non permittentes exigi quæ pœnæ, remiſſ. & nu. 7. in fi.*

3 *Litis conteſtatio fit per reſpondentem ſe non teneri, & opponentem præſcriptionem, non per ſimplicem propoſitionem exceptionem.*

*Reſpondere nolens intelligitur duobus modis & quibus.*

4 *Præſcriptionem allegando uideor allegaſſe titulum, & bonam fidẽ.*

*Leg. cogi, C. de petitio. hæredi. intell.*

5 *Priuilegia & reges dant eccleſiis.*

*In perpetuum qui quid dat, irreuocabiliter intelligitur dediſſe.*

*Ius quod quis habet, uidetur quis conceſſiſſe per conceſſionem ſuam.*

6 *Confirmatio nil noui iuris tribuit, ſed uetus confirmat, & num. 8.*

*Iuris ignorantia quid efficiat.*
*Titulum quis in incorporalibus proponere non tenetur, & an ex donatione epiſcopi, uel ex confirmatione papæ paretur, uerſi. eſt tamen, & nu. 7.*
8 *Suppletio iuris hic fit, & qua ratione.*
*Defectus ſuppleri in confirmatione quando dicatur, uer. ſed imò.*
9 *Sententia fertur hic in futurum per uerba prohibentia, & quo caſu hic.*
*In futurum prouidetur ſecundum legem cautionis remedio.*
10 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 11.*
*Vſucapio ſine titulo non procedit.*
12 *Additio gloſſarum.*
13 *Sine actionis propoſitione hic fuit actum ſimpliciter.*

## CAPVT XXXI.

1 DVdum. Caſus. Laici †eccleſias, uel
decimas donare non poſ-
ſunt: nec ipſorum donatione, licet in for-
ma communi per papam confirmata, pa-
ratur titulus præſcribendi: in hoc tamen eſt opinio, ut
infra dicam. & in prima parte ponitur facti, & proceſ-
ſus narratio. in ſecunda ibi, nos igitur, ipſius diffinitio.
& prima ſubdiuiditur in tres. prima ponit actoris pe-
titionem, & auditoris dationem. ſecunda reorum de
fenſionem, iudicis interlocutionẽ, & defenſionis for
tificationẽ. tertia ipſius defenſionis impugnationẽ.
ſecunda ibi, Prior. tertia ibi, Cæterum. & ut dixit Hoſt.
de eodem epiſcopo loquitur. ſup. de pręſcrip. veniens
[*Stefani*] ſpecialis domus, uel eccleſia ſpectãs ad hoſpi-
tale Hiero. & ſic ponitur hic nomẽ ſpeciale & genera
le: alibi ponitur generale tantum, ſup. de arbi. per tuas
Hoſt. [*Quæſtionem*] qua actione, dicit glo. ult. & ibi dicã
2 [*Ruſticorum ſuorum*] ſic ergo †conqueritur dominus no-
mine ruſtici, & facto ſuo, ſic, arg. ff. nautę, ca. ſta. l. & ita
ſupra de offi. Archid. ea, quæ. vel expone, Laboribus, ſ.
propriis, quę faciebant coli per ruſticos ſuos ipſorum
ruſticorũ expenſis, quibus colenda tradiderant, quare
non iuuabat illos indulgentia, ſup. eo. licet, Hoſt. [*Non
permitterent*] hodie caueant à pœna conci. Vien. eo. tit.
religioſi, & dixi ſupra eo. licet [*Et infra*] hic cõcluditur,
ꝙ petebat ipſos prohiberi, ne decætero te impedirent
percipere decimas prædictas, & in futurũ pacificè poſ
ſidere, ut patet ex ſententia [*Coram quo*] petiſti, quod eſt
3 in fi. huius reſpõſionis [*Non† teneri*] per hæc uerba fuit
conteſtatus litem negando petita, & opponẽdo præ-
ſcriptionẽ, ſupra de lite conte. c. 1. de dolo, prout aliàs
nec fuiſſet recepta probatio ſuper principali, de qua
ſequitur, ſupra ut lite non conteſt. per totum, & ſic nõ
arguas, ꝙ per ſimplicem propoſitionem exceptionis
fiat litis conteſt. quod dic, ut de lite conte. c. 2. lib. 6. [*Re
ſpondere*] nõ intelligas in iudicio, nam licet præſcripſiſ-
ſet, nihilominus in iudicio reſpondere tenebatur: ſed
dicebat, quod non tenebatur extra iudicium reſpon-
dere ſuper quarta forte decimarum, quã petebat epi-
ſcopus, & ſuper iure epiſcopali, quod petebat in eccle
ſiis, Gof. [*Quem allegauit*] ſcilicet præſcriptionẽ: & eſt ſen
ſus, ut probet titulum præſcriptionis, quem allegauit,
alia litera, Quem. & hanc glo. Hoſt. dicens, ꝙ allegaſſe
4 †præſumitur titulum hoc ipſo, ꝙ allegauit pręſcriptio
nem. & dicebat Inn. ꝙ præſcriptio ſub ſe habet inclu-
ſa titulum, & bonã fidem; & ideò allegata præſcriptio
ne uidetur allegatum utrũq;, nec ob. C. de peti. hære.
l. cogi, quæ loquitur, quando nõ allegatur pręſcriptio
& quando in contrarium non eſt præſumptio, Hoſt.
remit. ad ſum. de præſcri. ſub rubrica, de præſcri. rerum
immobi. §. quæ exigantur, ſub §. quartum. uide quod
dixi de teſta. fraternitatis, in 4. q̃one [*Priuilegia*] nam &
5 †Reges priuilegia dant eccleſiis, ut hic patet; & ſupra
de reſtitut. in inte. auditis [*Qui*] rex, & regina [*Ad quam*]
ſcilicet eccleſiã ſancti Stephani [*Dictæ eccleſiæ*] quas pe-
tebat epiſcopus [*Perpetuam*] & ſic irreuocabilem, ſup.
de donatio. cum dilectus [*hoſpitali*] ſancti Ioannis Hie-
roſolymitani [*Conceſſerunt*] per hanc donatio. conceſ-
ſiſſe uidentur ius, quod habebant, ius, ſcilicet patro-
natus, ſupra de donatio. paſtoralis, ſecundum Inno-
cen. de iure patrona. illud [*Confirmationis*] in forma cõ-
muni, Innocen. [*Scriptum*] ideſt tranſcriptum, ut infra
patet [*Aduerſa*] ſcilicet hoſpitalariorum [*Confirmatione*
6 *præfata*] cum confirmatio † nil noui iuris tribuat, ſed
uetus confirmet, ſupra de fide inſtrumento. inter di-
lectos, de con. uti. uel inuti. cũ dilecta. licet enim igno-
rantia iuris, qua ſe putauerant iuſtè poſſidere, excuſet
à culpa, cum det bonam fidem, nõ tamen dat iuſtum
titulum, ſed nec iuris ignorãtia prodeſt in præſcriptio
ne, ff. de iuris & fac. igno. l. iur. & l. regula, ff. ꝓ empto. l.
a 2. §. ſi à pupillo[a]. ff. de uſucap. l. nunquam. Eſt tamẽ hic
argum. ꝙ ſi fluxiſſet temporis præſcriptio, ualet, & ta-
mẽ nullus præceſſit iuſtus titulus, cum donatio regis
ſit pro non titulo. vnde ad id, quod de fluxu temporis
ſequitur, ſupra maximè, cum in corporalibus non te-
neatur quis proponere titulum, ut no. ſupra de præ-
ſcriptio. ſi diligenti. Succubuit ergo hic, quia allegauit
malum titulum, ſecundum Innocen. ſed Hoſtien. di-
cit, quòd ipſe Innocen. eſt ſibi in his contrarius: & po-
nit dictum Goffre. qui legit hanc literam poſitiuè ſic,
ſcilicet ut ſit ſenſus: & ſi dicamus ex cõfirmatione pa-
rari titulum non tamen effluxit tantum tempus &c.
7 ſed ipſe Hoſtien. legit propriè, dicens ꝙ ſi ex †donatio-
ne epiſcopi, quæ non tenet, paratur titulus, fortius ex
confirmatione papali. Primum probatur, de iure pa-
trona. cura. & hoc placet Abb. qui dicit hic multum
notandum per religioſos habentes tales confirmatio
nes. Pet. etiam hic recitat, ſed non approbat, dicens cõ
trarium colligi ex reſponſione papæ, & quod hic ceſ-
ſat, argum. à contrario, & quòd hic fuit allegatio par-
tis [*Sacrilegij*] & hic maxime, quia iſtis hoſpitalariis ſpe
cialiter eſt prohibitum, hoc infra de priuileg. cum &
8 plantare, §. 1. [*Poſſidere*] ſed† quomodo hic papa de fa-
cto ſupplet, quod non fuerat allegatum? reſpondet
Hoſtien. hoc elici poſſe ex allegatione epiſcopi, & ſic
ſupplet de iure tantum, C. ut quæ de. aduo. l. 1. & hoc
contingit propter periculum animarum, ſupra de ele
ctio. dudum. 2. ſic de conceſ. præben. ex parte, de relig.
do. conſtitutus. de quo remit. ſupra de poſtula. præla.
bonæ. 1. [*Iuri epiſcopali*] iſtud facit pro illa lectu. quòd
epiſcopus peteret quartam tantum [*Nullatenus deroga-
tur*] ſed imò dicendo, Confirmamus tibi decimas à re
ge, & regina donatas, uidetur ſupplere defectum ſi qs
erat ex parte donantium. reſpondeo, hic ſimpliciter
dixit, Confirmo decimas, ſicut iuſtè poſſides, non fa-
cta mentione, ꝙ donatio fuit facta à laica perſona. uel
dic, quòd & ſi id expreſſiſſet, intelligitur confirmaſſe
in caſu, in quo dare licebat, puta in decimis antiqui-
tus conceſſis in feudum, quas cum auctoritate ſupe-
rioris, licet à laico donari, de his, quæ fi. à præla. cum
apoſtolica. unde confirmatio hic nil operatur facta
in forma communi de eo, quod à prin. non ualebat,
9 Innocen. [*Prohibemus*] hic fertur †ſententia in futurum
per uerba prohibentia uicto, ne ſuper eo, de quo a-
ctum eſt, referat quæſtionem. ſic ſupra de probatio. li
cet, in fine, ſed ſecũdum. l. prouidetur cautionis reme
dio. ff. ſi ſer. uen. egi, & l. harum, Goffred. [*Decimas*] de
eccleſiis fuit deciſum: quia non faciebat ad titulum,
& forte, ut dixit Hoſtien. ipſas eccleſias ibi adiudica-
uit, & eſt ſimil. deciſio ſecundum eum, de fide inſtru-
men. cum Ioannes, de præſcrip. ueniens. ¶ Secunda
10 †glo. allegat duas concor. ſignat contrarium, remittit,
& ſoluit dupliciter. ¶ Tertia glo. no. titulum proban-
dum, ſignat contrarium, ponit opi. Ioan. & remittit.
¶ Glo.



¶ Glo. 1. q. 7. alle. tres concor. & tres. ll. in contrarium.
11 ¶ *In 3.† glo. ibi, diutina*] uide de proba. licet, ſuper glo. ſed
quare [*& ibi. l ulti.*] uſucapio ſine titulo non procedit,
nec prodeſt tenenti, nec ipſius hæredi. ¶ *In glo. 16. q. 7.
ibi, non eſt nouum*] uide hanc & ſe. de iure patro. cura, ſu-
per ulti. glo. [*& ibi, rem alienam*] uide de præſumpt. non-
12 ne, ſuper ulti. glo. ¶ *In †glo. 2. ibi, de conſuetudine*] hoc uide
tur, ut dicit Abba. quia in Vngaria eſt iſte epiſcopatus
ad hoc, ſupra eod. ad apoſtolicæ [*& in fin.*] uel petebat
quartam. & ſic planum eſt. ¶ *In glo. 3. in fi.*] dic ut infra
de præſcript. c. 2. lib. 6. ¶ *In glo. 4. in fi.*] ſecundum Ioan.
qui etiam alleg. ff. de adop. l. adoptio. ¶ *In glo. 1. q. 7. in fi.*]
b dic ut no. in dicta decre. nuper[b], & 1. q. 1. c. 1. ¶ *In †glo.
13 ulti. in fi.*] melius uidetur, quòd actum fuerit confeſſo-
ria ſecundum Innocen. Dicebat tamen primus, quòd
forte proponebatur actio de dolo nõ ad decimas ſub
c tractas,[c] ſed ad damnum, quod ſenſerat epiſcopus pro
eo, quod hoſpitalarij ſuadebant ruſticis, ne decimas,
ſoluerent. ff. de dolo, cum quis. vel proponebatur iu-
dicis officium, ſupra de offi. iudi. c. 1. ſed Hoſt. placet, &
ſimpliciter fuit factum propoſitum, & petitio ſimpli-
citer fuit formata, ſupra de iudi. dilecti.

ANNOTATIONES.

a ¶ Pupillo. Ibi uide Barto. & Din. in c. poſſeſſor, de regu. iur. lib. 6. & in l. ſi me, & ibi Bar. ff. pro do. & glo. in c. ſi diligenti, de præſcri.
b ¶ Nuper. Et uide docto. in c. nemo poteſt, per Din. & Ioan. And. in d. c. tua nobis, & in l. traditio, ff. de acquiren. re. do.
c ¶ Subtractas. Quia ad illas datur actio certa, de qua no. ſupra eo. tua, el ſecundo, in glo. prima, cum qua de dolo non concurrit. C. de dolo. l. 2.

*SVMMARIVM.*

1 *Domini prædiorum cogi poſſunt, ut prædia ſua colenda dent, decimas perſoluturis, & nu. 2.*
*Gentes permixtæ ubi locorum.*
*Ritus dicitur in ſpiritualibus propriè.*
*Iudæi compelluntur ſoluere decimas prædiales, & an & quomodo locari liceat eis prædia.*
2 *Contra decimas nolentes ſoluere quæ remedia.*
*Contra eas defraudantes an poſſit agere eccleſiæ.*
3 *Ea integrè, non pro eis quid ſoluendum.*
4 *An & quæ conſuetudine debeantur, & de qua hic conſuetudine intelligatur, & num. 7.*
*An perſonales ex præcepto ſoluendæ, & nu. 7.*
*Aliæ etiam præter prædiales & perſonales introducuntur & quomodo, in fin.*
5 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 6. & 7.*
*Pro decima quandoque dantur certæ corbes, uel menſuræ, & ubi, & qua de cauſa.*
*In eius quantitate præſcriptio non currit.*
*In cathedratici currit.*

## CAPVT XXXII.

1 IN aliquibus. Caſus. Domini †p̃-
diorum cogi poſ-
ſunt, ut prædia ſua colenda dent talibus, à
q̃bus ſine cõtradictione decimę perſoluã-
tur. & prima pars ponit exceſſum, quem ſecunda pars
corrigit ibi, Volentes [*Regionibus*] ut in partibus Conſta
tinopol. ſm Pe. in inſula Cretenſi, & Cypri. ſm Hoſti.
[*Permixtæ*] quod dixit hic Inno. uide in ſpe. ſuper rubr.
de Iudę. & Sar. i. q̃one [*Ritus*] hic propriè dicitur in ſpi-
ritualibus, ſupra de offi. ord. inter cætera [*Chriſtiano*] vt
Græci, Armeni, & his ſi. Iudæi etiam bene compellun
tur ſoluere decimas prædiales; ſed quia non ſic de faci
li poſſunt per eccleſiã cõpeſci, ideò non debent eis lo-
cari, vel locantur eo pacto ſm Inno. [*Defraudantes*] quia
2 non poſſunt †compeſci pro eo, ꝙ cenſuram eccleſia-
ſticam uilipendunt. Eſt tamẽ hoc remedium, ut quã-
uis immineat ſanguinis effuſio, recurratur ad brachiũ
ſeculare, ar. infra de homici. poſtulaſti. Eſt & aliud re-
medium, de quo ſequitur. Quærit Hoſt. an contra ta-
les doloſos eccleſia poſſit agere? argum. ꝙ ſic. ff. de eo
quod cer. lo. l. ſi. 1. reſpon. cum ſuis concor. ff. de dolo,
eleganter. §. pe. & in his, quæ no. ſupra de re. eccle. non
alie. ad audientiam, ſupra de pac. cũ pridem, de renun.
ueniens. Dicit tamen Hoſti. ꝙ uellet, ꝙ ius expreſſum
ſuper hoc conderetur [*Maiores*] ſicut ſoluens decimas
poteſt reddere domino. 90. corbes; ita nõ ſoluens poſ-
ſet reddere. 100. [*Talibus*] ſi. 89. di. iudicatũ, & quod ibi
no. in glo. pe. [*Perſonis*] ſ. fidelibus, & deuotis [*Et aliter*]
3 h. d. propter pacta, quæ interuenire ſolent [*Cum† integri-
tate*] hic patet ſecundum Hoſtien. quòd reprobat con-
cil. opin. theologorum illorum, qui dicunt, ſufficere
aliquid dari pro decima, ad idem inducit, quod ſtatim
ſequitur, de cen. eccle. de quo uide, quod no. infra eo.
cap. 1. lib. 6. & dixi in quæſtione porrorum in 3. parte,
ſuper regula, qui prior, de regu. iur. lib. 6. [*Conſuetudine*]
4 glo. & Innocen. intelligunt† de conſuetudine illa, qua
poſſunt deberi eccleſiæ parochiali, uel prædiali. Alii
intelligunt de conſuetudine approbata per papam.
alius enim in his diſpenſare non poteſt, ſupra eo. à no-
bis. Alij intelligunt de minutis decimis, ſupra eo. cum
in tua, & c. ex multiplici. Alii intelligunt literam, quan
do una eccleſia petit decimas in alterius parochia: q̃a
ſi non probat conſuetudinem, parochiali debetur de
cima de lege diuina. ſi probat, ſibi debetur de l. con-
ſuetudinaria. & hoc recidit in primum dictum. Hoſti.
uerò dicit hunc ſenſum literæ, ꝙ prædiales debentur
de. l. diuina, & cum integritate, ut præmiſit. Perſona-
les de conſuetudine, ut ſcilicet exigi non poſſint, niſi
ſi & prout approbat conſuetudo, cum ſint in præce-
pto, dicens, quòd huic lecturæ nulla auctoritas contra
dicit: & interpretatio papæ hic contrariæ opinioni re-
ſiſtit; & facit, quod dicam ſuper glo. ſecundum Ioan.
Hoc autem dictum uerum putat, niſi alia compoſitio
cum laicis facta eſſet, ſecundum no. ſupra de tranſact.
ſtatuimus: uel niſi ſacerdos ſit indigens. facit, infra eo
dem cap. 2. §. ubi autem, libr. 6 ſicut eſt uidere in qui-
buſdam ciuitatibus ripæ marinæ, in quibus nullę, uel
raræ ſunt decimæ prædiales. & ideò ſi perſonales non
darentur, nil quaſi perciperent clerici nomine deci-
marum. quo caſu dicit cas in præcepto. unde ſecun-
dum Alexan. fratrum minorum dicitur laicis in pſal.
Sumite pſalmum, & date tympanum. hoc eſt. ſumite
ſpiritualia à miniſtris Dei, & date temporalia. ad idem
13. quæſtio. 1. §. 2. de ſepultu. capitulo primo. remittit
etiam ad ſum. eodem titulo. §. finali, ſub. §. 7. quæritur,
& uide remiſ. quas dedi, ſupra glo. proxima, & quod
ſcripſi, ſupra eodem, ſuper rubrica. poſſet etiam aliter
hæc litera legi, ut iſte ſit ſenſus, quod non ſolum deci-
mæ prædiales, & perſonales, quæ ſunt in præcepto,
ſed etiam alię, ſi quæ ultra illas ſunt per conſuetu. in-
troductæ, exigi poſſint; ad hoc, ſupra capitulo primo
infra de cenſio. ex parte, ut ſit mens, quòd conſue-
tudo hoc poſſit aggrauare, ſed non alienare. & facit
quod dicam, intra de conſangui. quòd ſuper. & hæc
5 ſatis plana. ¶ Prima † gloſſ. ſignat contrarium, & ſol-
uit. ¶ Vltim. glo. ponit dictum, ad quod adducit duo
ſimilia, quod poſtea fortificat, & determinat. ſecun-
6 da pars reſpondet per quæſtionem. ¶ *In prima † gloſſa
ibi, inter debitorem*] hanc & ſequentes duas uide in capi-
7 pitulo plerique, in prima gloſſ. & ſuper ea. ¶ *In† glo.
prima ibi, pactum*] ſolutio. ut not. in d. decreta. plerique,
& ibi, aliàs in gloſſ. finali, ubi de hoc. uel hæc conſue-
tudo in perſonalibus locum habet, licet & illæ ui-
deantur iure diuino deberi. 23. quæſtione quinta di-
cat, Ioan. uel de conſuetudine Theutonicorum, ubi

certæ corbes, uel menſuræ dantur pro decima ſiue coloni aliquid habeant, ſiue non. & forte ratione incertitudinis toleratur, Vin. [*& in fi.*] ubi idem no. Io. quòd in quantitate decimæ non currat præſcriptio, licet currat in quantitate cathedratici, infra de cenſi. olim.

*S V M M A R I V M.*

1 *Decimæ ſoluendæ prius, quàm cenſus & tributa, & ſi non fuerint ſolutæ, quid iuris, uide nu. 4. & 5. cir. fin.*
*Cenſus, & tributa quo caſu deducentur.*
*Fructus iure ſoli, non ſeminis debentur.*
*Apoſtoli uerba illa, neque qui plantat &c. ut etiam myſticè intelligantur, & num. 2.*
*Sacramentum Deus dat, & quando inſpiciatur in decimis, nu. 9.*
2 *De porris, uel cœpis tranſplantatis in ſolo alterius parochiæ decimæ cui debeantur.*
3 *Semen quare non deducatur de fructibus decimandis.*
*Decimas non ſoluentium auaritia quare reprehendatur, eas etiam diminuere peccatum mortale, nu. 4. & 5. in fi.*
*De gratia fructus omnes habemus.*
4 *De penſione quando decimæ ſoluendæ, uer. unde dixit.*
5 *Quare precium fructuum uenditorum non decimatur, & merces colonorum decimatur.*
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
*In ſolidum agi poteſt contra unum ex pluribus obligatis.*
7 *Additio gloſſarum.*
*Rei incumbere melius & utilius, quàm perſonæ.*
*Decimas utilius ex uno aceruo ſimul recipere.*
*Qui tenet, baro. Qui petit, barucus, prouerbium.*

## C A P V T XXXIII.

1 CVm non ſit. Caſus. Prius † ſoluendæ ſunt decimæ, quàm
cenſus, & tributa: uel ſaltem ſi prius illa ſoluta ſunt, poſtea decimentur, partes, ut ſupra capitulo proximo. ſecūda ibi, cum autem [*Semen*] fructus iure ſoli debentur, non iure ſeminis. unde dominus fundi dominus fructuum eſt, etiam ſi ſemen ſit alienum. ff. de uſur. qui ſcit fundi. in principio. Vincē. [*Apoſtoli*] i. ad Cor. 3. [*Neque qui plantat*] ut dicit Goffre. & Hoſtiē. hæc uerba ad literam poſſunt intelligi. poſſunt etiam ſic myſticè exponi, Neque qui plantat, ſcilicet prædicando, neque qui rigat, ſcilicet baptizando ſed qui incrementum dat, Deus. ſ. gratiam infundendo. & ſic intelliguntur uerba, quæ ibi ſequuntur. Ego
2 plantaui &c. [*ſed qui incrementum*] argum. quod ibi † dandæ ſunt decimæ de porris, ubi ſecundò plantati ſunt, non ubi primò ſeminati. 21. quæſt. 2. ſi quis iam tranſlatus. Si enim fuiſſent ex nobis &c. de pœ. diſt. 4. ſi ex bono. contra: Maius eſt de nouo aliquid facere, quàm creatum promouere, de conſe. diſt. 2. reuera, Vinc. & initium ſpectandum, ſupra de elec. dudum. accedat, 28. q. 1. iam nunc 13. q. 1. §. 2. pro prima parte facit, infra capitulo proximo, & 13. q. 2. §. quia ergo decimā, & illud tenent Vincen. & Phi. hæc ponentes in cœpis. Vnde dicebat Iaco. quòd G. Na. dixerat. quòd ſecundæ eccleſiæ debebatur: tamen ſibi uidetur, quod utrique eccleſiæ debebatur; quia ſicut qui ſeminat, nihil eſt, ita & qui plantat, & in utroque operatur manus dei. nec ob. ſi dicas, quòd eadem res bis decimatur contra id ff. de po. bonafides; quia idē poſſet dici de grano, quòd poſtquàm aceruus, de quo fuit ſemen, fuit decimatus, nō debeat ſemen decimari; quod eſt falſum, ſupra eo, tua. Hanc qōnem diſputaui, de qua uide plene in quæſtione porrorum. de regu. iur. qui prior, lib. 6. [*Mortificato*] hæc ſit
3 † cauſa, quare ſemen non deducitur de fructibus decimandis, etiam ſi ſemen fuerit decimatum. de hoc, ſupra eo. paſtoralis, & c. tua. Hoſti. [*Auare*] no. auaritiam in illo, qui cum totum habeat de gratia, ſ. 9. partes, denegat ſoluere decimam [*Prætereunt*] non de iure, ſed de facto: quia nimis ſunt potentes, uel abſentes, uel remoti hi, qui decimas debent ſoluere ſecundum Innoc. & Hoſti.
4 [*Periculis*] eſt ergo † peccatum mortale & in diminuendo decimam aliquam fraudem committere, ſecundum Ho. [*Decimarum*] hic no. quòd ſi de fructibus fundi tributarii ſolutæ ſunt plenè decimæ, non tenetur dominus poſtea ſoluere de tributo, ut hic, & ſ. eo. paſtoralis. & quomodo ſit intelligēdū. dixi quod no. hic Imo. ſupra eo. tua 2. ſuper glo. hoc intellige: unde dixit ipſe hic, quòd ſi dominus dat colono terram ſuam colēdā, uel alii caſtrum ſuum tenendū pro certa penſione, dominus non tenetur illam penſionē decimare, etiam ſi illa penſio ſit in eiuſdē fundi, uel caſtri fructibus conſtituta: quia intelligitur uendidiſſe ſalua decima: unde fructus decimādi ſunt, & non penſio: petetur ergo decima à colono, ſi non decimato prius aceruo penſionem ſoluit. Et ſi
5 dicis † quare non decimat dominus precium fructuū uenditorum, ſicut colonus mercedē operarū? Reſpondet merces operarum procedit ex membro & labore hominis, & ideò ex hac dat decima. merces verò fructuum uenditorū procedit ex terra, ſiue ex fructibus terræ, in quibus ius habet dominus, q & ante tributū, ſiue penſionē domini decimantur. & de quibus ſufficit, quòd ſemel fuerint decimati, arg. ff. de reg. iuris, bonafides, ſecundum Inn. [*Vel ſaltem*] ac ſi dicat, ſi præcedat ſolutio cenſuum de facto per aliquem caſum [*Per cen. ec.*] ergo mortale peccatum eſt, ut not. ſupra ca. proxi. [*Quibus*] quòd non aliis, ſupra eo. tua. 2. [*De iure*] dicit Inno. quòd de conſuetudine non dixit: quia de prædialibus lo-
6 quitur remittens, ſupra c. proxi. ¶ Prima † glo. obiicit, & ſoluit. ¶ [*In glo. 1. ibi, l. 1. §. ulti.*] qui ſic iacet, ſi plures nauem exercent, cum quolibet in ſolidum agi poteſt. & ſequitur. l. ne in plures aduerſarios fatigetur, qui cū uno contraxit. ¶ ¶ [*In glo. ulti. ibi, alienatio*] uide in c. ex li-
7 teris, ſuper ulti. glo. ¶ [*In † glo. 1. ibi, reſponderi poteſt*] ſecundum Ioan. dicit Hoſtien. & quia commodius eſt totū ſimul in uno aceruo recipere, quàm poſt tempus forte à non ſoluente petere, & quia tutius eſt pignori ipſius acerui incumbere, quàm in perſonam agere, inſtitut. de ob. quæ ex male. naſ. §. furti actio. & inducit hoc prouerbium, Baro qui tenet, barucus, qui petit.

*S V M M A R I V M.*

1 *Ciſtercienſes, templarij, & hoſpitalarij de fructibus quarum poſſeſſionum decimas ſoluere teneantur, & nu. 3. cir. fi. & 8.*
*De immobilibus non tenentur, & nu. 2.*
*Priuilegiatorum prædia ſi tranſeunt ad priuilegiatos, decimas non dabunt.*
2 *Vita morti comparatur hic.*
*Laborum priuilegium ceſſat hic.*
*Legem ſibi nullus imponere poteſt, & quibus caſibus hic.*
*Amodo, dictionis ſignificatio.*
3 *Poſt concilium hic numeratum quomodo conſtabit acquiſitas poſſeſſiones.*
*Ex chronicis ſumuntur etiam probationes.*
*Concilia Lateranenſia duo, & quo tempore.*
*Concilium Viennen. & Lugdun. quando fuerint.*
4 *Priuilegia conceſſa Ciſtercien. ordini. S. Claræ, uel alijs ſuper decimis non ſoluendis an extendantur ad decimas, quæ per antiquum feudum. ſ. ante Lateran. Concil. habebantur, & poſſidebantur.*
*Priuilegium quibus caſibus alicuius iuri, niſi in eo fiat mentio, non obſit.*
*Anteferri ſi quem alijs papa ſcribat, quibus intelligatur anteferendus. §. ſecunda ratio.*
*Patronis laicis literæ papales non præiudicant, ibid.*
*Poſſeſſio colorata impedit impetrantem. §. tertia ratio.*
*Decimas transferre per quam formam liceat, & cui, ibid.*
*De decimis feudalibus aliter iudicatur, quàm de alijs, ibid.*
*Perditur difficilius, quod difficilius acquiritur, ibid.*

*Species*



*Species quando deroget generi, ibid.*
*Vaſalli in generali alienatione non continentur, niſi nominentur.*
*Beneficia largiſſime interpretanda, quando non procedat, ibid.*
5 *Priuilegiorum derogatione turbantur priuilegiati obſeruanda aliorum, ſi noſtra decurtari nolumus.*
6 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 7. & 8.*
*Decimæ an ſoluendæ de fundo acquiſito pro eccleſia ædificanda, & pro eius dote ante, quàm ædificetur.*
9 *Decimas percipiendi ius ab alijs præſcribere aliud eſt à præſcriptione iuris non ſoluendi.*
*Eas quis poſſit præſcribere, & religioſis potius dandæ, niſi ius ceſſaret, & ratio.*
10 *Earum immunitatem monaſterium quibus caſibus poſſit allegare.*
*Res inter alios acta alijs præiudicat ex extenſione papali hic, in fi.*

## C A P V T XXXIIII.

1 SVper. Caſus. Ciſtercienſes † templarii & hoſpitalarij de fructibus poſſeſſionum, quas acquiſierunt poſt generale concilium, tenentur decimas ſoluere, ſi prius ex illis decimæ ſoluebantur. & ſunt duæ partes. prima ponit ſtatutum Ciſtercienſium. ſecunda confirmationem, & prouiſionem papalē ibi, Ne occaſione. aliàs ibi, Nos autem [*De quibus*] i. de quarū prouentibus nam de immobilibus non tenent, ut no. ſ. eo. paſtoralis [*Debeantur*] q. d. quòd ſi prædia priuilegiatorū tranſeant ad priuilegiatos, decimas non dabunt [*Fundandis*] ſup. licet ante non emant niſi in hoc caſu: poſſunt tamen recipere à quocunque ſibi conferantur, etiam ſi id non fiat pro mona. de nouo fundando; & ſic continuatur quod ſequitur [*Collatæ*] in uita, uel in morte [*Excolendæ*]
2 & ſic † ceſſabit priuilegium laborum, de quo ſupra eo. ex parte. 1. & per hoc patet ſecundum Hoſtien. de fructibus, non de poſſeſſionibus ſoluendam decimam, ut prædixi [*A quibus*] colonis. ſ. [*Ne occaſione*] ſi non habet, infra nos autem, hic eſt uerſi. [*Decernimus*] non ſufficiebat ipſorum conſtitutio: quia nullus ſe poteſt per pactum aſtringere, quominus ſibi liceat emere, vel vendere. ff.
a de pac. [a] l. pe. Abb. & ſupra de teſta. Rainaldus [*Alienis*] ſi illas colendas recipiant, ſupra eo. dilecti [*Et ammodo*] i. ab hac die in antea: & ſecundum Hoſt. ex hoc ſumitur uerbum in literis apoſtolicis, quæ ſolent hoc caſu impetrari, ſcilicet ſuper poſſeſſionibus poſt concilium ac
3 quiſitis. Sed dubitari † poſſet, quomodo conſtabit, quòd fuerint poſt concilium acquiſitæ? Reſpōdeo ſciri oportet, quando concilium factum fuerit: & inueni uarias chronicas ſuper hoc, ut puto, corruptas. ſed, vt percipere potui ex chronica hiſtorialis ſpeculi, lib. 31. c. 64. cōcilium iſtud factum fuit annis domini. 1215. 17. anno pontificatus Innocen. & fuit Romæ in baſilica Lateranen. Poſt illud ergo tempus acquiſitas hoc capitulum comprehendit. De tempore uerò concil. Lateranen. quòd fuit tempore Alex. dixi, ſupra de his, quæ fi. à præla. cum apoſtolica, in fin. De Vienen. quod fuit Clemen. uide de cenſi. cum ſit, in gl. pen. De utroque Lugdunen. ſcilicet Innocen. quarti, & Grego. X. dixi de electio. nemo deinceps, ſuper glo. 2. libro 6. [*Perſoluant*] hoc non ſtatuerant Ciſtercienſes [*Niſi cum ipſis*] ſup. uel niſi ſuper his nouiter acquiſitis habeant nouū ſpeciale priuilegium, quod ſæpe impetrant, ut dicit Hoſtienſi. Vnde uidi priuilegium Ciſtercienſium datum ſuper poſſeſſionibus acquiſitis poſt concil. Vidi
4 † dubitari, an priuilegia conceſſa Ciſtercien. ordini ſanctæ Claræ, uel aliis ſuper decimis non ſoluendis extendantur ad decimas, quæ per antiquum feudum, ſcilicet ante Lateranen. concil. à laicis habebantur, & poſſidebantur, ſaltem de hoc mentione non facta? & uidetur quòd non his potiſſime rationibus, quæ ſumūtur ex decre. 2. infra eod. libr. 6. primò quia ex. §. 1. & §. ubi autem, ibi patet priuilegium non ſoluendarum decimarum ſolum reſpicere præiudicium eccleſiarū parochialium, & quòd illas ſolas per illud papa grauare intendit. cui conuenit: quia ſi princeps dat priuilegium contra ius publicum, ius priuatum lædere non intendit, niſi id exprimat. ff. ne quid in loco publi. l. 2. §. ſi quis à principe. cum ergo priuilegium ſit lex priuata contra ius commune 2. diſtin. priuilegia, infra de uerbo. ſignific. Abbate, ſolum ius commune lædat; quo debentur parochialibus eccleſijs, non ſpeciale, quo debentur uaſallis, ut ſic ius prius eis competens, non plus tollat priuile. hoc non exprimens, quàm tolleret ius commune, ſed conſtat, quòd per ius commune tollitur præcedens ius commune contrarium: ſed ius ſingulare non, de conſti. cap. 1. lib. 6. ergo nec per priuilegium tolletur: unde nec per priuilegium tollitur pactum præcedens hoc tacito, de deci. ex multiplici, de pac. cap. 1. lib. 6. nec priuilegium, ſupra de præſcrip. ueniens, unde, quando papa talia uult tollere, illud exprimit, ut patet in conſtitutione ſuper cathedram, ad fin. uer. nos etenim innouata per concilium Vien. de ſepul. dudum. Item aliàs eccleſia fraudem iniiceret his uaſallis hodie dando, & cras reuocando directè, uel indirectè, contra id, ſupra de dona. per tuas. 16. quæſtio. 6. illud, quod ſatisfacit. ¶ Secunda ratio ſumitur ibi ex. §. 1. poſt princi. ubi innuitur in talibus priuilegiis non uenire, quod ueriſimile eſt papam nō intellexiſſe: ſed talis eſt noſter caſus. ergo &c. cui conuenit, quod habetur de fil. preſbyte. cap. 2. lib. 6. quod ſcripſi poſt Inno. ſupra de præſcrip. ueniens, uerſi. non obſtante, & poſt Compoſt. ſupra de reſcript. cauſam: ubi dicit ſe pronunciaſſe de mandato papæ, quòd cū ſcribit papa eum, cui fecit gratiam, aliis anteferri, hoc intelligitur de his, qui prius ius non habebant, ſaltem in re: ſed tales erant iſti laici; ergo &c. optimè facit etiam quod ſcripſi poſt Hoſtien. ſupra de offi. lega. dilectus, & infra de iure patrona. cum dilectus, de literis papalibus, quæ non præiudicant patronis laicis ut infra de regu. iuris, in generali, lib. 6. cum concor. ¶ Tertia ratio ſumitur, ibi ex primo reſpōn. ubi patet, quòd ſola poſſeſſio tacita in priuilegio impedit uires priuilegii, quò ad illud poſſeſſum. probatur idem de priuile. dudum. fortius ergo proprietas, & poſſeſſio, ut in caſu noſtro. huic conuenit, quod dicitur de conceſ. præbend. cum noſtris, ubi colorata poſſeſſio ſi taceatur, impedit impetrantem: facit etiam ut lite penden. c. fi. ubi ſola litis pendentia, etiam ſi doloſè non taceatur, impedit uires priuilegii. ad idem de teſti. cauſam quæ. Quarta ratio ſumitur ibi ex. § illas, & ex. §. fin. ubi patet, quòd iſtarum donatio ſpectat ad ipſos laicos feudatarios. ex quo duo inſurgunt, ſcilicet quòd ſunt ipſarū domini, & habent ius dandi dominium, uel ius dandi non ſpectat ad alium. facit, ſupra de proba. litem; infra de dona. inter ui. & uxo. nuper. ſecundum, quòd cum habeamus hanc formam transferendi ipſas decimas feudales, ſcilicet per donationes uaſallorū aliam à iure non ſtatutam ſuſpicioſum eſt inuenire, de tranſla. cap. 2. cum concord. Quinta ratio ibi ſumitur ex fine, ubi patet, quòd aliter iudicatur de decimis feudalibus, quàm de decimis iure communi debitis. ad idem, ſupra eod. tua. & quod no. in cle. eo. ti. c. 1. in 4. glo. Qui ergo difficilius acquirunt, difficilius perdāt. & econuerſo. facit, infra de reg. iur. c. 1. cum concor. bene facit ad caſum, quòd ſpecies derogat generi; & maxime hoc caſu, quo præ-
b ceſſit ſpecies, de regu. iur. generi, lib. 6. ff. eo. in toto [b] bene facit in libr. feud. ſi de feud. contro. fu. c. in generali. ubi ſic dicitur: In generali alienatione uaſalli non continentur, niſi nominatim dictum fuerit. & de cap. qui curiam uen. ca. 1. ubi dicitur, quod ſi capitaneus in curia, quam uendit, habebat uaſallum, feudum, niſi

expreſsim de eo actū ſit in uenditione nō tranſit. non
ob. quod dicit, Beneficia largiſsimè interpretanda: qa
illud nō procedit in priuilegiis q̃ ius cōe,. quæ alterius
ius abſorbent, uel grauiter lędunt, ſu p quo uide quod
dixi. j. de uerb. ſig. olim, ſuper ulti. glo. & ſupra de reſcri
ptis, cām quę, nec ob. ꝙ fauor his religioſis debet, ad
quod reſponde per decre. nuper infra de dona. inter vi
rum & ux. [ *Et hoc ipſum*] quod ſcilicet prouiſum eſt de
Ciſtercienſibus tā per ipſorum ſtatutum, q̃ per noſtrā
5 ordinationem [*Vt eccleſiarum† pralati*] h. d. ad conſolan-
dos eos, ne. ſ. turbentur ex eo, ꝙ ipſorum priuilegio de
rogatur. in cle. de ſepul. dudum. §. fi. [*Obſeruare*] aliter ip
ſorum eſſent priuilegia decurtanda, infra de priuile. c.
6 4. ¶ Vlti. glo. † quærit, arguit pro & contra, & ſol. ¶ *In*
7 †*glo. pe. ibi. l. 1. lib.* 10.] uide hanc, & ſeq. de teſti. cauſam. 2.
8 ſuper ulti. glo. ¶ *In*† *glo. 2. ibi, eccleſiæ*] idem etiam poſt, ſe
cundū Hoſt. puto, ꝙ glo. intellexit de prædio acquiſi-
to, ut ſit fundus mona. & ſui ambitus de nouo fundan
di, qui fundus ante, q̃ ibi ædificetur eccleſia, tradetur
excolendus: ſed Hoſt. intellexit, quod glo. intendat, ꝙ
poſſeſsiones emptæ pro dote mona. de nouo fundan
di ante, q̃ ædificetur, nō gaudeant antiquo priuilegio
poſtea non, ex quo fuerit mona. ædificatum, gaude-
bunt. & reprehendebat in hoc gloſſ. dicens, ꝙ etiam
poſt ædificationem ceſſat antiquū priuilegium. Ego
ſic intelligo literam, ꝙ ſi Ciſtercien. forte non haben-
tes domum Bonon. uolunt ibi mona. de nouo funda
re, poſſunt tam pro fundo, q̃ pro dote emere poſſeſsio
nes decimales: aliter non. & tunc & ante ædificatio-
nem mon. & poſt aut tradentur aliis colendę ſecundū
ſtatutum Ciſtercienſium, aut ſi etiam per ſe colant, de
illis decimas ſoluant ſm prouiſionem papæ. nec puto
glo. intellexiſſe contrarium, ſed ut prius dixi. ¶ *In glo.* 3.
9 *ibi, eas* †*poſſunt habere*] dic ꝙ aliud eſt præſcribere ius per
cipiendi decimas ab aliis; & ſic loquantur contraria.
aliud præſcribere ius non ſoluendi. & hoc caſu loqui-
tur hic, licet Hoſtien. hic uoluerit diſtinguere inter re
ligioſum laicum, & clericum. primus non præſcribit;
& ſic loquitur decre. dudū, ſupra eo. ſecundus ſic: quia
licet non miniſtret ſpiritualia, facit tamen officium di
uinum, & forte deuotius, q̃ ſecularis clericus. unde &
ex l. diuina, niſi canonica aliter ordinaſſet, potius eſſēt
eis decimæ ſoluendæ, q̃ ſecularibus clericis, ad hoc, ſu
pra eo. tua 2. de ſepul. fraternitatem. ad hoc, ſupra eod.
cum in tua, & c. dilecti, & c. ſuggeſtum. ſm eum etiam
10 dici † poteſt, ꝙ mon. ſitum intra limites alicuius paro-
chiæ quò ad poſſeſsiones proprias non poſsit immuni
tatem allegare, niſi priuilegium, uel præſcriptionem
cū titulo oſtendat, uel probet. s. eo. dudum, & c. à no-
bis. In aliena uero parochia ipſas ex conſue. poteſt ac-
c quirere[c] ſupra eo. cum in tua, & c. ad apoſtolicæ. ſi. no.
de præſcrip. auditis, & c. ſe. ad hoc. j. de priuil. ſi de ter-
ra, & c. accedentibus. 4. diſt. §. leges, in auct. de hæred. &
Fal. in prin. ſed quid dicat, etiam in hoc ſecundo caſu
neceſſarius eſt titulus, de præſcrip. c. 1. lib. 6. ¶ *In glo. ulti.*
*in fi.*] hoc eſt ex hac extenſione, quam facit hic papa:
quia aliter non præiudicaſſet, ſecundum Hoſtien.

ANNOTATIONES.

a ¶ De pac. Ibi uide glo. & Bar. & Ioan. And. in c. Rainaldus, in glo.
no. argum. & hoc poteſt dici prohibitio fieri non à ſeipſis, ſed à
concilio, ut patet in prin. capituli, & ſic à iudice, quæ prohibitio
an impediat dominij tranſlationem, uide ubi ſupra, & in §. diui,
& in l. filius, ff. de le. 1, & per Bal. C. de condi. ob cauſam. l. ea lege.
b ¶ In toto. Vide plene per Bar. in l. quæſitum. §. fi. ff. de fun. inſtruc.
inſtru. le. & glo. & Ioan. And. de reſcrip. capitulo primo.
c ¶ Acquirere. Illud poſſet defendi quò ad tertiam eccleſiam, pro
qua non faceret ius commune: quia tunc titulus non requiritur,
ſi ad illam decimam ageretur per monaſterium, uide de reſti. ſpo.
cap. 2. in glo. no. quòd, lib. 6. & de præſcrip. c. 1. in fin. glo. mag.
eodem libro.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſis ſi quod probibeatur, etiam ſingulis intelligitur interdictum.*
*Eccleſiaſticis pari modo ſi interdicatur, & ſecularibus & laicis intelligitur.*
*Argumentum hic à maiori ad minus habet locum.*
*Decimas neque in pignus, neque in donum concedere licet, & cui, & quo caſu, & nu. 2.*
2 *Fructus rei eſt pignori dare licere.*
*Aliena res non poteſt obligari.*
3 *Epilogus, & additio gloſſarum.*

CAPVT XXXV.

1 INnterdicimus. Breue eſt [*Vni
uerſis*] etiā † ſin
gulis intelligitur interdictum. de hoc infra
de exceſ. pręla. nimis, in fi. [*Eccleſiaſticis*] mul
to fortius ſecularibus, & laicis ſecundum Hoſti. alleg.
ſupra eo. quamuis, & ca. ad hoc, & c. prohibemus. per
quod capitulū forte hic omiſit de laicis [*In pignus*] nec
etiam in donum ſine auctoritate epi. s. de his, quæ fi. à
præ. cum apoſtolica, Inn. & Hoſti. & Pe. obiicit Vin. ad
2 textū de l. fi. ff. de uſuris. ubi dicitur, quod † fructus rei
eſt pignori dare licere: ſed ibi ponit fructus pro qua-
dā cōmoditate, non propriè pro fructu ſm eum [*Non
præſumant*] ēt de conſenſu epi, ſi non ſit antiquum feu-
dū, ne ſic uideat eccleſia poſſeſsionem laici approba-
re ſecundum Gof. recipiendo in pignus, & quia aliena
res non poteſt obligari. C. quæ res pig. ob. poſ. l. qui fi-
lios. Si uerò ſit antiquum feudum, poterit, ſeruato ta-
men ordine decr. cum apoſtolica. §. quia uerò. fructus
tamen computabit in ſortem, niſi forte conſenſerit ec
cleſia, ad quam ſpectant, de uſufr. c. 1. in fi. ſm Hoſtien.
Forte uerius eſt dicere, ꝙ hæc decre. intendit prohibe-
re etiā de antiquo feudo, ut ſic laicus indigens neceſſe
habeat illud pignorare ipſi eccleſiæ ad quam ſpectat,
3 ex quo alteri pignorare non poterit. ¶ Prima † glo. re-
ſpon. per quæſtionem, de quibus decimis hic loqua-
tur. ¶ *In glo. 1. ibi, fructus*] ſi abſtinet à ſeruitio uaſalli.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio tituli, ſiue rubricæ.*
*De religioſis tractatus continet quinque titulos.*
2 *De regularibus, & ad religionem tranſeuntibus quibus alijs in locis & libris canonicis agatur.*
3 *Regularis unde dicatur.*
*Regula ſumitur dupliciter.*
*Religio quibus accipiatur modis.*
4 *Hic titulum an præcedere debebat tractatu ſecularium clericorum.*
*Clerici ſeculares an maiores & anteponendi regularibus.*
*Maioritas adminiſtrationis maioritati meriti præfertur.*
5 *Hæc rubrica an concipienda eſſet de regularibus tantum, uel pars poſterior præmittenda priori.*
*Ad religionem tranſitus eſt duplex, & ipſe inſit religioni.*
*De tranſitus huius uaria denominatione.*

## De regularibus, & tranſeun. ad religio. Rubrica.

1 ¶ Viſo † de clericis ſecularibus, & rebus ipſorum, de re-
gularibus, & his quæ ad eos pertinent, uideamus ſm
Da. Goff. & Hoſtien. uel aliter: quia in proxi. ti. docuit
auctor de decimis religioſorum in c. 3. & 4. & c. dilecti,
& c. ſuggeſtum, & plenius in c. ex parte. 1. & in c. pe. ſub
mittit nunc gñalem tractatū de religioſis: quem tracta
tū proſequitur in 5. rubricis ſequentibus. una ex cā in-
termiſſa, ſ. de cōuerſione infideliū. & quia in hac tertia
parte pmixtim de clericis, & monacis tractat, tractatū
terminabit



terminabit expreſsè & ſpecialiter de utriſq; ponens in
2 fi. rubricam. ne cler. uel mo. &c. Et ſcias † ꝙ eodem mo
do Gratianus in 5. cauſis proſecutus eſt tractatum re-
ligioſorum, ſ. à 16. uſque ad 20. & potiſsimè in 19. & 20
repetitur autem hæc rubrica in 6. & in cle. cui conue-
nit, de temp. or. ad aures, de offi. ord. quanto, de poſtu
la. c. 2. de ſindi. c. uno. de his, quę ui, mc. ue cauſa c. 1. de
iudi. cum deputati, de iureiuran. ſicut, de ap. cum ſpe-
ciali, in fi. de ui. & ho. cle. c. pe. ad fi. de uoto, ſcripturæ,
ne cleric. uel mo. ſed nec. de ſpon. commiſſum. de ac-
cu. qualiter. 2. in fi. de apoſta. cap. 2. facit etiam lib. 6. de
elec. quorundam, & c. ſi religioſus, & c. nullus, & c. ex
eo ꝙ §. fi. & c. indemnitatibus, in prin. de procu. c. 2. de
hæreti. accuſatus, in fi. & cle. de elec. in pleriſque, uer.
nullus, de procura. religioſus. ¶ Sciendum eſt † ꝙ regu
3 laris hic dicitur à regula, non inquantum regula eſt,
quæ rem breuiter enarrat. ff. de reg. iur. l. 1. ſed inquan
tum eſt regula norma rectè uiuendi. 3. diſtin. regula.
Sumitur autem religio interdum latiſsimè, & ſecun-
dum id comprehendit omnem Chriſtianum, & ſic di
citur religio Chriſtiana. 98. diſtin. cap. 1. de diuor. gau-
demus, de apo. quidam, de homi. pro humani, lib. 6.
ad fin. & in epiſtola inter claras, C. de ſum. trini. circa
prin. interdum ponitur pro honeſtate, ſm quod non
includit omnes Chriſtianos, ſed honeſtè uiuentes etiā
laicos & coniugatos. 16. q. 1. iuſta 33. q. 4. quod deo, de
conſti. eccleſiæ, de reb. eccle. non alie. c. fi. ſm hoc po-
teſt intelligi Iac. 1. in fi. ibi, Religio mūda & immacula
ta uiſitare pupillos &c. interdum ſumitur minus latè
ſecundum quod comprehendit clericos ſeculares, qui
dicuntur eſſe ſub regula. 1. q. 3. ſaluator, ultra medium.
12. quæſtione 1. c. 1. in fine, in auct. de ſanctiſ. epiſ. §. da-
mus. Interdum ſtrictè, vt hic ſecundum quod dicimus
religioſum, qui per emiſsionem profeſsionis prælati
imperio ſubiicitur, & facit quod no. infra de uoto, ex
multa, poſt prin. dicitur etiā religio iuramenti, de iure
iuran. ſi uerò, in prin. & c. quēadmodū, in fi. & infra de
ſpon. requiſiuit, & ſicut in materia rubricæ, ſic & ibi di
4 citur à religo religas. ¶ Oppo. ad rubricam † ꝙ malè
ſituata, præcedere enim debebat tractatus religioſorū
tractatum ſecularium clericorum, cum illi ſanctiores
ſint & iuſtiores, & ſic maiores. primum probatur 47.
diſt. quantumlibet, ſecundum 40. diſt. c. ulti. in fi. ſunt
etiam fauorabiliores. 56. diſt. niſi de fi. preſby. cap. 1. de
apoſt. c. 2. de ſenten. excom. cum illorum, cum ſimili.
Sol. hæc ſunt de arbitrariis, quæ à principum uolunta
te dependent, ut aliàs in fi. dixi. uel dic clericos maio-
res monacis, quod patet. 55. diſt. priſcis. 16. q. 1. alia, & c.
legi. Mutilatus enim, uel aliter irregularis poſſet eſſe
bonus monacus: qui tamen non eſt bonus clericus, vt
ibi. Contraria loquuntur de maioritate meriti, cui prę
ponitur maioritas adminiſtrationis. de hoc, ſupra de
officio archipreſby. capitulo primo. ¶ Oppo. etiam ꝙ
5 aut † ſuperflua pro parte, aut male formata. de primo,
quia ſufficiebat dicere de regularibus. de ſecūdo, quia
ſi de tranſeuntibus erat dicendum, præmitti debebat
ſic, ſcilicet de tranſeuntibus ad religionem, & regulari
bus. ad religionem enim habet ſe tranſitus ut prius ad
poſterius, ſicut ſcrutinium ad electionem tractatus ad
alienationem: ſponſalia ad matrimonium; obligatio
ad actionem, & his ſimilia, de elect. quia propter, de
reb. eccle. non alie. dudum. ff. de ſpon. l. 1. inſti. de actio.
in princ. Sol. non eſt ſuperflua pars. 2. quia non omnis
tranſiens ad religionem regularis eſt, ut patet in eo,
qui tranſit probationis cauſa, infra eo. ſtatuimus. in
minore, infra eod. ad noſtram, & cap. 1. lib. 6. & furio-
ſo, infra eo. ſicut tenor. & ſi. nec malè formata. Eſt
enim duplex tranſitus ad religionem, effectualis ſcili-
cet & corporalis. primus, cum is, qui poteſt obligari re
ligioni, illam profitetur, licet non tranſeat corporali-
ter ad clauſtrum, nec habitum ſumat; & de hoc, infra
eo. porrectum. ſecundus corporalis, cum ſcilicet cor
pore tranſit ad clauſtrum, ueſtit habitum, & inter re-
ligioſos uiuit. primus tranſitus ineſt religioni, ſecun-
dus uero præcedere poteſt & ineſſe habita diſtinctio-
ne, de qua, infra eo. conſulti, & c. ad noſtram, & capit.
conſtitutionem, lib. 6. ſed & utrunque tranſitum præ-
cedere poſsit religio, ut ſi profeſſus unius religionis al
tero prædictorum modorum tranſit ad aliam. cum
igitur ſit tranſitus de ſeculo ad religionem, & de reli-
gione ad religionem, patet, quòd fuit bene formata.
de uaria uerò denominatione huius tranſitus dicam,
infra eo. Ioannes, cuius fauore ſumus hæc locuti.

SVMMARIVM.

1 *De ætate profeſſi ſi dubitetur, actor probabit, utriuſque tamen probatio recipi poterit.*
*Metum, uel uim quis probet.*
2 *Epilogus, & additio gloßarum, nu. 3.*

CAPVT I.

1 NVllus. Breue eſt [*Aetate*] ſi con-
ſtet † de profeſsione, & du
bitetur de ætate, probabitur actor, vt
no. 78. diſt. preſbyter. facit, infra eo. ad
noſtram & adde, quod dixi, ſupra de
probat. in præſentia; ſuper glo. no. ꝙ;
utriuſq; tamen probatio recipi pote-
rit, de renun. ſuper hoc [*Spontanea*] & hoc qui metum,
uel uim allegat, probabit: ſed & uterque probare po-
terit, ut in præce. decre. ſuper hoc, & facit quod not.
ſupra, quod metus cauſa. cap. 1. in glo. penul. ¶ Prima
2 † glo. reſpondet per ob. & ſol. cui ſol. ſignat contrariū.
3 ¶ *In* † *glo. 1. in fi.*] dic ut ibi no. & infra de reſcriptis, ſi eo
tempore, lib. 6. ¶ *In glo. 2. in fi.*] in uiro. 14. in puella. 12.
infra eo. ſignificatum, & c. ſequen.

SVMMARIVM.

1 *Monaſterium ingreſſus impubes, quando à parentibus reuocari poterit, uel ipſe exire, & nu. 2. 4. 5. & 6. in fin.*
*Oblatio parentum alterius an ſufficiat, uel utrius ex tutoribus, & uiuente patre fiat.*
*In ſpiritualibus naturalis ratio iuri poſitiuo præfertur.*
2 *Profeſſus quibus caſibus quis dicatur, & nu. 1. & 4. 5.*
*Sponſalia nunquam tranſeunt in matrimonium per ſolum lapſum temporis.*
*Monacus quis fieri præſumitur ex leuioribus, quàm coniux.*
*Habitus quando non inducat profeſſionem, & nu. 4. & 5.*
3 *Voto filiæ contradicere poteſt pater domi morantis.*
*Clericatus pro monacatu hic.*
4 *Vis, uel metus quamdiu excuſet intrantem religionem, & nu. 5.*
5 *Religioni quando quis dicatur obligatus, & nu. 6. in fin.*
*Proteſtatio prodeſt ingredienti monaſterium.*
6 *Additio gloſſarum.*

CAPVT II.

1 SI quis. Caſus. Impubes † monaſteriū
ingreſſus poſt annum à paren-
tibus reuocari non poteſt: ſecūdum, quòd
pubes per uim ingreſſus poſt annum exi-
re; uel à parentibus reuocari non poteſt. ſecunda
ibi, Si uero [ *Conſenſu* ] tunc enim parentes non recla-
marent, infra de regul. iuris, quod ſemel, nec ipſe fi-
lius uſque ad pubertatem. de hoc, infra eodem ſigni-
ficatum [*Parentum*] quorum conſenſu habito tacito,
uel expreſſo per illos ulterius non reuocatur. 20. q. 1.

cap. 1.2.3.& 4.& q.2.c.1.ex quibus elici uidetur, ꝙ alte
rius.ſ.patris,uel matris ſufficiat oblatio . Idem in tuto-
ribus,ſi plures habet,cum illi æquiparentur parētibus
20.q.2.puellæ,uidetur tamen,ꝙ potior eſſe debeat cō-
ditio prohibentis,ar.ff. communi diui,Sabinus, ſecun
dum Inno.& no.de hoc in præ.cap.20.q.2.c.1,& q.1.c.
2.Alii dicunt, ꝙ in hac parte non uoluntati matris ſtā
dum eſt, ſed patris,qui filium in poteſtate habet, inſti.
de patri. poteſtate, & de pupil. ſubſti. Sunt & qui aſſe-
runt , ꝙ qui unum parentem habet, tantum ille ſolus
offerre poteſt.& ſi habet tutores alios,quàm parentes
tamen parentes inuitis tutoribus ipſum offerre poſ-
ſunt: ſed ſi ſit auus, qui habet in poteſtate nepotem,&
filium,pater inuito auo filium offerret, & non è con-
uerſo.uide 32.q.3.c.uno. & eſt ratio, quia in ſpirituali-
bus præfertur naturalis ratio iuri poſitiuo.Vnde inter
patrem & matrem, & filios , qui ſunt in poteſtate, uel
emancipati non uidetur quantum ad hoc differentia
facienda . Ingrediens autem , uel oblatus intra annos
pubertatis exire non poteſt, ar.infra de deſpon.impu.
2 de illis . Quod autem ingreſſus† ſua auctoritate poſsit
infra pubertatem egredi,eſt ar. infra eo.ſignificatum .
Dicunt & aliqui,ꝙ ſi coacti offerantur ante pubertatē
egredi poſſunt,argum.à contrario ſenſu 20.queſtio.2.
c.1.ſed & quando oblati ſunt à parentibus,dicunt qui
dam,ꝙ in 15. anno & ultra in infinitum exire poſſunt
niſi poſtea uotum emittant,uel profeſsionem faciant
tacitam,vel expreſſam,infra eo.ſtatuimus.20.q.1.illud
& hoc idem eſt in matrimonio carnali, in quo ſponſa
lia nunquam tranſeunt in matrimonium per ſolum
lapſum temporis,infra de deſpon.impu.atteſtationes.
Nec ob. infra eod.cum uirum : quia ibi non fuit ſolus
tranſgreſſus temporis, imò etiam in maiore ætate da-
ta fuit benedictio monacalis . Alii dicunt, ꝙ lapſo.15.
anno exire non poteſt: quia per lapſum quintidecimi
anni uidetur tacitè profeſſus,ſicut & ille, qui in maio-
ri ætate religionem intrat.nec ob. quod dictum eſt de
carnali matrimonio:quia facilius & per leuiores præ-
ſumptiones præſumitur quis fieri monacus,quàm cō
iunx.& pro hac opi.facit : quia ille, qui per uim poni-
tur in monaſterio , tacitè profeſſus præſumitur lapſu
anni,infra eo.c.§.1.Multo fortius ergo,ſi ſponte ingre
diatur,arg.infra c.ex parte,& c.cum uirum.& hæc opi.
hodie comprobatur,infra eo.c.1.lib.6. Hoc autem ſa-
tis poſſet concedi,ꝙ in monaſteriis, in quibus eſt con-
ſuetudo,ꝙ in certo tempore fiat uocalis profeſsio,uel
aliæ ſolennitates interueniant,per ſolam receptionem
uel portationem habitus non intelligitur quis profeſ-
ſus.argu.20.q.1.illud, & infra c.quia inſulis, & c.ſtatui-
mus,in fi.In hoc enim caſu non eſt præſumendum cō
tra ingredientem per lapſum anni,niſi & per abbatem
ſm conſuetudinem nouus habitus ei detur,uel alia ſo
lennitas obſeruetur. nec ob. ſupra quod metus cauſa.
c.1.quia ibi uotum emiſit, & profeſsionem fecit,licet
proteſtationem præmiſerit,cui de facili intelligitur re
nūciaſſe.Item hoc quod dictum eſt, locum habet, vbi
certum eſt , ꝙ expreſſa & uocalis profeſsio non eſt fa-
cta: nam in dubio ex portatione habitus eſt profeſsio
præſumenda.27.diſt.ꝙ interrogaſti.20.quæſtio. 1.puel
læ,infra eo,uidua:etiam expreſſa & uocalis.nec eſt ne-
ceſſe, ꝙ abbas hanc probet:quia propter præſumptio-
nem transfertur etiam onus probandi in monacum ,
ut ſcilicet probet ſe non fuiſſe profeſſum,argumento,
in eo,quod legitur & no.ſupra ut eccle.benefi.capitu-
lo primo.§.1.quod tamen per rerum naturam,cum fa
ctum negetur,probari non poteſt,ſupra de electio,bo
næ.§. contra legati . Alii dicunt, & ut uidetur, melius ,
quod quando nō ſunt diſtincti habitus, ſi per annum
a portet habitum, tacitè præſumitur[a] profiteri. & idem
eſt,ubi ab initio ſolenniter accepit habitum, quo mo-
naci utebantur, infra eodem ex parte, ſecundum In-
nocentium. Tu dic,ut infra capitulo primo,libro ſex-
to,& in Clementina eodem titulo,eos qui[*Ipſius*]ton-
3 ſurati[*Annum*]dicit†Hoſtienſis,quod hic dicitur de an
no, determinat , quod habetur, Numeri.30. ibi, mu-
lier, ſi quippiam uouetit , & cætera.ubi probatur par-
trem contradicere poſſe uoto filiæ in domo moran-
tis[*In clericatu*]ideſt in monacatu.12.quæſtion.1.duo
4 ſunt.Phi.[*Per uim*]ut ſi ligatis † manibus tracti & ton-
ſurati fuiſſent: nam & tunc fit ſibi præiudicium, ſi per
annum deferat in monaſter. habitum , & tonſuram .
poteſt ergo talis intra annum exire : annalis tamen
mora non nocet niſi poſt annum ibi completum. vbi
uerò maior per metum profitetur, non fit ſibi præiu-
dicium durante metu . Metu uerò ceſſante ratificat ,
quod eſt actum , niſi ſtatim exeat, ſupra quod metus
cauſa, capitulo primo.& 1.quæſtio. 1. conſtat. Et qui-
dam hic exponunt, per uim, ideſt per metum. Alii in-
telligunt de metu , qui poteſt cadere in conſtantem ,
dicentes , quòd ſecus, ſi per dolum, qui non excuſat ,
ſupra quod metus cauſa,capitulo penultimo . Si quæ-
5 ras , quæ ſit † ratio , quare ſumens habitum per uim
ſtando per annum ratificat , ſumens uerò ſponte &
non intentione uouendi non ratificat, dicit Innocen.
& Hoſtien. ꝙ quando alicui etiam inuito datur habi-
tus,ea intentione datur ei,ut fiat monacus.quod ergo
illo nomine factū eſt , expreſsè & tacitè ratificare po-
teſt,infra eo.cum uirum. ſecus, quando nec ipſe , nec
ille,qui dedit habitum, hoc intendit, ut fiat monacus
quia quod nihil eſt , tacitè per lapſum anni ratificari ,
non poteſt,ſecundum Innoc.ſi autem dans intendit ,
ſed non recipiens, not. de priuileg. tuarum,in glo.per
hoc dictum Innocen.quod intelligit Hoſt. de illo, qui
expreſsè dixit , quòd obligari nolebat religioni etiam
per lapſum anni,ſed ſolum probare intendit : aliàs di-
cit,quòd in dubio ipſum obligabat lapſus anni. & no-
tabat hic.5. caſus diuerſos . Primus, quando pubes re-
ligionem ingrediens talem proteſtationem facit ex-
preſsè , & tunc ipſum non obligat lapſus anni. allega.
infra eo.ſuper eo, & quod nota . infra eo. ad apoſtoli-
cam . Secundus, quando non facit expreſſam profeſ-
ſionem:ſed apparet expreſsè,ꝙ uoluit dimittere ſecu-
lum,nec infra triduum pœnitet, infra eo. ad noſtram.
Tertius cum neutrum horum apparet, ſed dubia ipſius
intrantis intentio; & ſic ipſum obligat lapſus anni , in-
fra eo.ad apoſtolicam,etiam ſi per uim ingrediatur,vt
hic. Quartus ſecundum Clementem IIII. quando re
nunciat mundo, nec infra triduum exit. Quintus quā
do uocalem & expreſſam facit profeſsionem,quo ca-
ſu ſtatim obligatur,ſaluo quod habes,infra eo.non ſo
lum,li.6.Tu addas caſum,de quo dicam,infra c.2.[*Nec*
6 *ipſe*]filius[*Annum*]& diem,ut ſupra Hoſt. ¶*In*† *glo.1.pa-*
*pam,ibi,corpora*]& de ma.& obe.c.1.& Hoſt.[*& in fi.*]uel
propriè.& tunc fit hoc poſtulando iudiciū eccleſiaſti-
cum.11.q.1.placuit,Lau.¶*In glo.ſeq.ibi,epiſcopi*]infra de
frigidi.c.1.¶*In glo.quò ad,ibi,exire*]imò poterit uſq; ad fi-
nem quintidecimi anni.quod dic, ut infra eo.c.1.lib.6.

ANNOTATIONES.

a ¶Præſumitur. Præſumptione iuris & de iure ſecundum Hoſtien.
& Ioan.And. contra , uide ipſum eo.ti.c.1. lib.6.in glo.1.præſu-
mitur,& ibi quando, qui male concor.opi.& uide infra in glo. ut
ſi ligatus; nec requiritur in hac tacita profeſſione per lapſum an-
ni obtrectatio tridui, ut in c.conſtitutionem, eo. tit. lib. 6.no. &
per Ioan.And.in c.1.præalleg.in glo.& ipſo anno.

*SVMMARIVM.*

1 *Hæc decretalis quos habeat intellectus,& nu.4.*
*Monaſterium ingreſſus , in quo antiqua regula non ſeruatur , mo-*
*naſterium reformatur, quo caſu profiteri cogatur, uel exire.*
*Habitum monacalem ſuſcipere quibus non liceat monaſterium in-*
*gredientis proteſtatio tutatur à profeſsione , in fin.*
2 *Fictio duplex,Epilogus,& additio gloſſarum,nu.3.4.*



CAPVT III.

1 VT clerici. Caſus. Sunt † quidam ſe-
culares canonici , qui ut
inter collegas religioſores appareant , ſu-
ſcipiunt habitum monacalem . de his hic
dicitur, ꝙ uel fiant ueri monaci,uel ueri clerici ſecun
dum Vin. Inn. uerò dicit decre.intelligi,quando non
profeſsi , nec profiteri uolentes deferunt , licet malè,
eundem habitum cum profeſsis,vel quando quis aſ-
ſumit habitum,ſine ſolemnitate , & ſic dicit loqui de
elec. cum cauſam,in fi. dicit Hoſti. hunc intellectum
corrigendum , niſi intelligatur , infra annum,ſed dic.
ut infra c.1.lib.6.dicit etiam Hoſtien.c.poſſe intelligi,
quando quis intrat monaſterium, in quo eſt certa re
gula ab antiquo ſtatuta : ſed non ſeruatur etiam quò
ad habitum,nec intrans ſe obligat ad illam ſeruandā,
ſed illam tantum,quæ ibi de facto ſeruatur , & poſtea
monaſterium reformatur . quo caſu is , qui ingredi-
tur,non cenſetur religioſus,ſed monaſterio reforma
to profiteri cogitur , uel exire. remittit ad præ. decre.
cum cauſam,& ad ſum. eo. tit.§.ad quid tenetur,uer.
ſed & tenetur ad profeſsionem, ſi ponderabis ſupra-
dicta uerba, alius eſt caſus, quem tractabo,infra eod.
ſuper eo, in gl. quamuis. Idem ſecundum eum in in-
grediente locum,vbi ad vnguem ſeruatur regula,ſed
proteſtatur , ut dixi ſupra c. proxi.[*Fingunt*]eſt fictio
2 † operis , & fictio intentionis, de prima hic.de ſecun-
da.27. diſt. ꝙ interogaſti , ſecundum Hoſti.[*Nomine ſo*
3 *lo*] ſic ſupra ti.1. in aliquibus, Hoſti.¶ Prima † glo.di-
ſtinguit ſimulationis cauſam honeſtam , & inhone-
ſtam,& arguit ad quæſtionem. ¶ Vlt.glo.alle.duo iu
4 ra,in contrarium alia duo,& ſoluit. ¶ *In* † *gl.1.ibi, quòd*
*interrogaſti*]ubi de hoc[*& ibi,ex literis,infra*]quod dic,vt
eo.ti.tua nos[*& in fi.*]de hoc infra,de priuile.tuarum,
in glo.per hoc. ¶*In gl,ult.in fi.*]unde dixit Hoſti. ꝙ hic
extra mona. & conſortium monacorum ſtabant in
habitu , in contrarijs mona.ingreſſi deferebant habi-
tum inter monacos .

*SVMMARIVM.*

1 *Nouitia quibus caſibus cenſeatur profeſſa,& num.2. 3. & 7.*
*Per uelum conuerſionis , uel profeſsionis quando intelligitur fieri*
*conuerſa, uel profeſſa,& num.3.*
*Quando per habitum,num.2.*
4 *Violentia excuſat à profeſsione tacita, & expreſſa.*
*Oblatio non ſufficit niſi per annum manſerit quis in religione.*
*Tenor pro proteſtatione,uel intentione.*
5 *Epilogus,ſuffragium,& additio gloſſarum,nu.6.7.*
*De uelo multiplici ubi tractetur.*
*Nouitium non tenentur admittere , uel uocare ad actus profeſſa-*
*rum.*
*Eius uox non ualet.*

CAPVT IIII.

1 VIdua ſi. Caſus.Nouicia † quæ ſe ſcien-
ter ingerit actibus profeſſarū,
a cenſetur per hoc[a] eſſe profeſſa, & dixit Ab
ba. ꝙ magiſter ſuus intelligebat hoc,c. de
Beguinis,hoc non placet[*Non ſacrum*]quàmuis hæc vi
dua receperit uelum conuerſionis , uel profeſsionis,
ideſt quod datur ſolum conuerſis , vel profeſsis, non
tamen intelligimus per id illam fieri conuerſam , uel
profeſſam,niſi aliæ preſumptiones iuuent,puta quia
cum ſolennitate recipit uocatis parentibus, uel de l-
tari,uel in eccleſia,vel ſolenniter ab epiſcopo, uel ab-
bate interueniente benedictione ſolenni, uel etiam à
ſimplici monaco , uel ſacerdote cum ſolennitate ſo-
lita,de conuer.coniu.ex parte.2.ſupra quod me. cau.
c.1.ſic intelligatur infra c.ad veſtram & c.ſe. Eſt etiam
neceſſe,ꝙ ſciat ex conſuetudine, uel ſtatuto eccleſiæ
2 uotum eſſe annexum illi uelo . Sunt † etiam , qui di-
cunt,ſed non placet Innoc.ꝙ quamuis ſine ſolenitate
receperit habitum,ſi ex poſt facto ſequūtur præſum-
ptiones, per quis apparet , ꝙ intendit uitam mutare,
ut quia facit,quæ faciunt ſolæ profeſſæ,& tunc ſit ob
ligata, & hoc placet Hoſtien. & mihi, dummodò in-
telligas illam nouiciam, ut dixi ſumando,& perſeue-
ret triduo,infra eo.ad noſtram, & capitulo conſtitu-
tionem,libro ſexto. Nec enim refert ſecundum Hoſ.
an à principio , an ex poſt facto obligetur. In mona-
ſteriis autem , ubi non eſt diſtinctus habitus, etiam ſi
cum prædicta ſolennitate, uel cō ſimili ſumat quis ha
bitū , ſemper intelligetur ſumpſiſſe habitū probatio-
nis,infra eo.ad apoſtolicam,& cap.ex parte,niſi appa
reat,& cætera,infra eo.ſtatuimus.De alijs,quæ hic no
3 tantur,dic ut infra,c.1. lib.6.[*Impoſuerit*] hoc † non fa-
cit pro ipſa,cum uiduę velum non ſacrum accipiant,
vel hoc aſſerebat mulier,ſed non approbabat,uel nō
eſt vis in ſola ueli ſuſceptione : quia & ſi conſtaret , ꝙ
uelum non ſacrum , uel ſacrum etiam recepiſſet ſine
ſolemnitate , quamuis poſtea obtuliſſet vt monaca ,
nō uideretur per hoc tacitè profeſſa ſecundum Inno
centium,ſed Hoſtien. contra,& ipſe Innocē. demum
dicit, ꝙ hæc duo uelum nō ſacrum ſuſcipere, & cum
uelatis offerre ſufficiunt ad probandum,ꝙ ſit mona-
ca,uel conuerſa.27.diſtin. ꝙ interrogaſti,alterum ſo-
lum non ſufficeret.de conuer.coniu.chariſsimus,ſed.
ſi à ſacerdote, uel epiſcopo ſuſcepiſſet, hoc ſufficeret
ſecundum eum,quicquid dicant, hoc credo,quòd ſi
non nouicius immiſcet ſe actibus profeſſorum , per
hoc nō dicatur profeſſus, & ſic intellecta ſit uera opi
nio. Innoc. in nouicio uerò ſecus ſecundum opinio.
4 contrariam[*Obtulerit*]repete ſponte.nam ſi in † exerci
tio illius actus illata fuiſſet uolentia , ſicut illa excuſa-
ret à profeſsione expreſſa, ſupra quod metus cauſa,c.
1. ſic, & fortius à tacita , infra eo. conſtitutionem, in
fine,lib.6. niſi ſequeretur ratificatio, ſupra c.2.& dicit
Hoſti.[*Obtulerit*]& per annum ſic manſerit,argumen-
to,infra.eo. ſtatuimus, & ſupra. c. 2. ſed hoc non pla-
cet de triduo,forte faceret,infra eo.ad noſtram[*Eo te-*
*nore*]ideſt proteſtatione, uel intentione,Inn.¶Secun-
5 da † glo. reſpondet per contrarium de c.deuotis.¶Vl
6 tima glo.reſpondet per quæſtionem. ¶ *In* † *ulti.glo.ibi,*
*in bonæ*]uide in decre.ulti.ſtatim allega.ſuper 1.gl. ¶*In*
7 †*glo.2.ibi,uelum uero*]de multiplici uelo quære no.20.q.
1.§.uelamen,& hoc per Goffre. & Hoſtien. ¶*In glo.3.*
b *ibi,uelatæ*]uelo profeſsionis intelligo,[b] & per hoc di-
co,ut etiam in textu tetigi, ꝙ ſi nouicia ſcienter ſe im
miſcet actibus profeſſarum,quicunque ſint illi actus
ſiue offerendi panem,ut hic,ſiue conſtituendi ſyndi-
cos,iniendi contractus, faciendi electiones, vel rece-
ptiones monialium abbatiſſarū,vel alias ad profeſſas
ſolas ſpectantes de iure , conſuetudine, uel ſtatuto,ꝙ
per id intelligatur profeſſa, ſi ætatis eſt aptæ,& ſponte
id facit,& perſeuerat triduo,infra eodem conſtitutio
nem,in fine,lib.ſexto,& facit quod dicam ſecundum
Hoſti.infra eo.ſtatuimus,in fine,& ſic conueniunt di
ſtinctio actus,& habitus. ſed oppones,eligere ſpectat
ad profeſſos. ſed nouicius ingerendo ſe huic actui cū
profeſsis ſecundum hoc erit tacitè profeſſus,ergo nō
eſt reperire , ꝙ nouicius ſit ab electione repellendus,
& ſic inutile eſt , quod dicitur infra de electio. ex eo ,
quod,in fi.& c.indemnitatibus,in principio.Sol.pro-
feſsi

feſſi non tenebuntur illos admittere, vel vocare, & ſic
non eſt ſuperfluum illud ius. uel aliter, licet facta ele-
ctione, & actu illo ſic perfecto, intelligatur ille hoc
ſciens tacitè profeſſus, tamen uox eius nō valet, cum
profeſsio inducatur ex actu perfecto, & ſic poſt ele-
ctionem finitam, & non prius intelligitur profeſſus,
ad hoc de electio. perpetuo, lib. 6. & ſic ius illud non
eſt inutile, niſi diceretur hoc caſu, ut dixi in ſeruo, de
coniug. ſer. capitulo ultimo, ſuper gl. fi. uel non erit
ius ſuperfluum, ſi dicas, ꝙ poſt electionem adhuc re-
quiratur tridui perſeuerantia, ideſt non pœnitētia an
tequàm dicatur profeſſus, ſicut & in alia tacita, infra
eo. conſtitutionem. 2. reſpon. primum placet. ¶ *In glo.
ult. ibi, c. ult.* ] uide, quod de matrimonio carnali no. eo.
tit. mulieri, in prima glo.

ANNOTATIONES.

a ¶ Per hoc. Quia non reperit aliquid, quod poſsit ratificari, cum nullus actus præceſſerit oſtendens de animo iſtius, ut uidemus in matrimonio carnali, & idem no. Io. And. infra, eo. porrectum, in glo. hoc eſt uehemens, uerſ. quoniam tamen.

b ¶ Intelligo. Et uide mentem iſtius gl. in uer. ſi uerò alias habuiſſet &c. quia finis iſte intelligi debet, quando nullum habitum aſſumpſit, ut no. Ioan. And. ſupra in gl. hoc non facit, in fi. uel aſſumpſit habitum nouitiorum, ubi ſunt habitus diſtincti, uel ſi ſunt indiſtincti, perſeuerauit per annum, iuxta. §. quod uerò, in c. 1. lib. 6. aliàs gl. male diceret, & Io. And. hic nil dicit.

*SVMMARIVM.*

1 *Præfatio de quibus ſit acturus auctor.*
2 *Monacus ex leuitate ad aliud monaſterium tranſire uel peculium habere non poteſt, ſed eius adminiſtrationem, & nu. 13. & 14. 15. 17. 18.*
*Diuiſio decretalis.*
3 *Caſus.*
*Fraternitas in iure multis modis capitur.*
4 *Mandatum differt à præcepto, & quandoque pro eo, & alijs modis ſumitur, & quibus.*
5 *Monacus unde deriuetur, & in quibus eius temeritas attetur, nume. 6. nihil proprij poteſt habere, num. 7.*
*Canonicus regularis, & conuerſus comparatur monaco, & in quibus, & num. 7.*
*Monaſterium ſub larga appellatione eccleſiarum comprehenditur, non contra.*
*Vagari non licet per curias ſeculares, & quibus.*
*Ad religionem tranſitus diuerſis alijs uocabulis oſtenditur, & quibus.*
*Migrandi uerbo in quibus utantur.*
7 *Peculiare quibus accipiatur modis.*
*Vt monacus proprium habeat, abbas non diſpenſat.*
8 *Regulam unius ordinis in alterius ordinis monaſterio poteſt quis profiteri.*
*Conuerſatus quomodo ſumatur hic, & alibi.*
9 *Abbatis poteſtas in monacos quæ, & nu. 11. & 16.*
10 *Competens coerctio intelligitur mediocris.*
*Coerctionis nomine quid contineatur, & ſignificetur, & num. 11.*
*Reddendi uerbi ſignificatus duplex.*
11 *Temeritas etiam in bono notatur, & quando.*
*Initium ſpectandum,*
*In coerctione ſeruandum moderamem,*
*Abbatiſſa repetit ſuam monialem,*
*Repetendi perſonas ſibi ſubditas quibus liceat, in fin, remiſſ.*
12 *Epitome gloſſarum.*
*Monacum ſuum abbas recipere tenetur, ſi aliò tranſierit, & redierit. §. 2. iuncta gloſſa.*
14 *De religioſorum, 54. quæſtionibus à quo tradatur,*
*Apoſtaſia duplex, & quæ indeſpenſabilis interdum, & inducat excommunicationem.*
15 *Peculium temporalia comprehendit.*
*Monaſterium non debet abſque ſufficienti dote formari.*
*Sine corporalibus qui proficiant.*
*Spiritualium exercitium diuiſum à temporalium dominio.*
16 *Cap. reprehenſibilis, de appella. intellectus.*
*Capitulum quibus capiatur modis.*
*Articuli qui dicantur hic.*
*Epiſcopus non corrigit ſine capitulo, in fin.*
17 *Tranſitus an omnis ad aliud monaſterium monaco probibeatur, & an ad eccleſiam ſecularem, & ad papatum, nu. 18. §. 1. & 2.*
*Monaco clauſtrum dicitur carcer.*
18 *Quòd monaci non exeant limites clauſtri an papa ſtatuere poſsit.*
19 *Peculium quod prohibeatur monaco.*

## CAPVT V.

1 IOannes. Præmittam † commentando, quid ſim acturus circa
huius decre. lecturam, & quo ordine. Pri-
mò continuabo rubricam dicens aliqua
circa illam. Secūdò textum. Tertiò gloſſas expediam.
Quartò aliqua utilia ſubiungam, quæ quatuor com-
prehendat hæc, uer. Cum rubro textum gloſſas, & uti
lia iungo. Ad primum &c. ut ſupra in continuatione
dixi. Circa ſecundum. 6. faciam. primò ſummabo. ſe-
cundò diuidam. tertiò punctando legam. quartò ca-
ſum ponam. quintò literam exponam. ſextò notan-
da eliciam, quæ 6. comprehendat hic uer. Summo, di
uidens, puto caſum, exponoq; notanda. Ad primum
2 decre. in ſumma hoc intendit. Monacus † ex leuita-
te ad aliud monaſterium tranſire, vel peculium habe
re non poteſt, & ſic diuiditur. in prima deciſa conſul-
tatio. in ſecunda ibi, præſenti, reſponſio, quæ duo fa-
cit. Primò prohibet. Secundò ibi, ſed ſi hoc, ſi contra
fiat, corrigi præcipit. prohibitio verò duplex. ſecunda
ibi, nec eorum. lego textum, Ioannes &c. [*Præſenti*]
uer. [*Nec eorum*] uer. [*Sed ſi hoc*] uer. Et ſub. litera groſſa.
3 Caſus talis eſt, Ioannes † epiſcopus miſit nuncium Iu
ſtum nomine ad papam, per quem inſinuauit papæ,
quòd in diœceſi ſua erāt quidam monaci, qui &c. Ex
pono [*Io. frater*] Eſt ſciendum, quòd fraternitas in iu-
re multis modis ſumitur. Eſt fraternitas inter omnes
Chriſtianos ex ſacramento baptiſmi. ſic ſumitur, 11.
q. 3. ad menſam, de iudi. nouit, & procedit hæc frater
nitas: quia unum habent patrem generantem, ſcilicet
Deum, & unam matrem regenerantem, ſcilicet ec-
cleſiam, & hoc ſecundum non habent Iudæi, uel pa-
gani. 12. q. 2. qui abſtulerit. Sumitur ſtrictius fraterni-
tas pro cognatione ſpirituali, quæ eſt inter filios duo
rum compatrum, per quorum alterum compaterni
tas eſt contracta. 30. q. 3. c. 1. & 3. Eſt etiam fraternitas
ex ordine, ſecundum quam omnes epiſcopi ſunt fra-
tres ipſius papæ. 7. q. 1. quia frater, & c. ſcias frater 16.
q. 1. frater, de do. fraternitatem, de ſepul. fraternita-
tem, de cri. fal. quàm graui, & ſic ſumitur hic, vnde ſe
quebatur, in antiqua, Frater & coepiſcopus noſter,
per Iuſtum clericum &c. Eſt & fraternitas charitatis,
humilitatis, & reuerentiæ, ſecundùm quam prælatus
ſubditos fratres uocat. 12. q. 1. dilectiſsimus, de exceſ.
præla. c. 1. Eſt fraternitas officij, ſecundùm quam Car
dinales permixtim de eis loquendo ſunt fratres. d. pa-
pæ ex uniuerſalis regiminis officio, infra ti. 1. dudum,
in fi. de offic. lega. c. 1. lib. 6. ubi de hoc. Eſt fraternitas
inſtitutionis, ſecundùm quam intitulati in eadem ec
cleſia collegiata, uel non fratres ſunt. 12. q. 2. terrulas,
de reſcrip. cum adeò, & c. conſtitutus, de præſum. c. fi.
Eſt & fraternitas carnalis, de qua. 8. q. 1. olim 22. q. 2.
quod ait, de præſum. literas, de ſimo. & ſi quæſtiones,
& in arbore. Eſt fraternitas, quæ eſt idem, quod mo-
nacatio, & de hac in hoc tit. & ſupra, de elec. cum in
ueteri, de ma. & obe. legebatur, qui clerici, uel uo. in-
ſinuāte, & ſic putabam hic ſumi antequàm uiderem
deciſam



deciſam [*Præſenti iuſſione mandamus*] ideſt præſenti man-
4 dato † iubemus propter id, quod ſequitur, quod po-
tius cadit in uim præcepti, quàm mādati, uel propriè
eſt auctoritatis iſtud mādatum præceptoriū, uel pro-
hibitorium. Eſt autem differentia inter mandatum,
& præceptum, ſuper quo vide, quod no. 14. q. 1. quod
præcipitur. 18. q. 2. dudum, in 1. gl. & dixi ſupra de offi.
deleg. quoniam, ſuper 3. gl. Eſt enim de ſignificatio-
ne uocabuli, & bene alludit communi locutioni, ꝙ
verbum mandandi annectatur monitioni, uel preci-
bus, de reſcrip. conſtitutus, & c. literis. præcepto ut in
prædictis iuribus, & eo. ti. cum contingat, infra c. 2. de
uoto, licet conſilio, ſupra tit. 1. ſuggeſtum, de eo, qui
co. con. ueniens. 2. Communiter autem iuriſdictio-
nem committit, de offi. dele. quoniam, & c. licet. aut
procuratorem facit ad iudicia, uel ad negocia, de re-
ſcrip. ex parte, de proc. in noſtra, & c. cum pro cauſa,
cum ſimili, & ff. mandati per totum [*Monacus*] unde
5 monacus † deriuetur, dicit canon. 16. q. 1. placuit. 2. in
fi. & facit, ea. q. c. 1. & c. ſi cupis, in prin. & idem dic in
canonico regulari, infra eo. ſane, de ſtatu reg. c. 1. & c.
ſuper quodam, & facit, ſup. de poſtul. ex parte. Idem
etiam in conuerſo, infra eo. c. 2. [*Monaſterio*] ſub larga
appellatione eccleſiarum comprehendūtur etiā mo
naſteria. 54. diſt. §. hac auctoritate, ſed non conuerti-
tur, de dona. apoſtolicæ, de ecc. ædifi. ad audientiam
[*In monaſterium*] multo minus licet uagari per curias ſe
culares, ſupra de offi. ord. quanto [*Temerè*] no. temeri-
6 tatem † in monaco, ſi tranſit ad aliam religionem le-
uitatis cauſa, uel non petita licentia, infra eo. licet, ſi
uadit ad ſtudium, non obtenta licentia, uel dimittit
habitum, ne cler. uel mo. c. 2. ſi conſentit electioni de
ſe factæ ſine ſuperioris ſui licētia de elec. ſi religioſus,
lib. 6. [*Migrare*] ideſt tranſire, & no. diuerſa vocabula,
quibus utuntur iura circa trāſitum ad religionem, di
citur enim quis ad religionem migrare, ut hic, & in-
fra c. ueniens, in fi. & infra tit. 1. cum ſis, tranſmigrare,
infra eo. licet, in fin. proficiſci, infra ti. 1. ex parte, ideſt
conuolare, infra ti. 1. c. fi. de ſpon. ad id quod, in fi. ad-
uolare, de renun. niſi, ad fi. tranſuolare, infra eo. licet,
poſt prin. intrare, infra eo. ſignificatum, ingredi, infra
eo. ti. 1. li. 6. tranſire, ut in rubrica, & infra qui cleri. uel
uo. c. 3. conferre, eo. ti. c. 2. transferre, de eo qui fur. or-
di. re. c. fi. Dicuntur etiam profiteri, infra eo. ſane, ton-
ſurari, ſupra c. 1. & 2. creari, inf. c. fi. lib. 6. Iſto uerò uer-
bo migrandi utimur, etiam cum quis per mortē tran
ſit à ſeculo, de ſecundis nup. dominus, & meritò hoc
uerbum his commune, cum etiam monacus mūdo
mortuus cenſeatur. 2. q. 7. placuit, & c. ſeq. 16. q. 1. pla-
cuit. 2. [*Nec*] repete, liceat [*Eorum*] ſcilicet monacorū,
7 & idem in † canon. regularibus, & conuerſis, ut ſupra
dixi [*Peculiare*] ideſt proprium, de ſta. mo. ſuper quo-
dam, & c. cum ad mona. uel id eſt ſpeciale, de con. diſ.
1. & hoc ait de celeb. miſ. quidam [*Quicquàm*] licet mo-
dicum. 12. q. 1. non dicatis, ad hoc. 14. q. vlti. c. fi. ſupra
de app. de appellationibus, de reg. iur. defleat [*Habere*]
nec in hoc abbas diſpenſat, infra de ſtatu mo. cum ad
mona. quod dic ut ibi dixi [*Hoc præſumpſerit*] ſcilicet te-
merè ad aliud mona. tranſire [*In quo*] ideſt ad quod,
uel in cuius regula. ſi. de elec. c. fin. lib. 6. hoc dico pro
8 tanto: quia † in mona. Ciſtercienſium profiteri poſſet
regulam Cartuſienſ. in manibus, abbatis Cartuſienſ.
tunc ibi manentis [*Ab initio*] & quiſque ſecundum a-
poſtolum in ea uocatione, &c. pri. ad Corin. 7. q. 21.
q. 1. c. 1. [*Conuerſatus*] ideſt conuerſus factus, uel mona-
cus: aliter ſumitur, ſupra de elec. poſtquàm, & c. ſcri-
9 ptum [*Abbatis † ſui*] quem ſupra caput ſibi poſuit uice
Dei, de electio. ſi religioſus, li. 6. & penes eum pendet
tota poteſtas monaſterij. 18. q. 2. nullam, in fi. unde li-
cet in agendis monacos conſulat, apud ſe deliberat,
ut dixi, ſupra de arbi. cum olim [*Regula*] de hac dixi in
10 rubrica [*Competenti*] ſcilicet non nimis † leui, nec ni-
mis graui, etiam ſi id haberet monaſte. conſuetudo,
quod dic. ut infra de ſtatu monaco. regula. ea quę. in
fine primo reſpon. [*Coerctione*] coerctio id continet,
quod cenſura, & plus, quod dic, vt dicam infra de ver
bo. ſignificatio. quærenti. iuriſdictio autem eſſet delu
ſoria ſine coerctione, ſupra de officio delega. ex lite-
ris: poteſt autem coercere verbis, & uerberibus. 20. q.
4. monaco. de ſenten. excommu. uniuerſitatis [*Redda-
tur*] propriè ponitur, ideſt reſtituatur. Interdum hoc
uerbum ponitur impropriè pro dare. 14. q. 4. quid di-
cam, de adul. c. 1. ff. de uerbo. ſignificatio. uerbum red
11 dendi. ¶ Principaliter † notāda patuerunt ex ſumma.
Item nota temeritatem in bono, quod agitur etiam
bono zelo, ex quo non agitur ordine debito, inf. eo.
licet, de electio. bonæ. 2. concor. 6. q. 1. monaci. 2. de
poſtu. ex parte. ff. de re mili. l. 3. §. in bello, & quod no.
de collu. c. 1. Item no. initium ſpectandum, de quo ſa-
tis no. de electio. dudum. Item no. quòd abbas habet
coerctionem, & quòd correctio monaci primo lo-
co ſpectat ad abbatem, & de hoc ſatis, ſupra de offic.
ordi. c. quarto. Item quòd in coerctione ſeruandum
eſt moderamen. 45. diſtin. cum beatus. Item quòd ab
bas repetit monacum ſuum, ſic ſupra de teſti. nuper,
a & abbatiſſa monialem,[a] quod metus cauſa. c. 1. & de
aliquibus ſimilibus uide de ſen. excom. Sed gloſſæ re
12 citentur † per tres quæſtiones, & unum contrarium,
& ſic, Primò quæro, de quo trāſitu intelligatur, quod
hic dicitur &c. Secundò quæro an quod hic de prohi
bitione peculij dicitur, ſit præciſum &c. Tertiò an mo
nacum ſibi reſtitutum abbas teneatur recipere &c.
13 Quartò ſignat contrarium, &c. ¶ [*In † gl. 1. in fine*] per
quod patet hic etiam intelligi poſſe de illo, qui tran-
ſit ad arctiorem non petita licentia, & ibi de hoc. ¶ [*In
gl. 2. ibi, monaci*] ſatis excuſatur gl. per illud capitulum,
quod his uerbis utitur, tamen uerè loquendo tunc
b non habet peculium, ſed adminiſtrationem peculij[b]
quod patet ex his, quæ dixi eod. titu. cum ad mona. in
fine. ¶ [*In gl. ult. ibi, tenetur*] dicunt quidam hoc uerum
iure poli, non iure canonico, uel fori, ex quo ſemel
renunciaſſe intelligitur, de renunciatio. quod in du-
bijs, & c. ex tranſmiſſa, & no. de ætate, & qualitate, in-
telleximus. Poſſet tamen dici illud in clericis: ſecus in
monacis, qui uelle non habent, nec expreſsè, nec taci
tè renunciare poſſunt ſecundum Innocētium, & Ho
ſtien. remit. infra c. fina. [*& ibi, de diſſolutione*] uel cum ti
metur, quòd occaſione ipſius monaſterium diſſolu-
14 tionem pateretur, Inno. ¶ Ad † quartum ſcilicet reci
tationem utilium extra gloſſas uenio, & de. 54. quæ-
ſtionibus, quas circa tractatum religioſorum format
ſpeculator in Spe. de ſta. reg. me non intromittens, ad
textum obijcio. ¶ Primò ad primū, quo dicitur, mo
nacum de mona. ad monaſterium tranſire nō poſſe,
certum eſt, ꝙ tranſire de mona. ad mona. etiam alte-
rius religionis, & habitus non eſt apoſtatare, de tem-
po. ordi. ex parte: nec debuit prohiberi, cum tria ſub-
ſtantialia monacatus in ſecūdo, ſicut in primo ſeruē-
tur, de quibus de ſta. mo. cum ad mona. in fi. ergo nō
debet referre, an hic, uel ibi maneat, ſicut non refert,
quid ex æquipollentibus fiat, infra de verb. ſig. in his,
nec uidetur propriè hic tranſlatio, uel alienatio, ar. C.
de ædi. priua. ſi quis poſt, C. de fideicō. uoluntas: quæ
quid dicant, uide de his, quæ fi. à præ. cum apoſtolica,
in glo. ideo. Sol. licet non dicatur apoſtata illa maiori
apoſtaſia, quæ quandoq; indiſpenſabilis eſt, infra de
apoſta. c. ulti. & excommunicationem inducit, nè cle
ri. uel mo. c. 3. li. 6. tamen largè apoſtatat, ut etiam ibi
no. Præterea religiones diuerſæ ſunt, licet quò ad ſub
ſtantialia cōueniant, nec ſunt ſic per permiſcuos trā-
ſitus

ſitus turbandæ.89.diſtin.c.1.nec ob.ꝙ de ſubſtantiali-
bus dixi: quia uiolaretur per id primum ſubſtantiale
profeſsionis, quod eſt obedientia primo abbati præ-
ſtita:promittit monacus etiam loci ſtabilitatem, ſup.
de iureiur.ſicut infra,& per hoc patet,ꝙ nec ad aliam
eiuſdem ordinis tranſire poſſet. obiectio autem eſſet
uera in obligato religioni in genere, ut infra eo.con-
ſulti,& c.non ſolum,& c.conſtitutionem, lib.6.¶Se-
15 cundò † ad ſecundũ, quo dicitur monacos non poſ-
ſe habere peculium. peculium autem omnia tẽpora
lia cõprehendit, 1.q.3.totum,cõtra,ſpiritualia ſine tẽ
poralibus non proficiunt,nec eſſe poſſunt, ſicut nec
anima ſine corpore uiuit.1.q.3. ſi quis obijcerit.So.ui
uet, & proficiet de fructibus dotis monaſterij, unde
nec debet monaſterium fundari ſine dote ſufficien-
ti.1.q.2,placuit, de inſt.c.1.in auct. ut deter. ſit nume-
rus clerico.in prin.& de hoc de con.ecc.uel alta.cum
ſicut. Singularis autem monacus nihil habebit pro-
prij, & hoc eſt, quod hic prohibetur: in mendicanti-
bus uerò ſuccedunt eleemoſynæ loco dotis. Dice-
bat autem Hoſti.ſupra de reſcrip. conſtitutus,ꝙ ſicut
anima ſine corpore non uiuit corporaliter,poteſt ta-
men uiuere ſpiritualiter, ſic eccleſia corporalis,ideſt
prælatus in nullo proficit ſine rebus corporalibus tẽ-
poraliter: poteſt tamen proficere ſpiritualiter prædi-
cando, baptizando, & pœnitentias dando: quod ap-
paret in his mẽdicantibus, qui ſine iuribus percipien
di corporalia, in his multum proficiunt,inf.de exceſ.
præla.nimis,1.& 2.per quod paret,ꝙ dominium poſ-
ſeſsionum, uel temporalium, & exercitium ſpiritua-
lium ſunt diuiſa,ad hoc.10.diſt.quoniã.96.di. cum ad
uerum: fatetur tamen hoc planum, ꝙ nullus, quan-
tuncunque ſpiritualis, ſine temporalibus, ideſt ipſo-
rum ſuſtentatione diu uiuere poſſet, & ſic nec ſpiri-
tualiter proficere,& hoc reſpectu temporalia ſunt ec
cleſię neceſſaria,ſicut anima corpori,ut ibi.12.q.1.ex
16 pedit,& c.uidentes. ¶Ad tertium † quo uidetur coer
ctionem monaci ſpectare ad abbatem.Cõtra, quini-
mò ad abbatem,& capitulum,de appella. reprehenſi
bilis,ad fi.Solu uerum eſt, ꝙ ad ſolum abbatem ſpe-
ctat ut dixi ſuper uer,abbatis quod dicitur in contra-
rio ſic intelligitur,vt ibi notauit Hoſtien.ꝙ ibi capitu
lum non ſumatur pro collegio, uel cõuentu,ſed pro
articulo, uel capitulo regulæ,de uerb. ſig.cum olim,
in prin.ac fi.d. Diſciplinabit prælatus ſecundum capi-
tula regulæ, ſic etiã uocamus capitula in iure noſtro,
infra de ſent. excom. inter alia,& etiam articulos, ſu-
per quibus teſtes deponunt, ſupra de teſt. fraternita-
tis,uel diſciplinat prælatus, & capitulum,ideſt præla-
tus in capitulo:quia ibi,& nõ coram ſecularibus hoc
facere debet, ſupra de offi. ordi.ut iuxta,uel loquitur
ibi de capitulo non conuentuali abbatis, ſed de capi-
tulo prouinciali abbatum, de quo infra de ſta.mo.in
ſingulis,& c.ea quæ. Sed inſtabitur,epiſcopus nõ cor
rigit ſine ſuo capitulo,de accu.qualiter,de exceſ.præ-
la.c.1. unde ꝙ hoc abbas poſſit? Sol, hoc habet regu-
la, & in hoc per canonem approbata. Nec mirum,ſi
hoc poteſt regula, cum hoc poſſit etiam in epiſcopo
conſuetudo, de conſuetu,c,3.li.6. ¶ Quæro circa pri-
17 mum dictum,nunquid hoc † capitulum poſſit intel-
ligi de tranſitu ad aliud mon. non cauſa profeſsionis
ibi faciendæ,ſed uiſitationis,uel peregrinationis,ut ſi
velit uiſitare corpus beati Benedicti apud mona.Caſ-
ſin. uel beati Aug. apud mon. ſancti Petri in Cęlo au-
reo apud Papiam: dic. ꝙ nec talem tranſitum facere
poteſt monacus ſine licẽtia. 20,q.4. monaco,& §.ult.
unde hoc reſpectu clauſtrũ dicitur monaco carcer.,
infra de ſenten.excom.ut famæ,hinc etiam eſt,ꝙ nec
18 ſepulturam eligit,de ſepul.c.fi.lib.6.¶ Sed † nunquid
papa poſſet ſtatuere, ꝙ monaci non exirent limites
clauſtri? Durum hoc eſſet: tamen hoc poſſet,nec illi
reſiſtere poſſent,dum uelle nõ habeant, & probatur
infra de ſta.regu.c.uno,lib.6.¶ Sed nunquid ad eccle
ſiam ſecularem monaco licebit tranſire: planum eſt,
ꝙ non, niſi debito modo per epiſcopum de abbatis
licẽtia præficiatur curæ.16.q.1.in ſumma,& c.doctos,
& ſeq.58.diſt.c.1. & 2.infra de ſtatu mo. ꝙ Dei, ubi de
hoc, & tunc nil habet commune cum mona. 16. q. 1.
ne pro cuiuſlibet, de electio. conſtitutus, & idem di-
co de epiſcopatu.18.q.1. capitulo uno,de priuil. cum
c olim.[c] ¶ Sed nunquid, ad Papatum vocatus poterit
tranſire ſine abbatis licentia? de hoc no.18.q.2.quam
ſit,¶ Sed nunquid in tranſitu,quem facere uult mo-
nacus profeſsionis cauſa, prǽſumimus temeritatem,
& leuitatem? Dic ex circunſtantijs hoc iudicandum,
& in dubio ad ſuperiorem recurrendum,infra eo. li-
19 cet.¶Circa ſecundum quæro † quid dicatur peculiũ,
quod prohibetur monaco?& dic quò ad hanc mate-
riam illud eſſe peculium,quod monacus,uel alius re-
ligioſus celat abbati, uel alteri ſuo prælato, nec para-
d tus eſſet dimittere ad iuſsũ [d] ipſius,de quo uide quod
dicam de ſtatu monaco. cum ad monaſterium, circa
princip. & circa fi.

ANNOTATIONES.

a ¶Monialem. Et uir uxorem, ut de ſpon. non eſt, & ibi uide per Ber. de monaco ſeruo, & alijs in l.1.ff.de lib. exhi. & in l.1.ff.de rei uend.

b ¶Peculij.Et tenebitur monaſterium ex cõtractu iſtius utili actione de pecu. uide,ff. de pecu.l.ex facto.

c ¶Cum olim.Vide ibi gl. ſuper uerbo,reſtitutionem, & in clem. de regu.in glo.ſæpius, & iſta intellige ſane, ſecundum quod not. Guil.de Mon.Laud. in cle. ad noſtram, de cenſi.

d ¶Iuſtum.Et quid ſit peculium in materia filiorum,uel ſeruorum, uide glo.ff.de pecu. ſuper rubrica,& ibi Bar. plene.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſaliter dictum intelligitur, ſi certum non exprimatur, ut hic.*
*Fratrum obſeruantiæ quæ duræ.*
*Decretalis hæc quando habeat locum, & an ſeruetur.*
2 *Puer propriè, & impropriè ponitur.*
*Annus. 18. eſt plena pubertas, & in quibus caſibus conſideretur hæc ætas, & nu.5.*
3 *Profeſsionis obligationem poteſt impedire papa.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum, num.5.*
*Pubertas quando completa dicatur, & quomodo conſideretur.*

CAPVT VI.

1 QVia in inſulis. Breue ẽ, & præmit
tit ꝓhibitionis cau
ſam[*Inſulis*] intelligo † de quibuſcunque,
cum de certis hic non exprimat. Et dice-
bat Pe. ꝙ idem in Minoribus,& Pręd icatoribus,quo
rũ obſeruantiæ ſunt ualde duræ: & dicebat ſuper hoc
emanaſſe decre. Greg. quam non habemus. Quid ſi
non eſt durior, quàm in alijs locis conditio monaco
rum in certa inſula? Videretur conſtitutionẽ non ha
bere locum cauſa ceſſante,niſi dicas hanc cauſam im
pulſiuam,de hoc de renun.poſt trãſlationem,per ea,
quæ inquirere potui,non inueni, ꝙ in aliquibus inſu
2 lis hoc ſeruetur[*Pueros*] propriè † & impropriè poni-
tur hoc uerbum,quod patet ex not. in proę.li.6.ad fi,
[18.*annum*]hæc eſt plena pubertas: inſti.de adop.§.mi-
norem,argumen.28. diſtin. de his.T.& facit quod di-
cam de frigi.c.1. Conſideratur etiam hæc ætas in illo,
qui non redimit illũ, à quo fuit hæres inſtitutus: quia
donec hanc ætatem impleuerit, non incurrit pęnam
in auct.collatio.8.ut cum de appella.co.§.ſi unum de
præ-



prædictis, verſi. hanc autem pœnam: Item arrogans,
vel adoptans adoptatum, uel arrogatum præcedere
debet annis.18.ut præ.§.minorem, & ff. de adoptio.l.
arrogato.§. non tantum. Item ſi uſq; ad pubertatem
relinquantur alicui alimenta, debentur uſque ad an-
num.18.& eſt ſpeciale fauore alimentorum, ff. de ci-
3 ba.& ali.le.l.Mela,in principio[*Prohibemus*]no de † po
teſtate papæ,quòd impedire poteſt profeſsionis obli
gationem,ſecundum Hoſtien. de quo vide, quod di-
xi in quæſtione prælati exempti ad fin. primæ partis,
quam uide de reg.iuris,cum ſtat.libro ſexto.¶Secun
4 da † glo. reſpondet per contrarium. ¶*In † glo. 2.ibi,pu-*
5 *bertatis*] completum,infra c.2.& conſideratur per an-
norum numerum, vt ibi,& infra eo.poſtulaſti.

SVMMARIVM.

1 *Ordinem alium ſi Ciſterċienſis profitetur ſine licentia abbatis, regredi compellitur.*
*Profeſsio tacita obligat in genere ſolum religioni.*
*Hoſpitium ex humanitate nec religioſis negandum, & à quibus.*
*Monaci ad prælaturas, uel regimina eccleſiarum an recipiendi ſine abbatis licentia.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 3.*
*Ordo, ſeu Religio quæ ſtrictior cęteris.*

CAPVT VII.

1 NOn eſt. Caſus. Si Ciſtercienſis † ſine li
cẽtia abbatis alium ordinem
profitetur, regredi compelletur.Dicit Ho
ſtien.& Boa.pars huius de ſpon. nõ eſt:ma
le dicit,ut ibi dicam[*Profeſsionem*]expreſſam, quia taci
ta obligat religioni ſolùm in genere, infra eo.conſti-
tutionem,li.6.[*Recipi*] etiam in hoſpites ſecundum In
nocen. ſed Hoſti. per id,quod ſequitur, ꝙ exiens ſine
licentia compellitur celeriter regredi,dicit humanita
tem hoſpitij non negandam,ſupra de emptio. & uen
di.c.1. Si intelligeres recipi ad prælaturas, uel regimi-
na eccleſiarum,tunc planum eſt,de electio. ſi religio
ſus,lib.6.[*Compellatis*] per eccleſiaſticam cenſuram, ſu
2 pra de offi. ord.quanto.Hoſt.¶Prima † gl. reſpondet
per duas quæſtio. ſcilicet quæ ſit ratio, & an licentia
ſufficiat.¶Vlt.gl.per quæſtio. quando dicatur celeri-
ter fieri.¶*In gl.ult.ibi.l.1.in fine*]vide in c.de cauſis,ſuper
3 vlt.gl.¶*In † gl.1.ibi,arctior*]ſecundum Odo.idem Goff.
ſed ſecundum Hoſtien. reperiuntur ordines maioris
religionis,vt Cartuſienſes, & alij quidam,quos diſcre
tè dixit ſe uelle tacere: ſed per priuilegia ordini Ciſter
cienſi conceſſa dixit, eos etiam ad arctiorem religio-
nem tranſire non poſſe ſui abbatis non obtenta licen
tia. Dicit Phili. ꝙ ſtrictior eſt ordo minorum[*& ibi, maxime*]idem Pe. [*& ibi,ad æqualem*] & etiam ad mino-
rem, argumento, infra capitulo ſuper eo, & capitu-
lo conſulti,ſecundum Hoſtien.& de hoc infra de pre
ben.cum ſingula,libro ſexto. ¶*In gl.ulti.ibi,refertur*]de
hoc dè loca.potuit,Hoſtien.

SVMMARIVM.

1 *Per profeſsionem religionis qui non obligentur.*
*Eremitæ quidam profeſsi, & qui.*
*Seductio trahens ad religionem non reprobatur.*
2 *Conſilium uelox ſequitur pœnitentia.*
*Sine probatione ſuſcepiſſe quis habitum quomodo intelligatur.*
*Vox pœnitentia quando intra triduum non liceat.*
*Deliberatio probationem quibus caſibus præceſsiſſe præſumatur, & nu.6.in princ. & §.2.*
*Mutatio uitæ difficilis.*
3 *Traducere uxorem quid.*
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nume.5.*
*Factum non dicitur, quod non durat, & exempla.*
*Pœnitere non licet emptionis perfectæ, & quando, uoti, ſupra nu. 2. & infra, num.6.in princ. & §. 2.*
6 *Additio gloſſarum.*
*Impetu, uel per ebrietatem quod fit, non tenet, ſed non præſumitur. §.2.*

CAPVT VIII.

1 AD noſtram. Caſus. Minor.14.per
profeſsionem religio
nis nõ obligatur. Idem in maiore,qui ſine
probatione ſuſcepit habitum profeſſorũ,
quem dimiſit, infra triduum. Et prima factũ narrat.
ſecunda dat iudicem ibi, Quocirca [*Eremitæ*] profeſsi
erant ſic uocati,ut eremitæ S.Auguſtini,de elec. quo
rundam,lib.6.[*Seduxerunt*]talis ſeductio non reproba-
tur.Hoſt.de hoc,infra tit.1.dudum,ad fi.[*Habitum*] po
teſt intelligi profeſſorum [*Pœnituit*] Socrates: Velox
2 † conſiliũ ſequitur pœnitentia[*Et infra*]& iurauit quã
dam ducere in uxorem,ut ſequitur [*Sine probatione*] vi
detur exponendum ideſt inf.annum probationis per
decr.conſtitutionem,infra eo.lib. 6.ubi ſic iacent uer
ba[*Triduum*] quod hic dicitur de pęnitentia tridui, ita
locũ habet in uoto religionis, uel religioni annexo,
quod in aliis locum non habet hinc eſt,ꝙ ſiue ſimpli
citer, ſiue ſolemniter quis uoueat continentiam, uel
aliud quid honeſtum, nõ expectato triduo ſtatim eſt
obligatus ex uoto. Eſt ratio diuerſitatis: qa in primo
debet interuenire probatio:aliter nõ præſumitur præ
ceſsiſſe deliberatio,niſi forſan emittatur in infirmita-
te,quia tunc prǽſumitur deliberatio præceſsiſſe,infra
eo. ſicut nobis. In aliis uerò nulla requiritur ꝓbatio,
ſecundum Inn. & Abb. & hæc ratio probatur ſecun-
dum Hoſt.inf.eo.ad apoſtolicam, inf. de uoto, per to
tum: ſecũdũ quem deducitur ratio ſpecialitatis, quia
difficilis eſt uitæ mutatio, & cum animi ſit labore,ut
dicit lex in hoc caſu in auct. de mon.§.1. ſancimus er-
go,colla.1.& canon.19.q.3.monaſteriis,& facit quod
no.in gl.2.dicit Hoſ.ꝙ Clemens.IIII. in quadã cauſa
diffiniuit inter fratres,ꝙ decr.iſta non haberet locum
in profeſsione uerbali, uel ubi quis uotum emiſit de
intrando religionem, & poſtea intrãs ſuſcipit habitũ
profeſſorũ.In quibus caſibus dixit nõ habere locum
pœnitentiam tridui, ſed in eo caſu,quã ponit decr.cõ
ſtitutionem,infra eo.tit.lib.6.[*Traducere*] ideſt in uxo-
3 rem † accipere,& in domum ducere,Pe,de qua tradu
ctione,inf.de coniu.lep.c.fi. ſecundum Hoſt [*Rationabilis*]ut conſanguinitas,uel aliud impedimentum ca-
4 nonicum [*Non obſiſtat*] repete, denũcies. ¶ Prima † gl.
arguit,alle.4. iura pro, & 4.cõtra, & ſoluit. ¶Secunda
gl.no. annum inceptum &c.alle.4. iura,in cõtrarium
alle. tria,& ſoluit.¶Vlti.gl. ſignat contrarium, ponit
5 opi. quam reprobat demũ ſoluit.¶*In † gl.1.ibi,Si filius*]
non dicitur exhæredatus,cui per fideicommiſſum re
ſtituitur hęreditas[*& ibi,uerſum*]Dicitur verſum,quod
durat uerſum[*& ibi,non idcirco*]non licet etiam incon-
tinenti pœnitendo perfectam emptionem reſcinde-
re.¶*In gl. 2.ibi,ad rempublicam*] uide in c.cum in cunctis,
6 ſuper 5.glo. ¶*In † gl. 1.ibi,qualitate*] aut obligatione fir-
miter & purè cõtracta,Hoſt.[*& ibi,neſcitur*] aut pendet
obligatio ex tractu temporis,Hoſt. ¶ *In gl. 2. ibi,cum in cunctis*]ubi de hoc[*& ibi, Speciale*]& in abbatiſſa,inf.de
elec.indemnitatibus,in prin. & in caſu de æta.& qual.
c.vno,li.6.[*& in fi.*]de hoc etiam,ſup. de off.dele.cum
uiceſsimũ. ¶*In gl.ult.ibi,cum ad monaſte.in fi.*] Dic ut ibi,
& infra de voto.c.1. Hoſt.[*& ibi,impetu*]& hoc conſti-
tit, ubi enim hoc non conſtaret, potius præſumetur
contrarium,ſecundum Vin. qui dixit, ꝙ iſte nec pro-
feſsionem

feſſionem fecit, nec uoto ſe aſtrinxit expreſsè, nec ta-
citè. Hug. tamen dixit hoc c. continere iniquitatem,
quod ipſe non credit[*& ibi, apud eccleſiam*] Idẽ de ebrio
ſecundum Ala. Vinc. Phi. [*& in fi.*] Dic vt infra eo. con
ſtitutionem, lib. 6. [*& ibi, uideas*] in glo. vlt.

*S V M M A R I V M.*

1 *Habitum profeſſorum qui recipit, quo caſu religioſus eſſe compel-
latur.*
2 *Profeſſio tacita obligat religioni ſolùm in genere, & quo caſu ta-
lis eſſe dicatur.*
*Monacis an exire liceat ad regimen animarum.*
3 *An cum monaco prælato eccleſiæ parochiali diſpenſare poſſit epi-
ſcopus, ut cum ea ſimplex habeat beneficium.*
4 *In monaſterio olim diſſoluto quando quis intrauit, poſtea reforma-
to, aſtringatur nunquid ad ſeruandam hanc reformationem.*
*Ad uitam conſueta aſperiorem an quis religioſus cogi poſſit.*
*Deliberatio ante factum præſumitur anteceſſiſſe, & in quibus per
ſonis.*
*Ordo, ſiue Religio ex conſenſu maioris, & ſanioris partis mutari
poteſt, uer. quantum autem.*
*Nouum non intelligitur quod ab inſtitutione ſua fuit impoſitum,
ibidem.*
9 *Religionem, ſiue monaſterium qui ingreditur, exire poteſt exce-
ptis caſibus, & quibus.*
6 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 7.*
*In habitu quo debent eſſe poſiti in probatione. §. 1. iuncta gl.*
*Habitus probationis æquè ac benedictus eſt aſper.*

## C A P V T  IX.

1 SVper eo Caſus. Qui † recipit habitũ
profeſſorũ, ubi ſunt diſtin-
cti, ibi uel alibi religioſus eſſe cõpellitur.
Si recipit habitum nouitiorum, redire po
teſt ad ſeculum. Communis diuiſio. prima ibi, Re-
ſpondemus, quæ diſtinguit inter profeſſos, & noui-
tios. 2. ibi, uerum [*Habitum*] profeſſorum [*Reuerſi*] ſup.
an cogendi ſint ad religionem reuerti, uel an poſſint
2 in ſeculo remanere [*Minorem*] quia talis † tacita profeſ-
ſio inſurgens ex recep. habitus profeſſorũ obligat re-
ligioni ſolum in genere, infra eo. conſtitutionem. lib.
6. [*Secularibus*] obiicitur, monaci ad regimen animarũ
poſſunt aſſumi. 16. q. 1. doctos, & c. ſi quos, cũ ſi. Mul-
to fortius reaſſumi, ſed hic qđ iuris communis eſt, ex
primitur: ibi, quod diſpenſatiuè fieri põt, oſtẽditur, in
fra de capel. mo. c. 1. Ala. vide quod not. de ſtat. mo.
quod Dei, in glo. utrum, & quod ibi addam: uel aliter
exire eis non licet, ſed ſi vocentur, licet cum diſt. decr.
de renun. poſt traſlationem. T. Vin. nec ob. ſup. de re-
nun. ex tranſmiſſa, ibi enim nõ apparuit illum uitam
voluiſſe mutare. Nec ob. j. eo. poſtulaſti, ibi enim lo-
quitur de minore: hic de adulto, ſecundum Phi. [*Aſſu
3 mi*] in primo, & ſimplici ſtatu. Gof. an † cum monaco
p̄lato eccleſiæ parochiali diſpenſare poſsit epiſcopus,
ut cum illa habeant beneficiũ ſimplex, uide ſuper re-
gula, quæ à iure, de reg. iu. li. 6. [*Venire probentur*] quàm-
uis dicãt ſe nõ poſſe tolerare auſteritatẽ religionis, ut
4 p̄miſit. ¶ Sed † quid ſi qñ intrauit, erat moñ. diſſolutũ:
comedebant ibi carnes, & monaci uiuebãt ibi ad libi
tum. Poſtmodũ uerò eſt monaſteriũ reformatũ, & re
dactũ ad abſtinentias debitas. Nunquid is, qui tpe diſ-
ſolutionis intrauerat, aſtringatur ad ſecundã hanc re-
formationem? Scripſit hic Inno. ꝙ ſi de iudicio eccle-
ſiæ, & iure poſitiuo loquaris, nullus peritus debet ſe
incautè & ſine deliberatione ab initio etiã in tali mo-
naſterio ſimpliciter obligare: imò ante. q̃ ꝓfiteatur,
debet attendere, qđ inde ſeq debet; & ideo talis omni
no obligat. Si uerò ſit mulier, uel alia ſimplex pſona
ius ignorans, dicũt quidam, ꝙ poteſt tranſire ad aliã
religionẽ, quæ non habeat maiorẽ auſteritatem, q̃ eſ-
ſet illa, quã inuenit, & quã ſe ſeruare promiſit. Melius
tamẽ dicitur, ꝙ & in iudicio eccleſię, & etiam in iudi-
cio animæ ſp tenetur regulã, quã profeſſus eſt, obſer-
uare, quibuſcũq; uerbis etiã ſit illectus, arg. ſup. quod
me. cau. cũ dilecti. j. de conuer. coniu. dudũ. 20. q. 3. cõ
ſtituit, q a aut dicit ſe bona cõſciẽtia intraſſe, aut mala.
ſi bona: ergo eſt efficaciter obligatus. nã ſpiritu dei du
ctus eſt, & ſic errare nõ potuit, inf. c. licet. 19. q. 2. duæ.
Sed & inuentio de oĩbus docuit. i. docuiſſe p̄ſumit, s.
de ſacra unc. c. 1. §. 1. uer. de ſecũda. Si uerò dicat, ꝙ ma
la intentione intrauit, nec ſpiritu Dei, ſed leuitate du-
ctus, nõ eſt allegans ſuã turpitudinẽ audiendus, ut pa-
tet in eo, qđ le. & no. ſupra de don. inter dilectos, uer.
attendẽtes. Eſt & alia ratio, quare non eſt audiendus:
quia præſumẽdum eſt, ꝙ quando beati Benedicti, uel
aliã certam regulam elegit, de ſubſtãtia illius regulæ,
leuitate, & grauedine ante electionẽ plenè inq ſiuit, &
deliberauit. nã & poſtquã ſemel elegit, amplius deli-
berare non poteſt, arg. 8. q. 2. dilectiſſimi: fatemur ta-
mẽ, ꝙ ſi impotẽs eſt ad tolerandũ rigorem, diſpenſati
uè ad religionẽ trãſire poterit minorẽ: ut hic p̄cedit,
& inf. eo. c. ſignificatũ, & c. conſulti. & uide quod dixi
de renun. c. ult. ſuper 3. gl. Aliq tamẽ dicũt, ꝙ cõtra vo
luntatẽ illius, q tali tempore ingreſſus eſt, non poteſt
regula aggrauari, uel ſtatutũ auſterius fieri in præiu-
dicium ipſius, quod quãtum ad nõ profeſſos tolerari
poteſt, & uide quod dixi de conſtit. cum oẽs, ſuper 1.
gl. Quantũ autẽ ad profeſſos, qui uelle non habent, &
ſi ordo, ſiue religio abſq; uoluntate oĩum mutari nõ
poſsit, ſupra qđ me. cauſa cum dilectus, & uide qđ ibi
dixi, ſuper 1. gl. & quod no. de re. iu. quod oẽs, ad fi. li.
6. de cõ ſenſu tñ maioris, & ſanioris partis conuentus
pñt ſtatuta auſteriora fieri, & regula plenariè refor-
mari, non obſtãte cõtradictione paucorũ, arg. ſup. de
his, quæ fi. à ma. par. ca. c. 1. & 12. q. 1. nolo, & c. non di-
catis, ſm Inn. cuius quaſi hæc tota gl. Nec põt aliquis
dicere, ꝙ conditio ſua fiat deterior, uel grauior ex eo,
ꝙ regula reformatur: q a non intelligitur nouũ, quod
ab inſtitutione ſui fuerat ei impoſitũ, ut patet in eo,
quod le. & no. inf. de cenſi. cũ uenerabilis. §. 1. ad fi. Tu
uerò ſolue p̄miſſam qõnẽ, ut not. in ſum. de uoto, §.
utrũ, & per quẽ, uerſi. quid ſi aliquis ſecularis, ubi ſpa-
cioſius diſputatur, & diffinit, & Guil. hic & ibi remit.
in Spe. de ſta. mo. uer. 62. & iunge quod no. ſupra de te
ſtamentis, c. 2. §. 1. & ſup. eo. ut clerici, ſm Hoſt. & ibi
ſcripſi, in gl. differt tñ ille caſus ab iſto, qđ facile diſcer
a ni poteſt[a] [*Habitum*] profeſsione [*In probatione poſiti*] q a
non habuerunt firmũ propoſitũ mutandi uitam, ſed
probãdi regulã, Inn. [*Quæ*] regula [*Præcipere*] ſub Rub
de diſciplina ſuſcipiendorũ fratrũ. c. 80. [*Reuertantur*] vt
5 dicit † Ho. ſemper pubes, q ingredit, exire põt, niſi in 5.
cauſibus. Primus, ſi recipit habitũ ꝓfeſſorũ. Secũdus,
ſi fecit ꝓfeſsionẽ ex p̄ſſam. Tertius, ſi fuit tacitè ꝓfeſ-
ſus, puta renunciãdo mundo, & pompis eius, & bene
ficio conſtitutionũ ad apoſtolicã. & c. ſtatuimus, & c.
nõ ſolũ: accidit etiã hoc aliis modis, no. inf. eo. ſtatui-
mus. Quartus ſi ĩ cõi habitu ſine reclamatione cõple-
uit annũ, j. eo. ex parte. Quintus, ſi iurauit nunq̃ exire,
s. quod me. cã. c. pen. de iureiu. ſi uero. Sextus, qñ ma-
numiſſus fuit eo modo, ꝙ nõ exiret, j. de ſer. nõ or. eo
libentius, de cond. appo. c. 2. de impubere dicet, j. eo.
6 ſignificatũ. ¶ Vlt. gl. † quærit in qua ueſte & c. alle. ꝙ in
7 prima ſoluit õriũ, & ad alle. rñdet. ¶ In † gl. 1. *in fi.*] & inf.
eo. nõ ſolũ, lib. 6. ¶ [*In gl. 2. in fi.*] & inf. eo. cõſtitutionẽ,
li. 6. ¶ [*In gl. ult. ibi uidetur*] ſm Ala. [*& ibi, legẽ*] ubi de hoc
[*& ibi, ſi qui incognitus*] ubi de hoc [*& ibi, dic. ꝙ*] ſm Lau.
Vin. Phi. T. dixit in hoc ſtandum eſſe cõſuetudini mo
nacorum, & mandatis regulæ potius, quàm uni ſcri-
pto: idem Gof. [*& ibi Statuimus*] hoc c. uidetur cõtra;
ſed



ed dicebat Vinc. licet non bene dicatur habitus pro-
bationis, æquè tamen eſt aſper ut benedictus [*& ibi,
& capitula*] ſcilicet illud capitulum, multos [*& ibi, no-
uitiorum*] uel ideſt qualis fuit laicus, Vincen. id enim
probabitur, ideſt inquiretur.

ANNOTATIONES.

a ¶ Poteſt. Quia ibi quando non profitetur regulam, quæ ibi debet
ſeruari, & illam ſolum, quæ ſeruatur. hic autem profitetur regulã
ibi à principio inſtitutam, & uide Io. And. inf. ti. 1. dudum, in glo.
ſatis fatuus.

*S V M M A R I V M.*

1 *Si canonicus regularis fit monacus, aut arctioris religionis, tunc
manet monacus, aliàs redire compellitur.*
*Principium regulæ non ſpectandum, ſed præſens eius ſtatus, an ſit
arctior, & nume. 2.*
*Deſcendere non licet.*
2 *Prædicatorum ordo arctior ordine S. Benedicti, & ideò de illo ad
hunc non licet tranſire, & nu. 3.*
*Regulam S. Auguſtini profitentur, & qualis ſit.*
*Regula fit aſperior conſtitutionibus ordinis.*
*Regula arctior ut conſideranda, & nu. 3.*
*Non tolli quid poſſe, ſatis eſt, in fin.*
4 *Religionum, uel regularum quædam maior, uel arctior, uel diſtri-
ctioris uitæ dicitur, quædam minoris, uel laxior, & quæ ita pro
priè dicatur, nu. 5. 8. 9. & ſequen. & nu. 1. & 2.*
*Hæ plures ſunt, & qualiter diuerſificentur, & diuerſæ poſſint eſ-
ſe, & in quo conueniant, & nu. 8.*
*Ordinatæ ad diuerſa opera, & quæ, & nu. 5. 6. 7. 8. & reliquis.*
*Contemplatiua uita in quibus conſiſtat actiua in quibus in perſo-
na religioſorum, & an conueniant religioni, num. 6. & una ma-
ior, nume. 8. 9. 10. 11. & 13.*
*Sacrificia Deo quæ obſequia in proximum dicantur.*
*Militiæ religioſorum quæ, & an competant religioni, nu. 6. & 7.*
6 *Studium literarum an conueniat religioſis, & 7.*
*Militia in religioſis duplex, & ad quid ordinata, nu. 8.*
8 *Martyrium quando præferatur cæteris religioſis actibus, uel meri
tis, & quòd maioritas ex fine conſideratur, & quo, & ubi
idem finis, quid.*
*Actiuæ uitæ actus qui nobiliores.*
*Vitæ perfectæ inſtrumenta quæ.*
*Continentia, obedientia, paupertas tria ſubſtantialia religionum,
& quæ opera ad unamquamq; earum ordinata uelut inſtrumen
ta, & num. 9.*
9 *Paupertas eſt inſtrumentum, non eſſentia regulæ, & quando, &
eius effectus.*
10 *Solitudo quoque idem, & uitæ contemplatiuæ congruit, & quan-
do actiuæ.*
*Eſt comendabilis, & quibus de cauſis, & quæ, & eius effectus, &
an & quæ præmineat uitæ ſociali.*
*Perfectio hominis unde.*
*Ex ſocietate aliorum homo dupliciter iuuatur, & qualiter, uer. ex
aliorum.*
11 *Religiones quæ uigeant ſociali, & ſolitaria uita.*
12 *Epilogus, & additio gloſſarum, nume. 13.*
*Canonicorum regularium, & monacorum religio ad opera contem
plationis ordinata.*
*De altera harum ad alteram quando licitus tranſitus.*
*Priori earum conuenit propriè clericatus, non poſteriori.*

## C A P V T  X.

1 SAne Caſus. Si † canonicus regularis fit
monac⁹, aut arctioris religionis,
& tunc manet monacus, aut laxioris, &
tunc redire cõpellitur. Et primò narrat fa
ctum, quod ſecundo ibi, id tuæ, diſtinguendo diffinit:
& ſecundum mẽbrum ibi, Alioquin [*Profeſſionem*] fuit
ergo canonicus regularis, Vin. [*Vbi nunc*] ac ſi. d. nõ in-
ſpiciendum principium fundationis regulæ utriuſq;
loci, ſed ſatis eſt, ꝙ nunc ſit ſtrictioris illud, ad quod
tranſiuit, licet forte tempore fundationis fuerit laxio
ris, ſecundum Inn. [*Maioris*] non enim licet deſcende-
re, ſup. eo. nõ eſt [*Alioquin*] ideſt ſi locus, ad quem tran
ſiuit, eſt minoris religionis, & not. ſecundum G. Na.
2 hanc decr. contra apoſtatas † Prædicatorum, qui pro
fitẽdo in aliquo mon. ordinis S. Benedicti, ubi etiam
forte non ſeruatur religio, putant ſe euadere apoſta-
ſiam: contra hos eſt hæc litera. nam hic regulares ca
a nonici poterant[a] habere arctiorem uitam, quàm mo
naci, & conſtat, ꝙ regula Aug. quã profitentur prædi
catores, eſt minimum reſpectu aliarum aſperitatum,
quas inducunt cõſtitutiones ordinis, quæ in tantum
arctant ipſorum uitam, ꝙ aſperior eſt, quàm uita mo
nacorum: ſunt ergo cogendi redire ad primum ordi
3 nem, ut hic. Hinc † eſt, ꝙ etiam ſecundum theologos
de tali arctiori religione, in qua remiſsius uiuitur, po
teſt quis tranſire ad minorem religionem melius ob
ſeruatam: tamẽ hoc caſu uideretur iudicium ſuperio
ris neceſſarium, facit inf. c. licet. Qui hoc iuſtè admit-
teret, ubi non eſt ſpes reformationis, nec aliqua ſui
parte ſaltem in patria illa religio debito modo ſerua-
tur: aliàs licet profeſſus ſit quis in monaſterio Benedi
cti, nunc ſine ſpe reformationis collapſo, tamen plu-
ra monaſteria alia eiuſdem ordinis ibi ſunt non colla
pſa, tunc nõ liceret ad minorem tranſire, facit inf. de
uerb. ſi. abbate, in fi. Sed ſi totus ordo ſic lapſus eſt, ut
noſtris temporibus de templarijs dictũ eſt, procedat,
b quod prædixi.[b] Ad id autem, quod prius dixi, ponde
randam arctioritatem, quæ prouenit ex conſtitutio-
nibus, nõ ex regula tantum, multum obſtat, quia ob-
ſeruantiæ per cõſtitutiones inductæ per eos tolli poſ-
ſent, inf. de regu. iur. c. 1. cum concor. ſed obſeruantia
regulæ non, facit, inf. eo. ſicut, ſupra de iureiurã. ſicut
primò. Sed ad hoc reſponderi poteſt, ꝙ ſatis eſt, ꝙ poſ
ſunt non tolli. facit, ff. de condi. inde. ſufficit, & cle. de
ſup. ne. præ. quia, & de ſta. mo. ne in agro. §. cæterum,
& §. ſeq. & quod not. de commo. c. uno, de depo. c. 2.
4 ¶ Eſt † autem aduertendum, ꝙ ius noſtrũ de religio
nibus loquẽs, dicit alteram maiorem, uel arctiorem,
uel diſtrictioris uitæ. Alteram minorẽ, uel laxiorem,
ut hic, & infra eo. licet, & c. cõſulti. 20. q. 4. uirgines, in
fra de ſta. mo. quod Dei. infra, eo. qui poſt uotum, lib.
6. per quæ patet, ꝙ non una tantum, ſed plures ſunt
religiones, & in cle. de ele. c. 1. Et ſi dicas, ꝙ non ſit ibi
differentia per ſpecies, ſed per accidẽs, cum omnis re-
ligio hoc habeat cõmune, ut quis ſe totaliter prębeat
ad ſeruiendum Deo ſecundũ tria principalia eſſentia
lia uoti regularis, de quibus, inf. de ſta. mo. cũ ad mo-
naſterium, in fi. unde ſecundũ hoc nõ põt eſſe diuerſi
tas, ſcilicet ꝙ in una religione qs aliquid ſui retineat,
in alia aliud, ſicut nec in epiſcopali ordine eſt diuerſi
tas in ſpecie. 93. diſt. legimus. fateri tamẽ oportet, ꝙ il-
le ſtatus religionis ex illis tribus eſſentialibus ꝑfectus
eſt quoddã exercitiũ, quo quis exercetur, & diſponi-
tur ad charitatis opera: quæ tamẽ ſunt diuerſa, ut inf.
dicetur. Diuerſificantur ergo religiones, ſecũdum di
uerſitatẽ operũ, ad quæ ordinantur, ut quia una ordi
nata ad peregrinos hoſpitandos. Alia ad captiuos viſi
tandos, vel redimẽdos: vna ad actus contemplatiuos:
alia ad actiuos: alia ad mixtos. Item ſecundò diuerſifi
catur religio ſecundũ diuerſos actus exercitiorum: vt
ſi in una religione caſtigatur corpus per abſtinẽtiam.
In alia per nuditatẽ. In reliqua p operationẽ manuũ.
Maior tamẽ eſt prima diuerſitas, quàm ſecunda, cum
finis ſit in unoquoq; potiſſimum. Fateamur ergo, ꝙ
tria eſſentialia religionis bene cõpatiũtur religiones,
fore diuerſas propter diuerſas diſpoſitiones, & diuer-
ſos fines ad illa tria eſſentialia ordinatos: plus, dato ẽt,
ꝙ ex

ꝙ ex eis aliquę ſint ordinatæ ad eoſdem fines: ex quo
tamen diuerſæ ſunt inſtitutiones, diuerſi habitus, di-
uerſę denominationes, dicentur eſſe diuerſæ, & ſic lo
quitur prædicta decr. prima cle. de elec. ad idem de re
li. do. c. uno, li. 6. Ex quo igitur conſtat religiones eſſe
diuerſas, quarum vna alteri poteſt eſſe maior, æqua-
lis, & minor. Item ꝙ de minori licet ad maiorem tran
ſire, petita licentia, licet non niſi ex magna cā hoc fa
5 ciendū ſit, ut dicā, infra eo. licet, in prin. Eſt, ut † uidea
mus, quæ religio propriè dicatur arctior, diſtrictior,
uel maior. ¶ Circa hoc ſciēdū, ꝙ religio principaliter
ordinata eſt ad opera vitæ contēplatiuæ, q̄ in ſtudio,
& oratione cōſiſtunt: ad quod propriè ordinatus vr̄
Ciſtercienſiū, & Cartuſien. ordo: de ſecundo dicā in
fi. licet aliqui ex his ſecundario opus manuū, uel ho-
ſpitalitatē habeant annexā, ſed multæ religiones ſunt
et ordinatæ ad opera uitæ actiuæ, & aliquæ ad mixta,
ut prædixi, quod licitè fieri ſic oſtēditur. Cōſtat, ꝙ re-
ligio ad perfectionē charitatis ordinata eſt, quæ cha-
ritas eſt dilectio Dei, & ad hoc pertinet contēplatiua.
Et proximi, & ad hoc ꝑtinet actiua, deſeruiēs neceſſi-
tatibus proximorū, & ſicut propter Deū ex charitate
diligitur proximus, ſic & obſequiū actū in proximū
redūdat in Deū. Inde Mat. 5. quod uni ex minimis
&c. & talia obſequia facta in proximos ad Deū relata
dicūtur eſſe ſacrificia, ad Hebræ. vlti. Beneficentiæ, &
cōmunionis nolite obliuiſci, & propriè ad religionē
ſpectat Deo ſacrificiū offerre, & ſic decēter quædā re-
ligiones ordinatę ſunt ad opera actiua. Iſtorū aūt acti
uorū actuū quidā cōſiſtūt in prædicatione, & doctri-
na, & animarū conſiliis. Exēplum in Prædicatoribus,
Minoribus, Eremitis, Carmelitis, & ſimilibus. Quidā
in militia, ut Hoſpitalarij, & olim tēplarij, Calatrēſes,
& ordinis S. Marię Theutonicorū, & his ſimiles. Aliq
ad hoſpitalitatis, & infirmorū obſequia, vt ordo Cru-
ciferorū, Sancti Antonij Vien. Itē magiſtraliter quæ-
dam ordinatæ ſunt ad ſolitudinē. Aliæ ad ſocietatē,
quædā habent propria in cōmuni: quædā nō, ut men
6 dicantes. Et de his † omnibus ſpecificatis an religioni
cōueniant, videamus. primò dixi, ꝙ contēplationi cō
uenit ſtudiū, & oratio, de ſecūdo non dubitatr̄. Sed de
primo opponitr̄, ꝙ ſtudiū religioni nō cōpetit. Vnde
pſal. qm̄ nō cognoui literaturā, introibo in potentias
c dñi. gl. 1. in uirtutē c Chriſtianā. Sed illa potiſſimè in
religioſis requiritur, ergo literaturę uacare nō debēt.
Sed illud intelligitr̄ de litera ueteris legis, de qua, 2. ad
Cor. 3. litera occidit. non cognoſcere igitur literaturā
eſt nō obſeruare circunciſionē, & cæteras legales, uel
carnales obſeruantias: Vnde cū Hieronimus dicat ad
Paulinū monacū, Diſcamus in terris, quorū ſcientia
nobiſcū perſeueret in cęlis: & ibi, quicquid quæſieris,
tecum ſcire conabor, Dicendū eſt, ꝙ etiā reſpectu cō
tēplationis tātū cōuenit ſtudiū religioſo ad illuminā-
dum intellectū, & remouēda cōtemplationis pericu-
la: Vnde in laudem uiri iuſti dicit pſal. 2. In legę domi
ni meditabor die, & nocte. Et eccl. 39. dicitur. Sapien-
tiā antiquorū exquirat ſapiens, & in prophetis uaca-
bit. De ſecūdo Greg. in 6. moraliū, ꝙ nōnulli dū plus
acquirūt in cōtēplando, quàm capiūt, vſq; ad peruer
ſa dogmata erūpūt, & dū ueritatis eſſe diſcipuli humi
liter negligūt, magiſtri errorū fiūt, & Greg. Stult9 eſt,
qui in eo ſe primū æſtimat, vt bona, quæ uiderit, diſce
re contēnat. 22. diſ. de Cōſtantinopolitanæ: ad idē 38.
di. c. fi. 74. diſ. c. 1. Secundò quo ad illa, q̄ reſpiciūt ope-
rationē actiuā in prędicādo, docēdo, & animabus cō
ſulēdo, cōſtat ſtudiū cōpetere. 36. & 38. diſ. per totum.
Nō ob. ꝙ Apoſtoli ſine ſtudio literarū ad prædicādū
miſſi fuerūt: quia, vt dicit Hiero. in epiſtola ad Paulū,
Quicquid alijs exercitiū, & quotidiana in lege medi-
tatio tribuere ſolet, illis ſpūſanctus ſuggerebat. Ter-
tiò ualet ſtudiū ad tria religionis eſſentialia, quæ præ-
dixi: ualet enim cōtra luxuriā. Inde ama ſcientiā &c.
de cō. diſt. 5. nunquā. Item cōtra cupiditatē diuitiarū.
Sapiētię, 7. Diuitias nihil eſſe dixi in cōparatione illi9,
ad idē. 12. q. 2. gloria epiſcopi, uer. Socrates, qui alias ē
capitulū. Itē ad obedientiæ documētum. Vnde Aug.
li. de oper. mona. Quæ eſt iſta peruerſitas lectioni nol
7 le obtēperare, dū vult ei uacare? De militia † uerò ſpi-
rituali per prædicationē, doctrinā, & animarū conſi-
lia quomodo, & quādo cōpetere poſſit religioſis, ple
ne habetur. 16. q. 1. per totū. De corporali quomodo
quādoq; bonū publicū, & animarū ſalutem reſpicit,
habetur ſatis, 23. q. 1. noli, & per totum, & q. 3. fortitu-
do, & per totū: Ergo certæ religiones ad hoc poſſunt
inſtitui. Nec ob. huic, ſupra de poſtula. c. 2. ubi religio-
ſus ꝓhibetur certare uerbis, multo fortius armis: qa
uerū eſt, ꝙ aduocationis officiū propter aliquid mun
danū religioni reſiſtit, ſed de prælati imperio pro mo
na. pro pauperibus, & miſerabilibus perſonis non, ut
ibi dixi ſuper 1. gl. ſic, & militia talis ſpiritualis, uel cor
poralis, ad quam certæ religiones inſtitutæ ſunt, exer
centur nō ad mundanum commodum: ſed ad chari-
tatis officium: & ſemper de prælatorū licentia. ¶ Ad
8 principale ergo † arguitur, illam religionem maiorē,
quæ habet opera contemplatiua: Vnde Luc. 10. dici-
tur, ꝙ Maria, per quā hæc uita deſignatur, optimam
partem elegit, ſupra de renun. niſi, ad fi. Item Aug. cō
ſuluit tenendum certius, de pœ. diſti. ult. ſi quis, in fin.
Sed hæc uita eſt certior, & ſecurior, vt in præ. c. niſi, ad
id de pœ. diſ. 5. c. 1. in fi. ergo præeligenda, & magis ap
petenda. Sed contra, infra eo. licet, ibi, ſicut maius bo
num &c. cū litera, quæ ſequitur. Si ergo in actiua ma-
ius eſt bonum, & illa religio eſt maior, & potior, quæ
ordinata eſt ad maius bonum, ergo &c. Itē cum om-
nis religio ordinetur ad charitatem, vt dixi, & maiorē
charitatem quis habere non poteſt, quàm ut uitā ſuā
ponat pro amicis ſuis, Io. 15. ſupra de renun. niſi, uerſ.
quippe ad hoc aūt ordinati ſunt ordines militares, de
quibus prædixi, qui etiā ſunt actiui, ergo & illi maio-
res. Dici tamen poteſt, ꝙ iſti ordines militares ordina
ti ſunt ad effuſionē ſanguinis actiuam, non paſſiuā, li
cet paſſiua etiā euenire poſſet. facit de homici. is qui,
li. 6, fateor, ꝙ aliquo caſu martyrum meritum conſe-
qui poſſent, & tunc indubitatum eſt eos alijs religio-
ſis præferri. Item pro hac parte inducitur, ꝙ religio in
eo uidetur ꝑfectior, ꝙ arctior: ſed nil impedit religio
nes ordinatas ad actus eſſe arctioris obſeruantiæ: er-
go ſunt maiores. Solutio, ut ſupra dixi, religiones di-
uerſificantur primò ex parte finis, ſecundò ex parte
exercitij, quia uerò altero maius dici non poteſt niſi
reſpectu eius, quod ab eo differt, principaliter maiori
tatē oportet ex fine attendi: ſecundariò ex exercitio.
Nam comparatio ſecūdum finem eſt abſoluta: quia
finem quærimus propter ſe. Sed ſecunda eſt reſpecti-
ua: quia exercitium non propter ſe quæritur, ſed pro-
pter finem, ex quo ſequitur illā religionē maiorem,
quæ ordinata eſt ad finē abſolute potiorem: uel quia
illud eſt maius bonū, uel quia ordinatū ad plura bo-
na. ubi uerò utriuſque religionis finis ſit idem, atten-
ditur ſecundariò præeminentia, non ſecundum quā-
titatem exercitij, ſed ſecūdum proportionem eius ad
finem intentum. unde in collationibus patrum intro
ducitur ſententia Beati Antonij, qui prætulit diſcre-
tionem: per quam quis omnia moderatur, ieiunijs,
uigilijs, & huiuſmodi obſeruantijs, vt infra dicā. Cum
igitur opus contemplatiuum ſit duplex, ſcilicet ora-
tio, & lectio, ſi una religio eſſet ordinata ad primum
tantum, & ſecunda ad ſecundum tantum, prima eſſet
maior: quia opus orationis nobilius. Nunc autem ad
differentiam contemplatiui, & actiui operis dico, ꝙ
etiam



etiā opus actiuū eſt duplex. Primū deriuatū ex contē-
plationis plenitudine, vt prędicatio, & doctrina. Vñ in
Omel. 5. ſup Eze. dicit Greg. ꝙ de uiris ꝑfectis poſt cō
templationē ſuā redeuntibus dr̄, memoriā ſuauitatis
tuæ eructabūt, hæc meritò p̃fertr̄ ſimplici cōtēplatio-
ni, & ſic loquitr̄ decr. inf. eo. licet. Sicut. n. maius eſt illu
minare, quā lucere tm̄, ita maius eſt cōtēplata aliis tra
dere, q̄ ſolū contēplari. & ex tali mixtura dr̄ hic opus
nobilius. facit p̄dicta decr. niſi, in fi. & hæc ꝑfectio pro
pinquiſſima eſt perfectioni ep̄orū. Secūdū uerò opus
actiuū conſiſtit in exteriori occupatione, ſicut milita
re, eleemoſynas dare, hoſpites recipere, & ſimilia, quę
ſunt minora operibus cōtemplationis, niſi in neceſſi-
tate. 86. di. non ſatis, & c. paſce. Et qa actiuū opus mili-
tiæ ordinatū eſt ad publicā utilitatē, vr̄ eſſe nobilius:
quia ut dr̄. 1. Ethi. Melius eſt bonū gentis, q̄ unius ho-
minis. facit, ſup. de poſtu. bonæ. i. per qđ dicunt aliqui
opus militiæ in religione ordinatū nō ad mūdanum
cōmodū, ſed ad defenſionē diuini cultus, & publicæ
ſalutis, ſubſidiū terræ ſanctæ, ꝑſonarū miſerabiliū, &
patriæ; inter opera actiua nobilius, & ꝑꝑ id religionē
ad id ordinatā nobiliorem aliis ordinatis ad alia purè
actiua. Vnde de Iuda legitr̄. 1. Macha. 3. Præliabatr̄ præ-
liū Iſrael cum lætitia, & dilatauit gloriā populo ſuo.
Ecce, ꝙ pugnauit pro republica. Itē & ꝓ diuino cultu.
unde ibi ſequitr̄ eū dixiſſe, Nos pugnabimus ꝓ anima
bus noſtris, & ꝓ legibus noſtris. Inter actiua uerò, q̄ re
ſpiciunt ſubuentionē priuatorū proximorū, vr̄, ꝙ in-
firmos recipere ſit nobilius, & in primo gradu. in ſe-
cundo captiuos redimere. in tertio hoſpites recipere.
in quarto ad ſuū uictū manibus operari. per quod pa
tet, ꝙ religiones ad hos actus inſtitutæ hn̄t ſm̄ qualita
tē actiuā ſuas p̄eminentias. & ſi una ad plura talia ope
ra ſit inſtituta, alia ad pauciora, & prima nobilior: uel
ſi conuentiora ſtatuta habet ad conſequendū finē ꝓ-
poſitū. Vnde conuenientius ordinatur ad continētiā
maceratio carnis per abſtinentiā cibi & potus, q̄ per-
tinēt ad famē & ſitim, quàm per ueſtium ſubtractio-
nē, quæ pertinet ad frigus, & nuditatē. Illa enim, quæ
ſine diſcretione fierent, facilè adnexum haberent de-
ficiendi periculum. unde dicit Antonius, ꝙ non ſunt
religiones potiores, quia arctiores habeant obſeruan
tias: ſed eo, ꝙ obſeruantiæ ſunt maiori diſcretione or-
dinatæ ad ſuum finem. & Abbas Moyſes in collatio-
nibus patrum, Ieiunia, uigiliæ, meditatio ſcripturarū,
nuditas, ac priuatio omnium facultatū nō perfectio,
ſed perfectionis inſtrumenta ſunt. Et iſta inſtrumenta
lia deſeruiunt tribus eſſentialibus religionis. ad pau-
pertatem labor manuum, & mendicitas: propter quæ
uictum procurant. ad continentiam maceratio car-
nis, ut ieiunia, vigiliæ, & huiuſmodi. ad obedientiam
oratio, lectio, uiſitatio infirmorum, & ſimilibus. Per
hoc ergo remouentur obſtacula impedientia ſuum
religionis finem, vt ſcilicet totaliter tendatur in deum
& charitatis perfectionem. In communi ergo exerci-
tio circa illa tria ſubſtantialia omnes religiones con-
ueniunt, ſed in obſeruantiis uariant, de quibus una re
ligio quandoque plus habet, quàm alia. Ex prædictis
collige triplicem religionis prę eminentiam. una prin
cipaliter & ſecundariò attenditur. ſecunda principali-
ter tantum. tertia ſecundariò tantum. Sed nos canoni
ſtæ non ponderatis his ſubtilitatibus ſolum ſolemus
aduertere, vbi ſit arctior, diſtrictior, durior, vel fortior
modus uiuendi. unde decr. licet, infra eo. in fi. dicit, ui-
tam duceret arctiorem. & ibi etiā præcedit de arctio-
ri & ſanctiori uita. ad idem, ſupra eo. quia in inſulis du
ra eſt &c. Et ſic cum omnes religiones ſint ordinatæ
ad ſummum finem, qui eſt charitas, per quam cōiun-
gitur deo, ut in conſtitutio. Ioannis ad conditorem,
uer. cum enim, & ſic finis ſit idem, ſolum arctiorem
uiuendi modum ponderemus. Vnde, ſi in vna religio
ne ſit ſola contemplatio cum arctiſſimo uiuendi mo
do, poſſibile tamen ſine deficiendi periculo, non ad-
mitteremus tranſitum ad religionem, in qua eſſet cō
templatio, & actio etiam per prędicationis officiū cū
laxo, uel minus arcto modo uiuēdi: quod tamē theo-
logi admitterent ſecundum prædicta, de quo etiam
per Tho. ſecunda ſecundæ. q. penul. articu. 6. & facit
quod infra dicam ſuper 1. gl. & ibi articulo pen. & ult.
tractat etiam Tho. an ex arctiori paupertate in com-
muni, uel ex ſolitudine, de quibus, ſupra dixeram, di-
catur religio perfectior. Ad primum inducitur ꝙ ſic,
illud Matth. 19. Si uis perfectus eſſe &c. ergo aliquorū
etiā in communi retentio minuit perfectionē. ad idē
Matth. 6. nolite ſoliciti eſſe in craſtinum. & 10. Nolite
poſſidere aurum, nec argentum &c. quomodo diuer
ſimodè ad iſta reſpondeatur per Tho. uide ubi ſupra.
Communiter habetur, ꝙ habere aliquid in commu-
ni non minuit perfectionē religionis, per c. expedit,
9 uer. quo facto. 12. q. 1. paupertas † ergo in cōmuni, ut
ſupra ſcripſi poſt Moyſen, inſtrumentū eſt, non eſſen
tia. Vnde Hier. ſuper Matt. dicit, ꝙ Petrus, quia nō ſuf-
ficit omnia relinquere, addit, quod perfectum eſt, ſ. ſe
cuti ſumus te. Paupertas ergo inſtrumentū eſt, in quā
tum diuitiarū remotio tolli tria charitatis impedimē
ta, ſ. ſolicitudinē, quam afferunt diuitiæ, amorem ipſa
rum, & elationem. Primum autē in totum à diuitiis
paruis uel magnis ſeparari nō poteſt. neceſſe eſt enim
hominem aliqualiter circa illa exteriora acquirenda
uel conſeruanda ſollicitari: tamen abundantes diuitię
abundatiorem ſolicitudinem exigunt, per quam im-
peditur animus totaliter ferri in deum: ſed amor diui
tiarū, & elatio non conſequuntur neceſſariò niſi abū
dantes diuitias. Solicitudo tamen circa proprias diui-
tias reſpicit amorem priuatum, & hoc eſt contra reli-
gionis eſſentiam, per quam ſe & ſua contemnit. Sed
circa cōmunes ſolicitari pertinere poteſt ad charita-
tem, licet etiā per id impediri poſſet aliquis altior cha
ritatis actus, ut diuina contemplatio, uel proximo-
rum inſtructio. Eſt autem dicendum religiones con-
ſiderari oportere ſecundum ſuum finem. Religio e-
nim ordinata ad militiam, uel hoſpitalitatem, perfe-
ctior eſt ex diuitiarum abundantia, & ex ipſarum de-
fectu perfectior. Religio uerò ordinata ad contem-
plationem tantum, non habens hoſpitalitatis onus,
perfectior ē ex moderatis diuitiis, ita ꝙ perfectior eſt
ex paupertate, quæ minorem ſolicitudinem tempo-
ralibus ingerit: ſed religio ordinata ad opus mixtum,
& ad contemplata aliis tradenda, debet habere plus
uitam ab exterioribus expeditam, quod fit, dum mo
dica uitę neceſſaria congruo tempore procurata cō-
ſeruantur, exemplo domini, Ioan. 12. & 12. quęſtio. 1.
habebat. Paupertas ergo facit religionem tanto per-
fectiorem, quanto plus proportionatur ſuo fini, ſicut
& medicina non facit maiorem ſanitatem, quia ma-
ior, ſed quia melius morbo proportionata. Et dato,
quòd diceretur, quòd exceſſus paupertatis faceret ꝑ-
fectiorem religionem ſecūdum hoc ꝙ pauperior, nō
tamen faceret illam ſimpliciter perfectiorem. Poſſet
enim alia religio in aliis duobus excedere, quę ſunt
maiora, ſcilicet in continentia, & obedientia, & quod
ſimpliciter in melioribus excedit, melius eſt. 38. diſt.
10 quamuis. ¶ Circa ſecundum † de ſolitudine dicēdum
eſt etiam, quòd non eſt eſſentia, ſed inſtrumentum
perfectionis, & commendabile. 16. q. 1. qui uerè. con-
tra 40. diſtin. quęlibet. Et conſtat, ꝙ non congruit uitę
actiuæ, ſed contemplatiuæ, ſecundum illud Oſeæ. 2.
Ducam eum in ſolitudinem, & loquar ad cor eius.
Religionibus ergo ordinatis ad actum non conue-
nit, niſi forſan ad tempus, exemplo Chriſti, qui aſcen-

dit in montem ſolus orare, Luc.6. & ſic poteſt intelli-
gi de exceſ.præ.c.uno, in fi.lib. 6. Tamē ſciendum eſt,
ꝙ id, quod eſt ſolitariū, ſibi per ſe debet eſſe ſufficiens
ad hoc, infra de ſta.mo.ca.2. Vnde ſolitudo conuenit
contemplanti, qui iam peruenit ad perfectum : quod
dupliciter eſſe poteſt, ſ.dono dei, ut in Io.Baptiſta, qui
ſanctificatus in matris utero, cum puer eſſet, erat in
deſertis, Luc.1. Secundò per exercitiū uirtuoſi actus,
ad Heb.5. Perfectorum cibus eſt ſolidus, eorum ſcili-
cet qui pro conſuetudine exercitatos habēt ſenſus ad
diſcretionem boni, & mali. Ex aliorum autem ſocie-
tate iuuatur homo dupliciter, ſcilicet quò ad intelle-
ctum, ut inſtruatur in his, quæ ſunt contemplanda. vn
de Hiero.ad Ruſticum, Mihi placet, ꝙ habeas ſancto-
rum contubernium, nec ipſe te doceas. 16.q.1. Si cleri
catus, in fin. & ibi de hoc, & c. qui uerè. Secundò quò
ad effectum, ut, ſ.noxiæ affectionis hominis repriman
tur exemplo, & correctione aliorū. unde idem ad eū-
dem, In ſolitudine citò ſurrepit ſuperbia, dormit, quā
do uult, facit quod uult &c. Ad uiuentem, in ſocieta-
te dicit, Non facias quod uis. comedas, quod iuberis,
ſubiiciaris cui non uis. ſeruias fratribus, præpoſitum
monī. timeas ut deum, diligas ut parentem. Et hæc ple
nius uide in Hiero. ad Ruſticum, ſecunda.C.2.diſ. Fa-
tetur autē Tho. ꝙ uita ſolitaria debito modo ſumpta
præeminet uitæ ſociali. unde de iſta tranſitur ad illā,
ut in præ.decr.unica, in fi. de exceſ.præla. Sed ſi abſq;
præcedenti exercitio uitæ ſocialis ſumatur, periculo-
ſiſsima eſt, niſi per diuinam gratiam ſuppleatur, quod
in aliis acquiritur per exercitium uitę ſocialis, ſicut pa
11 tet de beatis Antonio, & Benedicto. ¶ Eſt aūt † ſcien-
dum, ꝙ ſunt religiones quędā, in quibus uiget religio
ſocialis & ſolitaria, ut probatur de uer.ſig.c.pen.lib.6.
unde, ut etiam dixi, ſup.de ele.cum mo. in ordine Ca-
maldulenſi, cui nunc præeſt olim ſocius, nunc pater.
d.frater Bonauētura, cuius ordinis caput eſt in diæce-
ſi Aretina, in quo ſunt Eremitæ fratres in monaſterio
ſocialem uitā ducentes, & ſup. monaſterium in mon-
tis cacumine ſunt cellæ illorum, qui ſolitariam uitam
ducunt, diuiſim locatæ per nemus, ubi eſt uera con-
templatio, & aliquid actionis, inquantum ſibi hortū
ſingulariter colunt. uiget etiā idem, ſed aliter in ordi-
ne Cartuſien. cuius profeſsi licet ut plurimum uitam
ſolitariā ducant in cellis, ſingulis tamen diebus ad miſ
ſam, ueſperas, & matutinum cōueniunt. certis etiam
diebus conueniunt in refectorio, & in collocutorio,
uel clauſtro ſecreto. Et uide quod dicam de deci. c. 2.
12 §.religioſos, lib.6. ¶ Prima † gloſſ.ſignat contrarium,
13 & ſoluit. ¶ *In † gloſſ.prima, ibi, mandamus* ] & de æta.& qua.
intelleximus[ *& ibi, tranſit* ] ibi no.Io.ꝙ hoc.c.eſt diſpē-
ſatio per id, quod dicit, permittas, quod uidetur puer.
fugerat, quod denotat, ꝙ petita non fuerat licētia, niſi
dicas, ꝙ illud fuit allegatio. & exponas.i. fugiſſe dicat,
Hoſt. uel ponitur impropriè[ *& in fine* ] dixit Tho. ſecū
da ſecundæ.q.ult.in 8.memb. ꝙ religio canonī. regula-
rium, & monacorum utraq; ordinata eſt ad opera ui-
tæ contemplatiuæ: inter quæ ſunt præcipuè ea, quæ in
diuinis miniſteriis agūtur, ad quæ rectè ordinatus eſt
ordo canonicorum regularium: quibus per ſe cōpe-
tit, ꝙ ſint clerici, & religioſi. Sed religioni monacorū
per ſe non competit, ꝙ ſint clerici, ut patet. 16.q.1.c.1.
& c.generaliter, in prin. unde licet ordo monacorum
ſit arctioris obſeruantiæ, ſi monaci eſſent laici, liceret
tranſire de monacis ad canonicos regulares, ſm illud
Hiero.16.q.1. Sic uiue. ſed non econtrario, ut in c.mā
damus. Si uerò monaci ſunt clerici ſacris obſequen-
tes officiis, habent id, quod eſt canonicorum regula-
rium, & cum maiori arctitudine, & ſic licitum erit de
ordine canonicorum tranſire ad monacos petita ſu-
perioris licentia. 19.quæſt.3. ſtatuimus, infra eo. licet,
& hoc reſpectu canonicorum religio dicitur laxior,
infra de ſta.mona. quod dei.

ANNOTATIONES.

a ¶ Poterāt. Probatur hoc in tex. ibi, quòd ſi locus, & ibi maioris &c.
b ¶ Prædixi. Facit quod no.inf.de reli.do.inter quatuor, per Io.An.
c ¶ Virtutem. Et pro iſta parte facit regula beati Frā. cum dicit, qui literas ſcierint, ſciant: qui neſcierint, non addiſcant.

*SVMMARIVM.*

1 *Minor 14. profitendo religionem non obligatur, niſi factus maior ratificet, & quot modis ratificet, nu.4. & quo caſu ad minorem tranſire poterit.*
2 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 3. & 4.*
*Epiſcopus diſpenſare poteſt cum religioſo, ut poſſit ad minorem trā ſire religionem.*

## CAPVT XI.

1 Significatum. Caſus. Minor † 14.
profitēdo religio-
nem non obligatur, niſi factus maior ratū
habuerit. & in 1.deciſa conſultatio. in 2.re-
ſponſio ibi, Man. quæ diſtinguit, & ſecundum mem-
brum proſequitur ibi, Si autem[ *Abſolutum* ] quia repu
gnante ætate non tenuit. & dixit Ph i. hic manifeſtè re
probari opinio. Hug. de qua, infra eo. poſtulaſti, in fi.
1.glo. [ *Compleuerit* ] ſupra eo. ad noſtram [ *Prius factam* ]
cum oblatione parentum, uel ſine. ¶ Penultima glo.
2 † reſpondet, per q. & arguit, & illud determinat. ¶ Vlt.
3 glo. obiicit, & ſoluit. ¶ *In † glo. penultima, ibi, obſeruare, in fi-
ne* ] l. 4. eſt, & uide de foro compe. ex tenore, ſuper ulti.
4 glo. ¶ *In † glo. penultima, ibi, remaneat* ] per annum, infra eo.
c.1. lib.6. ubi habes quatuor modos, quibus ratifica-
tur profeſsio minoris facti maioris[ *& ibi, in fi.* ] de hoc
plenè, infra de reg. iu. non firmatur, lib.6. ¶ *In glo. ult.
in fi.* ] uel intellige ſecundum decre. infra eo. conſtitu-
a tionem, in fin. lib.6.[a] Dicit Inn. ꝙ ubi minor facit pro-
feſsionem ex diſpenſatione epiſcopi etiam de leui trā
ſire poterit ad minorem, ut hic. idem Abb. in decr. di-
lectus, de tempo. ordi. ſimpliciter dixit Inno. per hanc
decre. epiſcopum diſpenſare poſſe cum religioſo, ꝙ
tranſeat ad minorem religionem. uide quod not. de
b præben. cum ſingula, §.pen. lib.6. & quod ibi dicam[b].

ANNOTATIONES.

a ¶ Conſtitutionem, in fine lib.6. Et ſic erit tacita profeſsio intra annum probationis; & ſic uera & rata, intellige tacitè, aliàs quam per lapſum. 15. anno. ut ibi no. in gl. hoc poſſet uerificari quò ad tertiam rationem alternatiuæ ibi, ſiue poſt 14. annum compleuerit, cū religionem intrauit &c. ubi fecit expreſſam profeſsionem, & tunc ſtat ſolu. gloſſ.
b ¶ Dicam. Et ſupra eo. non eſt, & per ipſum in Spec. tit. 2. §. ſententiæ quoque, uer. 23.

*SVMMARIVM.*

1 *Si minor. 12. filia à parentibus, uel tutoribus monaſterio tradita, maior facta quo caſu ad ſeculum redire non poterit.*
*Allegare non ſufficit, niſi probetur.*
2 *Diſcretionis annus. 12. in muliere.*
*Velum profeſſionis quo tempore, & quo conſecrationis recipere mulier poſſit.*
*Ex conſuetudine inoleſcente uelle quis quid incipit id, ad quod primum cogebatur.*
*Labor etiam delectat.*
3 *Argumentum à contrario hic, & quibus alijs iuris locis.*
*Aetas nubilis. 12. anno.*
*Pubertas per annorum numerum probatur.*

*Ele-*



*Electio requirit intelligentiam eligentis ad uer. Propoſiti.*
4 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum. nu. 5. & 6.*
*Reſtitutionem petere non poteſt qui ante 25. annum religionem ingreditur, & ratio.*
*Seruire deo, regnare eſt, & libertas nulla maior.*
7 *Oblatio paterna duobus modis facit filium monacum, & quibus.*
*Aetatem non dicitur ſupplere malitia in emiſſione profeſſionis, ut in matrimonio. §. 1.*
*Religionis comparatio cum matrimonio.*

## CAPVT XII.

1 Cum uirum. Caſus. Si filia † minor.
12. à parentibus monī.
tradita maior facta ſpontè ueletur, ad ſecu
lum redire non poterit. & in prima cōſul-
tatio, cui ſecundò reſpondet ibi, Cōſultationi t. tertiò
ſoluit contrarium ibi, Nec obloquitur [ *A parentibus* ]
uel tutoribus. de hoc, ſup. eo. c.2. Hoſt. [ *Accepit* ] facta
pubes [ *Copulauit* ] ſi. infra qui cleri. uel uo. inſinuante
[ *Alligatum* ] hæc eſt uera & communis litera, aliàs alle-
gatum; & tunc ſup. ſecundum Hoſt. & probatum, de
conceſ. præben. cum ſuper. & ſecundum hanc quod
ſequitur, tenebit, ſup. introitus[ *Diſcretionis* ] completo.
2 † ſ. anno 12. & hoc de benedictione ueli ꝓfeſsionis. 20.
q.2. puella. uelum enim conſecrationis ante 25. an-
num recipere non debet ſm Hoſti. qui remit. ſup. eo.
uidua [ *Contraxiſſe* ] Hiero. ad Ruſticum ſecunda. E. Ino
leſcente paulatim conſuetudine, quod primum coge
baris, uelle incipies, & delectabit te labor tuus[ *Obloqui
tur* ] ideſt cōtra loquitur. ſic ſup. de teſta. requiſiſti [ *Con
3 trarium † ſenſum* ] arguit hic iuris lator à contrario, ſic, ſu-
pra de his quæ fi. à præla. cum apoſtolica, in fi. 15.q.3.
ex eo, & c. de crimine, ff. de iuriſdi. om. iudi. l. 1. 25. diſt.
qualis. 32. diſt. hoſpitiolum, Goff. de hoc facit, quod di
xi, ſupra de elect. publicato, ſuper glo. fi. [ *Aetate nubili* ]
12. annorum. & dixit Hoſt. hic ſatis expreſſum, ꝙ per
numerum annorū probatur pubertas; de hoc de de-
ſpon. impu. puberes[ *Præpoſiti* ] ideſt intelligēdo quod
4 ꝓponit & optat. G. ¶ *Gl. † ex hoc* ] obiicit, & ſoluit. ¶ *Glo.
ſed quid* ] quærit, & ſoluit. ¶ Glo. pen. arguit, & determi-
5 nat. ¶ *In † glo. 2. ibi, iudicio* ] & ideò nō dantur iudices, ut
in l. ſequen. ¶ *In 4. glo. ibi. l. pen.* ] incipit, cum quidā. uide
de cleri. ex. latores, ſuper glo. pen. ¶ *In glo. ulti. ibi. l. 2.* ] ui
6 de in c. ad audientiam, in 4. glo. ¶ *In † gl. 2. in fi.* ] is ergo,
qui ante 25. annos religionem ingreditur, reſtitutio-
nem petere non poteſt: quia ſeruit ei, cui ſeruire eſt re
gnare. Goff. & Hoſtien. & idem not. 25. quæſt. 1. c. 1. in
prin. & 20.q.1. illud. Proſper libro Epigramatum. uer.
Libertas. Nulla melior, maiorue poteſtas, quàm ſerui
re deo, cui bene ſeruit amor. facit quod dicam, infra
de uoto, ſcripturæ, & quod no. in Spe. 2. parte, de reſti.
in inte. §. qualiter, uer. ſed nūquid minor. & idem Vin.
a de reſtitu. in integ.[a] tum ex literis. ¶ *In gl. paterna, in fin.* ]
Dicit Hoſtiē. ꝙ poteſt legi diſiunctiuè: quia duobus
7 † modis paterna oblatio facit filium monacū. primò
quia durante pupillari ętate non debet exire. ſecūdò
quia ſi tunc non contradicāt, uidetur conſentire, nec
poteſt decætero reclamare. remittit autem Hoſtien.
ad ſummam eo. tit. §. utrum exire, uer. dicas breuiter.
¶ *In gl. ſed quid, ibi, reſpondeo* ] ſecundum Ala. [ *& ibi, cum
ſimus* ] & infra capitulo primo, libro 6. [ *& ibi, niſi mali-
tia* ] reſpicit hic tantum, quod dixi de matrimonio car
nali. unde dicebat hic Pet. in religione hoc non inſpi-
ci, cum non ſit iure cautum. & decre. ad noſtram, ſup.
eod. dicit inſpici annum conſumatum. nec eſt tanta
aſperitas in matrimonio, ut in religione. Item in ma-
b trimonio[b] obligatur quis homini: quod uinculum
diſſoluitur illius morte, quod non eſt in profeſsione.
de hoc, infra eo. poſtulaſti.

ANNOTATIONES.

a ¶ De reſti. in inte. Et uide gl. ultimam in c. cum dilectus, quod metus cauſa, & pro hoc uidetur tex. in l. ſi ex cauſa, §. Papinianus, ff. de mino. & facit, quod no. gl. 3. & ſuper illa Io. And. in c. ex parte. de reſtitut. ſpo. reſtituitur autem eccleſia læſa propter tranſitum monaci ſui etiam in caſu licito ad ſtrictiorem ordinem, uide Io. And. infra eo. licet, ſuper glo. ſufficit, in fine.
b ¶ In matrimonio. Vide gl. in c. puberes, de deſpon. impube. & uide Io. And. eo. titu. c. fi. in fine.

*SVMMARIVM.*

1 *Monacum profeſſio facit, non habitus tantum.*
*Petitorium, pro petitione porrecta.*
2 *Voti, uel profeſſionis emiſſæ quæ præſumptiones, & quando dicatur utrunq; ſolenne, & quibus ſolennizetur modis & obligetur quis religioni, num. 4. & 6.*
*Habitus religioſus triplex, uer. ceſſat autem.*
3 *Eccleſia circa quæ conſtitutiones faciat.*
*Votum ſolenne in ingreſſu monaſterij ſimile in uiro, & muliere, excepto uelo.*
*Profeſſio quandoque ponitur pro obedientia, in fi. & ei ineſt, nu. 4.*
*Eam an poſſit epiſcopus, & inferior recipere, nu. 4.*
*Profitens ita quando fiet religioſus & in quo loco habitabit, ibid.*
*Votum continentiæ quis recipiat, inter ipſum & profeſſionem differentiæ, ibid. uer. Videtur tamen, cum ſequentibus.*
5 *Epilogus, & additio gloſſarum. nu. 6.*
*Votum ſecundum ſolenne derogat primo ſimplici.*

## CAPVT XIII.

1 Porrectum. Caſus. Profeſsio † facit
monacum, non habi-
tus tantū. Communis diuiſio, ſecunda ibi,
Inquiſitionem [ *Petitorium* ] i. porrecta peti-
tio. ſic, ſupra de reſcri. ſciſcitatus, Hoſ. [ *Grauatus* ] cōpos
tamē ſuæ mētis, inf. eo. c. 2. [ *Se reddidit* ] hic eſt uehemēs
2 † præſumptio profeſsionis, etiā ſi uerba profeſsionis
non expreſſerit, ſicut ſi reddat ſe quis alicui religioni,
quod idē eſt, quod profiteri, qui cleri. uel uo. inſinuā-
te, & per decre. eo. titu. conſuluit. uidetur etiam, ꝙ ꝓ-
mittere obedientiam ſit idem, quod profiteri ſm In-
no. qui dicit quoſdam dicere, ꝙ ſola uerbalis ꝓfeſsio
facta religioni approbatæ de præſenti, non de futuro,
& in manibus eius, qui recipere poſsit, de quo inf. di-
cam, facit monacum, & hoc dirimit matrimonium
poſt contractum. hoc probatur de uoto, c. uno, lib. 6.
Quandoq; tamen ſecundum iſtos aſſumptio habitus
eſt uehemens præſumptio uoti, uel profeſsionis, ut ſi
publicè ſuſcipitur in eccleſia habitus diſtinctus profeſ
ſorū ſeruatis ſolennitatibus monaſterii, ad quod tran
ſit, & tempore probationis ſaltem inchoatæ: aliter nō
haberetur pro profeſſo: ſic intelligatur. 37. diſt. quod
interrogaſti. 27.q.1. uidua, ſup. eo. ſuper eo, & c. uidua.
Ceſſat autē hæc præſumptio, ſi ſumat habitum extra
eccleſiam, & ſine ſolēnitate, qui cleri. uel uo. cōſuluit
& c. inſinuante, uel non probetur contraria uolun-
tas, quod me cauſa. c. 1. ſecundum Inn. qui dicit, ꝙ alii
diſtinguunt triplicem habitum, ſ. profeſsionis, & hic
habet annexum uotum continentiæ, ut præ. c. quod
interrogaſti, & c. uidua. Secundus cōuerſionis, & hic
habet ſimplex uotū annexū, ſup. eo. ſuper eo. Tertius
probationis, & hic nullum uotum habet, ſup. eo. ſup
eo, in fin. & de primo & de tertio, infra eo. ſtatuimus.
Solennizatur & aliter uotum per receptionem ordi-
nis, de uoto. c. uno, li. 6. Item intelligitur profiteri unā
de religionibus approbatis, ſi dicatur, Profiteor ordi-
nem monacatus, licet non dicat ordinem Benedicti,
Inno. tamē dicit etiam aliis modis ſolennizari uotū,
ſcilicet. Si mulier, uirgo, uel uidua uelum uirginitatis,
uel uiduitatis, & ueſtē religioſam acceperit, & in ſcri-

ptis manu propria factis, uel ſuo ſigno ſignatis promiſerit perpetuam continentiam; tale uotum cenſet ſolenne & dirimit matrimoniũ. Idem ſi ſine literis in manu alicuius religioſi uotũ emiſerit, & ueſtẽ mutauerit: uel aliter apparentes ſolẽnitates adhibuerit. j. de cõuer. coniu. ex parte. 2. qui cleri. uel vo. conſuluit, & c. inſinuante, infra de frigi. fraternitatis, uer. & ſi prædicti. tamẽ tales perſonæ non ſunt de foro eccleſiæ, & poſſunt habere proprium, ut præ. c. inſinuante, & 25. q. 1. de uiduis. no. ẽt ipſe Inno. hic, & Hoſti. poſt eum quædã alia de uoto ſolenni recitans opi. Hug. no. infra qui cleri. uel vo. rurſus, q̃ non decido: quia expedita per p̄-
3 ce. decre. unicã, de uoto, li. 6. ¶ Nec † mirum, ſi eccleſia circa efficaciam voti conſtitutiones facit: quia facit ẽt conſtitutiones circa matrimonium dirimendũ, circa baptiſmum, & ordines cõferendos, ut ꝙ ſub certa forma & certis tẽporibus conferantur: imò & circa ſacramẽtum eucha. ibi in canone aliqua addidit; quod dic ut de cele. miſ. cum Marthę. iſta tamen exempla ꝑ omnia non placent Inn. quia quamuis non ſeruantes circa hoc, quæ ſtatuit eccleſia, peccent, & ſint puniendi; non tñ oĩa ſunt de ſubſtantia ſacramentorũ, fatet̃ aũt uterque, ꝙ ſicut mulieres, ſic & uiri circa ingreſſum mona. ſolenne uotum emittunt, excepta aſſũptione ueli, quod uiro non congruit, ſed mulieri tantum. 33. q. 5. hęc imago [*Et infra*] deciditur, quod quærebat, an talis cogendus ſit religionem ſeruare, & procedebat dubium, quia non receperat habitum ꝑm Pet. & Abb. [*Profeſſio*] de qua legitur 20. q. 1. c. fin. & §. fi. Sed & profeſſio quandoq; ponitur pro obedientia, ꝑm Hoſti. de ſimo. ne Dei, de priuile. cum olim. 2. [*Conuertendo*] ideſt illo, qui conuerti deſiderat [*Recipitur*] per hoc
4 dicunt quidam, quòd † profeſſioni inſit obediẽtia, de ſta. mona. cum ad mona. qui profitetur, nõ obligatur etiam ſimplici uoto, niſi ſit, qui profeſſionẽ recipiat, puta Abbas, uel monacus, ſcilicet clericus, uel laicus: nec poteſt fieri profeſſio ab aliquo, ſi nõ ſit alius, qui illam recipiat, & qui illi poſſit dare regulam, & ipſum corpori ordinis aggregare, ſecundum Inno. & de hoc in ſpec. de ſta. mo. uerſi. 9. ad quod inducit Hoſtien. ſupra de ele. cum inter can. & quia inter profeſſionẽ facientem & recipientem debet eſſe differentia, ſicut in caſibus de bap. debitum, de inſti. c. fin. infra de iure pa. per noſtras. non tamen requiritur perſona abbatis: ſed ſufficit ꝙ alius nomine ſuo ipſam profeſſionẽ recipiat ipſo abbate mandante, uel poſtea ratificante. 16. q. 1. Conſaldus, infra eo. ad apoſtolicam, infra qui cleri. vel uo. inſinuante, infra de conuer. coniu. dudũ. Idem uidetur quibuſdam, & ſi in nullius manibus fiat profeſſio: hoc tamẽ acto, ꝙ ipſi abbati acquiratur, infra qui cleri. vel vo. conſuluit. ſed, ut dicit Inno. illa decre. dicit tale uotum non eſſe ſolenne, ſed ſimplex. Quid ſi profiteor in manibus eius, qui recepit nomine abbatis, recipiens tamen nõ habet poteſtatem incorporandi ordini, uel profeſſionem recipiendi, nunquid ſum monacus prius, quàm abbas ratificet? dic ꝙ non, ſecundum Innocen. & Hoſti. cum ſit de futuro, nec dirimit matrimonium poſt contractum. Poſt ratificationem uerò & de præſenti; & tunc dirimit: ſic diſtinguitur in matrimonio carnali contracto alterius nomine, de quo remittit Hoſtien. ad ſum. de ſpon. §. qualiter contrahantur. ad hoc de præbend. ſi tibi abſenti, lib. 6. Sed nunquid epiſcopi poſſunt recipere profeſſionem? dic quod ſic per ſe & alios, etiam ſi profitentes non ingrediantur aliquod monaſterium, uel non profiteantur certam religionem. ſufficit enim, ꝙ habitum mutent, quem portent etiam in domo propria. tales nanque religioſi cenſentur, & uiuent ſub obedientia epiſcopi 33. q. 5. quod deo. 27. q. 1. de uiduis, de conuer. coniug. dudum, qui cleri. uel uo. inſinuante, de quo remittit Hoſtien. de conuer. coniug. ex parte. 2. ad finem. Quid de archidiacono, uel inferiori prælato? Dic, ꝙ recipiẽdo profeſſionem eius, qui uiuere intendit in domo propria, ipſum religioſum non facit, cum receptio talis obedientiæ ſit permiſſa ſolum epiſcopis; adhoc. 27. quæſt. 2. ſi uir. 28. diſtin. nullum. 23. diſtin. nulla, & c. uxor, infra de conuer. coniug. uerum, & ca. cum ſis. uidetur tamen quibuſdam, quod etiam ſimplex ſacerdos uotum continentiæ poſſit recipere, & quod ſolennizetur eo recipiente cum ſuis ſolennitatibus, de conuer. coniuga. dudum: quia, & ſine ſacerdote poteſt hoc fieri 33. q. 2. admonere, & q. 5. quòd Deo. Sunt etiam qui dicunt, ꝙ ſi quis uouet religionem approbatam per ſe tantum, uel in manibus clerici, uel laici recipientis nomine religionis illius, ꝙ ſit ſimplex votum, & ꝙ ſit cogendus ſolennizare uotum per receptionem habitus, & profeſſionem faciendam in manibus prælati illius religionis, arg. infra de uoto, per tuas. Idem uidetur, ſi in genere, & non alicui certæ religioni ſe deuoueat; & tunc recipiens illam uidetur recepiſſe nomine religionis, uel eccleſiæ generalis. Idẽ uidetur, ſi per ſe tantum, & nullo recipiente promiſerit. uide quod dicam de cenſi. ex parte, in gl. no. quod. & ſi forte nõ inueniret religionem, quæ uellet illum recipere, ſit ſub obedientia epiſcopi, & ſit eius monacus, à quo ſibi ſtatuatur certa forma uiuendi, prout expedire uiderit ipſius ſaluti, arg. prædictorum iuriũ. & ſic refert Hoſtien. quòd utitur pœnitentia, aliàs pœnitentiaria. & dato, quòd concederetur uotum continentiæ ſolemnizari per ſolennem emiſſionem, nõ ſequitur per hoc, ꝙ idem ſit in profeſſione: quia profeſſio facta in manibus non habentis poteſtatem incorporandi ordini, ſemper cenſetur de futuro, donec per poteſtatem habentem fuerit acceptata, ut eſt dictum. Sed uotum continentiæ pendet à uouente, nõ à recipiente, & eſt de præſenti, licet nõ ſit, qui uotum recipiat. de conuer. coniuga. ex parte. Diſtinguunt tamen quidam, ut refert Inno. an quiſquis in genere ꝓfiteatur regulam approbatã, puta dicendo, Profiteor regulam Benedicti, & tunc aliquam intrare cogatur: an dicat ſpecialiter, Profiteor regulam mona. ſancti Proculi, & tunc ſi Abbas illius mona. nolit illum recipere, non cogitur alibi ſumere ordinẽ. Hæc diſtinctio non placet Inno. quia profeſſio ſit generalis, uel ſpecialis, ex quo eſt de præſenti, nec diem, nec conditionem recepit poſtea tacitè, uel expreſſè. Secus, ſi eſſet de futuro; puta promitto, ꝙ profitebor in mona. ſancti Proculi, tunc tacitè intelligitur, ſi Abbas recipere uoluerit, alleg. Hoſt. ff. de ſolutio. l. uero procura. [*Abbate*] uel ab alio ad hoc miſſo, infra eo. ad apoſtolicã, qui cleri. uel uo. inſinuante [*Promiſit*] in ipſa profeſſio-
5 ne, quam fecit, Goff. ¶ Prima † gl. alleg. tres concor. & tria iura in contrarium, & ſoluit. ¶ Vlt. gl. dat duas le-
6 cturas. ¶ *In † gl. 2. ibi, expone*] ꝑm Tan. & idem Inno. [*& ibi, debet compelli*] ſi tamẽ profitetur aliam religionem etiam laxiorem, tenet profeſſio: quia ſecundum votũ ſolenne derogat primo ſimplici. inf. eo. qui poſt votum, lib. 6. [*& ibi per tuas*] Dicit Hoſt. ꝙ poſſet fieri uis in uerbis. Si enim dicat, Voueo me perpetuò religioſè uicturum, & talem religionem ſeruaturum, tunc non poteſt reuerti ad ſeculum, infra eo. conſulti, & c. ſtatuimus, quaſi tacitè ſit profeſſus, argum. 28. diſtin. diaconi, niſi ex cauſa proteſtetur contrarium, ſupra quod metus cauſa, capitu. 1. Si uerò dicat, Voueo me intraturum talem religionem, tenetur ingredi: poteſt tamen intra annum exire, niſi appareat eum uoluiſſe uitam mutare. quò ad eccleſiam enim requiruntur de hoc indicia, infra eo. non ſolum, lib. 6. quantum ad animæ ſalutem uideat ipſe, quid intendebat, & relinquatur conſcientiæ ſuæ, de iureiu. mulieri.

*SVM-*



*SVMMARIVM.*

1 *Si minorem filium pater offert monaſterio, factus maior poteſt exire.*
1 *Poſſeſſio exigit annos diſcretionis completos.*
*Monaſterio ſe cum bonis dare habet uim profeſſionis.*
2 *Legitima cuius ſit dominium patre ingrediente religionem, & offerente eum cum bonis ſuis monaſterio, & quota pars ſit, nu. 3.*
3 *Additio gloſſarum.*

CAPVT XIIII.

1 CVm ſimus. Caſus. Si † pater filium minorem offert monaſterio, ipſe factus maior poteſt exire. Communis diuiſio. ſecunda ibi, Diſcretioni [*Relatum*] per te, quod patet, infra ibi, reſpondemus [*Attingente*] nec hoc ſufficeret, niſi compleuiſſet, ſupra eo. ad noſtram [*Contuliſſet*] reddendo ſe cum ipſis bonis, quod uim profeſſionis obtinet, ſupra c. proxi. ſecundum Inno. [*Et infra*] quærebatur de filio id, quod patet ex ſolutione [*Induci*] notat cum ad hoc monendũ, ſic, ſup. de his, quæ fiunt à præla. cum apoſtolica [*Quia tunc*] ſcilicet completo. 14. anno, uſq; ad finem. 15. inf. c. 1. lib. 6. [*Eum*] ſcilicet regularem habitum [*Poſtulare*]
2 dubitari poteſt, quãdo † pater ingreditur religionem, & offert bona ſua monaſte. & filium, quem habet impuberem, cuius ſit dominium legitimè prius, quàm puer ueniat ad pubertatem, ſatis uidetur per hanc lite-
a ram, ꝙ ſit mona. ſed ſub conditione[a], ſi puer factus pu-
3 bes in monaſterio manſerit. ¶ *In † gl. penul. ibi, ſecundùm numerum filiorum*] ut quatuor, & infra habeant tertiam
b 6. uel ſupra habeant dimidiam[b], ut ibi. ¶ *In gl. ult. in fi.*] & not. de teſtamentis, Rainutius, in gloſſ. not. quòd quartum, Ioannes Andreæ.

---

ANNOTATIONES.

a ¶ Sed ſub conditione. Quia monaſterium tenet locum patris, nec eſt legitima niſi poſt naturalem patris mortem, ut l. fi. ff. de libe. agno. & l. 1. §. ſi impubere, ff. de col. & utrobiq; uide Bart. & uide doct. in auct. ſi qua mulier. C. de ſacroſanctis eccleſiis.

b ¶ Habeant dimidiam. Sed an iſte filius ſtatim habebit legitimam, uel expectabitur mors naturalis ipſius patris? uide Bart. in auct. ſi qua mulier, alleg. in gl. & ibi Bart. tenet, quòd poſt naturalem mortem. Bald. ibi contradicens hic eſſe caſum in hoc capitulo, quem dicit alibi non reperiri.

*SVMMARIVM.*

1 *Furioſus profitendo non obligatur, niſi factus ſanæ mentis habuerit ratum, & num. 2.*
*Repugnantia ut ſit, ut intelligatur.*
2 *Ratificatio ualidat, & ex poſt facto conualeſcit, quod ab initio tenebat.*
3 *Epilogus, & additio gloſſarum. nu. 4.*
*Furioſus tempore declinantis furoris teſtari poteſt.*

CAPVT XV.

1 SIcut tenor. Caſus. Furioſus † profitendo nõ obligatur, niſi factus ſanæ mẽtis ratũ habuerit. Et in prima decisa conſultatio. in ſecunda reſpõſio ibi, Conſultationi [*Repugnantia*] hoc uerum, ſi de eodẽ momento tempus intelligatur. ex interuallo uerò potuit eſſe utrunq;, ſecundum Hoſt. Erat autẽ repugnãtia, quia poſitus extra ſe nec ſperat, nec deſperat [*Monacali*] deputato profeſſioni, Innoc. & Abb. [*Fecerit*] uel
2 iam factam † ratam habuerit, ſup. eo. ſignificatum, in fi. ſupra quod metus cauſa. c. 1. in fi. & uidetur ratificare, ſi quàm cito factus eſt compos mentis, de hoc certificatus non contradicat, argum. 17. q. 1. conſaldus.
3 Hoſtien. ¶ Prima † gl. ponit caſum. ¶ Tertia gl. reſpondet per queſtionem, quam ſoluit, & ſolutioni obiicit.
4 ¶ *In † gl. 2. ibi, Cum precum*] uide de proba. licet, ſuper 6. gl. ¶ *In gl. 3. ibi, §. præterea*] furioſum in ore, quo furor declinauit, teſtari poteſt. ¶ *In gl. ſi autem, §. præterea*] & ſup. eo. porrectum, & inf. eo. ſicut [*& in fine*] dic ut ibi no. & in dicta decre. cum dilectus, in glo. hoc ideò.

*SVMMARIVM.*

1 *Profeſſio fieri & recipi poteſt intra probationis annum, & quando, num. 2. & à quo, ibid.*
*Eius debet tempus reſtringi, & quo caſu.*
*Diligentia adhibenda in deliberatione gerendorum, & ratio.*
*Pœnitentia ſera non ualet.*
2 *Profeſſionis non mendicantium, & mendicantiũ tempus differens.*
3 *Multa fieri prohibentur, quæ facta tenent, quomodo intelligatur hæc regula.*
*Contra prohibitionem ſimplicem quod fit, non ualet.*
*Paſſim, ideſt indifferenter.*
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 5.*
*Militis quotidiano armorum exercitio parati eſſe debent.*
*Ignorantia tenentem in ſuo fundo colonum alienum non excuſat à pœna.*
*Ignotum tenere ad rationem criminis ſufficit.*
6 *Additio gloſſarum, nu. 7.*
6 *Probationis tempus quantum, & poteſt arctari, & prorogari, nu. 7. quærit.*
7 *Iuri introducto in fauorem omnium quando quis poſſit renunciare.*
*Renunciatio ex una parte tantum hic an ualeat, uer. quærit Hoſt.*
*Ad religionem ſeruandam poteſt quis obligare ſe manens in domo ſua, uer. item plus.*
8 *Iuri ſuo quibus caſibus non poſſit renunciare.*
*Pacta, quæ inualida.*
*Speculator curioſus exquiſitor.*
9 *Admittere quemlibet in domum ſuam non expedit, & ideò diligentia, quis admittatur, adhibenda.*
*Ne mus in pera, prouerbium quibus conuenit.*

CAPVT XVI.

1 AD apoſtolicam. Profeſſio † fieri & recipi poteſt infra probationis annum. & in prima decisa duplex conſultatio. in ſecunda reſponſio, ibi, Quæſtionibus. in qua 1. reſpondet ad primã. ſecundò ad ſecundã. ibi, Prohibẽdũ. & pars, infra titu. 1. ad apoſtolicam [*Interdicat*] hoc uerũ, niſi quãdo per ingreſſum fiat alteri graue præiudiciũ, tunc enim tempus reſtringitur, inf. tit. 1. ex publico [*Et infra*] deciduntur hic duæ q̃ones archiepiſcopi Piſani. Prima, utrum teneat profeſſio infra annũ. ſecũda, an Abbas licitè illam recipiat, infra annũ [*Ille*] ſcilicet qui cõuertitur [*Diligenter*] licitè, ne poſtea cõtingat pœnitere, licet ſerò, arg. ſup. de ſeruis nõ ordi. c. 1. cum ſuis cõcor. [*Non habetur*] concor. de cleri. peregri. c. 1. [*Regulariter*]
2 tempus regulare eſt annus [*Profeſſionem*] in ordine † nõ mendicantium: de mendicantibus uerò dic, ut infra eo. non ſolum, & c. conſtitutionem, lib. 6. [*Vel alium*] de hoc ſatis, ſupra eodem porrectum [*Et monacalem*] ſi intelligatur de habitu profeſſorum tantum, poteſt exponi, &, pro uel [*Vterque*] ſcilicet qui conuertitur per ſe, & Abbas pro mona. ſed forte hoc uerum eſt, ſi Abbas hoc faciat conſultis fratribus: aliter non, arg. infra de ſta. mona. monaci. de tranſactio. contingit [*Cenſendus*] nec ob. quòd prohibetur recipi profeſſio infra annum, quia multa & c. ſic continuatur, quod ſe-
3 quitur [*Obtinet*] hoc intellige, cum † alia prohibent, alia

nel cadem dicunt contra factum ualere; & ſic intel-
lige iura in glo. allegata. aliàs quod fit contra ſimpli-
cem prohibitionem, non ualet. T. & ſufficit legiſlato-
rem & c. C. de legi. non dubium, ſm Goff. facit, quod
no. 10. diſt. uides, & infra de ſpon. duorum. tua [*Prohi-
bendum*] hic reſpõdet ſecundæ qõni [*Paſſim*] ideſt indif
4 ferenter. ¶ Prima † gl. reſpondet per qõ. quam dupli-
citer ſoluit: ſed primam approbat, ¶ Secunda gl. reci-
tari poteſt per contrarium, ꝙ alter ſolus renunciet, d.
l. quod fauore. ſecundò ꝙ etiam uterque non renun-
5 ciet, per c. ſi diligenti. ¶ *In† gl. 2. ibi, quod fauore*] uide de
mu. pet. c. 2. ſuper glo. 2. [*& ibi, per fundum*] uide de ſen-
ten. excõ. officii, ſuper 1. gl. [*& ibi, ſi quis in conſcribendo*]
hanc & ſe. uide in c. ſi diligenti, ſuper 1. glo. ¶ *In glo. pen.
ibi, contra publicam*] non facit, ſed lex ſequens, quæ inci-
pit, milites. ibi, armorum quotidiano exercitio ad bel
la ſe præparent [*& ibi. §. ulti.*] uide de renun. c. 1. in ter-
tia glo. [*& ibi. l. ult. §. 2.*] Incipit, ſeruorum. uide de cle-
ricis peregri. c. 1. ſuper 3. glo. [*& ibi. l. una, lib. 11.*] qui co
lonum alienum in ſuo fundo tenuit, punitur, nec ex-
cuſat ignorantia, quia ad rationem criminis ſufficit,
ꝙ tenuit, ignotum [*& ibi. l. 1. in fi.*] uide in c. de cauſis,
6 ſuper ult. glo. ¶ *In† glo. 1. ibi, arbitrarium*] ſimile quod no.
34. diſt. fraternitatis. 3. in fi. & ſup. de offi. deleg. de cau-
ſis [*& ibi, dici conſueuit*] ſecundum Ioannem. Sed Hug.
dicit, ꝙ ſi uita, & conditio hominis ſit nota, probatur
per annum, & ſic loquitur. c. Conſaldus. Si uerò con-
ditio nota eſt, ſed uita ignota, tunc probatur per bien
nium, & ſic loquitur c. monaſterijs, quòd ſi utraque
ſcilicet uita, & conditio ſit ignota, tunc probatur per
triennium; & ſic loquitur. c. ſi quis incognitus [*& ibi,
capitula prædicta*] ut notatur in c. Conſaldus [*& ibi, diuer
ſitas*] quaſi hodie conſideremus annum tantum. Sed
Hoſtien. dicit, ꝙ cum illa iura non ſint expreſsè corre
cta, per glo. capitaneam corigenda non ſunt, quæ glo.
tranſgrediuntur terminos ſuos ſecundum eum con-
tra decre. infra de ſepul. fatetur tamen, ꝙ conſuetudo
hoc approbat, quòd hodie ponderemus annum tan-
tum: quare uidetur id in iudicijs tenendum, argumen
to. 4. diſtin. §. leges, de ſepulturis certificari. ff. de legi-
bus. le. minime, & facit de decimis, paſtoralis, in prin
7 cipio. ¶ *In gl. 2. ibi, in fauorem utriuſque*] Dicit † Goff. imò
in fauorem omnium religionum, & monaſteriorũ,
& omnium profiteri uolentium, propter quæ uide-
tur, quòd renunciari non poſsit, de foro competen-
ti, ſi diligenti, de ſententia excommu. contingit. Dicit
ſoluendo, quòd iuri introducto in fauorem omniũ,
de quorum numero quis eſt, renũciare poteſt, inquã-
tum perſonam ſuam tangit, niſi contrarium reperia-
tur in iure. remittit tamen ad nota. in prælle. decreta.
ſi diligenti [*& ibi, quod fauore*] & infra de regulis iuris,
quod ob gratiam, lib. 6. [*& ibi, Sabinus*] & infra de re-
gulis iuris, iure communi, lib. 6. Quærit Hoſtien. quid
ſi fiat renunciatio ex parte mona. tantum, ut quia in-
grediens proteſtatur, quòd per lapſum temporis non
intendit obligari religioni, & Abbas & monaci con-
ſentiunt huic proteſtationi, renunciantes huic iuri &
ſimilibus, nunquid ualeat renunciatio? Videtur quòd
non: ne ſit claudicatio. ad hoc de arbi. c. fi. & non licet
actori & c. de regulis iuris, non licet, lib. 6. Dicit autem
contrarium eſſe uerum: quia ſicut hoc tempus arcta-
ri poteſt ex cauſa, ſic & prorogari ſaltem uſque ad ter
minum, argum. ſupra gl. proxima, & de hoc infra eo.
ſtatuimus. Item plus pendet obligatio ex parte ingre-
dientis, quàm recipientium, cum & ipſe ingrediens in
domo ſua manens poſsit ſe obligare ad religionem
ſeruandam. de hoc dixi, ſupra eo. porrectum, & quia
maius periculum imminet ingredienti quàm recipiẽ-
ti, & ideò plus conſulendum. 42. diſtin. quieſcamus. &
ſic dicit in quibuſdam ſe uidiſſe ſeruatum [*& ibi, in con
ſcribendo*] & in leg. pactum inter hæredem, ff. de pactis,
8 no. quidam † caſus, in quibus quis non poteſt iuri ſuo
renunciare, & Goffred hic. no. 18. legales caſus de hoc
quos poſt eum notauit etiam Hoſtien. libenter uidiſ-
ſem, quòd Speculator in titulo de renunciatione, &
concluſ. uel ſaltem de pactis propter id, quod in fine
dicam, enumeraſſet hos caſus, cum horum ſimiles ſo
leret curioſus exquirere, ut remittendo me exoneraſ-
ſem ab eo, quod non libenter aggredior. caſus autem
ſunt hi. Primus in creditore, qui pignus uendere po-
terit debitore ceſſante ſoluere poſt trinam monitio-
nem, non obſtante, quòd pactum fecerit de non uen
dendo. ff. de pignor. actio. l. 4. Secundus, quia per pre-
cium libertas reuocandi precarium infringi non po-
teſt. ff. de procuratoribus, cum precario, ſupra de pre
cari. cap. ultimo. Tertius, quia ſi conuenit debitor ſol
uere, nulla exceptione obſtante, nihilominus excipit.
Dicit Hoſtien. niſi ſpecificatis quibuſdam exceptioni
bus, ſequatur generalis clauſula. ff. ſi quis cautio. ſed
& ſi. §. quæſitum. Quartus, quia ſi pepigerit mulier de
dote ſoluto matrimonio retinendá per maritum, ille
tamen propter id profecticiam retinere non poterit.
C. de pactis dotali. l. ſi. conuenerit. Quintus, ſi conue-
nerit maritus inſolidum conueniri pro dote, non cõ-
uenietur, niſi inquantum facere poteſt. ff. ſoluto ma-
tri. l. alia. Sextus, dato, quòd ſi conſentiam, quòd infa-
mis poſtulet, nihilominus remouetur. ff. de poſtula.
quos prætor. Septimus, ſi uſufructuarius conſentiat
proprietario, quòd imponat ſeruitutem rei, in qua
percipit uſufructum, non tenet impoſitio. ff. de uſu-
fruct. ſed & ſi quid. §. ultimo. Octauus, ſi uelit domi-
nus, quòd ſerui contra eum interrogentur, non eſt au
diendus. C. de quæſtionibus. le. ſeruus. Nonus, ſi pa-
ciſcar, quòd furti non agam, non ualet pactum. ff. de
pac. ſi unus. §. pacta. Decimus, non poteſt per pactum
repudiari ius agnationis. ut in le. ius agnationis, ff. de
pact. Vndecimus, nolens etiam non poſſum militem
contra me in procuratorem recipere. ff. de procura. fi
lius. §. ueterani. Duodecimus, iuramẽtum calumniæ
pacto remitti nõ poteſt. C. de iuramento calumn. l. 2.
§. ſed quia; quod dic, ut eodem tit. c. 2. §. 2. libro. 6. De-
cimuſtertius, non nocet libero homini etiam ſcienti,
ſe liberum, ſi ſcribat in inſtrumento ſe ſeruum. C. de
liber. cauſa, nec ſi ſciens. Decimuſquartus. alimenta-
rius quantumcunque tranſigat ſine prætoris auctori
tate, remittere non poteſt alimenta. ff. de tranſact. le.
cum hi. Decimuſquintus, ſi filius recepta pecunia à
patre paciſcatur, quòd non aget querela, non ualet.
C. de inoffici. teſta. ſi quando illud. Decimuſſextus, in
caſu legis, ſi conuenerit. ff. de iuriſdictione omnium
iudi. quam uide de iudi. cap. 1. Decimuſſeptimus, ſi pa
ciſcatur debitor, quòd creditor pignus habeat in ſo-
lutum, ſi ad certam diem non redemerit, non ualet.
C. de pac. pi. l. fi. & ſupra. de pig. ſignificante. Decimuſ-
octauus, ſi permittat ſe quis in ſeruum uendicari, non
ualet, quod agitur, & poſſunt cognati eum inuitum
defendere. ff. de liber. cauſa. l. 1. 2. & 3. dicebat Hoſtien.
poſt hanc glo. Goffre. quod diligenter aduertens ui-
debat, quòd multi ex his caſibus potius ſunt exempla
pactorum inualidorum, quàm de renunciatione iu-
ris. unde ut dixi in princ. legiſtæ ſub titu. de pactis po-
9 nunt hos caſus. ¶ *In glo. penul. in fi.*] nec expedit † quem-
libet admittere: quia turpius & c. de iureiur. quemad-
modum. & eſt compertum, quòd monaſterium pa-
cificum recepto aliquo litigioſo non quieſcit. Con-
ſulit ergo Hoſtien. quòd diligenter probetur, qui reci
pitur, ne mus in pera & c. infra de Iudæis, & ſi Iudæos.
¶ *In glo. ultima in fine*] dicit Hoſtien. quòd hodie locus
eſt penæ decre. non ſolum, infra eodem, lib. 6. ſed dic
illud uerum in ſuo caſu.

*SVM-*



*SVMMARIVM.*

*1 Profeſſionem qui fecit, habitu recepto, licèt nunquam in clauſtro manſerit, ſed in ſeculo proprijs uſus fuerit ad ſeruandam religionem cogitur?*
*2 Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 3.*
*Per mente ſanum facta tranſactio ualet, licet corpore languidum.*
*4 Additio gloſſarum.*
*Monacari quibus caſibus liceat timore mortis.*
*Mortis timor immittitur aliquando ad animæ ſalutem.*
*Reſtitutio aduerſus religionis profeſſionem denegatur.*
*5 Bona mortui, quem uiuum, non reuocauit, an & cui prælatus repetere poſſit.*
*Iuriſdictio epiſcopalis eſſe non debet alligata.*

CAPVT XVII.

1 SIcut nobis. Caſus. Qui † profeſsio-
nem fecit, & habitũ re
cepit, licet nũquam in clauſtro manſerit,
ſed in ſeculo propriis fuerit uſus, ad ſeruã-
dam religionem compellitur. Communis diuiſio. ſe-
cunda ibi, Fraternitati, in qua primò ſoluit caſum. ſe-
cundo ibi, Cùm quod, ſoluit obſtaculum [*Morte proxi
ma*] aliàs quilibet eſt de morte ſecurus, Pet. [*Habitum*]
profeſsioni deputatum, Inn. uel fecit etiam profeſsio
nem expreſſam, ſm Hoſt. [*Scientibus*] hæc inducebant
dubitationem, cui ſatisfiet in fi. [*Et infra*] quærebatur,
cum dimiſiſſet habitum, an cogendus eſſet ad illum
reſumendum [*Cogendus*] non obſt. 17. q. 1. Conſaldus,
2 quia ibi nõ fecit profeſsionem, Hoſtien. ¶ Prima † gl.
3 quærit obiiciendo, & ſoluit. ¶ *In† 1. glo. ibi, ſanum mente*]
ualet tranſactio facta per mente ſanum, licet corpore
4 languidum. ¶ *In† gl. 1. in fi.*] q. d. iſte timor appetendus,
& ille fugiendus. dicebat Hoſt. monacatur quis, aut
timore mortis naturalis, aut accidentalis: & tunc aut
caſualis, aut uiolentæ. primo caſu, ut in grauiter infir
mo, & ſecundo ut in timente nauis periculum, incen
dium, cladem, & aliam peſtem, quæ forſan ad cõuer-
ſionem hominum deus immittit. 16. q. 1. reuertimini,
de conſecra. diſtin. 4. ſanctum, in aucten. ut non luxu.
contra naturam. 1. reſpon. & 1. §. collat. 6. non impe-
ditur monacatus, ut hic, & infra titu. 1. ex parte Abba
tis, ſupra eo. titu. porrectum. in tertio uerò caſu non
tenet uotum, ut in cõtrario. Ratio diuerſitatis, quam
reddit gl. Item quia ultimo caſu immittitur timor ab
homine, contra cuius uiolẽtiam ſubuenitur, ff. quod
metus cauſa, per totum. In primis duobus immittitur
à deo forſan ad animæ conuerſionem, ut dixi. contra
quod bene non competit reſtitutio, ut dixi, ſupra eo.
cum uirum, nec eſſet maior, qui illam dare poſſet, de
maio. & obe. cum inferior. ¶ *In gl. 3. ibi, non debet*] V in. 5̃,
5 ſecundum quem poteſt † prælatus, qui prius hoc ui-
a dit, & tacuit, ſe corrigere, & repetere bona non ſibi,[a]
ſed eccleſiæ: non enim debet epiſcopalis iuriſdictio eſ
ſe alligata. 25. q. 9. quod quis, & ſup. de offi. ordi. irrefra
gabili, quod ſatis uidetur. nec ob. iura. infra alleg. pro
quo facit, quod notat ipſe Ber. ibi, in fine pen. glo.

ANNOTATIONES.

a ¶ Bona non ſibi. Ad hoc de rebus eccle. non alie. ſi quis, ubi uide-
tur, eccleſiam rem alienando poſſe illam repetere: fortius hic, vbi
perſonam per ſolá taciturnitatem ab eccleſia ſegregari permiſit.

*SVMMARIVM.*

*1 Tranſire, quando profeſſus religionis priuilegiatæ ad arctionem regulam poſſit.*
*Non obſtante in contrarium priuilegio, & quo modo, nu. 2. & 6.*
*Diuiſio decretalis.*
*2 Tranſire de una religione ad aliam quando liceat, & cur abſq; cauſa prohibitum, nu. 7. 21. & 22.*
*A profeſſione, quam quis ſemel elegit, non diſcedendum, & ratio.*
*Virtutes qui uult omnes pariter attentare, nullam integrè conſequitur.*
*In peregrinatione uitam agentibus nullas habet amicitias.*
*Planta non collaſcit, quæ ſæpe transfertur.*
*3 Lex unicuique poſita, excepto iuſto & quo caſu.*
*Ratio, & mens conſiderandæ.*
*Per humilitatem quæ excludantur.*
*Per puritatem quæ.*
*Frugis, pro fruitione.*
*4 Inſpirationi diuinæ non contradicendum, an & quando in caſu decretalis præſumatur, nu. 5. 6. & 18.*
*Argumentum à minori.*
*5 Licentia tranſeundi quare petenda, & non deneganda à ſuperiore.*
*6 Quibus ex cauſis poſſit denegari petendi tranſitum.*
*7 Eam petentem quid ſi Abbas tergiuerſatur ut hic, uel denegat, nume. 21. §. 1.*
*8 Clericus ſecularis an tranſire poſſit non petita licentia, & an poſſit reuocari, & quando, num. 22.*
*Superior quis adeundus, negata licentia.*
*9 Monacus, qui tranſiit, pendente lite an licuerit tranſire, reſtituendus Abbati. & quando. & aliàs ubi morabitur, nu. 11.*
*Ad monaci reuocationem quæ competant actiones Abbati, & quando, num. 11.*
*10 Licentiæ denegatæ cauſa requirenda, quam ſi ſuperior nolit credere, cui imputandum.*
*11 Monacum ſi monaſterium, ad quod tranſiuit, exponat, quid iuris, uer. ſed quid.*
*12 Si ex temeritate tranſierit, adiudicabitur priori monaſterio, & punietur. ſi uerò bene, punietur Abbas quo caſu.*
*Monacum recipere cogetur monaſteriũ, ad quod tranſiit, & quãdo.*
*13 Tranſeuntem an ſtatim Abbas alterius monaſterij debeat recipere.*
*14 Ordinare ſi epiſcopus denegauerit monacos priuilegiatos, licet à quibuſcunque catholicis epiſcopis ordinari.*
*Præſulatus, pro epiſcopatu.*
*15 Abbas, uel prælatus inferior an poſſit abſque obtenta licentia trãſire ad aliam religionem.*
*16 Epiſcopus quantum aſtrictus ſit utilitati communi, & eſt uicarius Dei.*
*Silentium attribuitur monaco.*
*Doctrina epiſcopo.*
*17 Tranſitus eſt quadruplex, & quando non ad derogationem ordinis relicti.*
*18 Bona uolũtas per exteriora, quæ bona appareat, præſumitur bona.*
*19 Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 20.*
*Iudæi duobus caſibus perdunt hactenus ſibi permiſſa.*
*De epiſcopo deponitur querela coram archiepiſcopo.*
*De archiepiſcopo iter ad patriarcham.*
*De iactu mercium quibus caſibus quis teneatur, §. fin.*
*21 Additio gloſſarum.*
*Tranſitum qui fecit ad aliam religionem non petita licentia, quare reſtituendus, cum poſtea ea petita & denegata poterit ad ſecundum redire, uer. & ſi dicas.*
*Contra ius quæ facta ſunt, licet ſi iteretur ſecundum ius de eodem, & ſuper eodem, tamen iuri ſatisfaciendum, addit etiam ratio. ibidem.*
*22 Eccleſia reſtituitur & quibus de cauſis, & quando.*
*Alienatio maior perſonarum, quàm rerum.*
*Lex priuata, quæ hic, & quæ publica.*

CAPVT XVIII.

LIcet quibuſdam. Caſus. Profeſſus religionis priuilegiatæ, quòd de illa ad aliam etiam arctiorem tranſire non poſsit, petita prælati ſui licentia, quamuis non obtenta, poterit zelo ſanctioris uitæ arctiorem regulam profiteri. & prima pars ponit exordium. ex quo ſecundò factum diffinit ibi, Cum ergo. prima facit 5. primò ponit formã priuilegii. ſecũdo ipſius interp̃tationẽ, & interpre-

tationis cauſam ibi, Quia tamẽ.tertiò illam fortificat
ibi, Cum etiam.quartò illam reaſſumendo ſpecificat
ibi, Quocirca.quintò fortificationem determinat ibi,
Illa ſemper [*Canonicis*] regularibus [*Templarijs*] in decr.
ad audientiam,e.ti.alias de ſta.mona.quam hodie nõ
habemus, Goſ.[*Apud eos*] i.eorum ordinem [*Tranſire*]
2 ſup.temerariè, ſecundum Inno. non † enim impedit
a priuilegium diſcretum tranſitum, [a] dummodò petat
ſuperioris licentia, niſi forſan in priuilegio eſſet exp̃ſ-
ſum, ꝙ non ſufficeret petere licentiam, quod uidetur
eſſe conceſſum Ciſtercienſibus, ſecundum Hoſt. ſup.
eo.non eſt [*Vt*] ſup.ſic [*Apoſtolum*] i.ad Cor.6.[*Vocatio
ne*] i.religione, uel eccleſia, Inno. [*Vocatus*] per primã
profeſſionem. unde bene dicimus, ꝙ ſine magna ne-
ceſsitatis, uel vtilitatis cauſa non debet quis de vna re-
ligione ad aliam tranſire tum per hanc auctoritatem:
tum quia per id ſcandalizantur primi dimiſsi: tum qa
uerisimilius eſt, quem proficere in religione, quam
aſſueuit, quàm in illa, quam non aſſueuit ceteris pari-
bus. unde in collationibus patrum legitur, abbatem
Neſtorium dixiſſe. unicuique utile eſt, ut ſecundum
propoſitum, quod elegit, ſummo ſtudio ac diligentia
ad operis apti perfectionem peruenire feſtinet, & ne-
quaquã à ſua, quã ſemel elegit profeſsione, diſcedat,
& rationem ſubdit. Impoſsibile enim eſt vnũ eũdem-
que hominẽ ſimul uniuerſis fulciri uirtutibus, quas
qui uoluerit pariter attentare, in id incidere eum ne-
ceſſe eſt, ut dum omnem ſectatur, nullam integrè cõ-
ſequatur. Huic conuenit Marcus Varro dicẽs, ꝙ nun-
quam perueniet, qui, quot uidet calles, ſectatur. & Se-
ne.epiſtola.2. Primũ argumentum compoſitæ men-
tis exiſtimo poſſe conſiſtere, & ſecum morari. Item
ibi, Nuſquam eſt, qui ubique eſt: & in peregrinatio-
ne uitam agentibus hoc euenit, ut multa hoſpitia ha-
beant, nullas amicitias. Item nõ coaleſcit planta, quæ
ſœpe transfertur [*Vbi ſpiritus*] 2.ad Cor.3.[*Sub lege*] de
3 fructibus huius ſpiritus ad Gal. 5. in fin. [*Poſita † iuſto*]
in hoc caſu: alias non eſſet etiam iudex, niſi ſit in ipſo
iuſticia, infra de uerb.ſigni.forus, & quilibet aſtrictus
eſt ſeruare iura, de conſti.c.1.& ulti. Hoſt.[*Ratione*] no.
conſiderari rationem, de præben.ratio.& mẽtem, de
uer.ſign.intelligẽtia [*Præſumptum*] quibus fuit per pri-
uilegium obuiandum [*Humilitatem*] per hoc excludi-
tur præſumptio, & temeritas [*Puritate*] per hoc exclu-
dit leuitas, & iactura prioris ordinis [*Poſtulandam*] cau-
ſa rationabili aſsignata [*Frugem*] i.fruitionem. T. ſic in-
fra titu.proxi.gaudemus [*Adimplere*] ſua auctoritate,
4 Inno.[*Proterua*] ex quo contradicit † inſpirationi diui-
næ. & hoc uerum, cum hoc conſtat, uel cum probabi
liter præſumitur inſpiratus: ſecus, ſi dubitetur, infra e.
ſi uerò. Ho.[*Romanus pon.*] de quo minus uidetur, mul-
to fortius alij, de quibus magis uidet. ad hoc de elec.
cum in cunctis, & facit ſi. huic, de maio.& obe.dilecti.
Hoſtien.[*Supremam*] 9.q.3.cuncta, de electio.licet, in fi.
5 [*Quia ſicut*] hic redditur ratio, quare ſit † petenda licẽ-
tia, & quare petita ex cauſa rationabili non ſit dene-
ganda [*Puritate*] debet de honeſtate ſecundum Pet. &
Abb. & dicit Pe. ꝙ per auctoritates ſupra inductas de
ſpiritu hoc ſeruatur ſcilicet, ꝙ ad ſtrictiorem tranſiẽs
non petit licentiam. hoc puto falſum, [b] & uidi etiam
ſeruari contrarium [*Inſpiratum*] hoc quando de inſpi-
ratione non dubitatur, & ſic continuatur, quod ſeq-
6 tur [*Probabiliter*] pone habuit † uerba cum prælato, &
c iurauit forte [c], quod habes, ſupra de iureiurã. ſicut. vel
eſt ſicut arca domini, nõ poteſt quieſcere: uel religio,
ad quã tranſire vult, minor eſt, vel æqualis, nec allegat
iuſtam cauſam, niſi quia dicit inſpiratũ, nec eſt ei cre-
dendum, niſi aliter probet, infra de hæreti.cũ ex iniũ-
cto, ſecundum Hoſt. Innocen. autem ponit exemplũ
in illo, qui non poteſt uiuere ſine carnibus, & de ca-
nonica uult tranſire ad monacos [*Vtrum quis uelit*] pe-
tita enim licentia abbatis debet abbas ab ipſo petere
cauſam tranſitus, quam ſi abbas acceptet, liberè tran-
7 ſire poteſt. Quid ſi abbas † cauſam audire nolit, ſed nõ
exaudit, uel non reſpondet, uel reſpondet, ſed non p̃-
babiliter, imò notoriè falsè, uel malè, uel iniuſtè, uel
ſine cauſa aliqua licentiam denegat? Reſpondeo ſecũ
dum Inno. in omnibus his caſibus liberè tranſire po-
teſt, arg. ff. de aucto.tuto.nulla differentia, Hoſ. ſi aliàs
probabiliter reſpondeat, & monacus in ſuo propoſi-
to perſeueret, tunc requiratur ſuperior ſecundũ Inn.
8 & hoc de monaco. Clericus † autem ſecularis tranſi-
re poterit etiam licentia non petita: poterit tamen re-
uocari, ſi ex ſuo tranſitu grauiter eccleſia lędatur ſe-
cundum ipſum, alleg. Hoſtien.7.q.1.ſi qui uerò, & c.ſi
quis preſbyter, de renũ.admonet [*Superioris*] nõ illius,
cũ quo eſt quæſtio, ne iudicet in cauſa ſua, ſed illius,
ad quem appellaret, ſi grauaretur ſecundum Hoſti.q
ultra iura, quæ inducit gl.alleg. de appella.ut debitus,
9 & c.cum ſpeciali [*Requirendum*] iuſtis † enim cauſis per
abbatem aſsignatis, quare licẽtiam deneget, & ab eo
appellatione interpoſita reſtituendus eſt ſibi mona-
cus ante cauſæ cognitionem, dummodò probabile
& uerisimile eſſet dictum abbbatis, arg. in eo, quod le
gitur & notatur, ſupra de appel.bonæ §.fin. Idem for-
te eſſet, & ſi non appellaſſet, ſed tantum de tranſeun-
te monaco ſimplicem querimoniam detuliſſet, arg.
ſupra de iudi.dilecti, & de dolo & contu.ca.2. & con-
tra hunc monacũ poteſt intentari uendicatio rei, uel
officiũ iudicis, uel condictio ex illo canone.19.qu.3.
ſtatuimus, vt no. ſup. de maio. & obe.inter quattuor.
Condictio autem ex prædicto canone tunc locũ ha-
bet, quando tranſiuit licentia non petita, uel ex iuſta
cauſa denegata, uel iam ſimpliciter ſine cauſa, quam
10 nemo ſubditus requiſiuit. ubi enim † ſuperior licẽtiã
denegat, dẽt ſubditus cauſam denegationis require-
re, quam ſi ſuperior nolit credere, ei.ſ.ſuperiori eſt im
putandum, ar.36.diſtin.§.ecce.1. quæſtio.1.§.ecce cũ
honoris, & patet in eo, quod no. ſupra eo.§.ſuper, ver.
utrũ quis uelit, & s̃. de ſupplen.negli.præla.cap.1. infra
lib.6. de ſen.excom.cum medicinalis.§.exemplum. &
11 ſciendum eſt, ꝙ ſi monacus † temerariè tranſeat licẽ-
tia ſibi denegata, abbas ipſum poterit petere, etiam ſi
non fuerit appellatum, ar. ſupra de ſepul.fraternitatẽ.
nam ſi monacus taliter tranſiens redire poteſt ad pri-
mum monaſterium, ut ſupra de ætate & quali.intel-
leximus, multofortius ab abbate poterit reuocari.
Sed apud quem morabitur monacus hac lite pendẽ-
te, qui dicit ſe tranſiſſe ad ordinem arctiorem, & licẽ-
tiam ſibi iniuſtè denegatam, abbate contrarium aſſe-
rente? Reſpondeo, quamuis Inn. hic uideatur notaſſe
contrarium, tu tamen dicas ſecundum Hoſtiẽ. ꝙ mo-
rari debet apud mona. quod quaſi poſſeſsionẽ ipſius
habet, ar. C. de rei vẽdi.l.fin. C. de libera.cauſa, lite or-
dinata. ff. de libe.cauſa.ordinata lite, & ar. in eo, quod
legitur & notatur, ſupra de proba.ex literis. Sed quid
ſi monaſterium, ad quod tranſiuit, ipſum exponat,
nec uelit eum defendere? Reſpondeo, ſi à tẽpore tran
ſitus ſui ſit elapſus annus, ſpectat ad officium ſuperio
ris, ut monaſterium compellat ad ipſum defenden-
dum. Si autem adhuc ſit intra annum, tunc primo
monaſterio reſtituendus erit, ar. in eo, quod legitur
& no. ſupra eodem ad apoſtolicam, & infra e.ca.fi. nec
obeſt proteſtatio facta. quod dic ut no. ſupra eo.c.2.§.
ſi uerò. nihilominus tamen curret lis Marte ſuo. ſi ap-
12 paruerit, quòd † monacus ex temeritate traſierat, ad-
iudicabitur primo monaſterio, & monaco imponet
ſilentium, & per abbatem punietur ſecundum ordi-
nis diſciplinam, ar. infra eo.cap.fi.& 19.q.3.madamus.
Si autem appareat, quòd non fictè, ſed ductus ſpiritu
tran-



tranſierat, tunc erit Abbas puniendus per ſuperiorẽ,
quia iniuſtè licentiam denegauerat, & dabitur mona
co licentia ad mona. ad quod tranſierat, reuertendi.
nec potuerunt monaci ſine cauſa rationabili, ex quo
ſemel in eum conſenſerant, diſſentire, argum.8.q.2.di
lectiſsimi. & in eo, quod legitur & notatur, ſupra de
probatio.per tuas, §.1.ad fi. niſi forſan ſcandalum im-
mineret, ut patet in eo, quod notatur & legitur, ſupra
de præben.cum non ignores, ad finem. & circa om-
nia hæc & ſingula uerſatur ſuperioris officium, cuius
13 iudicio hæc relinquo, ut hic dicit. † ¶ Sed nunquid Ab
bas ſecũdi monaſterii, ad quod tranſit alterius mon̄.
monacus, debet ipſum ſtatim recipere? Reſpõdeo nõ
imò requiruntur literæ dimiſſoriæ prioris Abbatis.
19. quæſtio.3. ſtatuimus. Quid ergo ſi ſine iſtis literis
ueniat? Reſpondeo, debet priorem Abbatem conſu-
lere, ſicut aliàs no. in ſimili materia, ſup. de parochiis,
c.fi. ſuper uerbo iuriſdictionem, qui ſi ipſum confitea
tur licentiaſſe, uel licentiam deneget, nullam, uel ma-
nifeſtè iniuſtam cauſam aſsignans, tunc ſecũdus Ab-
bas ipſum ſecurè recipiat. Idem, ſi iuſtam cauſam aſsi
gnet, quam conſtat notoriè falſam eſſe. Si uerò iuſtã
proponat & dubiam, eſto quòd monacus inconti-
nenti coram ſecundo Abbate paratus ſit probare ip-
ſam eſſe falſam; tamen non ſpectat ad ſecundum Ab-
batem probationem talem recipere: immo tenetur
ipſum ad priorem Abbatem remittere, & omnia hęc
comprobantur in eo, quod legitur & notatur, ſupra
de reſcriptis, cum contingat, & de ſupplen. negligen.
prælatorum, c.1. uel remittatur ad ſuperiorem primi
Abbatis: uel ipſemet monacus ipſum adeat, coram
quo querimoniam exponat de licentia denegata, ut
14 hic dicit. Idem † dicendum eſt de illis, qui habent pri-
uilegium, quòd ſi eorum ordinarii malitioſè nega-
uerint ſuos monacos ordinare, liceat eos facere a qui
buſcunque catholicis epiſcopis ordinari, ut ſupra de
præſcrip.ueniens, §.1.& idem in ſimilibus eſt ſeruan-
dum ſecundum Innocen. & Hoſtien. [*Transformet*] 2.
ad cor.11.[*Illa ſemper*] hunc uer. ponit propter id, quod
prædixerat, ſupra eod. ca. uer. cum etiam [*Vt nullus*]
confirmatus, licet non ſit conſecratus, de transla. ca.
1.& 2.[*Præſulatum*] ideſt epiſcopatum. 2. quæſt.4. præ-
15 ſul. Sed quid † de Abbate, uel inferiori prælato exem-
pto, nunquid, ſi uelit ſtrictiorem religionem intrare,
ſufficiet illi petere licẽtiam? uidetur quòd ſic, ex quo
hoc ſpecialiter prohibetur epiſcopis, ad hoc de præ-
ſump. nonne. contra, de conſue. cum uenerabilis, de
renun.c. fi. Egi. in præ.c. cum uenerabilis. tenet, quòd
poſsit: quia maior eſt lex Dei, quàm papæ. Dixit Ho-
ſtien. infra de cleri.excõ. mi. illud, quòd hoc dubium
eſt, eſt interpretandum per papam, infra de ſenten.ex-
com.inter. ſibi tamẽ uidebatur, quòd ſicut ſubdiaco-
nus papę propter manus excellentiam non poteſt ab
ullo ordinari, niſi petita, & obtenta licentia, de temp.
ord.cum in diſtribuendis, ſic & hoc caſu propter ſub
iectionem, & uinculi reuerentiam non ſufficiat licen
tiam petere, niſi & concedatur, & ſic ibi dicit determi
natum per d.clem.4. de hoc plenius in Mercu. quam
16 uide de regu.iur.cum ſtat, lib.6.[*Communis*] cui in † tan
tum aſtrictus eſt epiſcopus, quòd etiam animam pro
ſubditis ponere debet, ſup. de renun.niſi.§.porrò [*Do-
ctrina*] epiſcopi [*Silentio*] monaci [*Dei filius*] cuius uica-
rius eſt epiſcopus 23.quæſtio.5.mulierem, de ſacra vn
ctio.c.uno, uer. per frõtis [*Sed de Lia*] quod patet Gen.
gredi nõ põt, niſi & uxor in-
grediatᷣ, niſi uxor eſſet nõ ſuſpecta, & cõti-
nentiã ꝓmitteret. & ibi, inde eſt, vbi ex ge-
nere præmiſſo infert ſpeciẽ [*Ignorare*] turpe eſt nobili
& patricio ignorare iura, circa q̃ uerſatᷣ. ff. de ori. iur. l.
2. §. Seruius. Turpius aũt eſt epo canones ignorare, de
tẽpo. or. uel nõ eſt, Ho. [*Vxorem*] cõſtrue, permittas ad
religionẽ trãſire, niſi uterq; migrauerit, & intelligitur
hoc de ſuſpectis, vt determinatur per ſequẽtia. & fallit
hoc ſm Inn. qñ ꝑ ꝑ alterius adulterium lata eſt ſnĩa di
uortij. extunc. n. non adulter põt mon. ingredi. 27. q. 2.
Agatoſa. mortuo tñ ingreſſo ꝯhere poterit, q remãſit
in ſeculo. ĩ. de ſcđis nup. c. vlt. illo uiuẽte non: qa rema
nẽt cõiuges, licet ſeparati, de diuor. c. 2. & ſic eſt caſus
2 ſm Gof. ꝙ mors † ciuilis, ſ. per religionis ingreſſum nõ
æquiparatᷣ nãli, de quo. 16. q. 1. placuit. ubi Io. tenet ci-
uilẽ nõ æquiparari nãli, niſi in caſibꝰ expreſsis in iure.
nã naturalis mors oĩa ſoluit, & per eã oĩno ſoluta eſt
lex coniugij. 7. q. j. ſicut, & in auct. de nup. §. diſponat,
col. 4. & ibi de hoc in. §. ſed occaſiõnẽ. rł̃r in oĩbus ma
gis cõſiderantᷣ & efficaciora ſunt naturalia. ff. de verb.
ob. ex ea pte. §. in inſulã, ubi de hoc, iura pro & ꝯ. ff. de
l. 2. cũ pater. §. hæreditatẽ: C. de his, q ue. æta. impe. le. 3.
ff. de capi. di. l. eas, inſti. de iure na. §. ſed nãlia. C. de ue.
iure enu. l. 2. §. ſed qa diuinę. Fallit hoc iu caſibus. ff. de
lib. & po. l. Gallus. C. de epi. & cleri. deo nobis. ff. de do-
na. inter uirũ & uxo. ſed ſi mors, de ſup. ne. ꝑla. ſi eps,
li. 6. Regulare tñ eſt, ꝙ nõ ſufficit aliquid fieri, niſi nãli
ter fiat. ff. de bo. poſſ. nõ putauit. ff. de cõ. & de. fideicõ-
miſſum, & l. fi. & ar. ꝯ. ff. de in ius uo. quiq; litigandi, &
l. adoptiuũ, ſm Gof. & Hoſ. & ẽt ipſe Hoſ. remit. de of-
fi. deleg. ex parte. 1. Dicebat Di. in §. præ. in inſulã. aut
ciuilis caſus operatᷣ eũdẽ effectũ, quẽ naturalis, & tũc
æquipollet, ut in l. deo nobis, & ff. qui ſatiſda. cogã. ſi
deceſſerit. ff. pro ſocio, actione. §. publicatione. aut nõ
operatur eundẽ effectũ, & tunc nõ ęquipollet, vt in d.
§. in inſulã, & præalle. §. hæreditatẽ, & de iure fiſ. l. Sta-
tius. Pe. de Bellaper. dicebat, aut poſt ciuilẽ caſum põt
euenire naturalis, aut non. primo caſu non ſufficit ci-
uiliter fieri, ut in. §. ĩ inſulã. ibi enim euenire põt mors
naturalis, unde illa expectatur. ſecũdo caſu, cũ poſt ci-
uilẽ naturalis euenire nõ põt, quæ aliquid ad id ope-
retur, tũc nõ expectatᷣ naturalis, vt in mr̃imonio ſolu
to per caſum ciuilẽ. nã tũc nãlis ſuperueniẽs nil opatᷣ:
qa qđ ſolutũ eſt, amplius ſolui nõ põt, in auc. de nup.
§. diſtrahuntᷣ. nec placet Pe. ꝑdicto, qđ dixerũt quidã
diſtinguẽdũ, an ꝓferatᷣ ab hoĩe, & tũc nõ ſufficit ciui-
liter fieri: an à lege, tũc ſufficiat, quod reprobat per. l.
res uxoris. C. de dona. inter uirũ & vxo. Hæ ſolutiones
quò ad terminos nr̃i iuris nõ ſufficiũt, ut patet in eo,
qđ dixi in prin. gl. & patet in præ. decre. ſi eps, & de re-
ſcrip. ſuſceptũ, li. 6. ibi ẽt de hoc ꝑ Archidi. & iõ teneri
põt, qđ prius dixi. unde dicebat Io. Mo. in prę. c. ſi eps,
ꝙ qa mors dicta de duobus, de vno eſt ꝑ prius, de alio
per poſterius, ipſa ſumpta ſimpliciter de priori dẽt in-
3 telli [*Promittente*] poſt quã † promiſsionẽ mr̃imoniũ
ꝯctũ nõ teneret, ſicut & obtinet in uxore ordinati. 32.
di. ſeriatim. nã ex voto uiri de licẽtia uxoris emiſſo ſo-
lennizatur etiam uotũ uxoris, uir enim & uxor com-
municãt ſibi actiones. 30. q. 4. ſiquis unus, Gof. & Hoſ.
Ad idẽ. ĩ. de cogna. ſpi. Martinus, & ſm hoc nõ ob. de-
cre. unica, de uoto, li. 6. Aliqui dicũt, ꝙ nõ ex voto, ſed
ex cõſtitutione eccł̃ię diſſoluitᷣ tale mr̃imoniũ, ſuper
quo uide, qđ no. 28. di. ſi ſe. ¶ *In glo. 2. ibi, ſteriles ſunt*] di-
cebat meretrices. & dicebat Hoſti. phyſicos dicere, ꝙ
ex nimio appetitu impeditur conceptus. unde nõ ſe-
quitur, ſi ſterilis, ergo continens. ¶ *In glo. ult. ibi, appro-
bationis*] de cognatione ſpiritu. ſuper eo.

*SVM-*



*SVMMARIVM.*

1 *Coniugatorum, neque ſponſorum ad ſacros promouendus eſt nul-
lus, excepto caſu, & an ad minores, num. 3.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum, & num. ſequentibus.*
*Coniugatum ordinanti pœna.*
4 *An à cõiugato, qui promouetur ad minores, exigi dẽat continẽtia.*
5 *Vir tenetur uxori neceſſaria prouidere, & quo caſu hic, item cor-
rigere.*
*Vxor ordinandi an debeat intrare religionem, ſicut intrante reli-
gionem uiro.*

CAPVT V.

1 COniugatus. Breue ẽ [*Vxore*] idẽ in
ſpõſa de præſenti, licet
nõ cognita. de hoc. ĩ. c. ex pte. 2. [*Profitente*]
peccat igitᷣ ordinator, vt dicit Inn. niſi priꝰ,
q̃ ordinet, faciat mulierẽ continẽtiã profiteri, ut hic
2 [*Abſolutus*] ĩ. eo. dudũ. ¶ Prima † gl. rñdet ꝑ qõnẽ, ar-
guit ꝓ, ſoluit ꝯriũ. ¶ Secunda gl. q̃rit, ponit opinionẽ
3 Ala. ponit ꝯrium, reuertitᷣ ad primã. ¶ *In † gl. prima, ibi,
ſed non eſt uerum*] ĩ. de tẽp. ord. nullus, li. 6. per quã pęna
imponitᷣ ordinãti, & ſic põt dici, ꝙ ordo ſacer ſumitᷣ
hic largè. de hoc. 32. diſt. in ſumma. patet tñ ꝑ ꝑdictã
decr. ꝙ tũc promoueri põt ad minores, qñ vult ad ſa-
4 cros aſcẽdere, an † uerò cõtinẽtia exigi dẽat à cõiuga
to, q promouetᷣ ad minores, no. 77. diſ. epiſcopus bñ
dictionẽ, & ꝑ prædictã decr. vr̃ ꝙ ſic. ¶ *In gl. ult. ibi, ideſt
caſtitate*] ſic ſup. de æta. & qua. à multis. in prin. [*& in
fi.*] & hoc ultimũ placet Io. 28. di. qa ſunt, & hic Pe. ꝑ
illud c. & qa ſic uideretᷣ, ꝙ mulier ad plus aſtringatᷣ, q̃
5 ipſe uir. Abb. addit, qa vir † tenetᷣ uxori hoc caſu ĩ ne
ceſſarijs prouidere. 31. di. oĩno, ad qđ nõ tenetᷣ, niſi re
ligionẽ profiteatᷣ. Itẽ tenetᷣ illã corrigere, de hoc, ſup.
de iureiu. quẽadmodũ, in fine. Sed Tã. & Ho. tenẽt, ꝙ
vxor ordinãdi, ſi iuuenis ẽ, neceſſe hẽt religionẽ ĩtra-
re, & mouet Ho. qa ſi marito religionẽ intrãte, ipſa te
netᷣ ingredi, multo fortius, cũ ſe fecerit ordinari: qa
magis ſuſpectus ẽ ordinatus, q̃ profeſſus: qa ille faci-
liꝰ põt ad ipſam accedere, & accedẽs forſan nõ habe-
bit repulſam, de fil. preſ. literas, de cohab. cler. c. 1. & c.
clericos. Mihi ſatis æquè uideretᷣ diſtinguẽdũ, an mu
lier ſit iuuenis, & ſuſpecta: an iuuenis, ſed non ſuſpe-
cta. primo caſu ſemꝑ cõpellitᷣ. ſecũdo, ſi eſt vxor pro
fitẽdi etiã cõpellatᷣ propter rõnẽ, de qua. ĩ. eo. ad apo
ſtolicã, & c. ſignificauit. ſi ẽ uxor ordinãdi, ſufficit, ꝙ
uoueat, ſaluo quod de epiſcopi uxore dicitᷣ. ĩ. c. prox.

*SVMMARIVM.*

1 *In epiſcopum uxoratus poteſt promoueri, uxore profitente religio-
nem, & cur, num. 3.*
*Epiſcopatus an ſit ordo.*
2 *Epilogus, & additio, gloſſarum. nu. 3. & 4.*
4 *In Cardinalem poteſt coniugatus promoueri ſeruato eodem, quod
de epiſcopis.*

CAPVT VI.

1 SAne. Caſus. Vxoratus † in epm ꝓmo-
ueri nõ pt̃, niſi uxor eius religio-
nẽ profiteatᷣ. ſecũda ibi, Fraternitati (*Requi
renda*) & obtinẽda. ſ̃. c. ꝓximo (*In epiſcopum
ordinare*) archiepiſcopis loqtur, ut patet in ſubſcri. ſ̃. c.
ꝓx. & patet, ꝙ epatus ẽ ordo, de hoc in prœ. 6. in prin.
(*Prius*) no. ꝓ ordine facti, & forſã ꝓfeſſa fuerat iſta tẽ-
pore, quo ille ꝓmotus fuerat ad ſacros. ſ̃. c. ꝓxi. ¶ Pri-
2 ma † gl. reſpondet per quæſtionẽ. ¶ Secũda quærit, &
3 ſoluit. ¶ *In † gl. 1. ibi, de Syracuſanæ*) vbi de hoc in gl. pe. &
dixi, ſup. de teſta. c. 1. ¶ *In gl. 2. ibi, reſpondeo*) ſm Ro. Lau.
Tan. & Vin. & idẽ no. 28. diſ. qa ſunt, & c. ſe. & idẽ Inn.
ſup. eo. cũ ſis. Iſtud placet hic Hoſt. nõ tã propter ex-
cellẽtiã dignitatis, q̃ propter imminẽtia ꝑicula euitã-
da. forſan. n. nimis uiſitaret epm eius uxor, non rema
neret in ſeculo, & alijs mulierib. ſociata, & ꝓ multis
intercederet cõtra iuſticiã, inſtaret ꝓ ditatione parẽ-
tũ, & ſimilia cõtingere poſsẽt, q̃ ſunt ꝑcauẽda, de ſer.
4 nõ ord. c. 1. Quid de † uxore cardinal. ſi eſt eps, planũ
eſt. ſi non eſt eps, papa, q ſolus ꝓmouet card. ipſe pro
uideat, & rõnibus prædictis honeſtũ eſt idẽ ſeruari,
quod de epiſcopis, & ſic noſtris tẽporibus factũ fuit.

*SVMMARIVM.*

1 *Sponſa, & quæ uolens intrare religionem, compellatur intra cer-
tum tempus ad id, uel adhærere uiro.*
2 *Delegatus poteſt excommunicare poſt ſententiam.*
*An mulieri ſit credendum aſſerenti ſe non cognitã à uiro, remittit.*
*Copulatio prima carnis inter coniuges an ſit gratuita, & ad eam
poſſit coniux compelli, & nu. 7. §. fin.*
3 *Iurans ſi primò cum muliere contrahere, poſtea iurat ingredi reli-
gionem, quid iuris.*
*Abſoluere non poteſt ordinarius excommunicatum ex delegatio-
ne papæ.*
*Excommunicatus pro manifeſta offenſa in ſpiritualibus abſoluitur
cum cautione.*
*Tranſitus mulieris ad religionem cum effectu debet intelligi.*
4 *Papæ eloquium ut Dei obſeruandum, & in dubijs ad eum recur-
rendum.*
*Sacrum eloquium hic quod dicatur.*
5 *Epilogus, & ſuffragium gloßarum, num. 6.*
*Sponſi quando diuertentes redeant abſque pœna.*
7 *Additio gloſſarum, & num. ſequen.*
*Religionem non coniugata poteſt in domo propria profiteri.*
*Cautio iuratoria an ſufficiat in caſu huius decretalis. §. 1.*
8 *Tempus duorum menſium hic ſtatutum an poſſit arctari, ſiue pro-
longari.*
*Probationis annum in caſu huius decretalis quando habebit, in fi.*
9 *Circa matrimonium non conſumatum an & quando poſſit eccle-
ſia ſtatuere.*

CAPVT VII.

1 EX publico. Caſus. Spõſa † de præ-
ſenti nõ cognita, quæ
dicit ſe religionẽ ingredi uelle, cõpellitᷣ. ĩ.
certũ tẽpꝰ religionẽ ꝓfiteri, uel adhærere
marito. primò narrat factũ. 2. ibi, cæterũ, ĩ qua mulie
ri petẽti dat iudicem. tertiò ſoluit obſtaculũ ibi, ſane
[*Renuerit*] forſan habebat uirũ multũ exoſum, & ute-
batᷣ forſan uerbis, de qbus. ſ̃. de iureiu. tua nos [*Aſtri-
cta*) hic ſubintelligitᷣ, ꝙ propter hoc acceſſit, uel miſit
ad papam, & impetrauit hãc cãm, & no. hic Abb. per
2 hoc † dele. poſſe poſt ſnĩam excõicare, de hoc de off.
dele. quęrẽti (*Aſſerit*) an ei ſit credẽdum, remit. Hoſti.
de deſpon. impu. cõtinebatur (*Ad uirum*) ex hoc c. & ſ̃.
c. uerum, dicunt quidam, ꝙ prima carnis copulatio
inter coniuges eſt gratuita, cum ante ipſam alter al
tero inuito poſſit religionem intrare, & ſic non co-
gitur matrimonium conſumare, & de hoc. 27. q. 2.
coniuges. Sed Hoſt. contra poſt Goff. per decr. ex lite
ris. 2. & c. præ. in fi. & c. ſicut, inf. de ſpon. non ob. hæc
lectura, in qua etiã alternatiuè cogitur ad matrimo-
nium conſumandum [*Spacium*] ſi. dilatio, ſupra de lo
ca. & con. potuit, & infra qui fi. ſint le. lator [*Debeat*]
3 quod † not. hic Vin. de illo, qui iurauit cum muliere
contrahere: poſtea iurat religionem ingredi, uide in
Spe. eo. tit. in fi. & quod ibi dixi [*Abſoluas*] aliter abſol-
uere non potuiſſet, etiam ſi eſſet ordinarius, quia ex-
communicauerat per deleg. papæ, de offi. or. paſtora
lis, Tan. & no. per hoc ſecundum Abb. ad ea, quæ di-
xi, ſupra de præbẽ. pro illorum, ſuper gl. pe. ꝙ excom

 municatus

a municatus pro manifeſtaª offenſa in ſpiritualibus ab
ſoluitur cum cautione[*Tranſierit*] cũ effectu ita vide-
licet, ꝙ ꝓfiteatur: aliter nõ prouideretur bene mari
to, qui forſan iuuenis eſt, nec poteſt diutius expecta-
re. & hæc cauſa forſan mouit papam ad hoc tempus
abbreuiandum, ut lit. nõ contc. c. fi. §. 1. uerſ. uel viro,
ſecundum Hoſ. (*In euangelio*) Matth. 5. & 29. (*Sacri elo-*
4 *quij*) ideſt noſtri, cuius † eloquium ut Dei obſeruan-
dum eſt. 30. diſ. per totum. 24. q. 1. hæc eſt fides, & eas
præcedere, ſup. de tranſla. per totum, uel(*ſacri*) ideſt ca
nonici ex. l. diuina, & ſanctorum patrum collecti. j.
de accuſa qualiter. 2. In dubijs ergo recurratur ad pa-
pam, ad quem ſpectat interpretatio, inf. qui fi. ſint le.
per venerabilem. §. rationibus, ſecũdum Hoſt. ¶ Pri-
5 ma † gl. quęrit, & ſoluit. ¶ Tertia gl. ſucceſſiuè de duo
bus quærit, & ſoluit. ¶ Vlt. gl. obijcit, & ſoluit ponens
etiam dictum Ala. Item Vin. contra, qui all. decr. ult.
6 de ſpon. du. ¶ *In 4.* † *gl. ibi. l. ult.*) ſponſi diuertentes ex
cauſa, quam à principio ignorarunt, reddunt arrhas
ſine pœna(*& ibi, Deo nobis*) ſponſus, vel ſponſa, qui uel
quæ religionem ingreditur, nullam pœnã ſoluit du-
7 plicationis arrharũ. ¶ *In* † *gl. 1. ibi, non eſt*) ſecundum
Tan. & idem Inn. & Hoſt. fatentur tamen, ꝙ ſi coniu-
gata non eſſet, poſſet in domo propria religionẽ pro
fiteri, de hoc dixi poſt eos, ſup. ti. 1. porrectum. ¶ *In gl.*
*2. ibi, fideiuſſores*) & talis erat iſta ſecundum Gof. quam
ſi dare non poſſit, ſufficiet iuratoria ſecundum Hoſ.
qui dicit hoc ſatis expreſſum. ff. de iud. l. 2. §. ſed ſi du-
b bitetur, ᵇ & Abb. dicit, ꝙ magiſter ſuus tenebat idẽ:
quia ad impoſſibile & c. ff. de reg. iu. impoſſibiliũ, ſu
pra de pac. c. ſi. (*& ibi, putarem*) ſecundum Ro. Tan. &
Phi. (*& inſi.*) Vin. all. ff. de fide. li. l. 4. §. adijci. ¶ *In gl. num*
*quid, ibi, & non minus*) Io. uidetur tenere ꝙ ſic. 92. di. c. an
tepe. & 24. q. 2. coniuges, vbi etiam no. de primo ſpõ-
8 ſorũ coitu, an ſit gratuitus, ut dixi in textu(*& ibi* † *cre-*
*do*) ſecundum Ala. Ro. Tan. & Phi. Inno. uerò dixit, ꝙ
iſtud tempus ex cauſa poterit arctari, & prolongari.
& dixit hoc tẽpus non dari ad deliberandũ, ſed Hoſt.
hoc non placet, ꝙ iſtud tempus non ſit ad deliberan
dum, Item nec ſibi placet, ꝙ ſtatim tranſacto hoc ter
mino profiteri cogatur. Fatetur tamen, ꝙ hoc tẽpus
non fuit ordinarium, imò fuit arbitrariũ, cum de iu-
re debeat dari annus, ſup. ti. 1. ſtatuimus, & licet prin-
ceps poterit abbreuiare, inferiores tamen abſq; ma-
gna, & urgenti cauſa facere hoc non debet. ff. de re iu
di. l. 4. §. ſi quis. ſed ex cauſa hoc poteſt, ut probatur
hic, & ſup. duobus c. proximis, ubi ex cauſa oportet
ſtatim fieri profeſſionẽ, & ſic facta tenet, & dicit In-
no. huiuſmodi caſus ſpecialitatem procedere ex ſpe-
ciali ordinatione ſummi pontificis ex cauſa: puta qa
carnis ſtimulis nõ poteſt uir reſiſtere[*& ibi, terminum*]
non à tẽpore matrimonij contracti, ut dixerunt qui
dã de his duobus mẽſibus [*& ibi, dico quòd ſic*] ad hoc
inf. de preben. ſi tibi abſenti, li. 6. & in hoc omnes con
cor. [*& ibi, excommunicet*] uel diſtringat illã per cautio-
nem ſuſceptam. Hoſti. [*& ibi, conſentiat*] dicunt quidã,
ꝙ ſatis eſt, ꝙ ſponſus cõſenſerit ingreſſui, ut tunc ſpõ
ſa habeat probationis annum. facit opi. Io. no. in 1.
9 gl. decre. ſtatuimus. ¶ *In* † *gl. ult. ibi, in omni*] & c. ſe. quod
incipit, quapropter, & hic adde, quod ibi no. Vin. di-
xit. Refert Pe. ꝙ quidam princeps petebat ab Inn. pa
pa, vt viuente ſponſa de præſenti non cognita diſpen
ſaret, ꝙ poſſet cum alia cõtrahere, & cum Inn. reſpõ
diſſet hoc eſſe non poſſe, allegauit princeps pro ſe fi-
nẽ huius decr. & hãc opi. Vin. Et papa reſpondit, Ma-
ledictus, qui te docuit, & an diſpenſauerit, dicit ſe ne-
ſcire[*& ibi, ab ipſo domino*] hæc differentia ſic improba
tur, quia matrimonialis coniunctio, quæ eſt eſſentia
matrimonij, & cõmixtio carnalis differunt, ſicut eſ-
ſe, & operari, & cum operatio rei depẽdeat ab ipſius
eſſe, ergo à quo depẽdet eſſe, & operatio. & ſic ſi ma
trimoniũ ratum pendet à conſtitutione eccleſiæ, er-
go & conſumatũ. ſed hæc opinio deſtruit cõſequẽs,
ſcilicet ꝙ conſumatũ non pendet à conſtitutione ec
cleſiæ, ſed à Deo. ergo & deſtruitur antecedens, ꝙ ra
tum à Deo dependet nõ à cõſtitutione eccleſię, qua
re dicas, vt inf. dicam [*& in fi.*] unde contra prædicta
opponit Hoſt. ꝙ contra matrimonium cõſumatum
conſtitutiones ſuas facit eccleſia, inf. de diuor. gaude
mus, & c. quanto, & ante incarnationem Chriſti erat
matrimoniũ uerum ſacramentũ, ut ibi, & tunc cõſu
mabatur per copulã, ſicut hodie. quomodo ergo po
tuit ſortiri effectum ex cõſtitutione eccleſiæ, quæ nõ
erat. prius enim perſona, quã ratio & c. ff. de iure co.
quidam, imò uidetur potius eccleſiã firmari per ma
trimoniũ, quam ecõuerſo, per ſignificata, de quibus
ſup. de biga. debitũ. Item ſi ſubtiliter aduertis, prędi
cta ſolutio repetit ipſum, quare. Dicit enim, ꝙ nõ cõ
ſumatũ eſt, cõſtitutione eccleſiæ ſortiť effectum. ſed
ubi hęc conſtitutio erat, quando fuit matrimonium
inſtitutũ? nuſquam reperieť. dicit ergo, ꝙ non matri-
moniũ, ſed ratificatio matrimonij firmatur cõſtitu-
tione eccleſiæ propter uirtutẽ baptiſmi, quã uirtutẽ
ratificationis, quæ eſt, ꝙ alter altero uiuẽte nõ poſſit
contrahere, poteſt papa tollere, uel circa ipſam in ali
quibus diſpẽſare, ut præ: c. quanto. Cõſumatio uerò
procedit de iure naturali, inſti. de iure na. in princ. &
conſiſtit in facto, ꝙ ex quo factũ eſt, nequit nõ fuiſ-
ſe. ff. de cap. & poſtli. reuer. le. in bello. §. factæ. 32. q. 5.
ſi pupillus, & miratur, ꝙ ex decre. quanto, colligiť, ꝙ
ratificatio ſit fortior, quàm cõſumatio. Dicit aũt, ꝙ
eſt huius iuris alia ratio diuina, ſcilicet reuelatio, per
quã ad exemplũ ſanctorũ, de quibus. ſ. eo. uerũ, facta
eſt hæc conſtitutio, uel interpretatio, quæ etiã appro
batur primò per apoſtolũ dicentẽ, Si infidelis diſce-
dit & c. ſecundò per fauorem fidei, de quo in decre.
quanto, uer. ſi enim. Quare id uidetur facere potius
diuina cõſtitutio. & dicit, ꝙ in decre. quanto, poterat
cœna duci ſine ſubtilitate ratificationis, de qua ibi di
cit papa: quia quãtũ ad illã poſſet papa diſponere, qc-
quid placet. qua ratione dicit ſponſos de præſenti an
te carnis copulã poſſe auctoritate papæ inuicẽ ſe ab-
ſoluere, ſicut & ſponſi de futuro, de ſpon. c. 2. & ſit ra-
tio, quia congruè ante copulã poteſt ibi interuenire
contrarius actus per diſſenſum mutuũ. non alterius
tantũ, quod nõ eſſet poſt copulam, de hoc de reg. iu.
omnis. Intelligit autẽ hoc de poteſtate abſoluta, non
de ordinata, niſi alia cauſa ſubeſſet. non enim fit hoc
etiam ſine cauſa, ut eſt dictum. Dicit etiã probabili-
ter dici poſſe, ꝙ cum circa impedimẽta matrimonij
reſtringenda, & laxanda poteſtatem habeat eccleſia,
inf. de cõſan. nõ debet, ſtatuere potuit, quod hic dici
tur, & de unius profeſſione, & de alterius cõtractu, &
dic hanc rationem fuiſſe domini Matthæi ſanctæ Ma
rię in por. dia. card. Et ſi quęras vnde procedit tãta po
teſtas eccleſiæ, remittit ad no. de transla. c. 1. 2. & 3. po
tuit ergo papa etiã de poteſtate ordinata circa matri
moniũ non conſumatum hanc conſtitutionem fa-
cere, & ſit patens ratio conueniens rationi, not. 27.
q. 2. quapropter: quia cum per illud deſignetur chari
tas, quæ cõſiſtit in ſpũ inter Deũ, & iuſtã animã, de bi
ga. debitũ, nil abſurdũ, ſi talis poſſit religionẽ ĩtrare,
ꝑ quã illud ſignificatũ nõ minuiť, ſed potius augeť.
nec uiolat uotum, qui commutat in melius, infra de
uoto, ſcripturæ. Ad quod deſignandum uirgo glo-
rioſa licet fuerit uera ſponſa Ioſeph, vero Deo mira-
biliter iuncta fuit. 27. q. 2. beata Maria, & §. cum er-
go, unde circa non conſumatum poteſt eccleſia ſta-
tuere, quicquid placet, dum tamen ſubſit cauſa iu-
ſta, & hoc uoluit finis capituli. dicit tamẽ ipſe Hoſt. ꝙ
non



non expedit, ꝙ circa hoc multum laxet habenas. nec
eſt etiam tutum, quod patet de ſpon. du. c. fi. de tran-
ſac. c. fi. infra de frigi. c. fi. In uerò matrimonio conſu-
mato fieri non poteſt, quin per ipſum repreſentetur
conformitas carnis inter Chriſtum, & eccleſiam, ut
in c. debitum, quæ nullatenus rũpi poteſt, & dicere,
c ꝙ ſi per religionem illud rumpi ᶜ poſſet, eſſet confor-
mitatis uiolator, & innueret, ꝙ expectaret aliam fidẽ,
& aliam eccleſiam, quã ſibi Chriſtus uniret, & iterũ
deſpõſaret, quod falſum, & hæreticũ eſt. ẜm Hoſt. qui
ꝓlixius hoc tractauit, hic remittit etiam ad ſummã,
eo. ti. §. fi. uerſ. ſed quare magis poteſt, & ſequentibus.

ANNOTATIONES.

a ¶ Pro manifeſta. Forte non erat offenſa manifeſta propter exce-
ptionem ingreſſus, quam habet, uel dici poſſet, quòd licet matri-
monium ſit quid ſpirituale, talis tamen actus non eſt interdictus
excommunicato, prout ſunt alia ſpiritualia, ut probatur de eo,
qui du. in matrimo. quam pol. per adul. c. ſignificaſti.

b ¶ Sed ſi dubitetur. Et infra de dona. inter ui. & uxo. in c. perue-
niens, & de ſent. exc. c. fi. §. illis, lib. 6. & uide gl. in c. 2. de uſur. eo.
lib. & doc. in l. ſancimus, C. de uerb. ſig.

c ¶ Illud rumpi. Vide ad materiam iſtam. q. diſputatam per Io. And.
in c. actus, de reg. iur. lib. 6.

*SVMMARIVM.*

1 *Diuiſio decretalis.*
*Vxoratum ſine uxoris licentia recipi prohibet ab hoſpitalarijs, mu*
*lieres etiam uetat ab eis recipi.*
*Continentiam prohiberi qualiter mulier poſſit, ad uerſic. in con-*
*ſpectu.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 3.*

CAPVT VIII.

1 VXoratus. Summa, ut ſupra eo. cum
ſis. Et † pars prima ꝓhibet
per hoſpitalarios ſancti Io. recipi uxoratũ
ſine vxoris licentia. ſecunda prohibet per
ipſos recipi mulieres ibi, Nullus. iterum prima diſtin-
guit qualitatem uxoris licentiam dantis. ſecundum
membrum ibi, Si autem [*Eam*] uxorem ſcilicet quaſi
diſt. ꝙ debet eſſe uetus, & matura, ſecundum Hoſtiẽ.
[*Quod minus*] ideſt non ſic, ſupra de his, quæ fi. à præ.
cum apoſtolica[*Veſtro*] religioſis loquitur, vt patet in
ſuperſcrip. [*Conſpectu eccleſiæ*] maxime, quia idem eſt, ſi
in ſecreto, dummodò fides fieri poſſit, ſecundũ Goff.
& dummodò auctoritas epiſcopi interuenerit: quia
nec aliter fieri debet: quia ad ipſum ſpectat talia pro-
uidere, ar. infra de conſan. c. 1. Hoſt. [*Continentiam*] per-
petuam, inf. eo. ad apoſtolicam[*Commoretur*] cum mu-
lieribus, non cum uiris. ad hoc quod ſtatim ſequitur.
2 Prima † glo. quæ fuit Odo. quærit, & ſol. ¶ Tertia gl.
3 alle. duas concor. & ſignat unum cõtrarium. ¶ *In* † *gl.*
*1. ibi, per officium ſuum*] idem no. infra c. proxi. ad fi. vlt. gl.
& idem Inno. ſupra eo. quidam. ¶ *In glo. 3. in fi. ibi, Lotha*
*rius*] erat ſuſpectus, & ſic concor.

*SVMMARIVM.*

1 *Profeſſus religionem uiuente uxore, eique reſtitutus, ea mortua*
*quando ad monaſterium redire compellatur, & nu. 2.*
*Votum primò hic emittitur, poſtea ſuſcipitur habitus.*
*Languidi, uel infirmi non eadem cum ſano uoluntas notatur, in fi.*
2 *Cauſa ſublata, ceſſat & effectus, & quo caſu hic.*
3 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 4.*
*Ius pro rigore eius, in prin.*
*Coniuges quando ambo, & quando alter uolente altero, & quan-*
*do inuito poſſit intrare religionem.*
*Alter ab altero quando ab ea poſſit reuocari, uel alias ad ſeculum*
*redire, & reſtitutus alteri poſt eius mortem compellatur ad re-*
*ditum in eam.*
*Vir quando uult ordinari, non profiteri quid dicendum, remiſſ. in*
*fin. num.*

CAPVT XIIII.

1 EXparte abbatis. Caſus. Profeſ
ſus † religionẽ
de conſenſu uxoris in ſeculo remanentis,
licet uxori fuerit reſtitutus, ea mortua ad
mon. redire compellitur, & pars prima ponit quere-
lam. ſecunda dat iudicem. ſecunda ibi, quia uerò [*Con*
*ſentiente*] & uouente, & ſic nullum contrarium ſecun-
dum Inno. Pe. intelligit de non uouẽte [*Suſcepiſſet*] pri
mo uouit, & poſtea ſuſcepit habitum. per quod dicit
Abb. argui pro eo, quod no. Inno. ſup. ti. 1. conſulti[*Li*
*beratus*] ab infirmitate, ideſt ſanatus [*Retinuit*] illicite,
non de iure, cum eſſet iuuenis & ſuſpecta. de hoc, inf.
eo. dudum, Innocen. & locus fuit his uerſibus. Quan-
do lãguebat, monacus lupus eſſe uolebat. poſtquàm
cõualuit, talis, ut ante fuit. ſic, ſup. ti. 1. ſicut nobis[*Sub-*
2 *lata*] & ſic per conſequens † ſublata cauſam, propter
quam efficacia uoti impediebatur, quod in ſe fuit à
prin. ſecundum Goff. [*Compellas*] quia de uolũtate vxo
ris intrauit, ſecus, ſi hoc feciſſet illa inuita, uel ignorã-
te, & hoc ſoluit contraria, vt etiã dicunt glo. [*Muliere*]
cum qua ſecundò contraxerat, mortua prima[*Suum*]
3 ſcilicet in quo feciſſet profeſſionẽ. ¶ Prima † gl. quę-
rit, ponit opi. La. & remittit. ¶ Secũda glo. arguit, all.
duo iura. in cõtrarium alle. alia duo. ponit tres opi. &
tertiam impugnat, ponens dictum Hugo. & ſoluens
4 decre. 1. ſup. eod. ¶ *In* † *glo. 1. ibi, alias non*] ad hoc, infra
c. ueniens. ¶ *In glo. 2. ibi, Agathoſa*] ubi de hoc[*& ibi, ſeria*
*tim*] ubi de hoc [*& ibi, de iure*] ideſt de iuris rigore: quia
de diſſimulatione eccleſiæ ſecus[*& in fi.*] ſcias, ꝙ ad cõ
cordiam horum iurium, & inſtructionem huius ma
teriæ, & tituli Pe. & Abb. indiſtinctè, & Egi. & Gui. inf.
c. placet, quod tamen apertius proſequar, ſic dicebãt.
Aut matrimoniũ eſt cõſumatũ, aut nõ, ſi nõ, poſſunt
ambo, uel alter tantum etiam inuito reliquo ad reli-
gionem tranſire, ſ. eod. uerum, & c. ex publico. Si eſt
conſumatum, aut ambo uolunt conuerti, aut alter
tantum. Si ambo poſſunt, ſupra eo. cum ſis, & c. uxo-
ratus, infra eo. ad apoſtolicam. Si unus tãtum uult in-
gredi, aut alter ignorat, aut ſcit, & cõtradicit: aut ſcit,
& tacet, uel diſſimulat. aut ſcit, & conſentit, ſed nõ uo
uet: aut conſentit, & uouet, ſed non profitetur, aut e-
tiã profitetur, & hoc expeditum eſt ſupra. Primo ca-
ſu, quãdo alter ignorat, non tenet ingreſſus, & de mo
naſterio reuocatur, infra eo. placet. Idem & fortius in
ſecundo caſu, quando ſcit, & cõtradicit, ſupra eo. qui-
dam, & his duobus caſibus reuocatus de monaſterio
a mortuo reuocante non cogitur ª ad religionẽ reuer-
ti, ut in præalleg. iuribus, & ratio in eis patet. In tertio
caſu, quando ſcit, & diſſimulat, putant Pe. & Abb. ꝙ
poſſet illum reuocare, cum etiam id poſſet, ſi conſen
ſiſſet expreſsè niſi cõtinentiam uouiſſet, ſupra c. 1. Si
tamen non reuocat, mortuo diſſimulante, non pote
rit ille redire ad ſeculum, quod ſi fecerit, & contraxe-
rit, compelletur uxorem dimittere, & ad monaſte. re
dire. ſic intelligitur, infra c. proximo. In quarto caſu,
quando conſentit, ſubdiſtin. quia aut inuitus, aut per
dolum, aut ſponte. ſi inuitus, non tenet ingreſſus, inf.
eo. accedens, cum concor. Si per dolum, uel ſponte
conſenſit, nec vouit, reuocatur ingreſſus, ſupra c. 1. ſal
tem per officium iudicis, ſi ſponte conſenſit, vt hic, &
ibi no. vel ad petitionem dolum paſſi, inf. c. ueniens,
ubi mulier reuocaſſet maritum, ſi non fuiſſet adulte-
rata. ſed ſi non reuocetur, mortuo reliquo non pote-
rit ad ſeculum reuerti. quod ſi fecerit, eſt reuocandus

ad mona. ut hic, & quod minus dicitur, ſupra c.1. hic
ſuppletur. ibi enim ſolum fuerat quæſitum, an reuo-
candus eſſet ad coniugem hic plus quærebatur, an il-
la mortua poſſet contrahere. In quinto caſu cũ con-
ſenſit, & uouit, ſub diſtin. aut eſt ſenex, & tunc poteſt
in ſeculo manere, ſupra c. prox. & c. cum ſis. Aut iuue
nis, & tunc debet cõpelli, ut intret mon. inf. eo. ſigni-
ficauit, & ſic intelligatur canon. quem alle. hic gl. 33.
q. 5. qui uxorem uelare permiſſerit, de illo, qui etiam
uouit, per iura prædicta. Sextus caſus, quando con-
ſentit, & profitetur, expeditus eſt, ſupra, ubi uerò uir
non uult profiteri, ſed ordinari, dic, ut ſupra eo. con-
iugatus, & c. ſeq.

ANNOTATIONES.

a ¶Non cogitur. Perdit tamen ius exigendi debitum propter in-
greſſum, & ibi no. Io. And. in c. quidam, ſuper 2. gl. & an idem ſit,
ſi ſe fecerit ordinari ad ſacros, uide in c. placet, per Io. And. in gl.
quid ſi. & probat ille tex. quòd talis ingrediens inſcio cõiuge ſua
ſponte non poteſt exire: aliter ſentit Io. And. in ingrediente de vo
luntate coniugis coacta, ſiue inuita, uel ſciente.

*SVMMARIVM.*

1 *Coniux profeſſus religionem quo caſu hic non poſſit ad ſeculum re-
uerti, & nu. 2.*
*Per habitum profeſſorum uotum ſolennizatur.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
*Coniux religionem ingreſſus inuita, uel non contradicente uxore,
an ea mortua poſſit ad ſeculum redire.*
*Mutare uitam per religionis ingreſſum an uelle præſumatur.*
*Contradicere expreſsè plus eſt, in fi.*

### CAPVT X.

1 COnſuluit. Caſus. Si † coniuges pro-
fitentur religionem alte-
ro mortuo alter ad ſeculum redire nõ po-
teſt, vel ſm aliam veram. Profeſſus religio
nem de cõſenſu uxoris in ſeculo remanentis, ea mor
tua ad ſeculum redire nõ poteſt. Communis diuiſio.
2. ibi, conſultationi [*Transferat*] ſi dicas, ipſa uxor, tunc
eſt planum, & nullum contrariũ: alias dicas cum glo.
[*Vel ſi ductam*] hoc dixit, quia multa impediunt, quæ
nõ dirimunt [*Nec habitum*] profeſſorum, per quem ſo-
lennizatum fuit uotũ, ſup. ti. 1. ſtatuimus [*Dirimendum*]
& cogendum, ut ad mona. reuertatur ſecundũ Hoſt.
2 & hoc propter rationem, quam ponit gl. ¶Vlt. † glo.
ſoluit contrarium. ¶[*In glo. 1. ibi, de conſenſu*] ut dixi in di
ſtin. ſup. c. proxi. Pe. & Abb. intelligit hoc c. quando
ſciente, & tacente cõiuge religionem profitetur, quæ
ſi prius moritur, quàm reuocet, ille manet monacus
[*& ibi, poſt mortem*] Dicebat Inn. ꝙ manendo in mon.
poſt mortem uxoris, etiam ſi mortem ignorauit, ſo-
lennizatur votum ex nunc, quod ſic probat, ſeparan-
do ſe ab uxore uoluntaria, ſup. eo. ex parte, uel inui-
ta, ſup. eo. quidam ſemper præſumitur uoluiſſe muta
re ſeculum: quod propoſitum ſolennizatum fuit per
ſuſceptionẽ habitus, niſi vxor impediret, per no. ſup.
ti. eo. ſignificatum, & c. conſulti. ſublato ergo impedi
mento coniugis per mortem, ſtatim ſolẽnizatum ſit
uotum, vt nõ ponderetur hic ſcientia, vel opinio, ſed
rei ueritas inf. c. 2. Nec dicere poteſt, ꝙ morã in mon.
fecerit, credens uxorem uiuere, ad quam redire nole
bat: quia turpitudinem ſuam in hoc allegans audien-
dus non eſt, ſup. de don. inter dilectos: ſecus eſſet, ubi
coniugatus religionem intrans proteſtaretur, ꝙ non
intrat intentione mutandi uitam, ſed probandi regu-
lam: quia etiam mortua uxore tunc nõ ratificatur in
greſſus, quàmdiu durat tẽpus probationis: quia nec
ratificaretur, ſi cõiugatus non eſſet, ſup. eo. ſuper eo,
& c. ſtatuimus. Requiritur ergo in tali ratificatione,
ꝙ præceſſerit expreſſa, uel tacita profeſſio, quàmuis
impedita propter uinculum cõiugis. Dicit tamen In-
no. ꝙ aliqui dicũt, & forte melius, ꝙ ſi ingreſſus uxo-
re inuita, licet ea mortua ibi maneat, hoc ignorãs, nõ
ratificet ingreſſum propter rationem, quæ redditur
in matrimonio carnali, inf. de eo, qui du. c. 1. & c. ue-
niens, & poſſet dici hoc uerum, cum mulier contra-
dicit. primũ, cũ ſimulat, uel cõſentit, & nõ uouet. plus
enim eſt expreſsè cõtradicere &c. de bap. maiores, de
ſimo. ſicut tuis [*& in fi.*] ad hoc, ĵ. de uo. & uo. redẽ. c. 2.

*SVMMARIVM.*

1 *Coniux quæ continentiam uouit, tenetur reddere debitum coniu-
gi, licet ad tempus uoto conſenſerit.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 3.*

### CAPVT XI.

1 CAriſſimus. Caſus. Coniunx † quæ
continentiam uouit, te
netur reddere debitum cõiugi: licet ad tẽ-
pus uoto conſenſerit [*Et infra*] hic forte de-
ciditur querela regis aſſerentis, ꝙ uxor ſibi cohabita-
re nolebat, uel debitum reddere [*Graui infirmitate*] hoc
no. factum: quia idem in ſanitate [*Ad tempus*] forte ad
2 annum, uel donec eſſet ſanata, Pe. ¶Glo. 1. † arguit, &
3 remit. Iterum arguit, & approbat. ¶[*In † glo. 1. in fi.*] de
hoc, ſup. ti. 1. veniens. ¶[*In gl. 2. in fi.*] ſcilicet, Gof. Phi. &
Inno. quod placet Hoſt. per id, quod dicit gl. proxi.

*SVMMARIVM.*

1 *Si coniugum alter ob alteram de monaſterio an eo mortuo redire co
getur ad monaſterium.*
*Alter ipſorum ſine altero profiteri non poteſt, & ratio, & quo ca
ſu, continentiam uerò poteſt.*
2 *Vxorem ingreſſam religionem uiro repetere an neceſſarium, &
quando.*
*An eius ingreſſum ſufficiat ratificare, & quo caſu.*
3 *Continentiam promiſiſſe intelligitur ingreſſa monaſterium, & uo-
tum ſimplex cenſetur.*
*Initium unde habere poſſit, eum ad eum caſum deueniſſe, non ſem-
per eſt uerum.*
*Habitus, niſi profeſſio fiat, non facit monacum.*
4 *Ad ordines ſacros ſi quis promotus ſit ignorante uel inuita uxore,
poſterius debet obitum continere, & ſi contraxit, non tenet.*
*Votum continentiæ impedit matrimonij contractum.*
*Matrimonium non impedit ordinum ſacrorum promotionem.*
*In ordine ſacro imprimitur character, & eſt ſacramentum.*
*Profeſſio neutrum horum eſt.*
*Extrauagantem Ioannis citat Io. And.*
5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 6.*
*Sententia non poteſt pro parte ualere, pro parte non, & excipitur,
nu. 6.*
*Iudicium ſoluitur per arrogationem meam eius, quorum litem con
teſtatus fueram.*
7 *Additio gloſſarum.*

### CAPVT XII.

1 PLacet. Caſus. Si alter † coniugum al-
tero ignorante profitetur reli
gionem, & propter hoc de mon. reduci-
tur, illo mortuo ad mon. redire non cogi-
tur. Communis diuiſio. ſecunda ibi, Super quo [*Habi-
tum*] potes dicere etiam profeſſorum. nam & infra di-
citur, ꝙ profeſſionem fecit, impeditur autem ſolẽni-
zatio propter ignorantiam coniugis. Vnica enim ca-





ro per copulam profiteri non poteſt, niſi tota cõſen-
tiat. nõ eſt ita incontinẽtia ſeruãda, ꝙ põt altera pars,
quantum in ipſa eſt, & ſine præiudicio alterius, vt ſeq.
tur, & probatur, ſ. eo. quidã, ſm Hoſt. [*Reuerſo*] ad pro-
2 pria de longinquo, Gof. [*Educta*] quærit † Hoſt. quid ſi
maritus illã nõ repetit? reſpondet, quod ſi eſt iuuenis,
neceſſe habet repetere, aut profiteri: ſi ſenex, ſufficit,
ꝙ promittat cõtinẽtiã, ſup. eo. cũ ſis, & c. uxoratus. uel
forſan aliud in hoc caſu: quia licet ſic à principio fieri
a debuiſſet, ut ibi: ſufficit tamẽ,[a] ex quo factũ eſt, ꝙ ma
ritus ratificet, & caſtè uiuat. Quid ſi uiuit incõtinẽtia?
dic ꝙ cogetur intrare religionem, ſi uxor excipiat de
fornicatione, nec ſuſtinebit epiſcopus, ꝙ ex quo in-
cõtinens eſt, uiuat in ſeculo. ſ. eo. cũ ſis, & ſic propter
ſuum delictum cogitur quis religionẽ ingredi. 34. di.
fraternitatis. ĵ. de pœnis, tuæ ſecũdum Hoſt. [*Promiſit*]
3 intelligitur † promiſiſſe, & cẽſetur hoc votũ ſimplex,
ut ſup. c. quidam, ſm Inno. [*Quod*] ſcilicet non exigere
[*Ad eum caſum*] ſic. ff. ad l. Aquil. quia in eũ. hæc tamen
ratio non eſt perpetua. ff. de ac. & obli. quæcũq; [*Pro-
feſſionem*] hic patet, ꝙ profeſſionẽ fecit, ut prædixi. Vn-
de, ut dicit Goff. non procedit, quod quidã dicere uo
luerũt ad ſo. cõtrarij decr. ex parte, ſup. eo. ꝙ iſta ſolũ
habitũ recepit, qui non facit monacũ, ſup. tit. 1. porre
ctũ: quia, ut dicit, ſecundũ id non fuiſſet neceſſe pon-
derare abſentiã, uel mortẽ uiri. dicit ergo illã verã ſo-
lutionẽ, quæ habeť ibi in fi. vlt. gl. [*Non cogendam*] Quid
4 † ſi ignorãte, uel inuita uxore ſe fecerit quis ad ſacros
ordines promoueri, nũquid poſt mortẽ vxoris cogiť
cõtinere? videť ꝙ nõ, ar. hic, & in fi. & hoc tenuit Gof.
ſup. eodẽ, quidã. Tu dic contra ſecundũ Inno. & Hoſ.
ꝙ ſi contrahat, non tenet matrimonium. nec obſtat,
quod hic diciť. Aliud enim hic, quàm ibi. Matrimo-
niũ enim de iure naturali nõ impedit promotionẽ ſa
crorũ ordinũ, hoc patet ex eccleſia oriẽtali. 31. diſt. in
b cęna.[b] Sola ergo cõſtitutio eccleſiæ talẽ impedit pro
moueri, de cler. coniu. c. 1. & per totũ, de tẽpo. ordi. c.
ult. lib. 6. Ceſſante igitur impedimento: ideſt mortua
uxore cõſtitutionẽ ſeruet, quæ eſt, ꝙ ordinatus in ſa-
cris non contrahat, & ſi contraxerit, nõ teneat. 84. diſ.
cum in præterito. ſecus in uoto: quia de iure naturali
matrimonium, uel eius vſus impedit voti emiſſionẽ,
in quo quis ad cõtinentiã aſtringitur, ut ab omni ab-
ſtineat muliere, de ſtatu mona. cum ad monaſteriũ,
& ideò talis cõtinentia, & vſus matrimonij ſimul eſſe
nõ poſſunt: imò tanquã incompatibilia &c. de bap.
& eius effe. maiores. Addas rationem, quia in profeſ-
ſione nullus remanet, uel imprimitur caracter, qui ta
mẽ remanet, & imprimitur in ordine, licet collatus
fuerit cõiugato. & ſic mortua uxore uerũ eſt iſtũ eſſe
ſubdiaconũ: ſed nõ eſt uerũ illũ eſſe profeſſum. Ratio
nis ratio, quia ordo eſt ſacramentũ, ſed profeſſio nõ.
Ad prædicta facit extrauagans Io. quæ incipit, Anti-
quæ. uide, quod ſcripſi de regulis iuris, ſemel Deo, in
quæſtio. ver. tertij põderant. ¶Tertia gl. quęrit, & ſol-
uit. ¶Quarta gl. arguit, alle. duas leges in cõtrarium. l.
& vnum canon. & ſoluit. ¶Vltima gl. quærit, & remit
5 tit. ¶[*In † quarta gl. ibi, de unoquoq;*] uide de colluſi. c. 3. ſu-
per ult. gl. [*& ibi, etiam. §. 1.*] vide de ordi. cogni. c. 2. ſu-
per gl. ſi iſti [*& ibi. l. una*] uide de reſti. in integ. c. 1. ſuper
ult. glo. [*& ibi, in hoc iudicio*] in iudicio fami. er. non po-
teſt res iudicata pro parte ualere, & pro parte nõ uale
re, ut ſi in vnius perſona omiſſa ſit condemnatio. ¶[*In
gl. pe. ibi, ſi a me*] ſi arrogaui illũ, cũ quo litem fuerã con
teſtatus, ſoluiť iudiciũ [*& ibi, ſi alter*] cõiter incipit, Iu-
6 lianus. 2. uide de elec. querelã, ſuper. 1. glo. ¶[*In † gl. ar.
quod ibi, de reputa.*] ſup. quę ſi. in iudicio reſt. in integ. [*&
ibi, dic quòd*] ſecundũ. T. [*& ibi, plura capitula*] uel unũ ſo-
lũ ſeparabile. de hoc quære, de reg. iur. ea quæ, li. 6. [*&
ibi, Rainutius*] dicebat ibi Hoſti. ꝙ ſententia non poteſt
pro parte tantum ualere, ſi nõ eſt appellatũ. ubi uerò
eſt appellatum, poteſt pro parte confirmari, infirma-
ri, vel moderari etiam circa idem capitulum, conne-
xum, vel ſeparatum. licet enim dicatur, ꝙ officium iu
dicis ap. eſt confirmare, vel infirmare primam ſenten
tiam. 2. q. 6. ad fi. intelligitur tamen, ꝙ confirmat, uel
infirmat, ſi & quantum de iure fuerit. unde ponit exẽ
plum in condemnato ad 10. quæ petebantur, qui ap-
pellauit. ſi iudex appellationis inueniet probatũ de. 5.
tantum pro. 5. confirmabit ſententiam, pro reliquis.
5. caſſabit, ut ibi, & in decre. Rainaldus, alle. de app. ſi
duobus [*& ibi. l. prædicta*] etiam adde, & infra de priuil.
cum olim. 2. ¶[*In glo. ſic æqua, ibi, Si alter*] communiter
incipit, Iulianus. 2.

ANNOTATIONES.

a ¶Sufficit tamen. Contra hoc facit, quod no. gl. ſup. eo. uxoratus,
quia etiam poſt licentiam iudex ingreſſum reuocare debet, ſi re-
manens ſit ſuſpectus, & uide ſup. c. 1. oportet primò dici illam gl.
loqui, quando ab initio ingrediens habuit licentiam, hic nullam,
niſi dicas, quòd ratificatio, de qua hic, æquiparetur licentiæ.
b ¶In cęna. Illud capitulum uidetur concedere uſum matrimonij
iam ante ordinationẽ contracti, nõ autẽ permittit poſt ordinatio
nẽ contrahi, de quo per glo. in c. ibi ſe. & plenius uide ibi prox. in
c. ſi quis eorũ, hic uidetur ſentire opi. quòd non poſſit cõtrahere.

*SVMMARIVM.*

1 *Quid hoc capitulo decidatur, & quando habeat locum.*
*Bohemorum uſus in prandio quis.*
2 *Aetatis ratione præſumitur.*
3 *Additio gloſſarum.*
*Coniugum alter quando non ſit recipiendus ad obſeruantiam regu-
larem propter alterum.*

### CAPVT XIII.

1 ADapoſtolicam. Idẽ † quod ſu-
pra, eo. cũ ſis,
& pars ſup. tit. 1. ad apoſtolicã, & ponit di-
ctũ, & exceptionẽ à dicto ibi, niſi [*Vna ca-
ro*] unde & erũt duo in carne una, ſup. de biga. debitũ
[*In ſeculo*] no. cõtra Bohemos, qui in vno prãdio de eo
dem animali, uel uolatili parant diuerſa ferculorũ ge
nera [*Remanere*] Gregorij fuerũt hæc uerba in c. Aga-
thoſa, in fi. 27. q. 2. [*Perpetuam*] non ad tempus. ſup. eo.
chariſſimus [*Repromittat*] habet hoc locũ in coniugi-
bus fidelibus per id, quod habes inf. de diuor. quãto,
& c. gaudemus [*Mutare*] pro parte no. hic Hoſ. mẽtem
diſtinctionis, quã poſui ſup. eo. ex parte [*Aetatis*] præſu
2 mitur ratione † ætatis. ff. de iureiu. ad perſonas, ſup. de
teſtibus, licet. Vin. & no. quia ponderat hic ætatem, &
rationẽ, quæ præcedit ad id, quod dixi ſup. eo. coniu-
3 gatus. ¶[*In † gl. 1. in fine*] & hæc iura probant, ꝙ ſolũ ad-
uertẽda eſt ſuſpitio incõtinentiæ in coniuge, ſed quid
ſi de incontinẽtia nõ eſt coniunx ſuſpecta, ſed alias de
malis moribꝰ, niſi ſit ſub cura mariti, puta ꝙ erat ma-
lefica, incantatrix, ebrioſa, lena, furatrix, uſuraria, uel
his ſimile: puto, ꝙ etiam his caſibus epiſcopus nõ de
beat dare licentiam, uel eius profeſſio recipi, cũ in ef-
fectu eadem ſit ratio, ex quo nõ expedit ſaluti alteru-
trius. Si tamen cõtra fiat, puto: ꝙ ſolẽnizatum ſit uo-
tum, & hoc quia principalius inſpicimus in huiuſmo
di diuortio fidem tori, quod eſt unum bonum matri
a monij. ad hoc de condi. appo. c. ſi. & uide,[a] quod dixi
de diuor. de illa, in gl. ar. contra.

ANNOTATIONES.

a ¶Et uide. Et facit, quod not. gl. in c. idolatria. 28. q. 1. & Io. And.
in c. quæſiuit, de diuor. in gl. idem.

*SVMMARIVM.*

1 *Sponſalia de præſenti ſoluuntur per religionis profeſſionem, non per propoſitum ſeruandæ caſtitatis in ſeculo, & nu. 4. in fin.*
*Habitus profeſſorum ab habitu nouitiorum ut diſcernatur.*
*Votum ad ſolennizandum quid ſufficiat.*
2 *Lepra ſponſalia quæ diſſoluat.*
*Etſi, pro quamuis.*
3 *Matrimonium per hæreſim an liceat diſſoluere.*
4 *Cap. Inſinuante, qui cler. uel uouen. an obuiet huic.*
*Votum quod in caſu huius decretalis fuerit, & quando non dirimit matrimonium, & num. 10.*
5 *Votum continentiæ ſolenne quod dicatur.*
*Confeſſioni coniugis quo caſu ſtetur, & quando non.*
6 *Religionem ingredi, & quam cogatur uxor propoſitum mutandæ uitæ, & ſupra, nu. 4. uide, & num. 9. in fi.*
7 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 8.*
*Sponſalia, & nuptiæ quomodo contrahi poſſint.*
*Mendacium obligantis non impedit obligationem. §. 2.*
9 *Additio gloſſarum.*
*Sponſus, uel ſponſa ingrediens religionem quid amittebat.*
10 *Votum regulæ, & uotum continentiæ differunt.*
11 *Matrimonium non conſumatum an ſoluatur intrante leproſo domum leproſorum.*

## CAPVT XIIII.

1 EX parte tua. Caſus. Per † religionis profeſſionē, non per
propoſitū caſtitatis in ſeculo ſeruandæ ſoluūtur ſponſalia de præſenti. Cōmunis diuiſio. ſecunda ibi: nos autē. in qua tria facit, quia primò
cōtra ſolutionem alle. ſecundò ſoluit ibi: nos tamen. tertiò ſolutionē determinat ibi: porrò [*Benedictione*] p quā diſtinguitur habitus profeſſorū ab habitu nouitiorū, ſ. ti. 1. ſtatuimus, Goff. [*Letania*] q. d. nil fuit omiſſum de ſolēnitate cōſueta, & dicunt qdā, φ ſi hæc mulier non habuiſſet uirū, uel mon. intraſſet, quodlibet iſtorū ſuffeciſſet ad ſolēnizationē voti, quod non placet Inn. niſi cū ſolēnitate ſolita faciat, uel niſi ſuā uolūtatem exprimat, remittit ſup. ti. 1. uidua [*Lepra*] quæ
2 licet † diſſoluat ſpōſalia de futuro, nō tamē matrimoniū. de hoc inf. in gl. pe. [*Etſi*] pro quāuis [*Videri*] quod tamē eſt falſum, ut ſeqtur [*Legitimas*] ætate, & alia aptitudine, ut nullum ſubſit impedimētum, Gof. [*Ratum*] quod ratificatur in ſacramento baptiſmi. j. de diuor. quāto, & remittit hic Hoſt. ad id, quod poſt eū dixi. ſ. eo. ex publico, ad ſi. ult. gl. [*Fieret hæreticus*] putat Hoſt.
3 hoc † planū eccleſiā poſſe ſtatuere, matrimoniū hoc caſu diſſolui, ſicut ſtatuit de matrimonio infideliū. j. de diuor. quāto, & c. gaudemus, & maxime in caſu, de quo loquitur hic, ſcilicet matrimonio non conſumato. nā quare aliud cēſeatur de infidelibus, q̃ fidelibus, non eſt ratio, niſi ratificationis, quæ canonica conſtitutione firmatur, ſupra quā tamē eſt poſitus papa, de cōceſ. præ. propoſuit, cū ſi. [*Superat*] ad Phi. 4. [*Veſtigijs*] ſic. ſ. de iura. ca. c. 1. [*Inconſulto*] & inuito, ſup. c. 2. [*Tranſire*] q. d. nō habita diſtinctione, an fiat hic ex reuelatione diuina, uel nō, cū nec illa iura diſtinguant. 2. q. 5. cōſuluiſti [*Obſeruandum*] nō ob. lepra, nec ſuſceptione ue-
4 li [*Matrimonium*] inf. qui † cler. vel vo. inſinuante, cōtra. So. ibi emiſit uotū, hic nō, uel illa libera nō habēs ſpōſum, quæ per hoc facilius præſumitur ſolēnizaſſe uotū, ar. ſup. ti. 1. cōſulti, hic uerò erat ligata ſponſum habēs, & ſic difficilius præſumitur ſolēnizatio. Inn. uerò dicit, φ hic fuit ſolenne votum continentiæ, non profeſſionis, quod uotū non dirimit prius matrimoniū, dirimeret tñ poſterius, & ſic loquitur contrariū, & vide quod poſt cum dicā. j. de frig. fraternitatis, ſup uer. alioquin. Hæc ſolutio nō placet Hoſ. qui dicit, quod ſi ſolēniter uouit, licet uotū nō dirimat matrimoniū nō conſumatum, tñ propter uotum ſic ſolenne cogetur religionē ingredi, & tunc erunt ſoluta ſpōſalia, &
5 ſic intelligit literā ſequentē, & intelligit † votū cōtinētię ſolenne, quādo promiſit ſe ingreſſurā, uel ſeruaturā certā religionē, in cuius ſignū recepit uelū ſolenniter benedictū, ar. ſup. eo. c. in prin. inf. eo. accedens, & idem putat qualitercūq; appareat, φ vitā voluerit mutare per teſtes, inſtrumēta, uel etiā confeſſionē ſuā: Et eſt ratio, quare hoc caſu ſtatur confeſſioni: quia ſine cōfeſſione poteſt, ſi uult, mona. ingredi. ſ. c. 2. nec obſtat decre. ſuper eo. inf. de eo, qui cog. conſan. quia intelligitur de matrimonio cōſumato, uel quādo confeſſio fit ſuper alio, q̃ ſuper ingreſſu ratione prædicta, & adde, quod no. de rapto. c. ſi. Multa uerò hic, & alibi no. per Inn. & Hoſ. de ſolennizatione uoti cōtinentiæ puto expedita per decr. unicā de uoto, li. 6. [*Regularem*] no. nō dicit ad cōtinentiā, & ſic nō facit pro, Ho. & Pe. in eo, quod dicā ſuper glo. [*Propoſitum*] quaſi in-
6 nuat hæc litera ſecundū Hoſti. φ ſufficit, φ † firmiter propoſuerit uitā mutare, & φ ſolennitates, de quibus dicit prin. fieri fecerit, intēdēs ſe obligare religioni, & tunc neceſſe habebit religionē ingredi certā, ſi ſe illi deuouit, vel aliquā approbatā, ſi ſe obligauit in genere. ad hoc de reg. conſtitutionē, li. 6. & licet vxor non cognita neceſſe habeat ingredi religionē, ut diſſoluatur matrimoniū. & idē in vxore epiſcopi, ſ. eo. ſane, & in uxore illius: qui pfitetur, ſi iuuenis eſt: uxor tamē profitētis, ſi nō ſuſpecta, ſatis eſt, φ cōtinētiā uoueat,
a nec cogetur obſeruare[a] aliquā regulā. ¶ Secūda † gl.
7 no. inter abſentes, &c. alle. alia quatuor iura. ¶ *Gl. falſa*] all. cōcor. & demū cōtraria. ¶ Gl. pe. reſpōdet per ob. an clericatus, uel vita eremitica &c. in ſi. quærit, & ſol
8 uit. ¶ *In* † *gl. 2. ibi, ſufficit*] ſequitur, nudus cōſenſus ad cōſtituēda ſpōſalia. denique cōſtat, & abſenti abſentē reſpōderi poſſe, & hoc quotidie fieri [*& ibi. l. ult.*] non refert, an ſpōſalia quis cōtrahat per ſe, uel per aliū nunciū, uel epiſtolā [*& ibi, mulierem*] ſequitur, abſenti per literas eius, uel nunciū poſſe nubere placet. ¶ *In 3. gl. ibi, Deo nobis*] uide etiā in ſupple. ¶ *In gl. falſa, ibi, l. 2.*] hāc & ſe. uide de reſcri. ſignificāte, ſuper. 1. gl. [*& ibi. l. 1.*] obligabā corpus, quod æs erat, & dicebā illud aurū: obligatū eſt illud corpus æris [*& ibi, ſi rem alienam*] ſi debitor mihi pignorat rē alienā, vel in pignore malitioſè uerſatur, locus ē cōtrario iudicio [*& ibi, ſi repetendi*] ui
9 de de iureiu. quēadmodū, ſuper gl. 2. ¶ *In* † *gl. 2. ibi, inter abſentes*] adde, quod no. 64. diſ. c. 1. ] *& in ſi.*] inf. de pcu. c. ult li. 6. ¶ *In gl. 3. in ſi.*] imò uir olim exegiſſet duplicatam à ſpōſa ingrediēte. ipſe uerò ſpōſus ingrediēs perdebat arrhas, quas dederat. hoc ibi dicitur. forte gl. intellexit, φ non poterat olim ingredi ſine pœna perdi-
b tionis arharū. ¶ *In gl. falſa, ibi, quia circa*] ubi de hoc[b] [*& ibi magnæ, in ſi.*] ibi ceſſatio cauſæ nō liberat à uoto, ſed ex illa uotū facili⁹ cōmutat. ¶ *In gl. pe. ibi, de uiduis ideſt*] & ibi ſatis de hoc [*& ibi, fieret clericus*] & hoc approbat extraua. Io. antiquę. de hoc. 17. q. 2. deſpōſatā, plenius, j. de uoto, c. uno. li. 6. Hoſt. dicēs ſe copioſe tractaſſe in ſum. eo. ti. §. & utrū poſſit. §. ſed quid ſi maritus, & ſequē. Dixit talē cogēdū intrare religionē per ſi. capitu
10 li, & idē hic Pe. ſed † ut in ſi. dixi textus in ſi. nō loquit de eo, qui vouit cōtinentiā, ſed de eo, qui uouit regulā, quod nō facit, qui promouet ad ſacros, licet enim continentiā voueat, non tamē renunciat propriis, & propriæ uoluntati. abſurdū eſſet eū cogi ad id, quod nō elegit. quare tene, quod dixi in præ. decr. vnica, de uoto. nō ob. huic rationi, j. eo. ſignificauit: quia ibi ſolēnizationē uoti uir cōmunicat uxori uouēti, uel aliter, ut ibi dixi poſt Inn. [*& ibi. §. ecce*] vbi de hoc [*& in ſi.*] Quærit † Hoſti. an ſoluatur matrimoniū nō conſumatum leproſo intrante domū leproſorum? So. Si religioſa eſt domus, planū eſt, φ ſoluitur. Si uerò nō eſt

ibi



ibi religio, adhuc dicit æquum, φ ſi promitteret illa tria ſubſtantialia regulæ, ſcilicet obedientiam, continentiam, & abdicationem proprij, φ ſoluatur uinculum, cum leproſi quaſi religioſi cenſeātur, de ec. ædi. c. 2. & uide quod ibi dixi. Dicit Hoſti. φ non vult hoc aſſerere, cum non ſit iure diffinitum, & ideò dicit papam conſulendum. Dicit tamen diſtingui poſſe, an timeatur incontinentia leproſi, uel non, & an domus ſit apta ad continendum, ut ſi ſunt ibi maſculi tātum continenter uiuentes, & ille leproſus ſenex, & maturus eſt, vel non eſt domus apta, & quia ſunt permixti ſexus, ut eſt cōmuniter, & leproſus iuuenis, & his ſi. ſicut diſtinguitur in ſi. ca. ſup. c. prox. cum concor. tu dic ſecurè per talem ingreſſum matrimoniū non diſſolui, niſi ſit ibi religio approbata: alias poſt contractum uxoris etiam leproſus contrahere poſſet, quod eſſet abſurdum, & hoc patet etiam in præ. extrauag. Io. quæ incipit, Antiquæ.

ANNOTATIONES.

a ¶Obſeruare. Contra, quia ſi licentiam dedit uiro, & ipſe uouerat continentiam, intelligitur tacitè profeſsa, & ſic cogitur intrare monaſterium, uide Io. And. in c. cum ſis, in ſua gl. ſi. & gl. in c. uxoratus, & c. ex parte, & infra, eo. ſignificauit, ſuper gl. 1.

b ¶De hoc. Et plenius uide Bar. in l. demonſtratio, ff. de cond. & demon. & doc. & Bal. in l. 2. C. de fal. cauſa adie. le.

*SVMMARIVM.*

1 *Maritus factus monacus à coniuge adulterata repeti non poteſt, ſed à continente poteſt etiam creatus papa, nu. 3. in fin.*
*Additiones ad ſpeculatorem ante hoc cōmentum uidentur ſcriptæ.*
*Mala omnia pati potius quis debet, quàm committere, quod hæc puella.*
*Adulterij elidi poteſt exceptio, & qualiter.*
2 *Adulteri non poteſt mulier eſſe uxor mortuo uiro.*
3 *Epilogus, & additio gloſſarum.*

## CAPVT XV.

1 COnſtitutus. Caſus. Marit⁹ † factus monacus à cōiuge adulterata repeti non poteſt. primò narrat factū. ſecundò dat iudicē. ſecūda ibi, ideoque [*In facie eccleſiæ*] hic uide, quod ſcripſi in Spec. de clan. deſpon. ſuper rub. [*Duxit uxorem*] quod facere potuit, de cleri. coniu. c. 1. [*Copulata*] debuit puella potius omnia mala pati, q̃ huic malo conſentire. 32. q. 5. itane. Inn. [*Ordinaſti*] forte ignorans, φ haberet vxorem, Goff. [*Remorderet*] eo ſcilicet, φ non conſentiente uxore ſuperſtite de facto alteri copulata ordinat⁹ fuiſſet, Gof. Vel remordebat cōſcientia, quia exceptio adulterij ſibi cōpetēs elidi poterat replicatione adulterij, cū ipſe etiā adulteratus fuiſſet, ſed hoc erat occultū, quod ſi in iudicio conſtaret, papa aliter reſpondiſſet, uel fruſtra formidabat: quia bonarū mētium eſt &c. de obſer. ieiu. conſiliū [*Et infra*] deciditur, quod quærebatur, an mulier poſſet cū ſecūdo manere, & an poſſet primū repetere [*Ita ſe habet*] ſup. & adulteriū mariti
2 nō obſtet, ut prædixi [*Coniuncta*] & ſic † ēt mortuo primo nō poſſet eſſe illius uxor. de eo qui dux. in matri. ex tuarum, & c. ſi. [*Monacum*] patet, φ profeſſio tenuit.
3 ¶ Gl. ſecūda † obijcit, & ſoluit. ¶ *In gl. 1. ibi, potuit*] adde quod dicam poſt Inn. inf. c. prox. in ſi. [*& ibi, habebat in eum*] nō ob. φ uir ubi ſibi nubēti per iudicē nō contradixit ſm Inno. [*& ibi, cognita*] prius, q̃ illā duceret. ¶ *In gl. ult. ibi, fraternitatis*] ibi fuerat matrimoniū ſeparatum per iudicium eccleſiæ [*& ibi, Gaudemus, in ſi.*] ibi licitè contraxit ſm ſuā legem [*& ibi, Præmiſſa*] uel ſi uis dicere, φ præceſſit ſentētia, mulier fuit conſcia fraudis in ſententia interuenientis ſecūdum antiquos [*& ibi, fornicationis*] quæ quia notoria erat, obſtaret ēt petenti reſtitutionem, de diuor. ſignificaſti [*& ibi, repetere*] etiā ſi factus fuiſſet papa, de hoc. 79. diſt. ſi quis pecunia.

*SVMMARIVM.*

1 *Replicatur quod in proximo.*
*Ad lachrymas calamitoſorum flecti conſtantis hominis non eſt.*
*Adultera non poteſt extrahere de monaſterio maritum, & nu. 2.*
2 *Propter adulterium mulieris ſolēnizatur uotum uiri, quod à principio non tenuit.*
*Matrimonium non dirimunt exoculatio, uel caſtratio.*
3 *Poſt diuortij ſententiam quò ad torum, licet alter coniugum intret monaſterium, tamen remanens in ſeculo poſt mortem illius licitè contrahit.*
*Adulteræ maritus ea inuita non poſſet fieri ſubdiaconus, licet poſſet monacus fieri, & ratio.*
4 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, num. 5.*
*Adulterij exceptio quando tollatur per replicationem adulterij, & quando non obſtet extractioni de monaſterio etiam inuitis monacis.*
*Confeſſioni in quo caſu hic credatur, in fin.*

## CAPVT XVI.

1 VEniens. Idem † quod proxima, & diuiſio eadem. 2. ibi: Quocirca [*Et infra*] hic deciſum colligitur, infra uer. licet [*Fletibus*] non eſt conſtantis hominis flecti ad lachrymas calamitoſorum, ff. de offi. præ. ob ſeruandum, Goff. [*Præſente*] hoc non nocuiſſet, niſi interueniſſet fornicatio [*Tonſuratis*] & male, ſup. eo. c. 1. Innoc. [*Solenniter*] non ſic, φ nō potuiſſet inde per mulierem trahi, ſi continuiſſet, ſupra c. placet. Hoſ. [*Ama-*
2 *tores*] propter hoc † adulterium ſolennizatum fuit votum uiri, quod à principio nō tenuit. 27. q. 2. Agathoſa. Inno. [*Et infra*] deciditur concluſio quæſtionis, an perſeuerare poſſet maritus in mon. quod intrauit [*Inutilem*] forte minabatur ſeipſum exoculare, Goff. Vel caſtrare. ſed hæc non dirimunt matrimonium. 32. q. 7. qui ſani [*Fornicationis*] notoriæ, & hoc ſoluit omne quare, ſecundum Hoſti. [*Elidi*] Dicit Inn. hoc pro cer
3 to † tenendum, φ licet poſt ſententiam diuortij quò ad torum alter coniugum intret monaſterium: tamē remanens in ſeculo poſt mortem illius licitè contrahit. Mortuo enim uiro &c. de ſecun. nup. c. pe. & ulti. & licet maritus adulteræ ipſa inuita poſſit fieri monacus, quia iura, ſup. eo. cum ſis, & ſimilia loquuntur de uoluntariè uouentibus, & quādo in pœnam alter nō priuatur iure ſuo: nō tamē ipſa inuita poſſet fieri ſubdiaconus. Ratio, quia uxor profeſſi illo mortuo po-
a teſt contrahere,[a] vt eſt dictum. uxor verò ordinati etiam illo mortuo debet continere. 38. diſt. quia ſunt. 32. diſt. ſeriatim, ad quod inuita cogi non debet. 32. q. 1. integritas, & de hoc infra c. dudum, uerſ. & φ idem.
4 ¶ Pe. gl. † notat à cōtrario, tripliciter quærit, & ſoluit. ¶ Vltima gl. arguit ſubueniri etiam ignorāti &c. ¶ *In*
5 † *gl. penul. ibi. l. 1.*] vide de reſti. cum olim, ſuper gl. 2. ¶ *In gl. pe. ibi, excipe*] & licet exceptio adulterij, quā proponit maritus, tollatur per replicationem adulterij, quā proponit mulier, ut in ſi. gl. non tamen exceptio, quā proponit mon. ſecundum Goff. Dixit Vin. φ marito, uel mon. non excipiente, excipit iudex ex officio, ſupra de excep. exceptionem, ff. de poſtul. quos prohibet [*& ibi, exiret*] ante profeſſionem. Nec obſt. quod proximè dixit. nec fuit hæc quæſtio de glo. Io. [*& ibi, in ſeculo*] Dicit. G. na. infra de adul. c. ulti. quòd compenſatio adulterij non habet locum, quando ſecundò adulterans licitè mutauerat ſtatum, alleg. ff. de mino. ſi ex cauſa. §. Papinianus ait, aliàs eſt lex, & ex tali mutatione uidetur eſſe nouus homo. ff. de adi-

 men.

men. lega. ſi ſeruus legatus. §. ult. in fi. [*& in fin.*] quæ
rit. Hoſti. pone, ꝙ maritus etiam adulterium cõmiſit,
& ſic mulier excep. eius poteſt replicatione repellere:
ipſe tamen nihilominus poſtea profitetur, mulier ip-
ſum repetit ex hac cauſa, & ipſe confitetur factum,
nũquid etiam inuitis monacis hoc caſu de mona. ex-
trahetur? uidetur quòd ſic: quia in præiudicium ta-
lis uxoris profiteri non potuit. Item in hoc caſu be-
ne creditur confesſioni coniugum, quãuis nõ crede-
retur, ſi ageretur de fœdere coniugij de eo, qui cog.
conſang. ſuper eo. & uidetur caſus de rap. c. pe. ubi re-
mit. etiam ad ſummã, de eo qui cog. con. §. ſi. uerſ. un-
de uidetur, quòd bonus, & ſequentibus.

ANNOTATIONES.

a ¶Contrahere, Contra hoc facit, quòd immò ipſa adultera uiro profeſſo cogitur profiteri, ac ſi ſibi licentiam dediſſet, quod not. Io. And. ſupra eod. plane, in glo. dicit Hoſtienſis.

*SVMMARIVM.*

1 *Vxor maritum profeſſum repetit, non obſtante licentia profitendi ab ea per metum extorta, ſecus ſi per dolum.*
*Religio pro profesſione.*
*Profesſio non tenet in præiudicium uxoris iuuenis, & nu. 3. cir. fi.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 3.*
*Expresſio maior, quàm taciturnitas, & quo caſu hic.*
*Contra factum ſuum propter animæ periculum ueniri poteſt, ut hic, in fin.*

CAPVT XVII.

1 ACcedens. Caſus. Vxor † maritum
profeſſum repetit, non
obſtante licentia profitendi ab ea per me-
tum extorta. ſi. de elec. quorundam, lib. 6.
Et differt hoc caſu metus à dolo, ſup. c. prox. in prima
partis narratio. in ſecunda iudicis datio. ſecunda ibi,
Quocirca [*Religionis*] ideſt profesſionis. ſed in præiudi-
a cium [a] uxoris iuuenis non uouentis non tenuit pro-
feſſio, ſic ſup. eod. placet. Si uerò intelligis de habitu
probationis, & ꝙ uir exiuit intra annum, tunc decre.
plana ſecũdum Hoſt. [*Reliquiſſet*] in quo peccauit quã
tũ ad ſe: quia ſeipſum obligare, & aſtringere potuit:
mulier tamen ſecundũ Inn. eum inuitum educere po
tuiſſet [*Et infra*] hic deciditur forte, ꝙ maritus reſiſte-
bat dicens ſe abſolutũ ab illa, quærebatur quid iuris.
2 ¶Gl. 2. † obijcit, & ſoluit. ſecundò quærit, ſol. & remit
3 tit. ¶*In † gl. 1. ibi, inuito*] uel ignorante, ſupra eodẽ pla-
cet. ¶*In gl. 2. ibi, continentiam*] cum ergo ſine his non ſuf-
ficeret expreſſa licentia, minus tacita. ſi. ſup. de præb.
dilecto, ſecundum Io. Tan. Vin. [*& ibi, iuuenis*] Hoſt. di
xit hoc præcipuè ponderandũ, ꝙ iuuenis erat, & nul
lum uotum emiſit. qua ratione non tenuit profeſſio
mariti, nec eſt uerum ſecundũ eum, quod dixit Goff.
ꝙ hæc reſtituatur ex officio iudicis: quia per prin. pa-
tet, ꝙ mulier petebat maritũ, & cõtra factũ ſuũ ꝓpter
periculũ animæ uenire potuit hoc caſu ſecũdũ eum.

ANNOTATIONES.

a ¶ Præiudicium. Quia iſta mutua adulteria reddunt utrique coniugum ius coniugij integrum, & perinde ac ſi nunquam adulterati fuiſſent.

*SVMMARIVM.*

1 *Vxor continens non ſuſpecta, quæ dedit uiro licentiam profitendi, non compellitur ingredi religionem, & an hoc uerum, nu. 4.*
*Religionem intrandi, & continentiæ uotum, & licentiam alterius coniugis quis recipere poſſit.*
2 *Aetas ponderatur in uxore ingreſſi.*
3 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 4.*
*Commixtionem profeſſarum cum non profesſis iura nolunt.*
*Profiteri, uel ordinari quis non cogitur, excipitur.*
*Vxor quando educi uirum de monaſterio petere poſſit, licet ei dederit intrandi licentiam.*
*Ius ignorare quibus promiſſum, in fin.*

CAPVT XVIII.

1 SIgnificauit. Caſus. Non † compel-
litur religionẽ ingre-
di uxor continens nõ ſuſpecta, quæ dedit
viro licentiam profitendi, & primò ponit
mulieris querelam. ſecundò dat iudicem. ſecũda ibi:
Quocirca [*Vice archiepiſcopi*] aliter non debuiſſet ſe de
talibus intromittere. de hoc de cõſan. c. 1. ſed nec de-
bent ſine diec. talia expediri, ar. hic ſup. c. cum ſis. con
tra inf. eo. dudum, poſt prin. ibi ſoluit Hoſt. & de hoc,
ſup. c. 1. [*Voto*] non dicit quali. & ideò diuerſimodè in
telligitur ſecundum Hoſt. [*Non dediſſet*] ergo non de-
bet ſibi nocere. ad hoc, ſup. de elec. cauſam, de iureiu.
ueniens, & c. Quintauall. ff. de pac. tres fratres. ff. de trã
ſac. qui cum tutoribus, in fi. ff. de contrah. emp. l. in le-
ge. C. de don. nec ignorans. ſed ad hoc reſpondetur ſe
cundum Hoſt. per ea, quæ poſt eum dicam ſuper glo.
[*Et infra*] hic deciditur, ꝙ decanus eã cogebat ad hoc,
2 unde petijt ſe ſuper hoc non impeti [*Aetatis*] not. † ꝙ
ponderat ætatem in vxore ingreſſi pro eo, quod dixi.
ſup. eo. cõiugatus [*Non permittatis*] cogent ergo iſti cõ
3 pulſorem, ut à cõpulſione abſtineat. ¶ Prima † gl. re-
ſpõdet per quæſtionem, an ſuſpecta cogatur intrare.
arguit à cõtrario, & fortificat argumentũ. ponit opi.
4 contrariam, quam approbat, & remittit. ¶*In † gl. 1. ibi,
religionem intrare*] Dicit Inn. ꝙ mulier iſta, quæ uouit cõ
tinentiam, etiam ſi ſit ſuſpecta, non cogitur profite-
ri. quare enim cogetur à proprio abſtinere, cum hoc
nũquam promiſerit, ſed cogitur eſſe in monaſterio,
ut mala ſuſpicio euitetur, ad hoc, ſupra eo. uxoratus,
ibi, cõmoretur, & idem notauit, ſup. c. 1. ut ibi ſcripſi,
ſuper vlt. gl. ibi tamen Hoſti. hoc improbat: tum quia
iura nolunt commixtionem nõ profeſſorum ad pro
feſſos, ſupra ti. 1. ut clerici, & c. uidua. facit cle. de elec.
c. primo. tum quia iſta non peccauit, quare debeat in
ergaſtulo poni, ſicut dicitur. 16. quæſtio. 6. de lapſis,
ſi dicatur nullum præciſè cogi ordinari, uel profiteri,
ſupra de æta. & qual. quæris. 32. q. 1. integritas. reſpõdet
id uerum in illo, cui non eſt, quid imputetur: ſed iſta
uouendo, imo ſolum licẽtiam dãdo ſe ad id obligaſ-
ſe uidetur, & hoc, ex quo iam recepta eſt uiri profeſ-
ſio muliere non profitente. nam prius cogeret ſuſpe-
ctam profiteri, ſupra eo. cũ ſis [*& ibi, officio iudicis*] hoc
uerum, quando mulier dedit licentiam uiro, ſed non
uouit continentiam. Cum enim uouit, locum habet
ſuperior pars glo. ſecundum Vinc. Dicit Goffr. idem
quando dat licentiam, & ſimpliciter promittit conti-
nentiam, vt tunc educatur maritus: ſecus, ſi uouet. vn
de Hoſti. diſtinguit. Aut mulier iſta emiſit votum ſo-
lenne, aut ſimplex, aut nullum. Si ſolenne, vera ſit opi
nio glo. ſupra eo. ex parte. 2. in fi. Si ſimplex, vel nullũ,
tunc non cogitur profiteri: imò potius uir debet ei re
ſtitui, & hoc, quia iuris ignara, nec de præiudicio ſuo
certificata, ad hoc, ſup. eo. ueniens, licet enim mulie-
ri, minori, militi, & agricultori, ſiue ſimplici, & rerũ
forenſium inexperto quandoque iura ignorare. ff. de
prob. cum de indebito, ante mediũ. l. §. ſi aũt is qui. &
ſic ſol. contraria ſignata in gl. ergo non debet.

*SVMMARIVM.*

1 *Adultera quò caſu detrudatur in monaſterium ad pœnitẽtiam peragendam, & nume. 2. & 3. & an cum dote, & quid ſi non habeat, num. 4.*





*Vt ei uir parcat, rogat eccleſia.*
*Conuerſæ hic pro pœnitentibus, & emendatis.*
2 *In monaſterio incluſo pœna an ſit tantum legalis, & an ſit ei locus, cum agitur ad ſeparationem tori.*
3 *Vxorem per ſententiam diuortij tori in monaſterio profeſſam uir educere non poteſt, ſecus ea non lata.*
*Probationis annus prorogatur, & reſtringitur.*
4 *Additio gloſſarum.*
*Dos an & quo caſu debeat eſſe mariti propter adulterium uxoris, an monaſterij in quo ponitur.*

CAPVT XIX.

1 GAudemus. Caſus. Adultera † quã
ſibi maritus reconci-
liare non uult, detruditur in mõn. ad pœ-
nitentiam peragendam, & non diuidi-
tur [*Si mariti*] non delinquentis prius, uel poſt, infra de
adulte. tua, de diuor. ex literis, Vincen. [*Commoniti*]
rogat ergo eccleſia maritum, quod parcat peniten-
tij, quod poteſt etiam pluries, de adulter. ſi uir [*Fru-
gem*] idem uerſi. ſupra titu. 1. licet, de ſta. mo. quod Dei
timorem [*Conuerſas*] ideſt penitentes & emendatas. nõ
enim intrauerant religionem, nec uouerant ſecundũ
Innocen. [*Propter Deum*] de ſpon. inter opera [*Collocare*]
2 hunc uer. ponderauit Pe. quia non † dicit, intrudere,
dicens quòd pœna incluſionis in mona. eſt legalis, &
cum de adulterio criminaliter agitur; & ſic loquantur
leges, quas alle. glo. Quando uerò agitur in foro ec-
cleſiaſtico ad ſeparationem tori non eſt locus illi pœ-
næ, per quod dicit illam non cogendam. per hæc uer
ba idem uidetur tenere Abb. qui dicit pœnam intru-
ſionis eſſe ſecularis & non eccleſiaſtici iudicis, remit.
ad no. per Innocen. de procur. tuę. Sed Hoſtien. intelli-
git, quòd hæc ſit noua pœna iuris canonici, ſcilicet ꝙ
lata ſententia diuortij, ſi maritus ſæpe monitus uxorẽ
ſibi reconciliare non uult, collocabitur in mona. ubi
3 † profitebitur, & manebit perpetuò; ita quòd uir illam
educere non poterit; & hoc ſonat uer. perpetuam, qđ
ſequitur, §. autem ſi uerò, & auctẽ. ſed hodie, quæ
alle. glo. intelligit non lata ſententia diuortij per eccle-
ſiam. tunc enim mulier intra biennium extrahi pote-
rit, nec interim profitebitur, ne fiat præiudicium ma-
rito recõciliare uolenti. & per hoc no. caſum quo pro
rogatur annus probationis ex cauſa, ſicut reſtringit, ſu
pra eo. ex publico. de hoc etiam ſatis dixi de diuor. de
4 illa, in ulti. glo. ¶*In † glo. 2. ibi, continetur*] ibi diſtinguitur,
an habeat, liberos, uel parentes, an non. Sed nonne
dos debet eſſe mariti. de hoc ibi no. in ulti. glo. & in au-
cten. ut lice. ma. & auiæ. §. quia uerò plurimas, col. 8.
per quem §. dixit hic Vincen. quòd uidebatur maritũ
debere hodie dare libellum accuſationis, & debere in
ſcribere ad lucrandam dotem. & eſt hoc contra ſe-
cundam ſolutionem, quam dat Accur. in auctẽ. ſed
hodie. dixit etiam hic, quòd ſi mulier nil habet, mona.
bene faciet illi, alle. de pœ. di. 1. importuna [*& ibi, frater-
nitas*] ubi de hoc in ulti. glo. & 81. di. dictum.

*SVMMARIVM.*

1 *Si coniuges abinuicem ſe abſoluerunt continentiam promittendo, & religionem intrando, alter alterum repetere nequit: ſecus ſi alter tantum promittit & intrat, nu. 2.*
*Diuiſio decretalis.*
2 *Matrimonium contrahitur etiam per conſenſum de futuro copula carnali ſecuta.*
*Reſtitutio coniugis hic quare non facta ante cognitionem proprietatis.*
3 *Renunciatio iuris uxorij in manibus cuius fiat, & quando ualeat, & num. 4. & qualiter ſuper hoc ſumetur inſtrumentum, non ſufficit, niſi ſequatur monaſterium.*
*Stipulari alteri qui poſſint.*
*Eccleſiæ intereſt multos habere contemplatiuos.*
5 *Votum continentiæ coniugatorum quando dicatur ſolenne, & quid comprendat, & nu. 6. 7. 8. & 15.*
6 *Non tollitur per illicitam eorum commixtionem etiam ante ingreſſum monaſterij.*
7 *Quid ſi ante matrimonium contractum uouerunt, poſtea conſumato eo alter uult ingredi monaſterium, an hoc poterit ſine alterius licentia.*
8 *Votum continentiæ ſolutorum quando dicitur ſolenne, & cur differenter à uoto coniugatorum fiat.*
9 *Hoſpitali legare idem, quod legare pauperibus hoſpitalis certi, & quid proſit hoc ſcire.*
*Canonica datur de relicto pijs locis, & mendicantibus.*
10 *Probare debet omnia, qui promittit omnia & ſingula probare.*
*An inſtrumento perdito, ſufficiat eius tenorẽ probare, eius amiſſio quomodo probetur, & quid proſit, remiſſ.*
*Quando contineatur plus in uno quàm alio de eodem facto, quando noceat.*
11 *Quo caſu non poſſi refici.*
12 *Verba refrenanda, per quæ ſæpe uenitur ad uerbera.*
*Vxorem poteſt maritus corrigere, non tamen in eam ſæuire.*
*Diſcipulum quoque præceptor.*
13 *Monaſterium ingrediens ſi dicat, quòd non intendebat carere proprijs, poſt ingreſſum profiteri non tenetur, & ſi habitum recipiat, expellendus, niſi profiteatur.*
*A carnibus abſtinere profeſſus regulam quando non teneatur.*
*Ab eis quæ regulæ abſtineant.*
*Notorium non excuſat ab ignorantia.*
*Regula religioſorum, uel eius ſtatuta non ſunt ius, in fi.*
14 *Libidinem quæ extinguant.*
*Fatuus dicitur, qui credit.*
*Modus ſumitur pro conditione, & è contrario ſæpe.*
*In perſona prima, uel tertia concipiatur ſentẽtia, an referat, remiſſ.*
15 *Conditio an uitiet monacatum, & quæ.*
16 *Sententia abſolutionis uel condemnationis in perſonam cuius formanda in caſu huius decretalis.*
17 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 18. 19. & ſequen.*
*Omninò, & in perpetuum quo modo hic accipiatur.*
20 *Cap. ſunt qui opes. 17. q. 4. intellectus.*
*In monaſterium ingreſſus non iudicio, ſeu impetu mentis quodam factus, an teneat, & nu. 21. §. 1.*
*Deliberatione non egemus in his, quæ ſunt in ſeipſis bona.*
21 *Senſus attendendus, non caſus.*
*Verbis lex non imponitur.*
*Dolus aduerſarij in ſpiritualibus, ut hic ingreſſu religionis, non uitiat contractum, tamen nocet ei, & in quibus. §. 1.*
*Religioni quando in genere quis obligatur, caſus hic.*

CAPVT XX.

1 DVdum. Caſus. Si † coniuges ſe abin-
uicem abſoluerunt conti-
nentiam promittendo, & religionem in-
trando, alter alterum repetere nequit. & in
prima facti, & proceſſus narratio. in ſecunda diffinitio
ibi, Nos itaque. Prima ſubdiuiditur. primò ponit au-
ditoris dationem. ſecundo ibi, Coram quo, actoris pe
titionem. tertio ibi, Ad quod, rei reſponſionem. quar-
to ibi, uerum, actoris replicationem, quinto ibi, ſed ad
iſta, rei triplicationem. Hoſti. dicebat, quòd quinque
2 erant partes prin. dic ut ſupra [*De præſenti*] idem † ſi de fu
turo, ex quo carnalis copula fuerat ſecuta, j. de ſpon.
is qui [*Copulam*] & ſic eo inuito non potuerat profiteri:
imò nec uolente, niſi & ipſe profiteretur, ut ſupra eo.
cum ſis [*Reſtitui*] forte agebat poſſeſſorio, quod pote-
rat, ex quo plenam poſſeſſionem non habuerat, de re-
ſti. ſpo. ex tranſmiſſa. & ſi dicis, quare ergo non fit re-
ſtitutio ante cognitionem proprietatis? dico, quod eſt
iſte de caſibus exceptis, quos ſcripſi, vt lit. non conteſt.

c.1.ſuper 4.glo. uel dic, quòd hic referebatur quæſtio
ſuper ſpoliatione, quæ negabatur ſecundum modum
de quo ſatis de reſti. ſpo. ſollicitè.uel hic petebat reſti-
tui agens petitorio,ut lit.non conteſt.c.2. [*Remedio*]re-
3 nunciatio† fundata ſuper hac cauſa potuit fieri in ma
nibus ſacerdotis, ut hic factum fuit, & etiam in mani-
bus ipſius coniugis: aliàs enim,cum ſemper intenden
dum ſit proli, facta renunciatio propter iuſtam cau-
ſam, puta infirmitatis, uel iniuſtã non ualeret, ex quo
non fieret propter Deum,ſecundum Innocen.[*Pura*]
Secus enim, ſi ſub conditione non exiſtente.32.q.ult.
c.ultimo[*Spontanea*]ſecus, ſi coacta 33.q. 5.notificaſti
[*Quinque teſtibus*]narrat factum; ſufficiebant duo, de te
ſti.cum eſſes [*Omni iuri*]collige hic formam inſtrumen
4 ti in hac materia,Pe. [*Renunciauit*]hoc †non ſufficiſſet,
niſi monen.fuiſſet ſecurum, ſupra de iureiuran.tua. 2.
Goffre. [*In perſonam eccleſiæ*] in propriam non potuiſſet
hanc reſignationem recipere: quia illius non intere-
rat ſpecialiter,vel ſingulariter,ff.de pac.ſi unus,§.ſi pa-
cta.totius autem eccleſiæ intereſt;multos habere con
templatiuos. & ideò ſacerdos, cum ſit officialis eccle-
ſiæ,& perſona publica, in eius perſonam ſtipulari po-
tuit,& paciſci.ff.quod cuiuſque vniuer.in fi.nec mirũ,
quia tabelliones, & officiales publici poſſunt aliis pa-
a ciſci in iudicio:[a] & quando ex officio procedit iudex,
& non eſt alius, qui paciſcatur alteri, dummodò ſub-
ſit iudicis auctoritas ex iuſta cauſa.ff.rem pup. ſal.fo.L.
2.& 3.ſed & ipſi magiſtratus hoc facere poſſunt etiam
ſine alterius auctoritate.ff.de magi. conue.l.penul. ſe-
cundum Innocen. & Hoſtien dicit, ꝙ ideò ſic ſtipula-
tus eſt hic: quia ad preſbyterum hoc non pertinebat,
ſed ad epiſcopum. ideò dixit ergo, In perſonam eccle
ſiæ ideſt epiſcopi.7.q.1.ſcire : quia forſan preſbyter ab
epiſcopo hanc poteſtatem habebat, ſupra eo.ſignifi-
cauit, uel ſaltem nomine ipſius hoc faciebat,& ſperãs
quòd ratum haberet.9.q.2.Lugdun. [*Caſtitatem*]Inno.
5 hic & †Hoſtienſis poſt eum recitant quaſdam opinio
nes de ſolennizatione uoti continentiæ , quas decido
per decre.infra de uoto.c.uno, lib.6. Dicebant tamen
uotum continentiæ coniugatorum dici ſolenne, ſed
non à prin.quando uouerunt, ſed tunc ſolennizatur,
quando ambo, uel unus de conſenſu alterius religio-
nem ingreditur, quod alteri non licet, ſupra c.1. Ideo
autem requiritur conſenſus utriuſque,etiam quando
coniuges uouentes religionem ingredi uolunt : quia
ſi à debito reddendo ſint per cõmuniter emiſſam cõ-
tinentiam abſoluti , non tamen ab aliis obſequiis. 33.
b q.5. quod Deo. [b] Item quamuis hi, qui †uouerunt cõ
6 tinentiam,inuicem ſe cognoſcant poſt tale uotum an
te ingreſſum , & renunciationem iuris ſui , & licentiã
datam de ingrediendo , nihilominus per ingreſſum ,
mona. ſolennizabitur uotum præcedens: quia nullã
ratio vult, uel pateretur., ꝙ illicita commixtio coniu-
gum tollat uotum, licet ſequẽs matrimonium ipſum
7 tollat. Quid† ſi ante matrimonium contractum con-
iuges uouerant, poſtea conſumato matrimonio al-
ter uult ingredi mona.nunquid hoc poterit ſine alte-
rius licentia? Dicit Inno.ꝙ non;& ſi faceret, non tene
ret. Et eſt ratio , quia licet neuter poſsit exigere , uide-
tur quibuſdam,ꝙ uterque teneatur reddere. nec ob.ſi
dicis, peccat exigens,ergo & reddens, qui fauet crimi
ni,quod potius prohibere deberet 86. di. facientis. 83.
di. error , cum ſi. quia illud uerum, quando non eſſet
uerisimile , quòd uellet adulterari cum alio . quando
uero de hoc eſſet uerisimilitudo , debet reddere debi-
tum, ut per minus peccatum euitet maius. 13. di. per
totum. & hoc dicit ſe Innocen. quandoque tenuiſſe ,
quod poſtea in aliquibus mutauit , dicens , ꝙ ex quo
coniuges ſiue in priuato , ſiue in publico communi
conſenſu ſolenniter,uel non continentiam uouerũt,

illam ſeruare tenentur omnino : & ſi poſtea commi-
ſcentur,fit commixtio illicita,& filij inde ſuſcepti ſunt
illegitimi, de fil. preſby. literas. idem no.81.diſt. mini-
ſtri.& ſi uno mortuo ſuperſtes matrimonium contra
hat,non tenebit.tu dic contra per præ.decre.unicam ,
de uoto.dicunt tamen, ꝙ alter altero uiuente & inui-
to non poteſt religionem intrare, nec uitam mutare ,
8 ut in c.quòd Deo.ex quo†concludit uotum continẽ-
tiæ à coniugibus qualitercunque, communiter tamẽ
emiſſum, ſit ſolenne. In ſolutis uero,ut ſolennizetur ,
uotum continentiæ,neceſſaria eſt certa ſolennitas: &
in profeſsione religionis , ut matrimonium dirimat ,
requiritur , quòd profiteatur quis unam de approba-
tis.de hoc de regul.porrectum,ſecundum Innoc. Sed
quæ poteſt eſſe ratio huius diuerſitatis inter coniuga-
tos,& ſolutos? Reſpondet Hoſtien.continentia eſt res
uoti, non præcepti. 32. q.1. integritas. noluit ergo ec-
cleſia iudicare uotum ſolenne in ſolutis, niſi certæ ſo-
lennitates interueniant, per quas ſciant ſe irreuocabi
liter obligatos , quibus deficientibus putauit eccleſia
graue inexpertos irreuocabiliter obligare,argum.19.
q.3. monaſteriis . Ex quo uerò ſolennitatem adhibe-
ret, conquerantur non de eccleſia, ſed de ſeipſiis, qui
iuri ſuo ſolenniter renunciauerunt, ſupra tit. 1. ad apo
ſtolicam, & c.ſtatuimus. In coniugatis uerò cum iam
ſint experti matrimonialia commoda & incommo-
da, uel experiri potuerunt, ceſſat querela inexperien-
tiæ . unde præſumit eccleſia,ꝙ ex quo pari uoto con-
tinere promittunt, intendant omnino renunciare car
nali operi,& ſe,& animas ſuas Deo ſine macula cuſto-
dire, ut in c. quod Deo. ſic eſt ſpeciale in coniugibus ,
ꝙ citra annum profiteri poſſunt. de hoc,ſupra eod.ex
9 publico[*Pauperum*]hæc litera coniuncta†cum glo.pro
c bat, quòd idem ſit legare pauperibus hoſpitalis certi,[c]
quod legare ipſi hoſpitali . & ualet hoc ſcire , ut detur
canonica talium relictorum,dato,ꝙ non debeatur de
relicto pauperibus,ut no.de ſepul.c.2. cum tamen de-
beatur de relicto piis locis, de teſta.requiſiſti.& cap. ſi.
faciat, quia de relicto mendicantibus debetur can . ut
in clemen. de ſepul.dudum , qui tamen ſunt in altiſsi-
10 ma paupertate, de ex.præla.nimis [*Et ſingula*]qui † pro-
mittit ſic probare,omnia probare debet: ſecus,ſi ſim-
pliciter, ſupra de reſcript. olim, Vincen. Goffre. [*Caſu
amiſſo*]tractat hic Vincen. Goff. & Hoſtien. an perdito
inſtrumento ſufficiat probari tenorem ipſius, & quo-
modo probetur amiſsio , & quid proſit amiſsionem
probari, de his uide, infra de priuil. cum olim. 1.[*In pri
mo*]q.d. in ſecundo cõcepta erant uerba in perſona cõ
uerſi loquentis,ſcilicet. Ego talis &c. in primo in per-
ſona notarii[*Quàm in alio* ] hoc non obeſſet, niſi eſſent
contraria. 1.q.7. maximum, de fide inſtru. imputari.
Vincen. & de hoc in ſpecu.de inſtru. edi.§.inſtrumen-
tum, uer. item opponitur , quòd inſtrumento[*Forma-
tum*]per priorem notam reſeruatam , ſupra de fide in-
11 ſtru. cum.P.Vincen. Potuit† autem refici & ſine iudi-
cis auctoritate,ex quo nulli fiebat præiudicium:ſecus
ſi præiudicari poſſet, ut in inſtrumento debiti,ut dixit
hic Pe. ſe uidiſſe ſeruari Bonon. & de hoc ſatis in Spe.
de inſtru.edi.§.poſtquàm,uer.ſed nunquid, & uer.ubi
12 autem [d][*Verba*]no.† uerba refrenanda.44.di.ſit rector
d per quæ ſæpe uenitur ad uerbera, ut hic, & not. quòd
quamuis maritus habeat corrigere uxorẽ.23. q.4.duo
iſta 34.q.2.placuit, non tamen debet in ipſam ſæuire ,
uel crudeliter tractare. ea. q. admonere. Nam præce-
ptoris nimia ſæuitia &c. ff.ad l. Aquil.præceptoris, de
homi.ad audientiam, ſecundum Hoſtien.[*Proprium re
tinere*]ſatis fatuus fuit hoc credens: niſi dicas, ꝙ iſte nõ
erat locus, in quo ingreſſi profiterentur certam regu-
13 lam, & dato † ꝙ eſſet ibi certa regula , ſi tamen ingre-
diens diceret , ꝙ non intendebat carere propriis, poſt
ingreſſum



ingreſſum profiteri non teneretur, ſecundum Innoc.
Dicit tamen Hoſti.ꝙ ſi habitum reciperet, & poſt an-
num probationis profiteri renueret,expelli poſſet, ſu
pra ti.1.ad apoſtolicam.Quærit Inno.quid ſi recipiens
dicit ingredienti, ꝙ profiteri debet regulam Auguſti-
ni, & ꝙ poterit ueſci carnibus:poſt ingreſſum percipit
ingreſſus, ꝙ ex ſpeciali conſuetudine, uel conſtitutio-
ne fratres abſtinent ab eſu carnium, nunquid ille tene
tur à carnibus abſtinere? Reſpondet ꝙ non:quia regu-
la hoc non habet,nec uniuerſalis conſtitutio , & con-
trarium ſibi fuit datum intelligi. hoc uerum ſecundũ
Hoſt.niſi per ſe ſciret conſuetudinem,uel conſtitutio
nem mon.all.ff.de pac.tres fratres. ff.de tranſac. qui cũ
tutoribus, in fi.ff.de act.emp.l.1. in fi.ff.de redhibi.l.1.
§.ſi intelligatur.idem, ſi hoc eſſet notorium,ut in præ
dicatoribus:qui licet profiteantur regulam ſancti Au
guſtini,in refectoriis tamẽ ſuis omnino à carnibus ab
ſtinent;& quia hoc eſt notorium, ingrediens non de-
buit credere contrariũ aſſerenti,ſupra de tranſla. quã-
to,uer.non autem.& imputet ſibi, qui ſe obligauit 12.
c q.1.nolo, [c]& c.nos dicatis. ſicut dicit hic Inno.de illo,
qui profitetur regulam Benedicti , cum licet contra-
rium ſuggeratur , debet tamen à carnibus abſtinere ,
cum notorium ſit illam regulã habere hanc abſtinen
tiam,non poteſt ignorantiam allegare,ar.ff.de uerbo.
ſig.l.late culpæ,cum ſimilibus.non tamen placet Inn.
quod quidam dicunt ignorantiam regulæ non excu-
ſare:quia ignorantia regulæ eſt ignorantia iuris:prout
enim ipſe dicit, regula,uel ſtatuta eius non ſunt ius.Di
cit tamen Inno.in caſu quæſtionis, ſi eſſet in loco ſcan
dalum , illo decepto comedente carnes poſſet alium
14 locum mutare[*Extingueret*]abſtinendo† & ſic ceſſaret.
Vin.unde ſpiritualiter potuit ſumi uerbum iſtud ſecũ
dum Inno.vnde dicit Egi.hoc eſſe poſſe per vigilias,&
ieiunia. uel forte intelligebat per potionem aliquã ſe-
cundum Hoſti. uide in Hiero. ſuper pſalmo. 57. ſuper
flumina.Si uerò intellexit,prout uerbum ſonare uide
tur,fatuus fuit,& ſibi imputet [*Profeſſionis*]de qua præ-
miſit de cibis,proprio,& libidine[*Vel modo*] hoc dixit :
quia ſæpe unum ſumitur pro alio, de teſti.Rainaldus ,
in princ. fuit tamen conditio,ut ſequitur [*Intereſſe uide-
tur*]quò ad ſententiam uidetur eſſe differentia, de qua
in ſpe.de ſen.prolatio.§.iuxta,uer. non ualet etiam, in
15 fi.[*Purè*]idem† uidetur, ſi ſub cõditione inhoneſta,uel
religioni contraria, de hoc,infra de ſtatu mona.c.2.de
condi.appo.c.fi.Hoſt.& aduerte,quia gl.1.in fi. in præ.
decre.de condi.appo.all. hanc decre. ꝙ conditio con-
tra ſubſtantiam monacatus uiciet monacatum. ſed gl.
in præal.decre.2.all. hanc in contrarium,ut ſalues gloſ
ſas,dic ꝙ pars præcedens inducitur ad id,quod non ui
ciet.nam ibi uidebatur appoſita conditio contra con-
tinentiam,& abdicationem proprii,quæ ſunt ſubſtan
tialia profeſsionis.iſta pars inducit,ꝙ uiciet.q.d. receſ-
ſum fuit à conditione uicioſa per puram profeſsionẽ:
aliter non ualuiſſet propter uicium conditionis:tamẽ
in rei ueritate decre.parum facit.ideò, quia ꝙ uir ſit re
ligioſus,hic non iudicatur:& ad ſolennizandum votũ
cõtinentiæ uiri ſatis erat profeſsio mulieris marito cõ
ſentiente, & caſtitatem uouente; & hæc fuit uera cau-
ſa ſolennizandi, ut etiam dicit Inno. & hoc uerum, ſi
hoſpitale nõ erat religioſum.& de hoc,ſupra eo.ſigni-
ficauit[*Et alia*]ſcilicet ſeruitium hoſpitalis, renũciatio-
nem coniugis,& licentiam ſibi dandam[*Te ab impetitio
16 ne*]no. ſententiam † abſolutionis formari poſſe in per-
ſonam profeſsi:condemnatio forte formaretur in per
ſonam mona.quando alter condemnaretur profeſſo.
idem, ſi profeſſus alteri, ubi de patrimonialibus quæ-
retur : ſed hic executio fieri non poterat in bona , ſed
in perſonam,& negabatur profeſsio.& adde quod no
ta.infra de ſenten.excommun. parochianos. ¶Tertia

17 †glo.reſpondet per quæſtionem.alleg. pro, & unum
can. contra. ¶Quarta glo. fortificat textum, & arguit
pro teſtibus &c.¶Antepe.glo. arguit,quærit,& ſoluit.
18 ¶[*In* †*glo.1.ibi.§.illud*] uide de iureiuran. Et ſi Chriſtus ,
in 5. gloſſ. ¶[*In glo.antepe.ibi,eleganter*] uide de emptio.&
uendi.cum dilecti , ſuper ulti. glo. ¶[*In glo.penul.ibi.l.2.*]
uide hanc & ſequen. quod me. cauſa, ad audientiam ,
19 in 4. glo. ¶[*In* †*glo.1.in fi.*]quod tamen diuerſimodè in-
telligitur, ut ibi no. & de regu.iur.utile, lib. 6. in fine .
exponit autem Hoſtien.[*omnino*]ideſt nullo iure reten
to;& in perpetuum non ad tempus, ſupra eo.chariſsi-
20 mus. ¶[*In glo.2.ibi, ſunt qui* †*opes*]iſtud.c. ſic facit contra :
quia ibi dicitur , quòd tenet donatio rerum facta ec-
cleſiæ tumultuario mẽtis affectu, non iudicio. eadem
ratione uidetur tenere ingreſſus non iudicio , ſed im-
petu factus . Et facit quod ibi nota. Ioan. ante omnia
ſcias,quòd Tho.in ſecunda ſecundæ.q.ulti.articulo ul
ti.tractat, an ingreſſus religionis fieri debeat cum diu-
tina deliberatione , & multorum conſilio . Curioſus
in hoc ibi uideat . Item ſciendum eſt, quòd ſi in canõ.
prædicto conſtruatur litera,quòd uerba prædicta con
iungantur cum uerbo, Putauerunt , ceſſat contrariũ.
& eſt ſenſus, quòd qui opes ſuas donarunt eccleſiæ, ſi
poſtea tumultuario mentis affectu , non iudicio illas
reuocare uolunt &c. ſed ſecundum communem le-
cturam , & ordinem literæ eſt dicendum , quòd quia
de ingreſſu religionis , & eleemoſyna , quin in ſeipſis
bona ſint, non egemus deliberatione. unde Hiero.ad
Pauli.ultimo.feſtina. quæſo te,& hærentis in ſalo naui
culæ funem magis præcide , quàm ſolue. ſine delibe-
ratione id agens obligatur; ut puta ſi uidit;uel audiuit
miraculum , timuit terremotum , uel aliquid tale, ut
dixi de regul. ſicut.2. ſuper 1.glo.& in hoc caſu loqua-
tur, c.ſunt qui opes. ſecundum Ol. iſta procedere poſ-
ſet, quando turbatio eſt talis & tanta, quòd ſapit quan
dam mentis alienationem ex multo furore; & ſic lo-
quitur. c.ſicut.1. quod infra allegatur. & facit ad præ-
dicta,quod no.infra titu.2.cap.2.in glo.argum.quòd.
21 ¶[*In glo.hæc erat, in fi.*]ſenſus † enim tollendus eſt,& non
caſus. 34.quæſtio. 2. non ſatis, de conſe. diſtin. 3. retu-
lerunt, & lex non imponitur uerbis. C.communia de
f leg.l.2.Vincen.& de elec.[f] commiſſa. ¶[*In glo.no.hic argu
men.ibi,eleganter*]& de hoc, ſupra de empt.& uend.cum
dilecti[*& in fi.*] idem no.20. quæſtio.3. conſtituit. per
quod capitulum dicebat Innocen. hic, quòd licet te-
neat ingreſſus, ut eſt dictum: tamen nocet dolus quò
ad bona , quæ monen. non poterit retinere : imò hæ-
redibus ſunt reddenda, ut ibi.& ut dicit Hoſtien. quan
doque etiam ingrediens nõ obligatur monan. quod
ingreſſus eſt , ſed religioni , in genere , infra de regul.
non ſolum, lib. 6.¶[*In glo.penul.in fi.*] & ſic expedit pro-
bare continuationem rei , qua quis excuſatur , ſupra
de elect.Cumana, Vincen. ¶[*In glo.ultima, in fi.*] dicunt
autem Pet. & Abba. quòd hoc ideò hic factum, non
fuit,quia non fuerat ad id actum, uel directè petitum.

ANNOTATIONES.

a ¶In iudicio.Barto.quòd imò etiam extra iudicium, & in conuen-
tionalibus ſtipulationibus. plurimi contra, & concord.Innocen.
hic de quo uide glo.in cap.2.de uſur. lib.6. & Barto.in l.il ff. rem
pu.ſal.fo.& per ipſum & doc.in l.non aliter,ff.de adop. & iſto ca-
ſu quæritur utilis tantum,ut in præalleg.iuribus .
b ¶Quod dico. Facit, quod not.glo. fin.& ibi Ioan. And. ſupra eo.
quidam. uotum ergo continentiæ tollit ius exigendi, non mutua
ſeruitia maritalia.
c ¶Certi. Contra hoc facit cap.per exceptionem, de priuile. lib.6.
& pro hoc facit capitu.requiſiſti, de teſtam. & uide Barto.in l.ci-
uibus,ff.de re.du.
d ¶Vbi autem. Ibi uide Ioan. And.& Barto.in le.fin. ff. de tabu. ex-
hib. & in l.fin. ff. de bon. auctori.iudi. poſſi.& in l.ſi quis §.fin.ff.
de eden.

de eden.
e ¶Nolo. Vide Ioan. And. ſupra ti. proxi. c. ut clerici, in ſua gloſſa mag. & in c. ſuper eo, in glo. quamuis dicatur.
f ¶Elec. Et uide Bal. in l. uerbum, C. de fideicom. imò ſuſpecti ſunt teſtes, qui eundem, præmeditatumque ſermonem loquuntur. ff. de teſti. l. teſtium, ubi uide glo. & Bar.

*S V M M A R I V M.*

1 *De qua loquatur hoc capitulum muliere.*
2 *Fornicatio ſpiritualis, & carnalis in quibus differant, & num. 4.*
*an fiat alterius cum altera compenſatio, ibid.*
3 *Epilogus, & additio gloßarum, nu. 4.*
*Veneriales quæſtiones citantur Bartholomei.*
*Damaſi item quæſtiones.*
*Dos, & donatio propter nuptias ob fornicationem ſpiritualem perduntur, in fin.*

## C A P V T  X X I.

1 MVlier. Breue eſt [*Remanſit*] loquitur
† ergo de muliere fideli, quod
etiam eſt contra Vincen. [*Nolente*] & con-
tradicente [*Reuertitur*] per hoc uerb. ſecun-
dum Goffred. non procedit lectura Vincen. qui legit
hanc decreta. in duobus infidelibus quorum alter ue-
nit ad fidem [*Separata*] quod fieri potuit. 28. quæſtio. 1.
2 idolatria. no. tamen † quòd in his differunt fornicatio
ſpiritualis, & carnalis: quia carnalem ſufficit ſemel
commiſiſſe, ut fiat diuortium, & ſi pœnitentia præ-
cedat ſententiam. 32. quæſtio. 1. dixit. in ſpirituali ue-
rò, ſi præcedat conuerſio, non fertur ſententia. 28. q.
1. non ſolum, & colligitur hic. Item ſpiritualem poſt
pœnitentiam tenetur coniunx remittere; carnalem
non, & de hoc in gloſſ. Item carnalis interdum facit
prouenire bigamiam, ſpiritualis non, & de hoc in glo.
Item regulariter carnalis procedit ex inquinatione,
duorum, ſpiritualis non. Item carnalem poteſt com-
mittere alter coniugum infidelium, ſpiritualem non.
Item econuerſo poteſt committere ſpiritualem, qui
non carnalem, ut impotens, uel poſt matrimonium
fractus, & hæc ſimilia. Item in carnali poteſt interue-
a nire abſoluta uiolentia ſaltem ex parte mulieris.[a] In
ſpirituali quò ad hæreſim no. 32. quæſtio. 5. ita ne. quò
ad thurificandum idolis. ſic. 1. quæſtio. 1. conſtat. & ex
hoc ſequitur aliud, quod in abſoluta excuſat, in una,
& non in altera. Item in carnali excuſaret interdum
ignorantia: in ſpirituali non. primum. 34. quæſtio. 2.
in lectum. ſcundum. 38. diſt. qui ea. 16. quæſtio. 1. ſi cu
pis, ex his ſequitur, quòd carnalis, quæ reſpicit factum
eſt quandoque ſine peccato. ſpiritualis, quæ reſpicit
animam non. Item ſpiritualis probatur quandoque
per uiles teſtes, infra de hæreti. in fidei, & c. accuſatus,
§. licet, & c. contra Chriſtianos. carnalis non, infra de
adul. c. penul. Item iudex ciuilis pronunciat ſuper car-
nali quò ad pœnam ciuilem, licet non quo ad torum
de hoc, ſupra eo. gaudemus. ſuper ſpirituali non, infra
de hæreti. cum ſecundum, lib. 6. Item ſpiritualis indu-
cit confiſcationem bonorum: carnalis non, ut ibi, Itē
b differunt forſan in compenſatione[b] de hoc dicam ſu
3 per glo. 2. ¶Secunda † glo. arguit à contrario: & argu
mentum determinat, ex quo diuerſitatem infert, &
4 de ipſius ratione quærit, & dupliciter ſoluit. ¶*In* † *glo.*
*2. ibi, de illa*] quid ſi mulier hic poſt ſpiritualem fornica
tionem mariti, & poſt ſententiam diuortii carnaliter
fornicatur, nunquid fiet compenſatio, ut ſic non li-
ceat ei marito inuito religionem ingredi? Poteſt dici
quòd non, quaſi mulier ſoluta per ſententiam non in
telligatur coinquinare torum uiri. 31. q. 1. in coniugio,
uel ut dixi, infra de diuor. de illa. Goffred. ibi inducit
aliam rationem: quia iſtæ fornicationes ſunt diuerſa-
rum ſpecierum, & ſic non ueniant in compenſatione.
ff. de pigno. ac. ſi conuenerit. In contrarium alle. quia
hæc duo ſunt ſimilia ad ſeparandum. 28. quæſti. 1. ido-
latria, & c. iam nunc, multo fortius ad compenſandū,
& hoc ibi tenet. Sed Hoſtien. ibi poſt Goff. dicit, quod
ſi accuſatur quis de ſpirituali, & excipiatur de carna-
li, in accuſatione nihilominus procedetur: & ſi con-
uincatur accuſatus, nec reuerti uoluerit, compenſa-
tio locum non habet: ſed poſt conuerſionem, ſiue re
conciliationem locum habebit: ſi autem econuerſo
accuſetur de carnali, & excipiatur de ſpirituali, ſuper
exceptione primitus procedetur: & ſi de ipſa appareat
& lapſus non pœniteat, nullo modo audietur; allega.
quod no. de ordi. cog. c. 1. de conuer. infi. ex literis, de
excep. exceptionem, & pręa. c. de illa, & c. quanto. Bar.
cum Tan. in uene. 86. dicit compēſationem fieri hoc
ulti. caſu. & quod etiam propter ſpiritualem perditur
dos, & donatio propter nuptias. Dama. de diuor. quæ-
ſtio. 2. dicit ſic forte concedi poſſet compenſatio [*& ibi, alia eſt ratio*] melior & communior: quia ratio ſupe-
rior ceſſat in iam bigamo, & in muliere.

A N N O T A T I O N E S.

a ¶Mulieris. Vide Ioan. And. ſupra quod me. cauſa, ſacris, in 2. q.
b ¶Compenſatione. Vide Ioan. And. in c. de illa, infra de diuor.

*S V M M A R I V M.*

1 *Continuatio tituli.*
*De infidelium conuerſione quænam alia, quàm hæc, iuris loca tractent.*

# De conuerſione infidelium, Rub.

1 ¶Viſo † de conuerſione coniugatorum ad religio-
nem, ſubmittit de alia conuerſione ipſorum, ſcilicet
ad fidem, Goffr. habetur materia 28. q. 1. & 2. & facit.
32. q. 8. c. uno.

*S V M M A R I V M.*

1 *Huius decretalis partes ubi.*
*Matrimonium cum muliere, cuius uirum quis occidit, ſi contraxerit, quo caſu ſeparetur.*
2 *Ipſum quædam impediunt, quæ non dirimunt.*
*Ad coniugatorum ſeparationem an ſufficiat machinatio occiſionis uiri prioris ſine adulterio, & nu. 4. & 7. in fi.*
*Ioannes Andr. citat ſummulam ſuam de matrimonijs, in fi.*
*Cum effectu machinatio intelligenda, ibid.*
3 *In baptiſmo peccata tolluntur, ſed non impedimenta, ut affinitas.*
*Notatus accipitur multis modis, & quibus, cir. fin.*
4 *Petenda quædam ſunt cum inſtantia, & quæ, remiſſ.*
*Peccatum unius non debet alterius eſſe pœna, & nu. 2. cir. fin.*
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 6.*
*Homicidium quando ſcelere careat, & pro eo præmium debeatur.*
7 *Additio gloſſarum.*
*Compenſatio nunquid de commiſſis in dominum cum impenſis, obſequijs, uel de peccatis ad opera bona ſit admittenda.*
*Homicidij ratificatio quando noceat, cir. fin.*

## C A P V T  I.

1 LAudabilem. Pars † de
frigi. &
male. laudabilem. & ſecundum
Boa. ſupra ut lit. penden. lauda-
bilem. quod uidetur falſum, cum
illa fuerit Clementis ſecundum
unam intitulationem. & hoc di-
cit. Saracenus, qui machinatione
Chriſtianæ mulieris ipſius maritum occidit, ſi cum

ca ma-



ea matrimonium contraxerit, ſeparatur, licet per eā
ſit conuerſus ad fidem: ſecus, ſi ſine machinatione il-
lum occiderit. & ſunt duæ partes. ſecunda ibi, Ad hoc
& quęlibet ſubdiuiditur in conſultationem, & reſpon
ſionem, quod patet [*Saracenis, qui*] conſtrue, qui oc-
ciderunt uiros quarundam Chriſtianarum, cum eſ-
ſent in captiuitate, earum inſidiis, & machinationibus
[*Eſſent*] ipſi Chriſtiani occiſi [*Earum*] Chriſtianarum
[*Machinationibus*] inſidiatæ & machinatæ ſunt in mor-
tem uirorum, ut contraherent cum Saracenis, Goffr.
& ideò debent eſſe ſine ſpe coniugii, de diuor. capi. 1.
Hoſtien. [*Per ipſas*] Chriſtianas ſic machinantes [*Conuerſi ſunt*] ex hoc inſurgebat dubitatio, quaſi ſi uirum
Chriſtianum amiſimus, alium recuperauimus [*Accipere*] ipſi Saraceni occiſores nunc conuerſi [*Teneat*]
2 nam † quædam impediunt, quæ non dirimunt, de vo
to, rurſus. de eo, qui cog. conſangui. tranſmiſſæ. de co
gen. ſpi. cap. 2. lib. 6. [*Aſſerentis*] quò ad mentem, licet
non quò ad uerba [*Quòd ſi in mortem*] nunquid & requi-
ritur adulterium cum uxore occiſi ante, quàm occi-
deretur, ſicut in aliis duobus caſibus, infra de eo, qui
du. in ma. c. ultim. poſſet dici, quòd non, quaſi ſufficiat
procuratum homicidium ſine adulterio. & hoc tenet
hic Hoſtien. quòd non eſſet in aliis duobus caſibus,
& ideò ibi non fit mentio de caſu machinationis. uel
dic ut ibi notaui in glo. huius decreta. Goffred. ibi di-
xit, Idem puto in machinatione, quamuis nihil hic ex
primatur de ea. & uide quod no. Bernar. eo. titu. ſuper
eo, & quod ibi dixit ſecundum Innocen. & Hoſtien.
ipſe uerò Hoſtien. licet ſecundum primam opinio. di-
cat hic caſum expreſſum; tamen his rationibus eam
coadiuuat. Cum enim generaliter inhibeatur inter-
fectori coniugis, ne contrahat, licet contractum te-
neat, de diuor. cap. 1. 33. quæſtio. 2. interfectores, & c.
in adoleſcentia, ſatis eſt æquum, quòd non contrahat
homicida cum illa, cuius habendæ obtentu occidit
coniugem, & quòd ſi contrahat, non teneat, argum.
de tranſla. quanto, & quia fruſtra legis &c. de uſur.
quia fruſtra. Et abſurdum eſt per iura de matrimoniis
tractantia illi ſubueniri, per quem conſtat tantum ſcā
dalum irrogatum eiſdem, ne cleri. uel mona. capit. 2.
Inducit etiam caſum decreta. ultim. de immun. eccle.
Ego credo à ui huius literę, & aliorum iurium de hoc
tractantium, quod ſi uterque contrahentium fuit in
culpa, habeat locum hæc decreta. & quòd tunc ſuf-
ficiat machinatum homicidium ſine adulterio. Si al-
ter tantum, tunc puto, quòd neceſſarium ſit adulte-
rium, ut in cap. ſi quis uiuente, & in decret. ſuper hoc,
& decreta. ſignificaſti, infra de eo, qui duxit. Et cum
hoc in iure non reperiam ſcriptum, propter alterius
ſolius machinationem ſine adulterio matrimonium
non diſſoluam, licet fatear impediri; & ſic loquitur
ratio Hoſtien. unde, ſi occidi uxorem, ut contrahe-
rem cum Berta, & poſtea contraxi, tu qui dicis ma-
trimonium ſeparandum ſine adulterio, da mihi ius
expreſſum. Item contra illam opinionem Hoſtienſis
facit regula, quam tradebat, infra de cog. ſpi. capi. 2.
& ſecundum hoc intelligas, quod dixi in ſummula de
matrimoniis, uerſic. crimen [*Machinante*] cum effectu
[*Licet*] hoc non eſt in concilio [*Tolerandi*] ſed nonne
3 † peccatum homicidii in baptiſmo deletur. 26. diſtin.
deinde, & eius ſequela. ea. diſt. una? Sol. peccatum &
ſi tollatur ex parte Saraceni occidentis, remanet ex
parte mulieris machinantis. uel melius. Tolluntur
peccata in baptiſmo, ſed non impedimenta, ut 26. di-
ſtin. acutius, & capitu. una. Goffre. & Hoſtien. ita, licet
peccatum fornicationis, uel adulterii tollatur in ba-
ptiſmo, remanet affinitas [*Cum tale*] hic reſpondet ad
illud motiuum, quo dicebatur per mulieres illas il-
los Saracenos ad fidem conuerſos [*Damnum*] de Chri-
ſtiano perdito [*Lucro*] Saraceni conuerſi [*Notati*] id eſt
conuicti, uel deprehenſi. Aliter accipitur. 31. quæſtio.
2. ſi quis uiuente, Hoſtien. [*Saracenis*] mulieribus, ſci-
licet quorum maritos in bello interfecerant [*Quæ*] ſci-
licet mulieres tam antiquæ Chriſtianæ, quàm de no-
4 uo conuerſæ [*Inſtanter*] ſunt † quædam, quæ cum in-
ſtantia ſunt petenda, de quibus, ſupra de electio. cum
poſt petitam, de renunc. quidam, ſecundum Hoſtien.
[*Procurauerint*] ſi ergo fuiſſet homicidium procura-
tum ab uxore, ſufficeret etiam ſine adulterio ad ma-
trimonium dirimendum, ut dixi, ſupra proxi. reſpon
ſo. ad quod benè facit hæc litera, cum enim hic quæ-
ratur, an teneat matrimonium cum occiſore contra-
ctum, reſpondetur quòd ſic, ex quo mulier non pro-
5 curauit. ¶Vlti. glo. † no. duo requiri, & ponit caſus,
quibus ſufficit alterum, in fi. quærit, arguit pro. ſoluit
6 contrarium. ¶*In* † *glo. 3. ibi, ſurgere debet*] ita quòd etiam
occidendo caret ſcelere, & debetur præmium, ut ibi.
¶*In glo. ulti. ibi. l. 2. in fi.*] uide ſupra de do. & con. c. fin.
ſuper ulti. glo. [*& ibi, ſed & ſi cum quis*] aliàs eſt uerſicu.
ſub. §. quoties. uide de ſimo. ſicut tuis, ſuper glo. nam
7 ſi. ¶*In* † *glo. 1. ibi, poſt fidem datam*] uel ante. ¶*In glo. 2. in fine*] de hoc plene, infra ne cleri. uel mo. non magno.
& ſunt hoc in argumen. ſecundum Hoſtien. quòd de
offenſis erga dominum commiſsis ad ſibi impēſa ob-
ſequia non eſt compenſatio admittenda, ſicut nec de
peccatis ad bona opera, argumen. contra, de pœni. &
re. capitu. 3. ¶*In glo. ulti. ibi, ſubſecuto*] de hoc, infra de
eo, qui duxit in ma. ſuper hoc, & cap. fin. [*& ibi, contra. credo*] Idem no. Ioan. in præal. ca. ſi quis uiuente. Vin-
cen. hic. & Hoſtien. [*& in fin.*] uideretur diſtinguen-
dum, an interfecerit ſuo nomine, nec ne, ut primo
caſu noceat ratihabitio: ſecundo non, ut de ſenten.
exc. cum quis, lib. 6. Sed diſtinctio non habet locum,
a cum requiratur[a] machinatio.

A N N O T A T I O N E S.

a ¶Requiratur. Cum certa forma ad gerendum actum requiritur, illa omiſſa, etiam ſi actus geratur nomine ratum habentis, rati habitio actum non ratificat. l. fin. §. neceſſitatem. C. de bon. quæ lib. & ibi uide glo. & Bald. & docto. & Bal. in l. fin. C. qui admitti, & ibi per d. Bar. de Sali. ita eſt hic: quia a princ. pro forma machinatio requiritur. & uide Innocen. & Ioan. Andr. de re. eccle. non alie. c. 1. lib. 6. & de offi. dele. prudentiam, ſuper glo. 2. in addi. quæ incipit, de hoc 9. q. 2.

*S V M M A R I V M*

1 *Iudæus ad fidem ſi conuertatur, uxore in iudaiſmo relicta, communis proles aſſignatur patri. & quando matri, nu. 7.*
2 *Mater patitur dolores in geſtu in utero, & partu filij, excipitur, glorioſa Domina noſtra.*
*In patris poteſtate non eſt illegitimus.*
3 *Pater agere poteſt ex iniuria facta filiofam. & ſuo, & filij nomine, & an cauere & quando teneatur. eum poteſt petere, nume. 7. in princ.*
4 *Pater tenetur alere filium regulariter, ſecus in caſibus, & quibus remiſſ. & nu. 6. in fin. & 7. in prin.*
*Talem eſſe alium, qualis ipſe eſt, quis uelle præſumitur, exemplum in matre Iudæa.*
5 *Epilogus, & ſuffragium gloßarum, nu. 6.*
*Mulier non habet in poteſtate proprios filios, nec alienos poteſt arrogare.*
*Familiæ appellatio quot habeat ſignificationes.*
*Ex filia tua qui naſcitur, in cuius ſit poteſtate.*
*Familiæ relictum fideicommiſſum quibus ordine debeatur.*
*Filius ſequitur familiam patris, non matris, & quo caſu utriuſque, cir. fin.*
7 *Additio gloſſarum.*
*Quirites unde dicti.*

Filius

*Filius infans parenti tribuendus. ad fidem conuerſo, ſi alter remanet infidelis.*
*Pro religione Chriſtiana ratio quæ facit, ſumma eſt.*
*Romani qui dicantur eſſe.*
*In poteſtate Iudæi patris an ſit filius.*
8. *Matrimonij definitionis uerba quid ſignificent, remittit.*
*Filius à cognatione patris, non matris denominatur, licet quandoque ſecus.*
9 *Educari filius apud quem debeat, & cuius expenſis.*
*Victricus poteſt eſſe tutor priuigni.*
*Diuortium matrimoniale multis de cauſis poteſt contingere, & quibus hic.*
*Vita pro anima, cir. fin.*
*Anima præcioſior corpore.*

## C A P V T  I I.

1 EX literis. Caſus. Si uxore † in iu-
daiſmo relicta, Iudeus
ad fidem conuertitur, communis proles
aſsignatur eidem. & ſunt duæ partes, con-
ſultatio, & reſponſio. 2. ibi, cum autem. Conſultatio
uerò duo facit. primò ponit petitionem uiri. ſecun-
dò defenſionem mulieris, ibi, ad quod. Reſponſio
etiam papæ quadruplicem præmittit cauſam, quod
per te uideas, & ibi dicam [*Illa*] mater Iudæa [*Noſcatur*]
2. hoc patet, & eſt † uerum excepto partu glorioſæ do-
minæ noſtræ, quæ ſecundum beatum Bernar. conce-
pit ſine pudore; portauit ſine grauamine, & peperit
ſine dolore. Hoſtien. [*Ex hoc*] aliàs exinde, ſcilicet ex
his tribus præcedentibus [*Filius*] legitimus. illegitimus
enim non eſt in poteſtate patris, inſti. de nupt. circa fi.
Goffre. & Vincen. [*In patris*] hæc eſt prima ratio [*Conſi-*
3 *ſtat*] & ideo † ex iniuria facta filiofamil. agit pater no-
mine filij, etiam ex perſona ipſius filii, præter actio-
nem, quæ competit patri ex perſona propria. ff. de pro
cur. l. filius. & ſi pater uult agere illa actione, quæ com
petit filio, non cauebit de rato. ff. de procura. non ſo-
lum. §. ſi pater: quia & ſi uelit eam remittere, poteſt;
quod dic ut legitur & no. ff. de iniur. ſi unus §. ſi filius.
Si uerò extraneus uellet agere pro filio, cauere tene-
tur & patrem & filium habiturum ratum, quod ege-
rit. ff. rem ra. hab. qui ſine iudice. §. fin. ſecundum Vin-
cen. & Hoſtien. Dicit tamen Vincen. quòd d. Lauren.
dicebat, quòd ſi pater agit actione ſibi ſuo nomine
competenti, non tenetur cauere, ut in §. ſi pater. ſi
actione, quæ competit filio, tenetur cauere, niſi ſit ta-
lis, quam poſsit remittere, ut in §. ſi filius [*Et in ætate*]
ſecunda ratio [*Et pueri*] tertia ratio [*Ali*] nota, quòd
4 † regulariter pater tenetur alere filium. ff. de libe. agn.
ſi quis à liberis. pri. reſponſo. ff. de alend. liberis à pa-
ren. l. 4. & fin. No. Hoſtien. hic ſex caſus exceptos, quos
uide, infra de eo, qui du. in ma. cum haberet, in glo.
fin. & ſuper ipſa glo. [*Mater*] quarta ratio [*Poßet*] & præ
ſumitur, quòd uellet, argumen. infra de Iudæ. ad hoc,
ſecundum Hoſtien. & not. inſpiciendum, quod con-
tingere poteſt, de ſeruis non ordi. capitu. 1. de diuor.
quanto, inſtitu. de auctor. tut. §. 1. [*In fauorem*] quinta
ratio ſecundum Hoſtien. ſed ſatis poteſt includi ſub
præcedenti [*Fidei*] concor. de hæreti. in fauorem, lib. 6.
5 ¶ Prima † glo. primò arguit, quòd cauſa &c. & remit-
tit. ſecundo no. patrem etiam contra matrem &c. tres
caſus excipit. tertiò diſtinguit duo membra. & in ſe-
cundo ſubdiſtinguit. quartò nota. filium ſequi &c.
¶ Antepenul. glo. reſpondet per quæſtionem, ubi pu-
pillus debeat educari, & diſtinguit, aut mortuus eſt
6 pater, aut uiuit &c. ¶ *In † glo. 3. ibi, mulierem*] cum mulier
proprios filios in poteſtate non habeat, alienos arro-
gare non poteſt [*& ibi. §. familiæ*] ibi ponuntur ſex ſi-
gnificationes. prima, quæ deſignat ſubſtantiam, ut fa-
mi. erciſ. ſecunda ſingulares perſonas. tertia corpora
ſub unius poteſtate. quarta agnaticiam cognationẽ.
quinta familiam ſeruorum, uel ſeruientium. ſexta fa-
miliam perſonarum ab ultimi genitoris ſanguine, ut
familia Iulij [*& ibi, de pa. pote. in fi.*] qui ex filia tua na-
ſcitur, nõ eſt in tua poteſtate, ſed ſui patris [*& ibi. l. ulti.*]
fideicommiſſum relictum familiæ ſine ſpeciali adie-
ctione, deficientibus propinquis, etiam genero &
nurui debetur, quorum matrimonium eſt ſolutum:
& eis deficientibus, debetur libertis [*& ibi. l. 1.*] natus
ex patre Bonon. & matre Florentina municeps Bo-
non. eſt, niſi Florentinis per priuilegium aliud con-
ceſſum eſſet. ¶ *In glo. penul. ibi. l. 2.*] ibi iubetur quilibet
ſobolem ſuam nutrire, & punitur illam exponens.
7 ¶ *In † glo. 1. ibi, educari*] argum. infra de pœn. & re. Deus
qui [*& ibi, à nullo*] ſed ſuiipſius quæſtionem referre [*&
ibi, Quiritum*] dicti ſunt Quirites à quiris, quod eſt ha-
ſta: quia hi haſtati incedebant prius, poteſtatem pa-
triam inuenerunt ſecundum Ia. Bald. ut no. Hoſtien.
de præſump. illud [*& ibi. l. 1. §. 1.*] & ibi de hoc, & ple-
ne per Roffre. ibi de interdictis, titu. de libe. exhi. & ti-
tu. de præiudic. in rem actio. quæ datur contra filium
[*& ibi, uel matris*] huic dicto concord. Innocen. Ho-
ſtien. & Abba. dicentes, quòd ſi econuerſo mater hic
conuerſa eſſet, illi, & non patri aſsignaretur puer, &
baptizaretur. Summa enim eſt ratio, quæ pro religio
ne Chriſtiana facit. ff. de religio. & ſumptio. fu. ſunt
perſonæ. & hoc dictum adiuuat Hoſtienſ. dicendo,
quòd tunc pro patre faceret paterna poteſtas, quam
habere finaliter fatetur etiam patrem Iudæum in fi-
lium, cum in noſtra poteſtate ſint, qui ex iuſtis nu-
ptiis procreati ſunt, inſti. de patria poteſt. in prin. Iu-
dæi uerò iuſtas nuptias habent; quod dic, ut de diuor.
gaudemus. & lex præcipit, quòd contrahant ſecun-
dum iura, non ſecundùm legem ſuam. C. de Iudæis.
nemo Iudæorum. & ſic quò ad hoc dicuntur Roma-
ni nedum Chriſtiani, ſed omnes, qui conſiſtunt ſub
imperio Romano. C. de inceſ. nupt. leg. 3. unde nec Iu-
dæis fieri debet aliqua iniuria, infra de Iudæis, ſicut Iu
dæi, ſed licet ratio patriæ poteſtatis faciat pro patre,
pro matre plures faciunt. prima, quia pater nequam
eſt, ut no. in prima glo. ſecunda, quia pater inſidiare-
tur uitæ pueri, ut eſt dictum. tertia, quia in hoc caſu
mulier debet reputari ut uir à uirtute. 32. quæſtio. 7.
§. ſed illud Ambroſii, & no. de clande. deſpon. capi. 1.
quarta, quia dat pater cauſam diuortii, ut hic dictum
eſt de matre. quinta fauor fidei in hoc præcipuus, ut
eſt dictum. unde dixit ipſe Hoſtiẽ. quòd Greg. potuiſ-
ſet hic iſtam materiam breuius expedire dicendo &
plenius. Si quis duorum coniugum ad fidem conuer-
ſus fuerit, in infidelitate altero remanente, liberi in-
fantes conuerſo adiudicentur: doli uerò capaces ſuo
iudicio relinquantur; & dicit ſic tenendum [*& in fin.*]
8 & de hoc, ſupra de ſeruis non ordi. capi. ulti. ¶ *In † glo.
2. ibi, retinens*] quid hæc uerba ſignificent prolixum eſ-
ſet hoc ſcribere, ſed explicatur in ſumma de ſpon. ſub
rubrica de matrimonio. §. 1. & §. & uendicantur. Ho-
ſtien. ¶ *In glo. 3. ibi, non mater*] argumen. contra. 12. diſtin.
capi. 1. ſed ibi de matre carnali non loquitur [*& ibi, de-
nominatur*] ideſt denominari debet, de facto tamẽ quã-
doque fit ſecus, ut ſupra de teſta. Rainutius, in princi.
9 ¶ *In † glo. no. quòd, ibi, uictricum*] & tamen uictricus po-
teſt eſſe tutor. C. de contrario iudic. tu. l. fi. ſed ut in l.
ſtatim alleg. no. Accur. & hic Vincen. licet poſsit eſſe
tutor, non tamen educabitur apud eum. uel poteſt da-
ri tutor à patre, non à iudice [*& ibi, diuortium*] quod in-
telligit Innocen. ſiue propter adulterium, ſiue quia
uoluit ad fidem alter conuerti, ſiue propter aliam iu-
ſtam culpam ſeparetur matrimonium ſiue per eccle-
ſiam, ſiue de facto [*& ibi, matrem*] quæ non tranſiuit ad
ſecundas



ſecundas nuptias, & expenſis patris [*& ibi, patrem*] ex-
penſis matris, ut ibi, & in auctẽ. ut lice. ma. & aui. §. il-
lud quoque, Goffr. & Innocen. [*& ibi, uitæ*] ſcilicet ani
mæ, quæ præcioſior eſt corpore. 12. quæſtio. 1. præci-
pimus. C. de ſacroſan. eccle. ſancimus, Hoſtienſis. ¶ *In
glo. ulti. ibi, Chriſtianæ*] Idem Hoſtien.

*S V M M A R I V M.*

1 *Diſpoſitio, uel œconomia tituli.*
*De uoti, eiuſque redemptione ubi alibi tradatur, loca iuris ponit.*

## De uoto, & uoti redemptione, Rub.

1 ¶ Viſo † de tranſitu ad religionem, per quem uo-
tum emittitur, uel emiſſum ſolennizatur, de uoto, &
eius redemptione eſt uidendum, Goff. habetur mate-
ria 26. diſt. & 28. quæſtio. 1. per totum. facit. 32. quæſti.
2. cap. ulti. repetitur in ſexto. Conuenit de fide inſtru.
quod ſuper, & libro. 6. de regula. qui poſt uotum, &
clemen. de pœni. c. 2.

*S V M M A R I V M*

1 *Votum peregrinationis epiſcopus commutare poteſt in aliud, & quod, & qua de cauſa, & nu. 2. & 3.*
*Eius commutatio non fit abſque diſpenſatione.*
2 *Votum omne poteſt in ingreſſum religionis commutari.*
3 *Votorum redemptio, uel commutatio regulariter eſt arbitraria, & quæ ſint conſideranda.*
*Pœnitentiæ impoſitio eſt etiam arbitraria.*
*In arbitrarijs quæ circunſtantiæ conſiderandæ.*
*Eleemoſynis peccata, & uota redimuntur.*
*Eccleſiæ, ſeu reipublicæ utilius antefertur, in fi.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 5. & nu. 6.*
*Vota commutare licet epiſcopis, & quibus alijs, & quæ, & nu. 6.*
*Interpretationi antiquæ adhærendum.*
6 *In continentiæ uoto an & quando papa diſpenſare poſſit.*
*Caſtitas, uel continentia corporalis alijs uirtutibus debet eſſe coniuncta.*
*Continentia quid, inter eam & modeſtiam intereſt, præponitur ſpiritualis carnali.*

## C A P V T  I.

DE peregrinationis. Ca-
ſus.
1 Epiſcopus † ex cauſa commutare po-
teſt uotum peregrinationis in aliud,
quod ſit Deo magis acceptũ [*Redimi*]
& de redemptione uotorũ quatuor
ſunt opiniones no. in ſumma eo. ti. §.
utrum, & per quem, & quod dicatur uotum uolunta-
rium, & quod neceſſarium, ibi. §. quot ſunt ſpecies uo
torum [*Neceſſitate*] infirmitatis, uel uiarum. Innoc. [*in
aliud*] dicunt quidam, ꝙ licet uota poſsint in aliud cõ-
mutari, non tamen in eis diſpenſari. dicebat Innoc. ꝙ
non uidebat hanc differentiã, cum nõ fiat cõmutatio,
a nec redemptio ſine diſpenſatione [a] no. etiam ſecundũ,
2 † eum, ꝙ omne uotum cõmutari poteſt in religionis
ingreſſum, ut infra eo. ſcripturæ, quod dic ut ibi [*Com-
mutari*] ut de ieiunio, vel peregrinatione [*In eleemoſynam*]
ſi uouens eſt infirmus, & diues, uel econuerſo, ſi uo-
uens eſt pauper, & robuſtus, ſm Hoſti. [*Arbitrio*] ergo
non ex proprio. 32. q. ſi. c. uno. C. ne quis in ſua cauſa. l.
3 una. & ſic † no. ꝙ uotorum redemptio, uel commuta-
tio regulariter eſt arbitraria, ſicut & pœnitentiæ impo
ſitio, de pœ. & re. c. 3. In quo arbitrio illa tria conſide-
randa ſunt, quæ habentur, infra eo. magnæ, & quæ ſta-
tim ſequunt [*Qualitatem perſonæ*] uouentis, & uoti. con-
ſiderabit etiam cauſam, ut ſequit, & tempus, & locum
de quibus de tranſac. c. ſi. de homici. ſicut dignum [*In-
firmitate*] per quã impeditur peregrinari, uel ieiunare:
quia caput habet debile: commutet ergo, de obſerua-
tione ieiunii. conſilium. §. item de illis, ſm Hoſti. [*Af-
fluentia*] ut quia licet ſit fortis, & ieiunare, & peregrina-
ri poſsit; poteſt tamen & uult ædificare eccleſiam, ho-
ſpitale, puellas dotare, uel pauperes reficere. tanta er-
go poterit eſſe redemptio, ꝙ erit plus grata Deo. Nam
& peccata redimuntur. Dan. 10. placeat tibi conſilium
meum domine mi rex, peccata tua eleemoſinis redi-
me. Hoſti. [*Alia cauſa*] ſu p qua potius poſſumus inſtrui
exemplo, quàm uerbo; de dona. apoſtolicæ [*Melior*] i.
eccleſiæ Dei, ſeu reipublicæ utilior, Hoſti. ¶ Secunda
4 † glo. arguit ad commutationẽ pœnarum. alle. 7. iura,
& tria in contrarium, ſoluit, & arguit. ¶ Vltima gl. dat
5 regulam, quã exponit, & unum caſum excipit. ¶ *In † gl.
2. in fi.*] quod uerum credo. & decre. infra eo. ex multa,
de uoto ultramarino loquitur, Goff. Idem Inno. dicẽs
no. ꝙ loquitur epiſcopo Exon. unde epiſcopis, & ſupe
rioribus bene licet cõmutare uota, niſi ultramarinũ:
in inferioribus uerò non procederet arg. Inno. prout
dixit Hoſti. ſi litera diceret, Ex tuo pendet arbitrio. Sed
potius ſumitur contrarium ex litera eius, Qui preſidet
fatetur tamen Hoſti. hoc eſſe uerum, & de conſuetudi
ne ſeruari, ꝙ epiſcopi, & non minores in uotis diſpen-
ſant, ad hoc de exceſsibus prælatorum, accedentibus;
de offi. archipreſ. c. fi. & etiã habet hic antiquitus huius
decr. interpretatio. & eſt ſimile quod dixi, ſupra de pe-
cu. clericorum, inquirẽdum, & de off. dele. c. 1. ab hoc
excipitur uotum ultramarinũ, & continentiæ, & ſub-
ſtantialia regulæ, infra ti. proxi. cum ad monaſterium,
6 in fi. ¶ *In glo. ulti. ibi, hoc † dicit*] dicebat Ala. hæc ideò addi
tio [*& ibi, ſecus eſt*] Idem Vin. Phi. & Tan. ſed Ala. con-
tra, & Hoſti. qui dicit hic papam diſpenſare poſſe in vo
to continentiæ propter maius bonum, ut ſi rex infide
lis cum ſuo regno uult conuerti, & baptizari, ſi monia
lem forſan alterius regis filiam poſsit in uxorem habe
re. nec ob. ſm eum can. ſtatim allegatus in glo. qui in-
telligitur, ꝙ uouens continentiam per ſe commutare
non poſsit. nec ob. ꝙ caſtitas ſola eſt &c. quod intelli-
gendum eſt cum aliis uirtutibus: quia nec uirginitas
ſine baptiſmo, uel ſine charitate ad uitam æternã pro-
deſſet. unde quandoque continentia materiam incon
tinentiæ ſubminiſtrat. uide in Hiero. c. 4. di. & ibi ſub li-
tera eadem ſubdit: Is uerè continens eſt, qui uniuerſa
membrorum officia malis affectibus ſubtrahit, & co-
gitatum à tota nequitia compeſcit. ſuper Gala. autem
libr. 3. glo. dicit, ꝙ inter modeſtiam, & continentiam
hoc intereſt, ꝙ modeſtia in perfectis uiris eſt, conſum
mataque uirtutis. continentia in uia uirtutis eſt, ſed
nondum peruenit ad calcem. nec ob. eccleſia 26. diſti.
ibi, Omnis ponderatio non eſt digna animæ continẽ
tis: quia illud intelligitur de ſpirituali continentia, per
quam quis continet à peccatis, quod patet: quia non
dicit carnis continentis, ſed animæ continentis. Item
patet Iſa. 58. b. ibi, nõne hoc eſt maius ieiunium, quod
elegi diſſoluere colligationes impietatis. & Hiero. ſu-
per Iſa. 12. qui malè fuerant congregati, diuidantur in
bonum. facit pro hac opinione de uoto. capitu. uno,
b lib. 6. [b] & concor. Innocen. de ſta. mona. cum ad mo-
naſterium [*& in fine*] in fi. ti.

A N N O T A T I O N E S.

a ¶ Diſpenſatione. Puto, quòd illi intelligant diſpenſari ideſt, ſine commutatione tolli diſpenſatio. & eſt in parte, ſed non in toto.
b ¶ Lib. 6. Vide plenius in regula, ſemel Deo, de regu. iur. lib. 6. in Mercurialibus.

*S V M M A R I V M.*

1 *Votum ultramarinum papa commutat, & in quibus.*
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 3.*

Principis

*Principis omnia eſſe intelliguntur.*
4 *Additio gloſſarum.*
*In minori ætate uotum emiſſum, uel propoſitum maior factus ex ratihabitione, uel ad actum perductione obligatur.*
*Ab obligatione, qua hic ſocio tenebatur, potuit abſoluere papa. §. 2*
*Societas propriè quæ.*

## CAPVT II.

1 VEnientis. Caſus. Commutat† papa
uotum ultramarinum in
his maxime, qui in ætate puerili vouerunt.
& duo facit. primò ponit formam uoti. ſe-
cundo eius abſolutionem, & commutationem. ibi,
Nos autem [*Receperit*] ſimile de corpore uiti. c. 1. [*Ab-
ſoluimus*] vt patet in anti. infirmus erat, & aduētus eius
parum utilis in partibus orientis [*Veſtrum*] melior lite-
ra, Noſtrum: quia uni ſcribit ſecundum Hoſti. [*Chri-
ſti*] dicebatur in anti. tam in uictu, quàm in ueſtitu.
2 ¶ Prima † glo. reſpondet per ob. de iuribus allegatis in
fi. & dupliciter ſoluit. ¶ Tertia glo. quærit, & ſoluit.
¶ Pen. glo. arguit, alle. canonem in contrarium. alleg.
3 tria iura, & ſoluit. ¶ *In 3. † glo. ibi, bene à Zenone*] omnia
principis eſſe intelliguntur [*& ibi, quoties*] facit pro &
contra. uide de teſtibus, cauſam. 2. ſuper ulti. glo. ¶ *In
ulti. glo. ibi, §. Stichus*] uide de cleri. non reſi. ad audien-
tiam, in glo. 2. [*& ibi, Paulus*] uide de teſti. co. cap. 2. ſu-
4 per glo. ulti. ¶ *In † glo. 1. ibi, ratum habuit*] uel forte in mi-
nori ætate ſolum propoſuit, & poſtea adultus factus
hoc perduxit ad actum. ¶ *In glo. 2. ibi, ſequenti*] & infra
ubi dicit, promiſit, Pe. ¶ *In glo. 3. ibi, obligatione*] obliga-
tio iſta erat acceſſoria ad uotum, quod fuerat princi-
pale, nec ueniebat in ea burſale intereſſe: nec proprie
a uidetur fuiſſe ſocietas, quæ ad lucrum contrahitur[a]
[*& in fin.*] melius probatur ſo. ſecundum Hoſtien. ſu-
pra de iureiur. uenientes, & ff. ad munici. l. ulti. in prin.
& potuit hoc papa, ſicut ille potuiſſet, & de hoc in
Specul. titu. 2. §. nunc oſtendendum, uerſi. hoc quo-
que. ¶ *In glo. argumen. quòd, ibi, obligat*] Ala. Tan. Vincen.
Phi. Goffred. arguebant contrarium. ſed melius di-
cit glo. quæ inſpexit, quòd neceſſaria fuerit abſolutio;
& idem Hoſtien. & uide quod dixi, ſupra titulo. 2. du-
dum, ſuper tertia glo.

---

ANNOTATIONES.

a ¶ Contrahitur. Vide Ioan. Andr. de præben. ſignificatum, in glo. papa hic, & Bald. in l. qui ſe patris, C. unde libe.

*SVMMARIVM.*

1 *Voti reus non eſt, qui ſimpliciter proponit religionem ingredi, & non impeditur, & quando non ſit reus uoti, latius nume. 2. & 3. & 4.*
3 *Votum dicitur initiari, confirmari, & conſumari, & quomodo.*
4 *Quam obligationem importat.*
*Ad id quod requiratur.*
5 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 6.*
O *Obigare ſe quis non dicitur, niſi habeat animum obligandi.*

## CAPVT III.

1 LIterarum tuarum. C. Sim-
pliciter
†proponens religionem ingredi, licet non
ingrediatur, nō eſt reus uoti. Et primò po-
nitur conſulatio. ſecundo reſponſio ibi, tribuitur [*mi-
natione*] meticuloſus erat iſte, ut uidetur, & non corda-
tus. ff. quod me. cauſa. l. 5. Hoſtien. [*Hic*] ideſt in hoc ſta
tu. i. in ſeculari conuerſione. Goffre. [*Tranſgreſſor*] licet
2 †enim licitum quis proponat vel voueat, non tamen
propoſitum, uel uotum complere tenetur, niſi delibe
ratio præceſſerit, uel niſi animo obligandi id fecerit.
17. q. 2. Conſaldus, argu. de regula. ad noſtram. In fo-
ro tamen eccleſiæ ſemper, ex quo uotum exprimit,
cogitur illud perficere: quia creditur ex deliberatione
procedere. Si autem deliberatione præcedente in mē-
te propoſuit continere, vel peregrinari, illud facere te-
netur, etiam ſi uoce non expreſſit. 17. q. 1. qui bonas.
ſed eccleſia non coget eum, niſi id confiteatur. Innoc.
vnde dicebat Hoſti. ꝙ ſi ex prima deliberatione quis
obligaretur, pauci, præcipuè ſtudentes eſſent, qui nō
eſſent obligati religioni, cum communiter conſueue
rint talia concipere. no. etiam per dicta ſuperius, ꝙ ſi
proponens ſeculum relinquere, & cum ea intentione
recipit habitum, obligatur irreuocabiliter, & dicitur
uotum ſolenne. de hoc de regula. conſulti, & cap. be-
neficium, lib. 6. & cap. non ſolum [*Dixiſti*] in mente ſe-
3 cundum Hoſtien. no. hic Abbas † uotum initiari, con-
firmari, & conſumari. initiatur, cum propoſito in
animo ſeminatur, & ex hoc non obligatur quis quò
ad Deum, uel eccleſiam, confirmatur, cum ſuper pro
poſito figitur & firmatur deliberatio, ex quo apud
Deum obligatus eſt, ut ſupra dixi. conſumatur, cum
propoſitum deliberatum ore exprimitur; & tunc co-
gitur eccleſia. Dicebat frater Tho. ſecunda ſecundæ.
4 q. 87. arti. 1. quòd uotum † obligationem importat ad
aliquid faciendum, uel omittendum. ſed promiſſio,
quæ fit homini ab homine, non poteſt fieri niſi per
uerba, uel ſigna exteriora. Deo uerò poteſt fieri pro-
miſſio ſine his. unde. 1. Regun. 16. homines uideat ea,
quæ apparent: Deus autem intuetur cor. facit. 14. q.
6. cap. 1. ad fin. expreſſio tamen eſt utilis, vt non ſolum
à fractione deſiſtat amore Dei, ſed etiam propter re-
uerentiam hominum. promiſſio uerò procedit à pro
poſito faciendi. propoſitum autem aliquam delibera
tionem præexigit, cum ſit actus uoluntatis delibera-
tæ. dicit igitur ad uotum tria de neceſſitate requiri.
primò deliberationem: ſecundò propoſitum uolun-
tatis: tertio promiſſionem, in qua perficitur ratio uo
ti. Superadduntur quandoque alia duo ad uoti con-
firmationem, pronunciatio oris, pſalmus. 65. Red-
dam tibi uota mea, quæ diſtinxerunt tibi labia mea.
& aliorum teſtimonium, ut ſupra dicit, ergo, quòd
conceptio boni propoſiti non firmatur ex animi de-
liberatione, niſi promiſſione per deliberationem ſe-
5 quente. ¶ Prima † glo. reſpondet per ob. ¶ Secunda,
infra eo. per tuas. ¶ Glo. ſignat contrarium. item ar-
6 guit, & in contrarium allega. tria iura. ¶ *In † glo. 1. ibi,
obligationum*] uide de deſpon. impub. duo pueri, ſuper
5. glo. [*& ibi, ſi ego*] dedi pecuniam in donum, tu rece-
piſti in mutuum, nec donum eſt, nec mutuum. Idem
ſi dedi in depoſitum, ſed recepiſti mutuum, uel dedi
7 in mutuum, recepiſti in commodatum. ¶ *In † glo. 1. ibi,
proponendo*] de hoc, infra eod. capitu. ultim. in glo. fin.
¶ *In glo. 2. ibi, iuramenti*] ſolue per gloſſ. ſupra proxi. [*&
ibi, Item argumen. quòd*] iſtud argumen. non ſumitur hic,
cum nec pactum fecerit, nec uerbum emiſerit ſecun-
dum Hoſtien. [*& ibi, ſuffragio*] ubi de hoc, & 1. quæſtio.
7. quoties, & de pac. cap. 1.

*SVMMARIVM.*

1 *Temporale obſequium poteſt in perpetuum commutari, & à quo.*
*Votum irritatur defectu conditionis, ſiue ſit generalis, ſiue ſpecialis, & quando aliter, nu. 4.*
2 *Conditio generalis quando dicatur, & quando ſpecialis.*
*Generalis ſubintelligitur non altera.*
*Votum quis conditionale non tenetur adimplere niſi extante conditione.*
3 *Pro eo an poſſit agere rector pro pallio, quod quis offerre uouit.*
*An ſit licitum, & non dicatur ſimoniacum, concluditur non eſſe.*
*Homo*



*Homo qui eſt, & quicquid habet, à deo eſt, & à deo hoc habet.*
*De ſpirituali etiam ad ſpirituale admittitur permutatio.*
*Vouere per ſe, uel cum conſenſu alieno, & cuius, qui poſſint.*
4 *Votum qui exequi non poſſunt impediti aliena, cui ſubſunt, poteſtate, & impedientes iure ſuo non peccant, uer. prædictos autem, circa fin.*
5 *Minor reſtitui non poteſt ex commutatione uoti in melius, neque ſi contrahat quempiam cum meliore ſponſo, aliàs poteſt.*
6 *Epilogus, & additio gloſſarum. num. 7.*

## CAPVT IIII.

1 SCripturæ. Breue eſt [*Temporale*] ad
†quod tenebatur ex uo-
to, non intelligas in ſeruo. 54. diſt. genera-
lis, Goffred. unde, ut patet in an. Decre. iſta
dirigitur Cyſterciēſibus propter eos, qui religionem
eorum ingrediebantur, & uouerant ire ultra mare,
uel ad alia limina [*Religionis*] irritatur uotum defectu
conditionis, ſiue ſit generalis, ſiue ſpecialis. Genera-
2 lis † eſt, quando dicitur, Si uixero, ſi potero, ſi deo pla
cuerit, faciam hoc, uel illud: quæ conditio ſemper in-
telligenda eſt, & ſi non dicatur, infra eo. capitulo pri-
mo, & 22. quæſtio. 2. beatus. 16. quæſt. 1. in parochia.
Specialis uerò eſt, quando dicitur, ſi filius meus libe-
rabitur, offeram tale pallium, uel ibo ad ſanctum Ia-
cobum, & talis non ſubintelligitur, niſi exprimatur,
argumē. C. de condi. ob cauſam da. ſi repetendi, ff. de
uerbo. obliga. ubi autem non apparet. uouens autem
non tenetur in hoc caſu ad uotum implendum, niſi
conditio, ideſt filii liberatio extet. 32. quæſt. ſi. capitu.
unico, & argum. ſupra de reſtitu. ſpo. olim cauſam, &
3 infra de condi. ap. uerum. Quid † ſi conditio extet, nū-
quid poterit agere rector eccleſiæ ad petendum pal-
lium, quod offerendum uouit? Scripſit hic Innocen.
ꝙ non: quia tale uotum illicitum eſt ab initio, cū uo-
uens intendit à deo, uel aliquo ſancto emere ſanitatē
quod ſimoniacum eſt. 1. q. 1. qui ſtudet. Liberaliter e-
nim offerendum eſt, & poſtea pro ſanitate, uel quo-
uis alio precibus ſupplicandum. 1. q. 1. duces, & quæ-
ſtio. 2. quàm pio. 33. diſt in. c. ſi. 28. q. 1. caue. nec tamen
propter hoc intelligas conditiones in uotis reproba-
tas, niſi eſſent ſimoniacæ, qualis eſt prædicta, uel aliàs
turpes, & inhoneſtæ, ut in præalleg. cap. & ſupra de iu
reiuran. uerum. ubi publicè uouit, tamen cauſam uo
ti non expreſſit, ſed in corde retinuit. in hoc caſu tum
propter ſcandalum, tum propter ignorantiam com-
a pellitur[a] uotum adimplere, uel commutare, infra eo.
magnæ, infra de cenſi. ex parte. Innocentius. Alii di-
cunt huiuſmodi uota eſſe licita, nec ſimonia offerre
deo cordis ſui contritionem, uel aliam deuotionem
ex cauſa iuſta etiam ſub conditione, ſiue in dando, ſi-
ue in faciendo cōſiſtat: quia quicquid homo dat, uel
facit pro deo, non de ſuo facit, ſed potius de eo, quod
dei eſt. quod enim homo eſt, & quicqd habet, à deo
eſt, & à deo hoc habet. unde domini eſt terra &c. de
deci. tua nobis, §. 1. Sed & quodcunque temporale li-
cet offerre in eleemoſynam, cū ſpiritualis ſit pro ob-
tinenda ſanitate, uel quocunq; alio à deo: quia illud
ſpirituale eſt. nam & permutatio admittitur de ſpiri-
tuali ad ſpirituale, ſupra de re. permu. ad quæſtiones.
& uidetur expreſſum, ꝙ liceat, Gen. 28. in fine, ſecun-
dum Inno. dicit Hoſt. ꝙ quamuis illud, quod Innoc.
prius dixit, honeſtius ſit, tamen nec iſtud ultimum re
probat: imò & credit, quòd tale uotum licitè emit-
tatur, argum. expreſſum. 28. quæſt. 1. §. ex his itaque,
& §. fin. & in eo, quod le. & no. infra de cenſi. ex par-
te, & ſupra de ſer. nō ordi. eo libentius. Nec ob. quod
dixit Inno. & hoc eſt ſimoniacum: quia ſuper hoc in-
tre deum, & hominem nulla pactio intercedit, ſine
qua expreſſa non committitur ſimonia. 1. quæſtio. 2.
quàm pio. Et ſi de mentali agatur, uix eſt homo, qui
pro deo aliquid faciat, quin & ab eo ſpectet habere
remunerationem, quam & ipſe deus promittit ſecun
dum opera ſe facturum. Matt. 25. & ſupra de ſumma
Trini. c. 1. infra de pęni. cum ex eo. §. 1. uer. quoniam,
4 ut ait apoſtolus. ſecundum Hoſt. ¶ Irritatur † etiā uo-
tum ſm Inn. poteſtate ſuperioris, ut patet in monaco
qui nec uotum abſtinentiæ, nec peregrinationis, uel
aliquod aliud, ex quo poſſet præberi uagandi mate-
ria, uel ſcandalum nutriri, uel minui obſequium de-
bitum, ſine licentia ſuperioris poteſt emittere, & ſic
intellige. 20. q. 4. c. 2. & 3. & §. fi. 41. diſt. quiſquis. 16. q. 7.
in noua. Si autem uoueret dicere unum pſalterium,
uel aliquam aliam orationem, uel aliud, ex quo nihil
mali poſſet contingere, hoc adimplere deberet, & ſi-
bi licitum eſt, plus mereri. Clericus autem ſecularis,
& ſi ſine licentia epiſcopi poſſet uouere continentiā,
non tamen peregrinationem, de conſe. diſt. 5. non o-
portet. & no. ſupra de cleri. pere. c. 1. Epiſcopus uerò
nec uotū peregrinationis, nec religionis poteſt emit-
tere ſine papæ licentia ſpeciali, ſupra de regula. licet,
tranſmarino forſan excepto, infra eo. magnæ, §. uerū.
Quid de Abbate? dicendum eſt ſm Hoſt. ꝙ ſicut mo-
nacus in talibus aſtrictus eſt Abbati, ut no. ſup. eo. gl.
uer. irritatur, ſic & Abbas epiſcopo. 18. q. 2. Abbates,
& c. Abbatibus. 93. diſt. ſubdiacono, & c. nulla ratio-
ne, infra eo. magnæ, §. uerum, uer. cum enim. adhuc
tamen uidetur excipiendum eſſe tranſmarinum, inf.
eo. c. fin. Quid de ſeruo? reſpondeo non tenet uotum
ab eo emiſſum, per quod domini ſeruitium minua-
tur. 54. diſt. ſi ſeruus, infra de ſenten. excom. relatum.
Quid de impubere? planum eſt, ꝙ talis non poteſt uo
tum religionis emittere ſine parentum, uel tutorum
licentia. 20. q. 2. c. 1. & 2. & le. & no. ſupra de regula. c. 2.
ſed nec uotum abſtinentię, uel peregrinationis. 22. q.
2. tribus, & quæſtio. 4. pueri, quod intelligunt quidam
de impubere tantum, arg. à contrario ſenſu. 20. q. 2. c.
1. Sed Innoc. dicit idem de pubere, dummodò in pa-
tris ſit poteſtate, & pater ipſe tacitè non cōſentiat, uel
expreſſè, ff. de pollicita. l. 2. §. 1. Sufficit enim, quòd
hoc ſciat, & non contradicat. 20. q. 2. c. primo, nec ob.
20. q. 2. c. 1. & 2. quia ibi loquitur in uoto religionis, ꝑ
quod eximitur à patria poteſtate. Sed & impubes e-
tiam filiusfa. ſi ex quo doli capax eſt, uotum abſtinē-
tiæ, uel peregrinationis, uel aliud ſimile emiſerat, ſo-
luta patria poteſtate illud adimplere tenetur: quia ex
quo poteſt obligare ſe diabolo, multo fortius deo, ar
gum. infra de delic. pu. c. 1. uerum quia tales inexperti
ſunt propter fragilitatem ætatis, cum ipſis facilius di-
ſpenſatur, ut patet in eo, quod le. & no. ſup. eo. uenie-
tis, §. unico. Votum tamen religionis ab ipſis intra pu
pillarem ætatem emiſſum eos non obligat, ſi etiam
religionem intrauerint, & impuberes exiuerint, non
tenentur, quod dic ut no. & le. ſupra de regula. poſtu-
laſti. uxor autem ſine mariti licentia uotum abſtinen
b tiæ, uel peregrinationis[b] non poteſt emittere cum ef
fectu, quod ſi fecerit, ipſe maritus poterit hoc reuoca
re. 33. quæſtio. 5. manifeſtum, noluit, hæc imago. &
idem intelligas econuerſò: quia uir, & mulier non
ſunt in talibus ad imparia iudicandi. trigeſſimater-
tia, quæſtione ſecunda, ſi quis uxorem, & quæſtione
5. præcepit Chriſtiana. Excipe uotum tranſmarinum;
quod dic, ut legitur & no. j. eo. ex multa, §, quod autē.
tenet etiam Bart. in domini. 40. ꝙ etiam emiſſum an-
te contractum peregrinationis uotum, alter coniu-
gum inuito altero non implebit per præall. c. noluit.
& hoc idem tenet, in quęſtio. prima, de monaco quò
ad Abbatem. & idem Io. in prę. c. noluit. ſed & uotum
continentiæ ab eis de communi conſenſu emiſſum

ſeruandum eſt,quiã & ſolenne cenſetur, quod dic.ut
not. ſupra de conuer. coniu.capitulo primo,& penul
ti. ſicut aũt uterque dare poteſt, quod ſuum eſt ſine
conſenſu alterius, ſic & uouere de dando. Prædictos
autem peccare nõ credimus, ſi contra iuramentum,
uel uotum ſuum faciunt in caſibus ſupradictis. Lex
enim patria,ſiue iuſta poteſtas, hos excuſat. 33. quæ-
ſtione quinta,noluit,manifeſtum, & etiam canones.
22.quæſtione quarta,tribus,& quæſtione quinta, pue
ri.ſed nec pater peccat hoc reuocando: quia utitur iu
re ſuo, ff.de iniuriis, iniuriarum, ſup.de electio. cum
eccleſia Vulterana, ſecundum Innocen.cuius eſt ma-
ior pars huius glo. Cætera, quæ circa hanc materiam
deficiunt, collige in ſumma,eodem titu.§. quis uoue
5 re poſsit ſecundum Hoſtien.[*Commutare*]ſed in†hoc vi
detur decipi, quia temporalem obligationem com-
mutat in perpetuam.ergo,ſi minor eſt,reſtitui poteſt.
dic contra:quia non eſt læſus, ſicut nec illa, quæ con-
trahit cum meliori ſponſo,ff.de mino.non omnia.ſe-
cus ſi puer renunciaret præbẽdæ ſuæ. Vincen.de hoc,
ſupra de reſtitutio.ſpoliato. ex parte, & dixi, ſupra de
6 regula.cum uirum,ſuper gloſſa ſecunda.¶Prima†gl.
7 arguit, dat ſimil.& cauſam reddit. ¶*In† glo. 1.ibi,admo-
nere*]ubi de hoc,& in ſupradicto,§.his auctoritatibus,
& hoc tenet Hug.alii dicunt,diſpenſationem neceſſa-
riam.dixit Inn.hoc credimus fieri ſine diſpenſatione:
tutius tamen eſt, quòd diſpenſetur.

*SVMMARIVM.*

1 *Voti ultramarini executio poteſt ex cauſa auctoritate papæ dif-
ferri,& qua,num.1.§.1.iuncta gloſſ.*
*Redimi poteſt, uel permutari.*
2 *De modico non curandum.*
*Impacatum, quid dicatur.*
3 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum. num.4.*
*Furtum qui non faciat.*
5 *Additio gloſſarum.*
*Votum reddendum, uel quod deo ſit acceptius faciendum.*
*Voti diſpenſatio non prodeſt abſque iuſta cauſa, §.primo, adiecta
gloſſ.*

CAPVT V.

1 NOn eſt. Caſus. Executio uoti ultra-
marini auctoritate papæ dif-
ferri poteſt ex cauſa. & tria facit. præmit-
tit exordium. ſubmittit narrationem, &
demum concluſionem. ſecunda ibi, Sanè.tertia ibi,
ideoq;[*Adimplere*] ſuppele,uel redemit, uel permuta-
uit, infra eodem magnæ, ſecundum Hoſtien.[*Non*
2 †*modicum*] de modico non fuiſſet curandum, ſupra de
reſtitutione in integrum, capitulo primo, ff.eodem,
l.ſcio, ſecundum Hoſtienſ.[*Impacato*] ideſt non paci-
ficato,ſexageſsima pri.diſtinctione miramur. inprin-
3 cipio. ¶Prima†gloſſ. obiicit, & ſoluit. ¶Secunda re-
ſpondet per quæſtionem. ¶Tertia obiicit, & ſoluit.
4 ¶In†gloſſa ſecunda,ibi, inter omnes, §. penultimo,
non facit furtum, qui putat dominum id conceſsiſ-
ſe, ſiue falso,ſiue uerè id putet. ¶*In†gloſſa prima,ibi,red-
dite*] ſupplendum eſt, uel auctoritate ſuperioris,quod
deo ſit magis acceptum, facite. & ſic non obſtat ſe-
cundum Hoſtienſ.[*& ibi, declarat*] ſecundum Ioann.
[*& ibi,dic ut ibi*] & decimaquinta,quæſtione ſexta,au-
ctoritatem. ¶*In gloſſa ſecunda, ibi, diſpenſandi*] idem hic
Goffred. & Hoſtien. & Innocen. infra titu. proximo.
cum ad monaſterium.& uide quod ibi dixi poſt eum
ſuper ultima gloſſ. ubi remiſi ad ſpeculum, & quod
dixi ſupra de præben.de multa, in gloſſ.fina. & quod
dixi poſt Hoſtien.de electio.dudum.ſecundo, ad fin.

ſuper uer. canonicè. & facit, quod not. de translatio.
capitulo ſecundo, uer.non enim, in gloſſ.2. quod di-
cam, infra capitulo proximo, in gloſſ. hic patet. Di-
ctum autem gloſſ. tunc maximè uerum ſecundum
Goffred. quando ad ſui poſtulationem eſt obtenta re
miſsio, argum.ff. quod quiſque iur.l.tertia, in princ.
idem Hoſtien.argumen.de præben. ſi motu proprio,
& capitulo ſequentibus, libro ſexto. ¶*In gloſſa ultima,
ibi,communi utilitati*] dicit communem Ieroſolymita-
nam, priuatam ad regnum Vngariæ. ſed etiam ſu-
mitur contrarium ſecundum Hoſtienſem, inſpicien-
do priuatam ex parte uouentis, communem ex par-
te regni: nec etiam textus exprimit ſecundum eum,
an uouerit ire in ſuccurſum, an cauſa peregrinatio-
nis [*& ibi,differt*] ſecundum Ioan.& in fine, ad hoc, ff.
de iudi. debitori.

*SVMMARIVM.*

1 *Ad uoti ultramarini executionem compellit eccleſia laicum, &
quibus modis.*
*Liberalitas non eſt in neceſſitatibus.*
*Arbitrium liberum in quibus uti poſſit homo, nu.2.*
2 *Pœnitentia non ualet abſque humili corde.*
3 *Pater filium in ſua poteſtate conſtitutum poteſt inſtituere ſub con
ditione, & qua.*
*Idem in nepote, & quo.*
4 *Sine dilatione eſt adimplendum,quod ſine eſt ea mandatum.*
5 *Animæ ſalus temporalibus præponenda.*
*Temporis reſtitutionis caſus hic.*
*Hæredi datur tempus ad executionem uoluntatis teſtatoris anna-
le, niſi reſtringatur.*
6 *Ad iter arripiendum terminus datur.*
7 *Pœnæ quandoque ponuntur plures, & quando.*
*Regere non merentur irretiri periurio.*
8 *Ex tunc, aduerbij ſignificatus.*
*Et nunc,aduerbij additio in ſententia non neceſſaria.*
9 *Primogenitorum ius quadruplex, & in quibus conſiſtat, nu. 10.
11. & 12.*
*De eorum antiqua benedictione cum eius explicatione, numero
11.*
10 *Geniture ordo unde profectus.*
*Ducatus,comitatus, & marchionatus non diuiduntur, & quo iu-
re, & cui filio competat.*
*Filijs principum quibuſque quid tribuendum.*
12 *Primogenituræ ius nequit pater auferre, & quando, & qualiter
poſſit agere filius.papa uerò poteſt, num.13. & 16.*
13 *Papæ poteſtas in reges, & regna quæ.*
*Primogeniti filius an præferatur patruo,aliò reijcit.*
14 *Epilogus,& additio gloſſarum. num.15.*
*Votum ſuum quando poſſit, & teneatur quis per alios exequi,e-
tiam poſt mortem,& teneantur hæredes.*
*Quando dilatio concedatur ad exequendum.*
*Et quando nec mittere teneatur.& quando dilatio concedatur.*
*Ex uoto nudo naſcitur obligatio.*
*In uoto omni perſonali conditio generalis ſubintelligitur.*
16 *Regnum competit primogenito, & ſupra, numero 9. 10. &
11.*

CAPVT VI.

1 LIcet uniuerſis. Caſus. Eccleſia
†compellit lai-
cum ad executionem uoti ultramarini p
excommunicationem, & bonorum ſub-
tractionem.& primò ponit exordium.ſe-
cunda ibi, Accepimus,narrat factum.tertia ibi,Man-
damus, concludit. quarta comminatur, ibi, Ne ſi o-
nus [*Liberum*] per hoc patet, quòd non loquitur
de his, ad quæ quis obligatus eſt lege, tunc enim
tene-



enim tenetur duplici iure, ex præcepto ſcilicet, & ex
uoto, ſicut eſt in decimis, de deci. capitulo ſecundo,
& capitu.tua. in neceſsitatibus enim non eſt liberali-
tas,ff.de adimen.lega.l.rem legatam. an in indifferen-
tibus, cum quibus & ſine quibus poteſt eſſe, & non
eſſe ſalus, poteſt homo uti libero arbitrio, ut nube-
re,ordinari,profiteri,& not.28.diſtinct. de his.23. q.4.
§.1.hæc enim ſuademus, ſed imperare nõ poſſumus.
32.q.1.integritas,ſecundum Hoſtien.[*In uouendo*] dice-
2 batur†in anti.nec neceſsitas in uotis locum habet,ſed
uoluntas [*In forti manu*] & ſic non expediebat hoc re-
dimi,infra eo. quod ſuper his [*Corde humili*] aliter non
ualet pœnitentia,de pœni.diſtin.3.[*Maledictionis*] hæc
pœna non excludit aliam, ſcilicet priuationis ſucceſ-
ſionis, ut ſequitur. Inno.[*Commiſit*] dicit Goff.ꝙ pater
3 †poteſt filium in poteſtate ſua conſtitutum inſtituere
ſub conditione,ſi adimpleat uota ſua, ſi uotorũ exe-
cutio ſit poteſtatiua:ſecus ſi caſualis,uel mixta, C. de
a inſti.uel ſubſti.ſub conditione,ſi pater.[a] an ſit idem in
nepote,ibi no.in 1.glo.quòd ſic.ſi ſuus hæres eſt:quia
nullus illum præcedit:aliàs ſecus.Primum dictum te-
net Bart.in Veneri.Lau.& Dama.tit.q. 1.inducunt ẽt,
l.ult.ff.de condi.inſti.ad hanc decr. reſpondent, ꝙ hic
filius approbauit recipiens crucem:& hic non fuit in
4 ſtitutio,ſed commiſsio[*Sine dilatione*] unde† & ſine di-
latione adimplere debuiſti.22.q. ſi.c. uno [*Promiſiſti*]
quo ad pœnam priuationis hæreditatis,ſup.maximè,
ſed quo ad perſonalem coactionem legas propriè ſe-
cundum Inno. Ex uerbis ergo oris ſui obligatus fuit,
de renun.niſi regula.ſicut, de teſta. Ioannes, ſecundũ
5 Hoſtien.[*Solicitudinibus*] poſtponenda† ſunt hæc tem-
poralia, cum agatur de animæ ſalute. Nil enim pro-
deſt &c.de ſimo.Mattheus [*Ad feſtum*] forte reſtringi-
tur hic tempus annale, quod communiter datur hæ-
redi à monitione iudicis,ut ſupra de teſta. nos quidẽ:
quia iam fuerat in mora ſecundum Hoſtiẽ. [*Debitum*]
& infra dicit, Propoſitum. erat enim duplici iure de-
6 bitum,ut eſt dictum [*Iter*] datur† hic terminus ad iter
arripiendum.ſic,ſupra de appel.perſonas,ĩ.de elec.cu
pientes,de offi.ordi. quamuis, lib.6.[*Proſequaris*] con-
cor. iura proximè alleg.[*Hæreditatis*] ſcilicet ducatu,
quem habebat ſecundum Hoſtien.qui dicit,ꝙ tres e-
rant fratres. primus erat Rex. ſecundus inſtitutus fuit
in ducatu,& acceptauit.tertius ſine terra, uel ſine ma
gna terra. prima igitur pœna, quòd perdit ducatum.
ſecunda excommunicationis.tertia ordinationis ſuc
7 ceſsionis per ius geniture.Imponũtur† autem plures
pœnæ:quia in pluribus offendit,de re iudi.cum æter-
ni,ad finem.priuatur hæreditate,quia ius offendit.ex-
communicatur, quia papæ mãdatum contemnit, de
maio.& obedien.c.2. Item quia offendit defunctum,
fidem ſuam uiolat:ſubtrahit terræ ſanctæ ſubſidium,
quod promiſit. non eſt mirum, ſi iure primo genitu-
ræ priuatur. nam & ſufficeret horum ultimum, quia
non merentur regere irretiri periurio, de iureiuran.
querelam. nec ad hoc punitur, quantum deberet ſe-
cundum Hoſtien.[*Onera*] facit de regu.iur. qui ſentit,
8 cũ ſuis concor.lib.6.[*Ex tunc*] ſcilicet à feſto† exaltatio
nis ſanctæ crucis in antea: & nota non eſſe neceſſariũ
b in prolationibus harum ſententiarum [b] uti hoc uer-
bo, quo utuntur moderni iudices, ſcilicet, ex nunc,
ut ex tunc &c. & uide,quod dixi de appella.præterea.
2.ſuper uer. excommunicatum [*Iure*] de triplici iure
9 †primogenitorum, not. ſeptima quæſtione, prima,
quod periculoſum, ſcilicet quòd in feſtis pro aliis ſa-
crificia offerebant: ſedebant ad dexteram patris, &
duplicem ciborum partem habebant, additur per
hoc,quòd recipiebant duplicem partem hæreditatis,
habebant etiam finalem benedictionem à patre, &
quòd in ſolennitatibus benedicebant fratribus [*Ordi-*

10 *ne† geniture*] procedit hoc de generali conſuetudine,
quæ fulcitur etiam.l.Federici imperatoris.ſecundum
quem ducatus,comitatus,& marchionatus non diui
duntur,ut in l.de feu.non alienan.ſine conſenſu ma-
io.domini,imperialem,§.præterea.quod ius eſt in ho
norem,& fauorem imperii, ut principatus,qui ſub ip
ſo ſunt, integri perſeuerent, argum.ff. de exercito. ne
in plures, de pigno. ex literis, de præben. maioribus,
quamuis autem hoc ſit imperio honorabile & utile,
tamen de facto non bene ſeruatur, cum etiam filiæ
partem ſuam extorquere nitantur: pro qua ſi ſaltem
fidelitatem primogenito faceret,tolerari poſſet ſecũ-
dum Hoſtien.ſecundum quem aſsignandum eſt cui-
que, unde conſiderata nobilitate, & facultatibus
principatus honeſtam ſuſtentationem poſsit habe-
re,argumen.C.de libe.præte.& exhære. maximum ui
tium, ſupra de teſta. Rainaldus, uer. quoniam idem.
ita tamen,quòd tantum remaneat primogenito, un-
de honorem teneat principatus, & quòd alii partes
æquales habeant, eſſet corrigendum, & quòd ex illa
fidelitatem non faciant, licet dicant ſe ex eiſdem pa-
11 rentibus genitos. De† primogenitis uerò tractatur
Gen.26.& 27.Ad Hæbreos duodecimo,& per aucto-
ritatem Gen.27.patent primogenita ibi,Det tibi deus
de rore cœli,& de pinguedi. terræ, abun. fru.ui. & o-
lei.Ecce dominium hæreditatis, & temporalium. Et
ſeruiant tibi populi, ideſt ruſtici, & plebeii. Et adorẽt
te tribus, ideſt nobiles. Eſto dominus fratrum tuo-
rum,& incuruentur ante te, faciendo fidelitatem, &
obedientiam exhibendo & reuerentiam. facit etiam
pro primogenito, quòd hoc ius.l. canonica robora-
tur,& prioritas temporis etiam pro ipſo facit. de ma-
ioritate,& obedientia,capitulo primo, & regula, qui
12 prior, libro ſexto, de regulis iuris. Sed† nunquid pa-
ter primogenito poteſt hoc ius auferre ſic firmatum
l.canonica,diuina,& conſuetudinaria dando illud po
ſteriori ſine cauſa? Dicas quòd non,ff.de lega.1.l. ne-
mo,ſupra de teſtamen. requiſiſti, ſupra de foro com-
peten. ſi diligenti. Legitima enim primogeniti eſt to-
ta hæreditas huius principatus; ergo ſine cauſa pri-
mogeuitus illa priuari non poteſt. de hoc de teſtam.
Rainucius.Succedit ergo in totum proponendo que
relam, uel agendo ad ſupplementum,ſi aliter ordina
tum eſſet,niſi minori parte contentus eſſet,uel ſuum
ius uendat,ut Eſau.argumen. de teſta. officii. Nec ob.
quòd Iſaac præpoſuit Iacob: quia Eſau renunciaue-
rat,& fuit inſtinctu ſpirituſſan.23.quæſtio.2.quæritur,
& §. item opponitur. & eodem modo reſpondetur,
quòd Iacob præpoſuit Effraim,gen.48.De his autem
non redditur ratio naturalis niſi in tantum, quia ſic
placuit deo. & facit quod dixi, ſupra de reſcriptis, ſi
quando. Dixit enim, Iacob dilexi &c. Malach.primo
A.[*Priuandum*] & ſic eſt canon ferendæ ſententiæ:alias
priuatum, & ſic eſt latæ [*Deuoluendum*] propter multi-
13 tudinem culparum,de quibus ſupra dixi,priuat† hũc
papa iure primogenituræ, quod poteſt. habet enim
c poteſtatem ſuper reges, & regna.[c] ſupra de maiori.&
obedien. ſolitæ. unde deponit reges. 15.quæſtio. 6. a-
lius,& imperatores, de re iudica.ad apoſtolicæ, libro
ſexto,cum & eos confirmet, de electio.uenerabilem,
ſecundum Hoſtien. libellum ſecundum huius decre.
d formam, uide in Specu. eodem titu. & quod [d] ibi di-
xi. & an in hoc iure filius primogenitus præfereba-
tur patruo, dixi plenè ſuper rubri. de feudis, uer. re-
14 deundo. ¶Tertia† gloſſ. arguit quem poſſe pro alio
&c. ¶Vltima gloſſ. ſignat contrarium, & tripliciter
15 ſoluit. ¶*In† 4.gloſſ.ibi, quamquam*] uide de uerborum ſi-
gnificatione, Abbate, in gloſſ. penultima. ¶*In glo. ar-
gum.quòd,ibi,animæ defunctorum*] ubi de hoc, & 82.diſtin.
presbyter,& de pœni.diſt.3.c.4. dixit hic Inn. licitum

& debitum eſſe nouenti uotum ſuum per alium exe-
qui, ubi per ſe hoc non poteſt, vt patet hic in rege, qui
moriebatur. nam ſi per ſe exequi poſſet, licet inutili-
ter, uel non ita utiliter, ut ſi eſſet claudus, uel mutila-
tus, tamen ſi non ob ſubſidium uouiſſet, ſed ob deuo
tionem tantum, ut ſcilicet loca ſancta uideret, & uiſi-
taret, perſonaliter ire deberet. Idem eſt etiam, ubi uo-
uit propter ſubſidium: ſed eſt talis, qui defectum ſuũ
poteſt ſupplere per alios, quos ſecum ducet: in utro-
que tamen caſu admittitur compenſatio, ſiue redem
ptio, infra eo. magnæ, & c. ſequen. poteſt tamen inter
iſtos hæc differẽtia aſsignari: quia illi, qui uouent pro
ſubſidio, ſi morte, uel alio perpetuo impedimento
detineantur, coguntur aliis committere, ut eorum
uotum adimpleant: & etiam ſi hoc non fecerint, ta-
men hæredes compelli poſſent, ut uel uotum patris,
ſeu teſtatoris exequantur, uel expenſas & ſubſidium,
quòd pater, ſiue teſtator facturus erat, ipſi faciant. nã
uouiſſe intelligitur is, qui uotum emiſit in ſubſidium
terræ ſanctæ, hoc ſiue per ſe, ſiue per alium faciendũ.
unde ad hoc complendum hæredes ſunt compellen-
di, argum. hic. nam in contractibus ſuccedunt, C. ut
actio, ab hærede, & contra heredem, l. unica. Ex nudo
autẽ uoto obligatio naſcitur, ff. de pollici. l. 2. in prin.
& nuda ꝓmiſsio obligat, ſi facta ſit ciuitati, ff. de pol-
lici. pactum. multo fortius facta deo, uel ſubſidio ter-
ræ ſanctæ: quia deus inter ſimplicem loquelam, & iu-
ramentum non facit differentiam. 33. q. 5. iuramenti.
unde & ex pacto nudo dat actionem, ut patet in eo,
quod le. & no. ſupra de pact. c. 1. & 3. tenentur ergo hæ
redes, arg. infra eodem, quod ſuper his, & ca. ſequen.
ubi uero propter deuotionem uidendi terram ſan-
ctam uotum emiſſum eſt, non tenetur mittere is, qui
vouit, ex quo iuſto & perpetuo impedimento detine
tur propter cõditionem generalem, quæ in omni uo-
to ſubintelligitur perſonali, ſcilicet, ſi potero, ut patet
in eo, quod no. ſupra eo. ſcripturæ, ſuper uer. religio-
nis, ſecundum Innocen. cuius eſt mens huius gl. à ſu-
periori, uer. hæc autem, citra. & hoc eſt uerum ſecun-
dum Hoſt. quando impedimentum ſuperuenit. nam
ſi tempore, quo uotum emiſit, impeditus erat, uide-
tur vouere, vt redimat: aliàs cenſeri debere irriſorium
tale uotum, argum. infra eo. c. 1. & c. quod ſuper his,
§. rurſus, & c. ex multa, §. de clericis. Temporali autẽ
impedimento detento datur dilatio, infra eo. de ſen-
ten. excomm. à nobis. 2. §. forma, & infra eo. quod ſu-
per his. §. unde credimus, uer. ſecundis. ¶ *In glo. frater, in
fine*] finxit ſe longius ire, 1. queſtio. 1. §. ex his uerbis,
uer. quod ut plane. ¶ *In glo. ult. ibi, Syluester*] ubi de hoc,
16 & ſupra de teſta. ſi heredes [*& in fine*] Dicit † Hoſtien.
ꝙ huic in regno nõ competebat legitima: quia ſolus
frater primogenitus regnum habet. Loquitur ergo
de ducatu ſecundum eum, quod habebat ex ſucceſ-
ſione paterna: vel ſ̃m eum, licet legitima reſeruetur fi
lio, ex poſtfacto, tamen ei propter nimiam contuma
ciam aufertur, de hoc in pre. decre. ſi heredes.

*SVMMARIVM.*

1 *Votum ultramarinum papa commutat, & quando, & in qua.*
2 *Epiſcopus debet ponere ſe murum pro eccleſia ſua.*
*Excommunicationis gladius diſcretè ſuſpendendus.*
3 *Crux ſignum quorum ſit.*
*Vrbs, pro Roma accipitur abſolutè.*
4 *Aequitas quid.*
*Licent aliqua, quæ non decent, nec expediunt.*
5 *Licere equitatem, decere honeſtatem, expedire utilitatem reſpicit.*
*Attendere debet hæc tria ſpecialiter papa.*
*Papæ quid liceat, deceat, & expediat.*
*Cauſa actus noſtri qualia eſſe debeat, & unde ſumatur, uer. ſed quærit.*
*Vtilitati minori ſemper anteferenda maior, & quo caſu, ſic & rei publicæ, ibid.*
6 *Reſpicere retrò, quis dicatur.*
*Senectus ipſa morbus eſt.*
*Votum per procuratorem, quando exequi non liceat.*
7 *Clericus ſine licentia epiſcopi tranſit monacatum.*
*Epiſcopus an peregrinari poſſit abſque licentia, & cuius, non ſubeſt imperatoris legi. nu. 8. 9. 10. & quamdiu abeſſe liceat, ibidem. num. 8.*
*Quando metropolitano.*
8 *Neceſſitas non habet legem.*
*Reſidens cenſetur, ſi iura eccleſia proſequitur epiſcopus.*
*Ad tempus, ſi dicatur, non porrigitur ultra annum.*
9 *Votum epiſcopi an teneat emiſſum ſine permiſſu ſuperioris, & quod, num. 14. & 15.*
*Non quod fit, ſed quod fieri debet, attendendum.*
10 *Genus tantum ualet, quantum ſpecies, & qualiter.*
*Epiſcopi peregrinatio ſine ſaltem conſilio capituli fieri non debet.*
11 *Inter præcepta, & prohibitiones differentiæ, remiſſ.*
*Votũ ſuccedit præcepto legis ueteris, uel ei æquiparatur, & quod redimatur, & quod commutetur, quod minimè, num. 12. & quo modo præfiguratum in lege, ibid.*
*Subrogatum debet habere naturam eius, in cuius locum ſucceſſit.*
12 *Primogenitorum redemptio, & commutatio quid ſignificabant olim.*
*Aſinus, pro religioſo in lege accipitur.*
13 *Conſcientiæ uis quæ.*
*Familia epiſcopi gaudet eius priuilegio.*
15 *Neglecta uidentur, quæ ſpecialiter non notantur.*
*Specialia magis, quàm generalia conſideranda.*
16 *Suffragium gloſſarum.*
*Regens prouinciam eius fines non debet exire, niſi in caſu.*
*Accuſantis non proſequentis pœna.*
17 *Additio gloſſarum, num. 18.*
*Coniecturis locus in incertis.*
*Vouere, quis non cogitur.*
*Vota non ſunt auare per clericos extorquenda.*
*Auctoritas ſuperioris excuſat, & quando, in fine.*
18 *Ad regis exemplum uiuitur.*
*Edicta minus ualent, quàm uita regis.*
*Rector qualis ciuitatis, tales & habitantes in ea.*
*Maximè, dictio dubitatiua, §. penul.*

## CAPVT VII.

1 MAgnæ. Ex cauſa † commutat papa vo-
tum vltramarinum in vigilias,
orationes, & ieiunia, tunc maxime, cum
ceſſat cauſa, quæ uouentem ad uotum in-
duxit, ita etiam, quòd expenſæ fiendæ in eundo, ſtan-
do, & redeundo integraliter mittantur in ſubſidium
terræ ſanctæ. poteſt autem diuidi in tres partes. in pri-
ma facti narratio: in ſecunda allegatio pro & contra.
in tertia diffinitio. ſecunda ibi, & quidem. tertia ibi,
2 Cum igitur [*Grauaretur*] forte † capiebantur clerici.
fiebant exactiones eccleſijs, & ipſarum hominibus,
& tunc debet ſe ponere murum & cœtera. ſupra, de
renun-

ANNOTATIONES.

a ¶ Si pater. Ibi glo. tenet hoc non eſſe uerum quò ad licentiam, per l. quoniam in prioribus, C. de inoffi. teſta. & idem glo. in l. ſuus, ff. de hære. inſtitu. ubi uide Bar. & Bal. in l. ſi pater, hic alle. & d. Bar. de Saly. & per ipſum in præalleg. l. quoniam in prioribus.

b ¶ Harum ſententiarum. Iſta autem non fuit excomm. modo lata, ſed mandatur iam lata publicari, licet Roſ. cõtra. de quo uide Io. And. in Spec. de uoto, §. 1. in princ. ubi dicit hic loqui de excommunicatione iam lata contra cruceſignatos.

c ¶ Et regna. Facit. c. 1. de ſupplen. ne. præla. lib. 6. & uide Old. cõſi. 64. & uide qui ſi. ſint legi. per uenerabilem, in glo. de facto, & ſuper illa Ioan. And.

d ¶ Et quod. Vbi ponit utiles quæſtiones pro intellectu. c. & uide in c. ſine culpa, de reg. iu. lib. 6. in quæſtione ſi.



renunciatio. niſi, ſicut fecit beatus Thomas Cantua.
de quo infra de homici. ſicut dignum: aliàs videretur
potius cuſtos chartarum, quàm rerum. 16. quæſtio. 1.
in canonibus, ſecundum Hoſt. [*Comitem*] huius baili-
ui committebãt hos exceſſus, & epiſcopus diſcretus
ad tempus ſuum gladium ſuſpendebat ſecũdum Ho-
ſtien. qui remittit ad no. de ſenten. excom. cum me-
dicinalis, lib. 6. [*De facili*] q. d. ſine probatione ſenten-
tiarum, in quibus & animarum pericula, & magnum
ſcãdalum imminebat ſecundum Hoſtien. [*Ad ipſum*]
3 comitem [*In ſignum*] ſecũdariò [*Crucem*] crux † eſt ſignũ
peregrinationis, ut hic. Ordinis, de reſtitu. ſpo. cum ad
ſedem. Dignitatis, de priuilegiis, antiqua. Goff. [*Audi-
ta*] in itinere [*Fruſtratam*] uide quod dicam, de accuſa-
tio. c. 1. lib. 6. [*Vrbem*] Romam, ſcilicet, de pœniten. &
remiſsio. c. 3. inſtit. de iure natu. §. ſed ius quidem [*Sta-
tum*] miſerabilem, & oppreſſum, & magis ex abſentia
epiſcopi deſolatum [*Et infra*] in antiqua ſequitur, deli-
berare diſpoſuimus, an Trecenſi eccleſiæ miſericor-
diam faceremus te ad agendam ipſius ſolicitudinem
remittentes: an, ſicut tenebaris, ex toto te iter arreptũ
perficere pateremur. Hoſtien. [*Aequitatem*] ideſt quid
4 † de æquitate, & iuſtitia ſit faciendum, Innocentius.
Hoſtienſis dicit æquitatem ſecũdum beatum Cypria-
num, Iuſtitiam dulcore miſericordię temperatam, de
tranſact. capitu. finali [*Deceat*] aliqua licent, quæ nõ de-
cent, vt filiam ſine patris conſenſu contrahere. de hoc
de deſpon. impube. c. 1. Sed nec expedit, quia plerũq;
laborat cõtra propria commoda. C. de ſpon. ſi pater,
Goff. Nec omnia, quæ licent, expediunt. 11. q. 1. aliud
5 [*Vtilitatem*] hic patet, quòd † propriè licere æquitatem
reſpicit, decere. honeſtatem, expedire utilitatem. ad
idem de elect. cum non deceat, & c. cum expediat, lib.
6. & hæc tria principaliter attendere debet papa, ꝗ ſu-
per omnes eſt, de ele. licet, ad fi. ſecundum Hoſt. Qui
quærit hic, quid liceat papæ, qui reſpondendo dicit,
imò quid non licet. omnia enim ſibi licent, dummo-
do non faciat contra fidem. 40. diſt. ſi papa, nec aliàs
peccet mortaliter, à quo nulla dignitas excuſat, ff. ad
l. Iul. de ui priua. l. penul. ante fi. uer. non puto autẽ ue-
recundiæ, nec dignitati, nec pietati conuenire quicq̃
nõ iure facere, intelligas, quod ſit mortale: aliàs ſecus
in papa, ut patet ex inferioribus. & quo ad mortale
non committendum, omnis Chriſtianus ſubeſt pro-
a ximo quò ad correctionem euangelicam[a]. 2. quæſt. 1.
ſi peccauerit. hoc ſaluo, ꝙ ſi papa non deuiat à fide, ꝑ
nullum poteſt condemnari, ut patet in no. de conceſ-
ſio. præben. propoſuit. & hoc eſt intelligendũ de mor
talibus, ex l. diuina. ſecus de mortalibus, per l. canoni-
cam, uel humanam, in quibus licet papæ quodlibet.
Exemplum in eo, quod legitur & de not. ſimo. c. fin.
de accuſa. ad petitionem. uide quod dicam de accuſa.
licet, in glo. corrigit, & quod dicam de ſimo. per tuas,
b 2. in fine magnæ gl.[b] Sed quærit, & ſi ſic omnia liceãt
papę, nunquid deceant? Reſpondet, ſi ſubeſt iuſta cau
ſa deuiandi à iure, quod ſibi licet, decet, & è cõuerſò,
infra eod. de accuſa. cum dilecti. Et ſumitur hæc cau-
ſa ex uno de quatuor, ſcilicet ex qualitate negocii, ꝑ-
ſonæ, loci, aut temporis, de tranſact. c. fi. cum ſuis con-
cor. Si uerò non ſubeſt cauſa, uel ſubeſt non ſufficiẽs,
nõ decet ipſum à iure aliquatenus deuiare, C. de legi.
& conſtit. digna uox. 11. q. 1. peruenit, de ſtatu mona.
c in ſingulis[c]: ſed ſi ſubeſt cauſa, licet minus ſufficiens,
minus dedecet, alleg. quod me. cauſ. ſacris. dicit ergo,
ꝙ cauere ſibi debet in faciendis diſpenſationibus. re-
mittit ad nota. de elect. dudum. 2. uer. inſuper. & in ꝓ-
uiſionibus eccleſiarum, remittit de præben. graue, de
elect. nihil eſt. & generaliter in omnibus gratiis faciẽ-
dis, quæ cum gratiæ ſint, ſunt purè & gratis faciendæ,
de ſimo. in tantum. remit. ne præla. uices ſuas. c. 1. Quę
rit demum, cum ſecundum prædictum modum om-
nia liceant, & deceant, nunquid expediant? Reſpon-
det, ſi ordine iudiciario agitur, ſemper expedit iuſti-
tiam facere, & nũquam illam peruertere. remittit au-
tem de re iudi. in cauſis, licet quandoque propter ſcã
dalum differatur. remittit de iudi. nouit, de renun. ni-
ſi, §. pro graui. Expedit tamen utilitatem reipub. præ-
ferre utilitati priuatæ. & expedit ſaluis ſubſtantialibus
ueritatis dialeticos amputare, & lites abreuiare, maxi-
mè in electionibus, & ſi. ſupra de app. oblatæ. quod
& ſi uerum ſit in omni iudice, ſuper omnes tamen in
his potens eſt papa, de accuſatio. ad petitionem, ad fi.
Tradit autem hanc regulam, cum quæritur, an expe-
diat id, de quo agitur, quòd ſemper ſalua peruerſione
iuſtitiæ, dummodò id liceat, minori utilitati præferẽ-
da ſit maior, quod eſt de propria ſignificatione huius
uerbi, Expediat [*Euangelio*] Lucæ. 9. de elect. quorun-
plicem curam propter prædicationis officium in hoc
priuilegiatum, infra ti.1. quod dei. unde uidetur, ꝙ ſta
tim poſsit fieri prelatus, ſicut & poſt profeſsionē: imo
uidetur hoc expedientius & compēdioſius, & ut om-
nis circuitus euitetur, ar. ff. de cōdictio. inde. dominus
teſtamento. Dicit Hoſti. ꝙ putat talem eligi poſſe, dū-
modò non ſit in euidenti mora, per quam poſſet dici
conſtitutus in mortali, ut ſupra dixi. & dicit, ꝙ talis p-
fitebitur ante , quàm cōfirmetur: & erit ſpeciale hoc
c caſu , ꝙ teneat profeſsio [c] facta intra annum , de con-
uer. coniuga. ex publico, & infra eo. c. in fi. Dicunt ta-
men quidam hæc uera , quando hæc expediuntur de
uoluntate eligentium. ad hoc, infra tit.1. quod dei. de
off. archidia. ad hoc, in fi. aliàs profitendo uidetur ele-
ctioni renunciare per actum cōtrarium , nec deberet
cum eligentium ſcandalo confirmari , de præben. cū
non ignores, & c. pro illorum. ad hoc poteſt reſpōde-
ri, ꝙ ex quo ſcienter elegerint talem nouitiū, ſciebant
cum ad profeſsionem obligatum . unde non poſſunt
dicere ſe deceptos , de coniu. ſeruo propoſuit, de cle-
ri. coniug. diuerſis. Si verò id ignorabant, imputent ſi-
bi: quia non inquiſierunt plenius ueritatem , de elec.
cum terra, & c. innotuit. Maxime, quia ingreſſus mo-
naſterij de facili non fuit occultus . de hoc de tranſla.
quāto. Quamuis autem Hoſti. hoc de rigore iuris ue-
rum credat, dicit tamen tutius & honeſtius, ut de vo-
luntate eligentium hæc procedāt. ad hoc de elec. bo-
næ, uer. nos attendentes. & ſic dicit fuiſſe ſeruatum in
pmotione dñi Pet. de Collemedio ad Rothomag. ec-
cleſiā, qui poſtea fuit cardinalis Albanen. [*Memoratæ*]
9 nota † ſecundum Vincen. Ia. Pe. & Abb. quod ſi uotū
religionis nondum impletum impedit eligēdū, mul-
tofortius iam impletum , & apoſtatando dimiſſum,
ad hoc de apoſta. quidam, quod hodie maxime uerū
eſt, cum ſint tales excommunicati , ne cle. uel mona.
10 cap.2. lib.6. [*Capitulum*] non † dicit , Conuentus. & per
hoc poterant doctores intelligere, ꝙ hæc eccleſia nō
erat conuentualis, ſed cathedralis, licet hoc non ſit p-
ciſum, infra ti.1. monaci. §. priores [*Eligendum*] i. poſtu-
landum . Alij dicunt, ꝙ ſimpliciter eligendus eſt , In-
noc. (*Poteris*) de ſuperioris licentia : aliàs non, de elec.
11 ſi religioſus, lib. ſexto . ¶ Prima † glo. quærit, & ſoluit.
¶ Vltima glo. notat regularem eligi poſſe , & c. arguit
12 contrarium . ¶ *In † glo.1. ibi , porrectum*) & infra de frigi.
fraternitatem. & optime facit. ff. de uerb. ob. eum, qui
cal. § . quoties in obligatione dies non ponitur , præ-
ſenti die pecunia debetur , niſi locus adiectus ſpaciū
temporis inducat. ff. de regu. iuris, in omnibus. ¶ *In gl.
ultima ibi, eligi in epiſcopos*) ex quo no. hic Vinc. ꝙ facien-
dum impedit, quod iam factum non obeſſet, ſicut &
in ſacerdotem poteſt cōpromitti , & tamen ſacerdo-
tiū ſupueniens ſoluit arbitriū. ff. de arbi. nō diſtingue-
mus. §. ſacerdotio, & hoc pp trāſgreſsionē cōtingit.

ANNOTATIONES.

a ¶ Quod dei timorem. Vide Io. An. infra de cenſi. ex parte, in gloſſ.
nota quod, & de regu. porrectum, in gl. per hoc, uerſi. ſunt etiam.
b ¶ Renunciauit ſeculo . Caue : quia per hoc uidetur obligatus re-
ligioni, ut de regu. ſtatuimus, & ſic quæſtio non dubia, & uide in
præalleg. c. niſi intelligas quòd tamen uolebat prius probare reli-
gionem, ut quia ſine uoto ingreſſus religionem aſſumpſit habitū
nouitiorum tantum diſtinctum, uel ingreſſum proteſtatus .
c ¶ Teneat profeſſio . Caue : quia illa ſemper tenet præterquam in
in mendicantibus, ad hoc. c. ſtatuimus, coniuncto cap.2. de regu-
la. libro ſexto, puto ergo, quòd uelit dicere, quòd ſpeciale eſt ut
cogatur infra annum .

*SVMMARIVM.*

1 *Votum ultramarinum prælatus etiam profeſſus poteſt emittere , & 3. in fin.*
*Vigeſimamque eccleſiæ ſuæ tunc in uſus ſuos conuertere , & quomodo intelligatur, nu.4.*
*Secularis, & regularis æquiparantur, & in quo .*
2 *Votum religioſi ſimplices an & quando poſſint emittere.*
3 *Regularibus non licet habere præbendas, neq; portiones diſtinctas.*
4 *Prælatus crucesſignatus uiceſimam poteſt percipere, & quam.*
5 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſsarum , nu.8.*
*Vtilitas publica non non præfertur hic priuatæ, & cur. §.1. in glo.*

CA-



CAPVT XI.

1 POſtulaſtis. Caſus. Prælatus † etiam
profeſſus poteſt votū
vltramarinum emittere, & in uſus ſuos vi-
geſimam eccleſiæ ſuæ conuertere . & po-
nitur cōſultatio & reſpōſio ibi, Diſcretioni [*Profeſſus*]
loquitur duobus præpoſitis eccleſiarum regulariū.
dubitabant forte , quia religioſi erant , quaſi priuile-
gium uiceſimæ retinendæ ſolum eſſet ſecularium cle-
ricorum: ſed idem de regularibus, ut hic patet, nam &
alias tales æquiparantur , ſupra de teſta. requiſiſti. §. fi.
Quid † de regioſis ſimplicibus , nō uidetur, ꝙ poſsint
2 hoc uotum emittere niſi de conſcientia abbatis , arg.
12. quæſtio.1. nolo, & c. non dicatis. Dicit enim Hoſti.
ꝙ non inuenit eos in hoc uoto priuilegiatos niſi for-
ſan ratione officij prædicationis. ad hoc, ſupra eod. ex
multa. §. fina. & de hoc, ſupra eo. ſcripturæ, & in ſum.
eod. ti. §. quis nouere , uer. monacus [*Eccleſiarum*] non
dicit, præbendarum, cum † regularibus non liceat ha-
3 bere præbendas, Inno. nec portiones diſtinctas, vt di-
xi ſecundum eum , ſupra de præben. dilectus. 1. ſuper
uer. obtulerit. & eſt contra Hug. in his, quæ dixi, ſupra
de uita & hone. cler. deus qui [*Tenemini*] ergo hic expſ-
ſum, ꝙ adminiſtrator eccleſiæ, quāuis religioſus, emit
tere pōt votum vltra marinū [*Eccleſiarum*] hoc † eſt no-
4 tādū, ꝙ prælatus crucesſignatus percipit nō ſolū uice-
ſimam partem redituum ipſum contingētiū, ſed etiā
integram redituum ipſius eccleſię, ſecundum Innoc.
eſto etiam , ꝙ religioſus ſit, ut prædixi. Item arg. ꝙ ui-
ceſima nulla deductione facta de omnibus prouen-
tibus eccleſiæ integraliter eſt ſoluenda , ſicut & deci-
ma, de deci. cum homines, & c. tua nobis. §. & cum de
cunctis, & adde quod no. de Iudę. ad liberandā, ſecun-
dum Hoſt. ſecundum quem, quod hic dicitur, intelli-
ge, quādo prælatus habet adminiſtrationem omniū,
quæ ueniunt in communi. Putat enim aliud, ſi bona
eſſent diuiſa per præbēdas, uel ſi pro prelatura ſua hā-
beret reditus ſeparatos. nam tunc de illis tantum, quæ
ad manus ſuas uenirent , hāc ſoluere teneretur , ſupra
5 de reſcrip. edoceri . ¶ Secunda † gl. arguit, ſignat con-
trariū, & remittit. ¶ Pe. glo. arguit. ¶ Vlt. obijcit, & ſol-
6 uit. ¶ *In † glo.2. ibi, nam hoc*] uide de priuile. parentibus,
7 ſuper ultima glo. ¶ *In † glo.1. ibi, Compilatione*] quam po-
ſuit, & gloſſauit Hoſtiē. infra de Iudæ. ad liberandam .
¶ *In glo.2. ibi, priuatæ*] Dixit Vinc. hoc contingere: quia
priuata omnino confunditur , & publica non multū
iuuatur. Dixit Gof. hoc ideò, quia priuata non inclu-
debatur ſub communi. idem Hoſtiē. ¶ *In glo.3. in fine*]
& alios ad pugnam hortari. 23. q. ult. omni, & ca. hór-
tatu, & c. ut pridem, Ia. ¶ *In glo.4. ibi, uitæ*] infra tit.1. cū
ad monaſterium, uer. prior, & uide quod ibi dicā [*& in fine*] & utilior † eſt prædicatio exempli , quàm uer-
8 bi. 40. diſt. multi, & ſupra eo. magnæ, uer. præterea. Ho-
a ſti. ¶ *In glo. ecce quòd, ibi, mulieri*] de reſcrip. ſtatutum [a]. §.
aſſeſſorum, lib.6. & clemē. de foro compet. quamuis,
ad fi. ¶ *In gl. no. ibi, prælatus*] prælati enim erant iſti , & p-
poſiti, ut patet in ſuperſcrip. [*& in fin.*] de procu. peti-
tio. ff. de iudi. ſi longius. C. de peda. iudi. le. placet . ¶ *In
glo. ultima , in fi.*] uide , quod ibi ſatis dixi in textu.

ANNOTATIONES.

a ¶ Statutum. Et ibi uide Ioan. An. & quid importet. cum papa con-
ſcientiæ alicuius aliquid committit, uide gl. uerbo, Honoramus.
in cle. prima, de iure patro. & in deciſio. Rotæ conclu.470.

*SVMMARIVM.*

2 *Continuatio tituli .*
*De materia huius tituli quibus alijs in locis atque codicibus iuris edoceatur .*

## De ſtatu mona. & canonicorum, regularium, Rub.

1 ¶ Dicto † de conuerſione ad religionem: quia qui cō
uertuntur, ut plurimum fiunt monaci, uel regulares
canonici, ideò &c. ſm Goff. ad materiam uide, quod
dixi, ſupra de regula. & facit. 58. diſtin. per totum. repe
titur in Sexto, in clem. Conuenit de vita & hone. cleri
corū, monaſteria. ne cleri. uel mona. relatum, libro
ſexto, de præbendis, cum ſingula .

*SVMMARIVM.*

2 *Monaſteria ſunt exempta à lege diœceſana, non iuriſdictionis, uide num.4.*
2 *Archipresbyteri rurales epiſcopo tantum ſubſunt , & habent iuriſdictionem .*
*Diſciplina quibus ſit moleſtiæ , & in quibus conſiſtat .*
*Ad abbatem correctio quando ſpectet .*
3 *Epilogus , & additio gloſſarum , nu.4.*
*Epiſcopus quarum rerum à monaſterijs habent partem .*
*Ei quatenus ea ſubſint, eorumque capellæ, & quæ monaci & excipiantur ipſorum.*
*De lege diœceſana , & lege iuriſdictionis quæ ſunt quædam ponit.*
*Monaſteria, eorumque bona quæ exempta & à quibus .*
5 *Additio gloſſarum .*

CAPVT I.

1 THeodoſius. Secūdum Abb. hoc
intendit , ꝙ † mona-
ſteria ſunt exēpta à lege diœceſana, ſed nō
à l. iuriſdictionis . Duas prohibitiones po-
nit, ſecundæ rationem ſubdit. ſecūda ibi, Aut eius. ra-
2 tio ibi, Cum monacis [*Presbyteri tui*] arg. ꝙ † archipreſ-
byteri rurales ſubſunt tantum epiſcopo . Item ꝙ ha-
bent iuriſdictionem, de cēſi. cum apoſtolus, Vin. Sed
Pe. exponit. i. epiſcopi. 90. diſt. olim, in prin. [*Præter diligentiam*] ergo diſciplina eſt moleſtia , quod eſt uerum
ipſis monacis, qui nolunt corrigi. uel iſtud, Pręter, nō
ponitur exceptiuè , Phi. [*Diſciplinæ*] i. præter uiſitatio-
nem, quam facere poteſt, quoties expedit. 18. q.2. non
ſemel, ſecundum Inno. uel dic [*Diſci.*] in uiſitando, &
corrigendo, negligente abbate, ad quem ſpectat pri-
ma correctio, de officio ordi. quanto, ſecūdum Goff.
dic ut ibi no. ſecundum Hoſt. [*Proficere*] ſi. quod in cle
ricis ſecularibus dicitur, de his, quæ fiūt à prælato. pa-
3 ſtoralis. ¶ Prima † glo. reſpondet per ob. quam ſoluit,
& remittit . ¶ Vltima gl. reſpondet per ob. ¶ *In † prima
glo. in fi.*] & 10. q.1. in ſumma. de his legibus magnā gl.
poſuit hic Inn. & Hoſ. poſt eū, & ſupra de off. ordi. di-
lectus. quæramus illam partem illius gloſſ. quam hic
omiſit . Dicebat etiam hic Inn. quoſdam dixiſſe, ꝙ in
his , quæ non reſpiciunt populum , ſicut quæ dantur
pietatis , uel religionis intuitu , nullam partem habę-
re debet epiſcopus, ut hic, & 16. quæſtio . prima, cum
pro utilitate . Item non poſſet epiſcopus mittere mo-
nacum pro alijs communibus negocijs, quàm mona
ſterij proprij. eis enim prohibitum eſt & periculoſum
uagari. c. quæſtio. ſi cupis, & capitulo peruenit, & ca-
pitulo placuit. nec ob. ca. quæſtio. qui uere, & capitu-
lū in parochia, quæ loquuntur, quando id faciunt de
abbatis licentia , & non de mandato epiſcopi , qui in
eis niſi ratione populi præcipere poteſt. 16. quæſtio.2.
luminoſo. Idem dicunt de omnibus alijs, quæ ſunt le-
gis diœce. niſi de his, ad quę tenetur eccleſię exemptę,
uel non exemptę ratione populi. & ſi dicas, cum exē-
a pti, & monaſteria [a] teneantur ad debitam partē mor-
tuariorum, de ſepulturis, de his, & ca. in noſtra, quarę
non

non eodem modo tenentur de his, quæ dantur non
cauſa mortis, cum utrunque ſit legis diœceſanæ. 10.
quæſtione prima, decretum? So.lex diœceſana indi-
ſtinctè monaſterijs eſt remiſſa, ſiue populum habeāt,
ſiue non, niſi talia ſint, quæ ratione populi dantur ex
debito, quale eſt mortuarium, de teſta. requiſiſti, uel
cauſa mortis relictum, ut ibi. Sed donatio inter uiuos
non eſt tale, ſed omnino gratuitum & uoluntarium,
infra de cenſi.ex parte. uel dic quartam mortuariorū
eſſe de.l.iuriſdictionis, non de diœceſana. certum eſt
enim, quòd illorum canonica competit ratione ſa-
cramentorum, & inter illas eccleſias fit diuiſio, à qui-
bus recepit mortuus ſacramenta, de ſepul.cum quis,
libro ſexto. Sed collatio ſacramentorum eſt de.le.iu-
riſdi.16.quæſtio. prima, interdicimus. ipſa ergo mor-
tuaria, quæ ſunt acceſſoria ad ſacramenta, eiuſdem
naturæ & conditionis eſſe debent, ſupra titu. primo,
magnæ, uer. cum igitur. Idem poteſt dici in quarta
decimæ, cum etiam pro ſacramentis detur, ſupra de
deci.cum ſint homines, & ca.ad apoſtolicę.vel dic ꝙ
in quarta decimarū non procedit quæſtio: quia mo-
na. non recipit ab alio decimas, ſed alij dat. 16.q. pri-
ma, alia, de decimis nuper. & ſic cum quarta debeat
de decimis ab alijs perceptis, nūquā tenetur ad quar-
tam. Sed nec ex alterius donatione poſſet mona. ha-
bere decimam niſi cum ſuo onere, cum non ualeat
donatio niſi quò ad partem donantis. 16. quæſtione
prima, ſi quis laicus. Intelligitur ergo eccleſia dona-
naſſe ſolum, quod ad eam ſpectat, nec alijs non con-
ſentientibus præiudicare poteſt, de dona. paſtoralis,
& c.inter dilectos. & ſi dicas perceptionem etiam de-
cimarum, nedum quartę eſſe de.l.diœceſana, reſpon-
detur ob hoc quo ad poſſeſsiones non eſſe monaſte-
ria exempta, niſi exempta probētur, de deci.ſuggeſtū.
¶ Ad perſonales uerò nec monaci, nec clerici tenen-
tur, ut no.de deci.nouum. & ſic quòd non debetur,
de l.aliqua eſſe non poteſt. Hoc autem ſciendum eſt
ſecundum eum, quòd licet monaci morentur in ali-
qua eccleſia, ſubſunt tamen le.diœceſanæ, niſi ſint ibi
ut collegiū. 10.quæſtione prima, capitulo primo, ex-
cipe grangias, de cenſi.capitulo fi. Dicit etiam, quoſ-
dam dicere, & ſatis probabiliter, ꝙ monaſteria non
b ſunt exempta à quartis decimarum, [b] mortuariorū,
uel oblationum, etiam ſi in uita offerantur, ad hoc de
offi.ordi.conquerente. & de oblationibus expreſſum
15.quęſtione prima, alia, quæ loquitur de eccleſia Ca
tauien. quæ certum eſt, quòd eſt regularis. nec ob.ea.
quæſtio.decimis, & cap.queſti: quia quod monaci de
cimas habeāt de proprijs laboribus, priuilegium eſt,
de deci. ſuggeſtum, ex parte, nuper. aliàs ad decimas
tenerentur, ut in c.alia. nec ob.iura, quæ dicunt, quòd
oblata monaſterio non ſubſunt legi dięceſanę vt hic,
& in ſimilibus. fatentur enim illi, ꝙ nō ſubſunt in om
nibus. Nam de.l.diœceſana eſt, ꝙ omnes eccleſiæ cō-
ferant cum epiſcopo, quando uadit ad papam, uel re-
gem, uel ſynodum: vel quando facit expenſas pro cō-
munibus negocijs dięceſis. 10.quæſtio.3.unio.12.q.2.
uobis. ab his autem collationibus exempta ſunt mo-
naſteria, ut probāt prædicta capitula, maximè.18.q.2.
quàm ſit. uel dic, ꝙ prædicta non ſunt de l.dięceſana,
ſed iuriſdictionis, de qua l.dicūtur omnia, ad quæ mo
naſteria tenentur, nec de ipſa ſit mentio in antiquis
canonibus, ſed tātum in nouis decretalibus, quæ uer-
ba fuerunt magiſtralia ſecundum Innocē. cuius qua-
ſi ad literam eſt gloſſ. quam etiam poſuit Hoſtien. re-
mittit, de offi.ordi. conquerente, & c.dilectus, de ma-
io. & obe. quod ſuper. ¶ *In † glo.ulti.ibi, requiſiſti*] uel lo-
quitur in relictis priuilegiatis, eodem titulo, capitulo
finali, Goffre. uel prohibet totum uendicari, ſed non
partem canonicam, & ſic ceſſent contraria, ſecundū
Hoſtien. [*& in fi.*] ſupra de præſcrip. de quarta.

ANNOTATIONES.

a ¶Monaſteria. Intellige habentia populum non exemptum. uel ſi non habent exemptum, tunc non ſoluunt epiſcopo, ſed papæ, An.in c.certificari, in 10.quæſtio.
& hoc in canonica epiſcopali. In parochiali autem ſecus. vide Io.

b ¶Decimarum. Quas recipiunt, non quas alijs de ſuis prædiis ſoluunt, ut no. ſupra uerſiculo idem poteſt dici. & uide glo. ſed uidetur, & ibi Ioan.And.in.conquerente.de officio ordi.

*SVMMARIVM.*

1 *Diuiſio conſtitutionis.*
2 *Peculium ut ſumatur hic, & quando ipſum poſſit habere monacus, num.7.*
*Capellæ, uel prioratus ſi non ſufficiūt duobus, quid agendū, remiſſ.*
3 *Vita ſecurior à ſecularibus hominibus remota.*
4 *Solus quis uhe debere timere.*
*Sine ſocio nulla boni iocunda poſſeſſio.*
5 *Per ſimoniam etiam in beneficio ſimplici commiſſam quis ſit irregularis quo ad ordines.*
*Officium hic pro beneficio, ſeu prælatione.*
6 *Peculium ut habeat monacus, abbas diſpenſare non poteſt.*
7 *Adminiſtratio quæ dicatur eſſe monacorum.*
*Prioris clauſtralis officium quod, in fin.*
8 *Communio pro perceptione corporis & ſanguinis Chriſti.*
*Oblatio pro miſſa.*
*Monacus illicitè peculium retinens in obitu, ubi ſepeliendus.*
9 *Pronomen, iſta, omnia ſuperiora comprendit.*
*Obedientiæ quæ dicantur apud monacos.*
*Prioratus quidam habent bona ſeparata & diſtincta cum iure ſpirituali annexo, quidam de bonis Abbatis cum onere quid certum ſoluendi.*
*Prior ſonat in dignitatem.*
10 *Si ſterilitas contingat firmario, remiſſio facienda.*
*Prioratus cui tradendus monacorum.*
*Eſt duplex, & differunt inter ſe.*
11 *Archidiaconus inſtituit epiſcopus interdum ſine conſenſu canonicorum.*
*Non tamen poteſt amoueri quandocunque.*
12 *Priores, uel prælati eccleſiæ conuentualis a quo creandi, ſunt perpetui, & quando confirmantur, & inſtituuntur de diœceſani uoluntate.*
*Dilapidatio debet eſſe manifeſta, in fin.*
13 *diſpenſatio facilius conceditur ob utilitatem maiorem.*
14 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.15.*
*Conditio quandoque remittitur, & quibus caſibus hic.*
16 *Additio, uel ſuppletio gloſſarum.*
*Monacus an poſſit eccleſiæ parochiali præfici.*
*Simoniani non ſunt illecti, in fin.*
17 *Monacus an quis fieri poſſit ſub conditione, ut habeat proprium.*
*Fructus ad firmam dare non eſt prohibitum, & cui.§.fina.*

CAPVT II.

1 MOnaci. Concilium † eſt habens mul-
ta dicta, & ideò non ſummo.
& prima pars ponit tria dicta. Primo pro-
ſequendo tertium: ſecundò primum. ter-
tiò ſecūdum. Demum illa prorogat, & abbatibus ne-
gligentibus comminatur. Secunda ponit prohibitio-
nem, & pęnam ibi, Prioratus. Tertia ponit aliam pro-
hibitionem, & caſus exceptos ibi, Priores [*Monaſterio*]
hoc primum dictū proſequitur, infra uer.ſi quis [*Ha-
bere*] hoc ſecundum dictum ſequitur, infra uerſi. qui
2 verò. & ſecundum Goffr. ſumitur † hic peculium pro
patrimonio. ff. ad Trebellianum, cogi, in prin. ſupple,
uel quodcūque proprium, infrà eodem, cum ad mo-
naſterium. remittit hic Hoſti. ad ſummam de pecu. §.
quid ſit peculium [*Maneant*] in capellis, uel priorati-
bus eorumdem, quæ ſi non ſufficiant duobus, dic ut
infra



infra de capellis monacorum. cap. fina & in concilio
Vien. eodem titu. ne in agro. §. ad hęc [*Inter ſeculares*]
3 Hierony. ad Præſidium V. plus te dicis † habere mer-
cedis, ſi in media urbe conſiſtens monacorum uita
uictites: & ſunt uera, quæ dicis: ſed non tam facile
ſequitur [*Dicente*] eccleſiaſtes. 4.ca. de quo lib.no.13.
q.2. in eccleſiaſtico [*Vhę ſoli*] Dicit Chryſoſtomus. vbi
4 non timetur † reprehenſor, ſecurus accedit tentator.
& ad literam facit ad propoſitum. uel.i. Solitario ſine
ſocietate charitatis. tali vhę erit.i.ęterna dānatio ſecū-
dum Hug. Sene.6.ad Lucil. Nullus boni ſine ſocio iu-
cunda poſſeſsio. uide Hiero. ad Abigaum V. & ad De-
5 metriam. E. [*Aſcendat*] no. ſecundum Petrum, & Abb.
per ſimoniam commiſſam etiam in beneficio ſimpli
ci quem fieri irregularem quò ad ordines [*Officij*] po-
teſt exponi, ideſt beneficij, uel prælationis. beneficia
enim regularium officia appellātur, infra eodem, cū
ad monaſterium. & no. in eodē genere ſimoniæ plus
puniri dantem, quàm accipientem, ſecundū Petrum,
& Abbatem [*Suſpenſione*] imò uidetur, ꝙ debeat depo-
ni. §. prioratus, de ſimonia, dilectus. 2. dic ut ibi, Hoſti.
6 [*Niſi ab abbate*] ideſt niſi † abbas adminiſtrationem ſi-
bi commiſerit, ex qua regenda peculium habere lice
bit. Non enim poſſet abbas circa hoc diſpenſare, in-
fra eodem, cum ad monaſterium, ad finem [*Admini-
7 ſtratione*] ut quia † eleemoſynarius, ueſtiarius, uel cel-
lerarius, uel alius habens ſimile officiū, propter quod
recipere habet, & expendere in uſus monaſterij, ſiue
monacorum temporalia, ſiue pecuniā, uel quicquid
aliud. ad hoc infrà ne cleri. uel monaci. cap.1. & tunc
uerè loquendo potius adminiſtrator habet propriū,
quàm ipſe monacus, ar. de præbē. ca.3. uel non habet
peculium, ſed adminiſtrationem peculij. Aliud eſſet,
ſi eſſet tale officium, cuius ratione haberet tātum cir-
ca ſpitituali intendere, ut prior clauſtralis, uel quiuis
alius audiens confeſsiones, uel tantum uacans obſer-
8 uantiæ regulæ [*Communione*] i. à perceptione † corpo-
ris & ſanguinis Chriſti [*Pœnituerit*] reſtituendo ſtatim
admonitus. Hoſtien. [*Oblatio*] i. non celebretur pro eo
miſſa, in qua domino offertur ſacrificium pro ſalute
animarum. Aliæ enim oblationes pro monacis fieri
non conſueuerūt, Pe. & Abb. [*Sepulturam*] imò in ſter-
quilinio cum ſuo proprio ſubterretur, infra eodē cū
ad monaſterium, uer. ꝙ ſi. & ſi ſepultus eſſet in ceme-
terio, ſi poteſt fieri ſine ſcandalo, exhumabitur, infra
eodem, ſuper quodam [*Religioſis*] ſatis enim eſt, ꝙ ſint
profeſsi, cum eadem ſit ratio, de poſtulando, ex parte
9 [*Iſta*] omnia ſcilicet † ſuperius dicta, ſup de reſcr. olim.
remouetur ergo Abbas propter negligentiā, de hoc,
infra eodem cum ad monaſterium [*Obedientiæ*] hæc di
cuntur certa monaſteriorum officia, ut celleraria, ſa-
criſtia, & ſimilia, de officio ordi. quanto, infra eodem
cum ad monaſterium. Dixit autem Inno. hoc de illis
prioratibus, uel obedientijs intelligi, quæ habent ius
ſpirituale annexū, uel bona ſibi appropriata & diſtin-
cta à bonis monaſterij: aliàs ſi talium temporalia eſ-
ſent de menſa abbatis, uel monacorū, poſſent abbas,
& monaci dicere, & ſtatuere, ꝙ is, cui talis prioratus
committetur, certum quid annuum ſoluat de illis re-
ditibus, & non aliunde. & talis monacus potius dicet
miniſter, uel cuſtos, quàm prior, quod ſonat in digni-
tatē, de præbē. niſi, de priui. uolentes, ad finē, li.6. Ideò
autem dixit Inn. nō aliunde: monacus carēs proprio.
unde aliunde id ſoluere licitè non poteſt, ſm Ho. Sed
10 † quicunq; ſit firmarius, ſi cōtingat ſterilitas, facienda
eſt remiſsio. qđ dic ut de loca. propter. & ſic accidēte
ſterilitate nō aliūde præciſè facienda ſolutio. A. & ad-
de, qđ dixi de ſimo. nō ſatis [*Tradantur*] nec tradantur
niſi expreſsè profeſſo, & attingenti. 25. annum, ſi prio
ratus eſt conuentualis: uel ei, qui peregit. 20. ſi non eſt
conuentualis, tamē curatus, licet illa cura geratur per
preſbyteros ſeculares, & tales debent ad ſacerdotium
promoueri, & in prioratibus, vel adminiſtrationibus,
non in monaſterijs reſidere, qđ dic ut in conci. Vien.
eo.ti. ne in agro. §. cęterū [*Alioquin*] i. ſi proinde preciū
datum fuerit [*Per electionem capitulorum ſuorum*] hoc nō
11 erat in anti. & inuenio, ꝙ † quādoq; epiſcopus inſtituit
archidiaconum ſine canonicorum cōſenſu, ut.40.di.
c.1.74.di. epiſcoporum. nunquid ergo talis quādocū-
que poterit amoueri? non: quia aliud in ſecularibus,
a de ſimo. per tuas, in fi.[a] Goff. Dicebat Hoſt. ꝙ propter
12 tria adiecta fuerat hæc litera. primū vt † ſcias in eccle-
ſia conuētuali debere prælatum creari per electionē
conuentus, de elec. c.1.16 q fi. ca. ult. ſecundū, ut tales
priores ſic electos ſcias perpetuos, & talibus confir-
mari poſſunt proratus, de præben. niſi. alij ad uolunta
tem abbatis reuocantur, nec eis confirmantur, de cō-
fir. uti. uel inutili, ad noſtram, & c. porrecta. & huic cō
cor. Inn. tertium, ut ſcias tales priores ſine diœceſani
uoluntate non inſtituēdos. unde dicit, Canonice, nec
remouendos per conſequens. & eſt idem de habenti-
bus curam, infra eo. quod dei, de capel. mona. c.1. li.6.
Remittit autē Hoſt. de priuil. uolentes. §. ſane, li.6. quē
§. ut dicit, quidā non habent, ſed ius continet, & ideò
approbādus ſecundū eū, de fide inſtru. paſtoralis [*Di-
lapidatores*] & hoc ſit manifeſtū per id, quod præcedit.
ſic etiā expone, qđ ſequitur, ſm Pe. & Abb. [*Maioris*]
13 in quo † propter maiorē vtilitatē facilius diſpenſatur,
de tranſla. c. fi. Hoſt. [*Conſilio*] non dicit, Conſenſu. dic
hodie, ut habes de elec. ſi religioſus. 2. reſpō. lib.6. quò
14 ad caſum ibi expreſſum. ¶ Tertia † glo. reſpondet per
ob. quā ſoluit de canonibus. 16.q.1. & c. ¶ *Glo. alias pro-
prium*] ſignat contrarium, opi. ponit, cui ſignat cōtra-
rium, & ponit opi. Hugo. quā approbat. cui ſignat cō
trarium de decre. dudū. ¶ Pe. gl. rū. per ꝯrium de. §. ta-
15 les. ¶ *In † gl. alliàs proprium, ibi.l.1.*] Si legatur uſuſfructus,
cum ſequitur aditus in tātū, ꝙ ſi addat teſtator, ꝙ hæ-
res non cogatur uiā præſtare, inutilis eſt adiectio [*&
ibi, Sed neque*] Si legatus eſt uſus ædium mulieri ea con-
ditione, ſi à uiro diuertat, remittitur cōditio [*& ibi, re-
16 prehendenda*] vide de uer. ſig. forus. ſu p gl. C. de ¶ *In † glo.
3. ibi, diſpenſatione epiſcopi*] cū cōſenſu abbatis, Inn. & hoc
de pauperibus intelligo. Si uero talis eſſet eccl'ia. quæ
poſſet plures habere, Dicunt quidam, ꝙ de iure com-
muni poteſt monacus præfici eccleſiæ parochiali, in-
fra eo. qđ dei, & hic, quibus ego aſſentio, Tan. & Gof.
Dicit Hoſt. ꝙ uerbū, Quicūq; parochiales & c. eſt cō-
tra hanc di. & remit. ad ſum. eo. ti. §. utrū populū. Ego
Vin. dico monacū de iure cōi non poſſe aſſumi ad pa
rochialem eccleſiam gubernandam, & loco neceſsi-
tatis, propter quā hoc olim fuit, non dico ſubintrare
utilitatem, ut dicebat Hug. quia hodie multi ſunt cle-
rici, qui poſſunt eligi. & q̄a naturaliter monacus req-
rit clauſtrum. 16.q.1. ſi cupis. pro Hugo. tamen facit.
b ea.q. cum pro utilitate. [b] ¶ *In glo. 4. in fi.*] T. ubi de hoc
pro & contra in ult. glo. ¶ *In glo. & inſuper, ibi, expellatur*]
nec ob. 20. quæſtio. 3. conſtituit, quod loquitur de illectis,
qui non ſunt ſimoniaci. Tan. Vincen. Goffre. ¶ *In
17 † glo. aliàs proprium, ibi de uiduis*] 1.q.3. ſi qua. R. Dicit Ho-
ſtien. c. uiduis, non loqui de profeſsis, ſed de Biguinis,
de quibus. 12. quæſtio. ulti. cap. fi. infra de elec. inden-
nitatibus, in fi. & in conci. Vien. eo. ti. attendentes, cir-
ca fi. uel dic ſecundum eum, ut no. infra e. cum ad mo
na. uerſi. ꝙ ſi [*& ibi, reprehendendi*] uſu uero moderno
fieri pōt cum uoluntate abbatis, ut uſum hēat: tamen
parum differt à ſimonia. R. Vin. dixit id non poſſe fie-
ri ex pacto, ſed alàs ſine pacto. 12.q.1. illi [*& ibi. c. ult.*]
ubi de hoc, & ibi, plenè dicam. de hoc etiā & j. qui cle.
uel uo. inſinuante [*& ibi, ar. contra*] hanc all. pro, infra
de condi. appo. c. ult. & quomodo pro utraque indu-
catur.

catur,ibi dixi.ſ.in decre.dudum. ¶[*In glo.ut fiat,in fi.*] ad
firmam uerò dare fructus non eſt prohibitum, infra
ne pręla.c.ſuas.vlti.Ala.& ſup.ui de loca.& con.veſtra.
Phi. ¶[*In gl.pe.ibi, uoluntatem*] uide quòd dicam de præ-
ben.cum ſingula, lib.ſexto,ſuper gloſſ.ad idem.

ANNOTATIONES.

a ¶Petituas, in fi. Beneficia enim regulariter ſunt perpetua.7.q.1.
paſtoralis.& rarò uidemus in beneficijs ſecularibus illa manualia
eſſe. uide tamen Ioan.An.in c.de monacis, in prin.mag.gloſſ.
b ¶Pro utilitate. Vide in c.quod dei.per Io.An.ſuper glo.ult.& ibi
remiſsionem.& uide in clemen.ne in agro, in gl.

*SVMMARIVM.*

2 *Ciſtercienſes monaci ſeruare debeat regulam ſecundum primæuam inſtitutionem.*
*Regulæ eius fore conſemur, cuius uitam gerimus.*
*Mores domus religioſæ, cui ſe altera aggregauit, tenetur obſeruare.*
*Diuiſio decretalis, uer.& ſecundum.*
2 *Etſi, pro quamuis.*
*Recipere non ſemper, neque ab omnibus licet.*
3 *Aſcendendum eſt, non declinandum.*
*Stare in uia dei eſt retrocedere.*
*Fidelitates ſunt ſine homagio.*
*Hominia, & homagia quid, & pluribus promitti poßunt.*
*Pro ſpiritualibus non fiunt.*
4 *Conſilio, & exhortationi papæ obtemperandum.*
*Terminos ſuos quando religioſus trangredi dicatur.*
*Nomine carere debet, qui re ipſa caret, & debet eße cōſequēs rei.*
6 *Satagere, quid.*
*Paupertas uoluntaria fœlix.*
*Diuites cum bonis operibus non abijciendi, de reprobis loquitur euangelium.*
*Diuitias ſimul, & uirtutes uix poſſideri poſſunt.*
6 *Additio gloſſarum.*
*Altaria pro decimis, & alijs reditibus.§.1.iuncta gloſſ.*
*Figura dictionis, ibid.*
*Iuſtitiaria quid.§.3.*
*Tributariæ quatenus prohibitæ Ciſterciē. & ubi ab eis exigātur.*
7 *Ciſtercienſium inſtitutio quæ non recipiat, & ſupra nu.6.*
*Commutare, uel uendere ſi non poſſum, quæ teneri prohibentur, quid de eis faciendum.*
*Dominium acquiro & transfero eius quod retinere non poſſum, & quando.*
*Nouiſſimè ingredientes monaſterium habent eam bonorum participationem, quam primi, circa fin.*

CAPVT III.

1 RECOLENTES. C.Monet † Ciſterciē-
ſes, ꝙ ſeruēt regulam
ſuā ſm primæuā inſtitutionē ipſius. Dice-
bat Abb.cuius uitam gerimus,eius regulę
fore cēſemur.in 1.in 2.Si ſit domus religioſa alteri ag-
gregata,eius mores ſeruare tenentur.& ſecundū Gof.
diuiditur decre. in 4.partes. In prima deciſa ordo Ci-
ſtercien.ſm antiqua tēpora multipliciter commēda-
tur. In ſecunda cōſideratis modernis tpibus reprehē-
ditur. In tertia, ut ipſi Ciſterciē.ſuis antiquis terminis
ſint contenti,admonētur. In quarta,qualiter domus,
quę Ciſtercienſibus ſe ſubijciūt,ſe eiſdem conforma-
re debeant,inſtruuntur. 2.di.uolentes.tertia ibi, Ideo-
que, quarta ibi, Cæterum [*Et infra*] hic continebatur
plurima Ciſtercien. ordinis commendatio iuxta ant-
qua tēpora.Gof.[*Dolentes*] ſic infra de cele.miſ.dolen-
2 tes [*Etſi*] pro † quamuis [*Ab omnibus*] quia reliqui re-
manent perfecti [*neque in omnibus*] quia & aliquid reti-
nent de prima inſtitutione. & eſt ſi.ff.de offi.procon-
ſul.l.ſolēt,ante fi.ꝙ nō debemus paſsim ab omnibus,
neq; omnia nobis oblata ſuſcipere. ſemper ergo ali-
qbus aliqua & aliquo tempore licet, paſsim enim re-
cipere, uile & auarum, nunquā recipere, inhumanū
ſecundum Hoſti.[*Declinatum*] quaſi retroceſſum,cum
3 potius † aſcendere debuiſſent, cum ſm beatum Ber.in
uia dei ſtare eſt retrocedere. & nemo mittens &c.ſup.
ti.1.magnæ.facit de trāſla..c.j.93.di.legimus.ff.de mu.
& hono.ut gradatim [*Eccleſias*] parochiales, Gof. [*Fi-
delitates*] iuratas,ſine homagio.[*Hominia*] i.homagia.&
dicitur homagium ſm Hoſ. quando quis flexis geni-
bus,uel in pedibus ſtans propter dignitatem perſonæ
euenit homo alterius includēdo manus ſuas inf. ma-
nus recipientis, & promittendo ꝙ homo ſuus ligius
erit decętero,& ei fidelitatem ſeruabit,& ipſum cōtra
homines oēs adiuuabit:quam promiſsionem facit iu
rando,& oſculando.& hoc poteſt facere ſecundo, ſal
ua tamen fidelitate primi.& tertio, ſalua fidelitate pri
mi,& ſecundi. primum eſt licitum iuramentum, etiā
ſm ſeruandum eſt,de iureiuran.ueni ens,& c.eam te,
in fi. Hoc autē pro ſpiritualibus fieri nō debet,de reg.
iu.c.fi.dic ut ibi, uide quod no.in cle.de re iudi.paſto-
a ralis.§.rurſus, in prin.& de ſimo.ex diligēti, poſt prī.a
4 [*Exhortamur*] multum † humiliat ſe papa: & putāt qui-
dam per hoc, ꝙ ſit conſiliū.ſed dic, ꝙ huic cōſilio pa-
rēdū eſt.de hoc de ætate & quali.ad aures:aliàs ſeque-
retur abſurdum,ut ſequitur,ſm Hoſti.[*Terminis*] pau-
pertatis circa talia,quā elegerūt.& no.ꝙ religioſus ter
minos tranſgreditur, qui à ſua prima inſtitutione de-
clinat.& alij modi no.in iuribus,quæ alleg.glo.[*Cenſe-
ri*] iuxta illud, Si re priueris, nec nomen habere mere-
ris,& econuerſo. Nomine priuatus, ſit officio ſpolia-
tus.16.q.1.generaliter, & concor.C.loca.in l.milites.
T.Phi.[*Inſtitutionibus*] laxioris regulæ.Pe.[*Veſtris*] ſup.
inſtitutionibus, ſi non habes in tex. uſibus [*Satagant*]
5 quaſi † ſatis agant. i. iuxta poſſe bono modo conent
[*Poſſeſſionibus*] quibus tēporalis iuriſdictio eſt annexa,
uel aliquid aliud de prædictis [*non recipit*] patitur [*Coa-
ptent*] i.ſimul aptent,vel coactent,ideſt ſimul actitent,
uel ſimul agant.aliàs coartent,ideſt ſimul reſtringant
[*Paupertate*] fęlix uoluntaria paupertas,de pę.diſtin.2.
hoc ſcripſimus.12.q.1.exemplum. Goffr.uix poſſunt
ſimul diuitiæ, & uirtutes poſsideri.12.q.1.cap.gloria.
Phi.De diuitibus uerò reprobis, qui libentius uident
aurum, quàm ſolē.47.di.ſicut hi, loquitur euangeliū
Matth.19.facilius eſt intrare camelum per fo.&c. ſm
Gof.& Hoſti.[*Conformetis*] hinc fuit deciſa decre.ſane,
6 de priuil. ¶[*In † glo.2.in fi.*] 16.q.2.uiſis, & c.ſane.Ala.&
& hoc reſpicit eccleſias forte curatas. ¶[*In glo.3.ibi, ad
decimas*] uel alios reditus,qui ꝓpter altaria proueniūt.
¶[*In glo.4.in fi.*] 22.q.5.de forma. ¶[*In glo.3.in fi.*] T.uel.i.
pecunias ex iuſtitijs prouenientes, ſupra de offi.ordi.
dilectus, ſecundum Hoſt. ¶[*In gloſſ.ſexta,in fin.*] uel ſm
Hoſ.intendit damnare uiolentam exactionem tribu-
torum,quæ fit ab hominibus in quibuſdā locis.Dicit
etiam,ꝙ quicquid dicat hæc litera, uel primæua inſti-
tutio, in aliquibus locis hæc percipiunt, & exercent,
ut dicit patere in caſtro Lonciarum Foroiulien.dięc.
7 ¶[*In glo. datis † in fine*] eo ꝙ inſtitutio Ciſtercienſiū uil-
las,& caſtra non recipit,ſed agros.Gof. Et ſi non poſ-
ſunt commutare,uel emptorem inuenire, dixit Vin.
ꝙ facient inde eleemoſynam,uel ea abijcient, ex quo
contra ordinē eſt, ut retineant. Acquiro ergo,& trāſ-
fero dominium eius, quod retinere non poſſum ad
inſtar creditoris.ff.de pigno. ſi conuenerit. & dixit ēt
hic, quòd ingrediens nouiter mona.habet participa-
tionē bonorū,ſicut qui per centū annos ibi ſtetit,& ſi
diſſoluatur mona. ita recipit partem ſuam. 17. quæ-
ne ſecunda,in nullo: ſecus, ſi ille ad alium locum trā-
ſiret:quia tunc tantum ſibi ſua darentur,ſupra de cle-
ri.coniuga.quod à te, Vincen.

ANNO.



ANNOTATIONES.

a Poſt prin. Per iſtam decre.poſſet poni exemplum in his, quæ no.
Io.An.in c.ut clerici,in ſua gl.prima,& in c.ſuper eo.in gl.quam
uis,& in c.dudum, in glo.ſatis fatuus,ſupra de regularibus.

*SVMMARIVM.*

1 *Regularis quis in cœmeterio ſepultus debet exhumari.*
*Contumax eſt, qui monitioni non paret.*
*Impęnitens etiam dicitur.*
2 *Additio gloßarum.*
*Propter ſcandali uitationem omittitur quid, quod aliàs fieret, & quo caſu hic.*

CAPVT IIII.

1 SVPER QVODAM. Caſus.Regula
ris † q propriū
non reſignauit in morte, in cœmeterio ſe
pultus dēt exhumari, ſi ſine ſcandalo fieri
pōt.Cōis diuiſio,ſecunda pars ibi,Inqſitioni.quā pro
rogat ibi,Hoc aūt[*Contra regulam*] eſt enim hoc unū de
ſubſtantialibus.de hoc.j. eo. cū ad mo. in fi.[*Latenter*]
maximè ſm. T.[*Noluit*] fuit ergo cōtumax:qa moni-
tus.Itē impœnitēns[*Hoc autem*] ſ.quod dictū eſt de ex-
2 humando,& proiiciendo.¶[*In † glo.pro quo,in fine*] & ſic
nota ſm Innoc. propter ſcandalum non exhumari
qui aliàs exhumandus eſſet. ¶[*In glo.ult.in fine*] & ſupra
de conſtitu. translato,de transla. c. 2.

*SVMMARIVM.*

1 *Canonicus regularis præfici poteſt eccleſiæ parochiali etiam ſeculari, cum quo eſſe debeat & quorum conſenſu, & diſpenſatione, num.5. & 17. & 18.in fin.*
2 *A fructibus, & operibus extrinſecis, qualis quiſq; ſit, cognoſcit.*
*Colligi, pro præſumi.*
*Ex bonorum operum fructu pro aliquo præſumitur.*
*Per exteriora de interioribus iudicatur.*
3 *Renunciatio beneficij in manibus epiſcopi facienda, & num.5.*
*Vitam mutare præſumitur reſignans beneficium.*
*Fratres pro canonicis regularibus.*
*Regulam illam quis intelligitur uouiſſe, in cuius fratrum manibus profeſſionem facit.*
5 *Eccleſiæ ut præficiatur canonicus regularis uel monacus diſpenſat epiſcopus uel cum eius & abbatis licentia, & quæ, & quando cogatur abbas, nu.14.*
6 *Laicus parochianus an & quando poſſit petere confirmationem, amotionem & deſtitutionem prælati eccleſiæ ſuæ.*
*Parochianorum intereſt habere bonum rectorem.*
*Specialiter, pro expreſſe & nominatim.*
7 *Canonici regulares differunt à monacis, & eorum inſtitutores qui, & in quibus æquiparentur, nu.13.14 & 17.*
8 *Ad officiū prædicandi aſſumi dicūtur, ad aīarū regimen aſſumpti.*
*Animarum regimini qui præficiendi.*
9 *Prædicationis, & prædicatorum uerbi Dei quot priuilegia.*
*Prædicatorum præcipuus ordo.*
10 *Commoditas attenditur, & quo caſu hic.*
11 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu.12.*
*Per promiſſionem de futuro quis non eſt, ſed cogi poteſt eſſe canonicus regularis.*
15 *Canonicus regularis, uel monacus trāſlatus ad eccleſiā parochialē eſt abſolutus ab abbate, & quatenus a regula, & ad quæ teneat.*
16 *Quid habere poſſit, & quomodo in eccleſia collegiata canonicorum ſecularium habere.*
*Diſpēſatio eſt de maioribus facienda de cōſenſu & cōſilio capituli.*
17 *Regularis ſocium an debeat habere præfectus eccleſiæ parochiali ſeculari, & nu.18.in fin.*
18 *Votum religionis pollicitus plebanus, uocatus ad plebaniam permutat uotum, & tranſit ad eam ante, quàm impleat, & qualiter: ſecus, ſi ad epiſcopatum eligatur, & ratio.*

CAPVT V.

1 QVÒD DEI TIMOREM. Caſus. Cano-
nicus † regularis præfici pōt parochiali ec-
cleſiæ ēt ſeculari, ſed debet ſociū ſui ordi-
nis ſecū habere,ſi pōt.& pōt diuidi in tres ptes. In pri-
ma exordiū. In ſecūda facti narratio,& ſupplicatio. In
tertia ſupplicationis admiſsio cū duplici motiuo.ſecū
da ibi,Sane.tertia ibi,licet[*Fructibus*] Matth.7.ex fructi-
2 bus † eorū cognoſcetis eos.Et.j.de reg.iur.c.2.Hier.ad
Pāma.& Mar.ſecūda.H.Ex pomorū dulcedine gene-
roſi ſeminis arbor agnoſcitur[*Colligitur*] i.præſumitur.
& no. præſumi pro aliquo ex fructu bonorū operū.
& no.per exteriora de interioribus iudicari.Pe. & Ab
ba.[*Opera*] Io.10.Si mihi non creditis, operibus credi-
te,concor.C. de admi. tut. l.lex quæ. §.2. & ſ. de præ-
ſum.ex ſtudiis.& uulgariter dicitur, Opus laudat ma-
giſtrū,ſm Hoſt. Sene.33.ad Lucil.in fin. Non eſt eius
animus in recto, cuius acta diſcordant[*Veritati*] dicit
Inno.ꝙ in aliis potuit laudari factū,& intentio pleba-
3 ni,in hoc non eſt laudandū,ꝙ † non in manibus epī,
ſed aliter licet publicè renūciauit,contra id ,:de renū.
admonet, & facit ſm Hoſti. 1. ad Corin.11.c.Laudo,
uos, in hoc nō laudo. Vel aliter intellige, ut dicet in-
fra[*Frugem*] ſic.ſ.de conuer.coniu.gaudemus,de renū.
4 niſi[*Reſignans*] per hoc † præſumit uitā uoluiſſe mutare
de reg. ſtatuimus.Hoſti.[*Fratribus*] canonicis regulari-
bus.& no.ſm Inno.ꝙ licet non exprimat, cui regulæ
ſe deuouet, intelligitur illā uouiſſe, in cuius fratrum
manibus profeſsionē facit[*Habitum*] forte de habitu
profeſſorū loquit[*Aſſumens*] tunc ſm La. [*Eiuſdem*] cui
renunciaueras[*Præfuiſſe*] eiſdē. & ſup. cū iam intraſſes
dictū mona.ſancti Victoris,& profeſsionē ibi feciſſes
tacitā uel expreſſam,iterū te in plebanū poſtulauerūt
a [*Florentino*] conſentiente a.ēt Bon. ad minus priore, &
5 cōuentu ſancti Victoris.quāuis.n.† diſpenſatio ſpectā-
ret ad ſolū Florentinū;tamen fieri nō debuit ſine præ-
dictorū conſenſu,ſm Inno.ad hoc.ſ.c.monaci,de re-
nun.admonet.quod dic,ut de ele.ſi religioſus,li.6. Vn
de dicebat Hoſt.duo neceſſaria,abbatis, uel prioris li-
centiā,& auctoritatem dięceſani loci; & ſic dicit intel
ligēda illa.c.16.q. 1. a.§.ecce.abſq; ad §. his omnibus,
& 55.diſt.priſcis.& uide quod dixi de renun.poſt trāſ-
lationē poſt prin. [*Impetrarunt*] In hoc credimus epm
diſpenſare poſſe, Inn.[*Ibidem*] ſ.in ipſa plebe[*Annuiſſe*]
aliàs admiſiſſe.q.d.hæc confirmauit.ſic.ſ .de ele.cum
6 monaſteriū,de loca.c.1.[*Parochiani*] no. † parochianū
petere poſſe confirmationē, & amotionē, & per con
ſequens deſtitutionē,eo ꝙ ſub malo ſacerdote patiun
tur famē,& ſitim verbi Dei.8.q.1.audacter,& ſic inter
eſt ipſorū,de ele.querelam 16.q.1.conſtitutū, Goffre.
ubi de hoc. & ſm Hoſtien. hoc eſt, ꝙ Hiero. deplorat
Tren.4. Paruuli petierunt panem.i.uerbū Dei,& non
erat,qui frangeret eis. diſtinguendo, & prædicando.
& iterū. Adhæſit lingua lactantis in ſiti.glo.uerbi Dei.
Dicit tamen ipſe Hoſti. dictum glo.ſimpliciter uerū,
quando ad populū ſpectatius patronatus per iura ul-
timò alleg.nā aliàs ſe non intromittit, de elec. Oſius,
quiſquis,Meſſana.nec de aliqbus ſpiritualibus, ut pa-
tet ex no.de arbi.cōtingit.Sed nec admittunt laici: ad
accuſationē prælati,uel clerici,niſi in exceptis,de hoc
de accu.cum P.de ſimo. tanta [*Prioris*] quæ neceſſaria
eſt. Innoc.de elect.ſi religioſus, lib.6. [*Illud*] aliàs illud
[*Specialiter*] ideſt expreſsè & nominatim. aliàs de om-
nibus regularibus ibi cauetur in uer.quod ēt.niſi.d.ꝙ
illud reſpicit ibi proximū dictum tm̄[*Qui*] ſ.canonici
7 regulares[*Etſi*] pro † quamuis [*Laxiori*] ſunt diſsimiles
in habitu. Item aliqui comedūt carnes in refectorio
etiā:monaci nullo modo,infra c.1.§.in refectorio; &
in quibuſdam aliis eſt laxior.Item auctores diuerſi.Il-
lam Benedictus:Hanc Aug.inſtituit [*Antiquos*] q.d.nō
per modernos.& ſic arg.ꝙ hodie non poſsint,Petr.&
Abb.[*Et monaci*] ac ſi.d.nedum canonici[*Ex quo debent*]
8 q.d.ex quo † ad animarum regimen aſſumuntur,per
conſequēs & ad officiū prædicandi.vnde no.quęlibet

rectorẽ prædicare poſſe in parochia ſua. unde caueri
dẽt, ne præficiaꝫ idiota, de æta. & quali. c. pe. Hoſt. [*Pri*
9 *uilegiatum*] multipliciter. Primò ut de† qualibet religio
ne poſsit quis ad illud aſſumi ẜm Goff. q̃ hoc not. de
Iudæ. quã ſit, & ẜm Hoſt. Secundò q̃a ordo prædica-
torũ p̃cipuus in eccleſia Dei. Tertiò ut nullus laicus
ad hoc officiũ admittaꝫ. Quartò ut nec clericus niſi
miſſus. Quintò ut non clã, ſed publicè admittatur. Et
hi. 4. patent de hæreticis, cũ ex iniuncto. Sexto, ut præ-
dicator fiat uicarius ep̃i. 7. ut tales præficiãꝫ in eccle-
ſiis cathedralibus, & regularibus, quos ep̃i poſſunt in
hoc coadiutores habere. hi duo caſus colliguntur de
offi. ordi. inter cætera 8. ut occaſione huius officii adi-
piſcendi mittanꝫ aliqui ad theologiæ ſtudiũ cũ priui-
legio, de quo. j. de magiſ. ſuper ſpe. 9. vt prędicatores li
citè mẽdicare poſsint. de hoc. s̃. ti. 1. ex multa. §. de cle
ricis, & ut eleemoſynas accipiãt ab excõicatis, de ſen.
excõ. cũ uolunate. 10. ut poſtulatio de prædicatore fa
cta citius admittaꝫ. s̃. de ele. in cauſis, in fi. 11. vt alterius
ep̃atus eccleſia pręſcribaꝫ cũ ſcientia rei alienę, de prę
ſcrip. c. 12. ut cũ gentilibus cibus recipiaꝫ. j. de Iudæ. q̃
ſit. 13. ut diuerſarũ religionum habitus in unũ confor
meꝫ, de ui. & ho. cler. Deus qui. 14. ut excõicatus intra
eccleſiã, quãdiu prælatus prædicat, admittatur, de ſen.
excõ. reſpon. 15. ut clericus ẽt religioſus, & ſi cogatur
mendicare, uotũ tranſmarinũ perſonaliter exequi te
neaꝫ, s̃. ti. 1. qđ ſuper his, & c. ſe. & c. fi. 16. ut indignus,
uel inſufficiens ad hoc officiũ non admittaꝫ, de æta.
& quali. c. pe. & ult. 17. ut certæ perſonæ leges, uel phy
ſicã non audiant, ne hoc officiũ negligatur. j. ne cleri.
uel mo. ſuper ſpe. 18. ut ſecurè proponatur uerbũ Dei
in genere, & ſi aliquis occultus peccator tãgaꝫ in ſpe-
cie. unde. 1. ad Timo. 2. uerbũ Dei non eſt alligatũ. 44.
diſt. Epheſus. 19. ſpecialis ordo prædicatorũ in multis
eſt priuilegiatus, quæ patent. j. de exceſ. præla. nimis
10 praua, ẜm Hoſti. [*Obſeruantiæ*] in his, quæ † cõmodè ſi-
mul ſeruari poterũt: in aliis, quæ cõmodè ſimul ſerua
ri non poterunt, non teneñꝫ. & ſic intelligitur. 18. q. 1.
c. uno. Hoſt. [*Conſortio*] nã uhe ſoli &c. s̃. c. 2. ¶ Antepẽ.
11 † glo. quærit: ponit duas opi. & ſoluit. ſecundò obiicit
de decr. per tuas. & ſoluit. ¶ Vlti. glo. quærit, & ſoluit.
12 ¶ *In* † *glo. 1. in fi.*] dixit T. licet per promiſsionẽ non ſit re
gularis canonicus, papa de eo ſtatuit, & reſpondet, ac
ſi eſſet regulã profeſſus. dixit Innoc. per promiſsionẽ
de futuro nõ erat canonicus tamen cogi poterat. s̃. ti.
13 proxi. per tuas. ¶ *In* † *glo. aliàs, ibi, clericus*] pariter merce-
dẽ ſpectant, ut ibi, & hic [*& ibi, ſuper ſpecula*] pariter pro
hibẽtur audire leges, & phyſicã [*& in fi.*] pariter prohi
bentur poſtulare niſi in caſu. Itẽ æquiparantur in ſub
ſtantialibus regulæ, obedientia. s̃. de maior. & obe. cũ
in eccleſiis. abdicatione proprii. s̃. c. proxi. & caſtitate
j. de uoto. c. uno, lib. 6. Vtriq; ſimul comedunt, & dor-
miunt, de ui. & hone. cleri. q̃m. & prouinciale capitu-
lũ faciunt, infra eo. in ſingulis. Vnde dicebat Hoſt. in
fra c. 1. ꝙ conueniebant niſi in excep. ¶ *In glo. utrum, ibi,*
*quidam*] de hoc 16. q. 1. in ſum. [*& ibi, priſcis*] ubi de hoc
[*& ibi, ſupra eo, c. 2.*] tertia opinio fuit. T. quã dixi. s̃. eo.
14 c. 2. ſuper 3. glo. Hoſtiẽ. dixit† ſe tenere cũ Hug. Bertra.
prouin. & Goff. ꝙ monacus cũ licentia uel conſenſu
abbatis poſsit hodie præfici p̃ ep̃m eccleſiæ parochia
li etiã ſeculari. quod intelligo, ẽt ſi ep̃s uerbis diſpenſa
tionis non utatur, 56. diſt. c. 1. & 2. 74. di. quorundam.
& idem in canonicis regularibus, ut hic, & s̃. tit. 1. per
tuas. Dicit ẽt, ꝙ abbas cogitur conſentire, ubi non in
uenirentur honeſti & ſufficientes clerici. & monacus
bonus eſt prædicator & honeſtus in uita. 21. q. 1. c. 1. de
ele. in cauſis, & c. nihil. & in hoc ſit priuilegiatũ offi-
15 ciũ prædicandi rõne regiminis cõpetens. Ex† quo ue-
ro talis monacus tranſlatus eſt, & per ep̃m inſtitutus,
abſolutus eſt ab abbate, & ſolus ep̃s eſt ſibi Abbas. &
hoc caſu propter neceſsitatẽ & utilitatẽ ſalutis aĩarũ
præferꝫ Lia Racheli, & cõis utilitas priuatæ, de regu. li
cet. Eſt. n. eadẽ ratio in aliis, quæ, in ep̃ali dignitate, de
qua iura prędicta loquunꝫ, ar. de præb. maioribus, cũ
illa plus inſpiciant aĩarum ſalutẽ, q̃ ep̃alem dignitatẽ.
Teneꝫ. n. talis ad diuinũ officiũ parochiale, & ſe, quan
tum bono modo põt, cũ preſbyteris & collegis ſuis
conformabit in licitis actibus. 41. di. quiſquis. abſolu-
tus enim eſt ab omnibus obſeruãtiis regulæ, quas ſer-
uare cõmodè non põt, ſaluis ſubſtantialibus. 17. q. 1. c.
b uno. [b] Dicit aũt† Hoſti. ꝙ in eccleſia collegiata cano-
16 nicorũ ſeculariũ non põt habere præbẽdã. de hoc de
reg. ſuper eo, de ui. & ho. cle. Deus qui. nec perſonatũ,
puta præpoſiturã, uel decanatũ ipſarũ eccleſiarũ col-
legiatarũ niſi ob neceſsitatẽ curæ aĩarum, & diſpenſa-
tiuè hoc fiat. & qui dicit diſpenſatũ, id probabit, de ſciſ
ma. c. 2. & cũ diſpenſatio ſit de maioribus fiat de con-
ſenſu & conſilio capituli, de his quæ fi. à præla. nouit,
& c. quanto, ẜm Ho. q̃ remittit ad ſum. eo. ti. §. utrum
populũ. & uide qđ no. s̃. c. 2. in fi. 3. glo. & in clem. de
ele. c. 1. in glo. pe. [*& ibi, ut hic dicitur*] Io. idẽ Inn. ſed hic
erat collegiũ, ẜm Ber. q̃ hoc no. infra ti. 2. c. ulti. Dicit
17 † Hoſt. ꝙ in hoc nõ eſt diſtinguendũ inter monacũ, &
canonicũ regularẽ. vterq; enim ſi cõmodè poterit, ha
bebit ſociũ: aliàs non. cũ enim uterq; regularis ſit, nõ
poſſet in hoc reddi ſufficiens ratio, de poſtu. c. 2. Sed
eſt hic aduertendũ, an præficiaꝫ curæ, uel non, ut pri-
mo caſu non ſit neceſſe habere ſociũ, ſecundo ſic. vn-
de dic breuiter, ut dixi in prædicta decr. ulti. infra ti. 2.
quod dicitur de ſocio habere locum in clauſtrali [*&*
*ibi, ſiue ſecularis*] ut in clem. de ele. cũ rationi [*& ibi, Seu re*
*gularis*] infra de ele. nullus, lib. 6. [*& ibi, diſpenſatiuè*] vnde
18 dicunt quidã, ꝙ† ep̃s de uoluntate prioris diſpẽſatiuè
permutauit uotũ in magis utile, ſ. ꝙ promoueręꝫ ad
curã, quod licuit. s̃. ti. 1. c. 1. de reg. licet, in decr. per tuas,
noluit papa diſpenſare, ut non ob. uoto haberet ep̃a-
tũ, imò uoluit, ꝙ uotũ impleret. Item ibi is, qui uoue-
rat, eligitur ad ep̃atum. unde tenetur implere uotũ:
quia ſi religioſus fiat, hoc nõ impedit, quin poſsit de
iure cõi ſine diſpenſatione ep̃ari. hic loquitur in uo-
uente uocato ad plebaniam, ad quã ex quo factus eſ-
ſet religioſus, non poſſet ſine diſpenſatione tranſire.
55. di. priſcis. Expedientius ergo & cõpendioſius fuit,
ꝙ potius permutaret uotum, nec fieret regularis, q̃ ſi
primò profiteretur, & ex diſpenſatione poſtea ad ple-
baniam uocareꝫ. nec ob. quod hic dicitur, ꝙ habeat
ſocium: quia hæc eſt quædã monitio & de honeſtate.
Dicit tamen Inno. ꝙ iſtud dictum non conſonat lite-
ræ, nec ueritati. & ẜm Hoſt. non habet rationem: quia
in maiori dignitate propter maiorem utilitatem faci
lius diſpenſatur, de tranſlatio. c. fin. ¶ *In glo. ulti. in fin.*]
credo, quod iſte poſtea plus proceſsit ſolennem pro-
feſsionem emittendo. Lau.

ANNOTATIONES.

a ¶ Conſentiente. ſi plebs iſta eſt in diœceſi Bonon. quid ad Florentinum? niſi dicas collationem forte ſpectare ad Florentinum. ſed tunc quid ad Bonon. cum non tranſeat iſte canonicus ad eccleſiam extra diœceſim, quo caſu requiritur conſenſus epiſcopi, & non aliàs, uide Ioan. Andr. in c. religioſus, infra alleg. in ſua glo. fi. in nouel.

b ¶ Vno. Sed an ad principalem dignitatem collegiatæ eccleſiæ, non aperit hic Io. And. ſed uide glo. in cle. infra alle. ex parte. & an monacus poſſit præſentari ad parochialem eccleſiam, uide in deci. Rotæ conclu. 288.

*SVMMARIVM.*

1 *Diuiſio capituli.*
2 *Camiſiis lineis qui de regularibus utantur, qui non.*
3 *Canonici regulares laxiori ſeruiunt regulæ, quàm monaci, & aliis ſunt diſſimiles.*
*Monacus ſimplex qui.*
*Incontinenti, qualiter hic accipiatur.*
*Monitio poſt ius conditum uidetur præmittenda. debet eſſe trina, nume. 3.*
3 *Deprenſus quis dicatur.*
*Proprietas hic quid, & nu. 22.*
*Monaco quid liceat & ex abbatis habere promiſſu, & nume. 4. & recipere, ibid. & nu. 5. 22. 23.*
4 *Proprium ſi auctoritate propria deprenſus fuerit in morte habere, ubi & ſimul qua cum re ſubterretur, iuncto contextu.*
*Hic non debet habere etiam minimum.*
5 *Princeps quod dat filiofamiliàs, non ſubiacet poteſtati patris.*
*Monaco ſi legetur uſufructus fundi, an ipſum habere debeat.*
*Deſtinatum pro tranſmiſſo.*
6 *Monacus arbiter eſſe non poteſt, & ratio.*
*Arbitrium non ualet, quod reſeruatur arbitrio tertij.*
*Oratorium largè accipitur pro eccleſia, aliàs ſtrictè.*
*Refectorium, & dormitorium quid.*
7 *Silentium ubi & quando ſeruandum à monacis.*
*In die bona fruendum bonis.*
*Monacis non licet exire monaſterium ad ueſcendum carnibus.*
*Dies feſtiui & ſolennes qualiter celebrandi, & nu. 8.*
8 *Carnibus an monacis, & abbati & quando liceat ueſci, cir. fin. & num. 10.*
9 *Argumentum à contrario eſt fortiſſimum, ſed non ſemper habet locum, & quando.*
10 *Abbatis menſa cum quibus eſſe, & qualis eſſe debeat & ipſa & ipſe, & num. 12. & 18.*
*Votum, & religio quatenus comparentur.*
11 *Minutio quando ſalubris.*
*Minuenti imputatur imperitia.*
*Affectata non excuſant, & quæ hic.*
12 *Competens quid.*
*Monaci mores quales eſſe debeant.*
*Grauius fertur, quod fit in fratrem, quàm in extraneum.*
*Pietantia, uel pitantia quid.*
*Debilitas mutiplex, in fine.*
13 *Ad officia monaſterij qui creandi.*
*Fidelitas debet eſſe cum diſcretione coniuncta.*
*Cellerarius qualis eſſe debeat.*
*Obedientia monacalis quid.*
*In abbatis diſpoſitione cuncta conſiſtunt.*
*Etiam præpoſitum remouere poteſt, & quando.*
15 *Ab eo non appellatur.*
16 *Exempla magis & citius mouent, quàm uerba.*
*Oculis quod intelligitur multo plus, quàm quod aure percipitur.*
*Prior qualiter ſe habere debet in monacos.*
17 *Obedientia prodeſſe, contemptus obeſſe debet.*
*Præuaricator quis.*
19 *Hugo de Foleto quæ ſcripſerit.*
*Clauſtri abuſionis 12. remiſſ.*
*Contra prælatos negligentes bea. Hiero. ubi ſcribat.*
20 *Abbas à quo deponendus.*
*Depoſitus remanẽt monacus, & aget pœnitentiam, & quam.*
21 *An ſi renunciauerit abbatiæ, remaneat monacus illius monaſterij, cui præfuit, an non.*
22 *Abbas non poteſt diſpenſare cum monaco ſuper habenda proprietate, uel eius ad libitum uſu, & quando licitè poſſit & quod cõcedere, & quibus poſſit caſibus diſpenſare, num. 27.*
23 *Monialibus an & quantum liceat habere, & comparantur hic monacis, in fin.*
24 *Papa diſpenſare poteſt, ut habeat proprium monacus.*
*Monacorum ius quod naturale, quod poſitiuum.*
*Regula omnis uires habet à papa, & eius ſubſtantialia tria, iuncto contextu.*
*Tollere, quod dedit, poteſt.*
*Annexa pro ſubſtantialibus hic.*
*De connexis idem iudicium.*
25 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 26.*
*Legis Fauiæ deſiit ĩ uſu eſſe pœna pecuniaria, & quæ ſit ſurrogata*
*Negligentium pœna quæ, & nu. 27. § 3.*



27 *Additio gloſſarum, & ſequen.*
*Carnes ederi an poſſit monacus factus epiſcopus.*
28 *Monacus ut quis fieri non poſſit de tali hominum genere, uel ut matrimonium cuipiam interdicat, an papa conſtituere poſſit.*
*Poteſtati non congruere, quid ſibi uelit, in fin.*
29 *Contra caſtitatis uotum an & quando poſſit papa diſpenſare, ut monaco ſcilicet liceat contrahere matrimonium.*
*Caſtitati æquè bonum an inueniatur.*
*In uoto quolibet quid tacite intelligatur, uer. & in quolibet.*
*Papæ poteſtas quanta.*
*Diſpenſatio papæ quando non proſit diſpenſato, & quando excuſet uerſi. ſi tamen.*
*Diſpenſatio quamuis liceat conditori conſtitutionis ex certa ſcientia, non tamen propterea licet aliis, quibus eſt diſpenſare conceſſum, diſpenſare contra eam, uer. licet, cir. fin.*
*Caſtè uiuit quis utendo legitimè matrimonio, in fin.*

## CAPVT VI.

1 CVm ad mona. Diuide† capitu
lum in 5. partes.
In prima tractat de veſtibus monacorũ. In
ſecunda de abdicatione proprietatis ibi,
prohibemus. In tertia ibi, oratorio, tractat de ſilẽtio.
In quarta de cibis ibi, in refectorio. In quinta ibi; Ta-
les, tractat de officiis, & primò tractat de aliis officiis.
ſecũda ibi, Prior, de priore clauſtrali. tertia ibi, Abbas
uerò, de Abbate. & iſta decr. & ſequẽs innouantur, &
obſeruari præcipiunꝫ per concil. Vien. de ſta. mo. ne
2 in agro, in fi [*Lineis*] quibus† utuntur regulares cano-
nici. unde & regulæ inſeruiunt laxiori. s̃. c. proxi. & ali
qui carnes comedunt, & in aliquibus aliis diſsimiles
ſunt, de quibus. s̃. c. proxi dixi [*Ne quis monacorum*] clau-
ſtralis ſimplex, qui nullã obediẽtiã, nullã adminiſtra-
tionẽ habeat. 12. q. 1. non dicatis. s̃. eo. ſuper quodã, ad
hoc. s̃. c. 2. §. qui uerò [*Incontinenti*] q̃ cito ſciet editã hãc
conſtitutionẽ, uel poſtq̃ admonitus eſt. s̃. e. ſuper quo
dã [*Poſt hæc*] ſ. huius conſtitutionis notitiã, uel moni-
3 tionẽ. Hoſt. [*Deprehenſus*] de facto† quia inuenta eſt pe-
cunia in arca ſua, ſic ꝙ inficiari non põt, uel quia con
feſſus eſt, de coha. cle. & mu. c. fi. [*Monitione*] trina. & in
telligit Hoſti. hanc literã ſeruatis tamen his gradibus,
de quibus dixi ẜm eũ, de reg. c. fi. [*Quòd ſi proprietas*] di-
ciꝫ proprietas, quicquid concedaꝫ abbati. Nã de per-
miſſu abbatis vr̃, ꝙ poſsit habere pecuniã, dũ tamẽ ip
ſam in proprios uſus nõ expendat, nec alicui det ſine
abbatis conſcientia, ſed noĩe abbatis teneat, paratus il
lud reſignare, qñ uolet, ut in regula. 23. c. ibi, Nec quic
quid liceat habere, qđ abbas non dederit, aut permi-
4 ſerit. uel dic ut dicã in fin. [*Ipſa*] non† tota. ut q̃d enim
hęc perditio, ſufficit, ꝙ ponanꝫ ibi 30. den. tm̃ enim vẽ
ditus fuit Ioſeph, Gen. 37. F. & tantũ Chriſtus. Matth.
27. A. & hoc ſufficiat ad perditionis ſignũ oſtenden-
dũ, ut ſequiꝫ, arg. ſupra de conſue. c. 2. [*Subterretur*] non
dicit, ſepeliatur, ad oſtendendũ, ꝙ alterum in malã, &
alterum in bonã ſignificationem accipitur, licet inter
dũ fallat, ut in iuribus, quæ alle. glo. [*Grego.*] Hiero. ad
Euſto. de uirginitate. D. refert de monaco, qui lina te-
xẽdo lucratus. 100. illa reliq̃t in morte: habito cõſilio
quidã dicebãt illa danda pauperibus. alii eccleſiæ. alij
parentibus. decreuerunt patres illa cũ eo ſepeliri cum
ver. pecunia tua, &c. Magnus per totam Aegyptũ cun
ctos terror inuaſit &c. uide in Hiero. [*Vnde*] i. quia mo
nacus non debet habere proprium, Abb. [*Quicquam*]
muneris, quamuis ſit minimum. Idem de literis. 12.
q. 1. non dicatis [*Alicui*] monaco [*Specialiter*] niſi de-
5 tur ei à papa. Quod† enim princeps dat filiofami. non
ſubiacet poteſtati patris. C. de bonis, quæ liber. cum
multa, & ſupra de elect. cum inter. R. de præben. niſi,
& ſi quis legat fundum monaco ita, ꝙ habeat uſum-
fructum, uidetur, ꝙ monacus illum habere debeat;

quia quod acquirit filiusfami, acquirit patri quò ad
uſufructum: ſibi quò ad proprietatem, niſi ita legetur
filio, ꝙ habeat uſufructum, quo caſu habebit. C. de
bonis, quæ libe. auct. exceptis, Vinc. [*Deſtinatum*] ideſt
tranſmiſſum. & intelligo ſm Abb. niſi de licentia ge-
neralis abbatis, puta quia eſt in ſtudio. ad hoc quod
no. infra de accuſa. ex parte cum ſuis remiſ. [*Præſumat*]
q. ſine abbatis licẽtia. q. d. ꝙ de abbatis licentia non eſ-
ſet præſumptio [*Accipere*] ſine licentia. per hoc proba-
6 tur, ꝙ † monacus non poteſt recipere arbitrium: qa
refert omnia ad abbatis arbitrium. & in hoc caſu non
ualet arbitrium, ubi reſeruatur arbitrio tertii. ff. de ar-
bi. item ſi unus. §. 2. Vinc. De hoc plene in ſpe. de arbi-
tro. §. ſi. uer. ſed quæro diligenter, & ſe. ubi etiam tra-
ctatur, an monacus ingreſſus mona. pronunciare de-
beat etiam præcipiente Abbate [*Aſſignetur*] per illum,
qui portat, uel per alium [*In oratorio*] ideſt in eccleſia, li
cet aliàs oratorium ſtrictè accipiatur, de cenſi. c. fin.
[*Refectorio*] in quo fratres reficiuntur, ideſt ſimul co-
medunt [*Dormitorio*] in quo ſimul dormiunt, de uita,
& hone. cle. quoniam [*In clauſtro*] repete, obſeruetur
7 † ſilentium [*Laudabiliter*] ut nec in nimium laxent lin-
guam: ſed nec poſt completorium loquantur, ut in
42. c. regulæ [*Nullus*] nec abbas, nec alius, Hoſt. [*Omni-
no*] nec infirmitatis, nec alia cauſa [*Conſueuit*] pro eis ec
cleſiaſtes. 7. B. In die bona fruere bonis. & Ouidius lib.
1. faſtorum, Nunc dicẽda bono ſunt bona uerba die.
ut dicit Hoſtien. adhuc idem fit in quibuſdam mona-
ſteriis de facto, ubi monaci ſic exeunt relictis in refe-
ctorio duobus, uel tribus monacellis. aliquando, ut
magis religioſi putentur, media pars exit, & media re
manet: ſed utrumque hic damnatur, ſecundum Ho-
ſtien. qui dicit, etiam, quòd in quibuſdam mona. hoc
faciunt ter in ſeptimana [*Diebus*] forte in natiuitate do
mini, in paſchate, & aliis feſtiuitatibus præcipuis, de
fer. c. fi. ſed & ſi liceat in feſto natalis, quod occurrit in
5. feria, carnes comedere; non tamen hoc licere mo-
nacis, de obſer. ieiu. c. fi. [*Obſeruanda*] ad hoc de obſer.
ieiu. c. fi. uide quod no. in cle. de cele. miſ. c. 1. in glo. in
quibus. Hier. ad Euſto. de tranſmiſſis muneribus pro-
8 uidendum eſt, ut † diem ſolennem non tam ciborum
abundantia, quàm ſpiritus exultatione celebremus:
quia ualde abſurdum eſt nimia ſaturitate martyrem
honorare uelle, quem ſcias Deo ieiuniis placuiſſe [*Ex
tra*] ergo nec in ſcholis. unde conſulit Abbas mona-
co eunti ad ſtudium, quòd in eſu carnium ſecum fa-
ciat per Abbatem diſpenſari [*Infirmatorio*] dicitur in re
gula. 39. c. de menſura ciborum. Carnium uerò qua-
drupedum omnino ab omnibus abſtineatur come-
ſtio præter debiles, & ægrotos. Et dicunt quidam mo
naci à contrario, quòd bipedibus uti poſſunt, ut galli
9 nis, phaſianis, & perdicibus. Sed † licet arg. à contrario
ſit fortiſſimum regulariter, ut legitur de regularibus,
cum uirum; tamen hic fallit, ſicut & C. de epiſco. &
cleri. conuenticula, cum etiam illi intellectui contra-
dicat ratio naturalis, ut patet ex 36. c. regulæ de infir-
mis fratribus, ſecundum Hoſti. [*Interdum illos*] ne alii
ſcrupuloſo corde moueantur. 17. q. 7. c. 1. Goffre. [*Et
10 plenius*] non dicit † carnibus. unde forſan loquitur de
groſſis piſcibus. ſed Ioan. de carnibus intellexit, ut pa
tet in glo. & conſuetudo facit pro hac parte: quia mo
nacos uidemus etiam ſine licentia comedere. Sed di-
ci poſſet, quòd talis uſurpatio ius non facit, & quòd
non quid factum ſit, ſed potius quid faciendum, &c.
de electio. cauſam. & multa per patientiam toleran-
tur. &c. de præben. cum iam dudum, facit tamen pro
Ioan. regula. 56. capitulo de menſa abbatis. ubi di-
cit, Menſa abbatis cum peregrinis, & hoſpitibus ſit
ſemper: ſed conſtat, quòd illi carnes comedunt. ergo
cum illis ſe conformabit, argum. 41. di. quiſquis po-
ſtea ſequitur, Quoties non ſunt hoſpites, quos vult
de fratribus, conuocare in ipſius ſit poteſtate: ſed di-
cit Hoſtien. quòd melius eſſet, ſi Abbas cauſa hoſpi-
tum non comederet, ſed guſtaret carnes, perfectius
tamen eſſet & melius exemplum, quòd tã ipſe, quàm
alii tunc abſtinerent. facit tamen pro monaco illud
Aug. 41. diſt. quiſquis, & generalis conſuetudo, quæ
contrarium ſeruat, ad quod 76. diſt. utinam, ſupra de
ſepul. certificari. & quia qui nimis emungit &c. 4. diſt.
denique. Sed cum uotum, & religio æquiparentur
quò ad carnium abſtinentiam, de obſer. ieiu. c. fi. po-
teſt dici, quòd ſicut contra uotum non ualet conſue-
tudo, ſic nec contra religionem. Poſſet etiam diſtin-
gui, an frater, cum quo comedit, nullum habeat ſcã-
dalum ex hoc, quòd abſtinet; & tunc omnino abſti-
neat. ſic loquantur omnia iura huius partis, & hic. vel
ſcandalizetur; & ſic de licentia abbatis ſpeciali, uel ge
nerali, ſupra ti. 1. magnæ. poteſt carnes comedere. Nã
& ſecundum Apoſtolum. 1. ad Corin. 8. ſi eſca ſcanda-
lizauerit &c. Si ergo propter uitandum ſcandalum à
carnibus eſt abſtinendum; ergo & propter ipſum ui-
tandum illis utendum. Dicit Hoſti. quòd hoc eſt ue-
ritas, quòd debent à carnibus abſtinere, niſi propter
infirmitatem, debilitatem, uel nimiam fragilitatem
aliud dicatur, ut hic, & in c. carnem. remittit etiam ad
ea, quæ dixerat de obſer. ieiu. ſuper rubrica [*Minutio-
11 nem*] no. ꝙ † qui minuit. 13. die februarii ab initio men-
ſis computando non morietur illo anno ex febrili di
ſtemperantia. & hæc eſt ſalubris minutio per Ange-
lum reuelata Vincen. Dicebat etiam, quòd minuenti
imputatur imperitia, non euentus mortalitatis. ff. de
offi. præſi. illicitas. §. ſicuti, de temp. ordi. ad aures [*Me-
dicina*] non contraria conditioni diuinæ, de conſe. di.
5. ca. contraria. nec affectata ex ſuperſtitione: quia tu-
tela affectata non inducit immunitatem. C. de his, qui
ſpon. mu. ſub. l. 1. & 2. & abſentia affectata non excu-
ſat. ff. ſi quis cau. l. 2. de offi. delega. paſtoralis. Goffre.
[*Sed omnes*] aliàs, ſed omnia [*Alijs*] puta balneis, ſeruito-
ribus, & his, quæ circa hæc ſunt neceſſaria, ut in 36. c.
12 regulæ [*Competenter*] q. d. non † ſit abbas nimis auſterus,
uel auarus, nec monacus nimis importunus, uel deli
catus, argu. ff. de pigno. ac ſi ſeruos [*Debilis*] non debi-
litate febrili, ſed ſtomachi, uel complexionis: aliàs
prouideretur in infirmatorio. Abb. [*Scandalo*] grauius
enim ferunt hæc de fratre, quàm de extraneo, ſicut
aliàs dicit lex. C. de bon. quæ libe. cum oportet. 1. re-
ſpon. [*Cibum*] non carnium: quia illę in refectorio nũ-
quam comeduntur, ut ſupra [*Ante ſe*] quia per id tol-
litur liuoris materia [*Pietantiam*] vulgare monacorum
ideſt miſericordiam, uel gratioſam meliorationem.
13 Hoſti. [*Fideles*] non † furentur, uel ſubtrahant, uel ſibi
delitias faciant. unde alii egent, de præbend. ratio. 47.
diſt. ſicut hi [*Diſcreti*] non prodigi, ſed prouidi. aliàs fi-
delitas non ſufficeret, niſi eſſent boni maſſarii, ut di-
cunt Lombardi, uel boni eſſent huſibendæ, ut dicũt
Anglici. unde & in regula. 31. cap. dicitur, quòd cel-
lerarius debet eſſe ſapiens, maturus moribus, ſobrius,
non multum edax, non elatus, non turbulentus, non
iniurioſus, non tardus, non prodigus, ſed timens Deũ
qui omni cõgregationi ſit ſicut pater [*Obedientia*] ideſt
prioratus, uel certa adminiſtratio eccleſiæ [*Oportuerit*]
14 quando † ſcilicet abbati uidebitur, in cuius diſpoſitio
ne cuncta conſiſtunt ſecundum Hoſtien. qui dicit, ꝙ
etiam præpoſitum, qui ſecundus eſt in mona. poſt ab
batem, remouere poteſt, ſi quater admonitus ſe non
emendauerit. Sed caueat abbas, ne zelo, uel inuidia
urat animam ſuam; alleg. regulam. 66. cap. ad fi [*Con-
15 tradictione*] quia in talibus non eſt locus † contradictio
ni, uel appellationi, ſupra de appella. reprehenſibilis,
& ca. cum ſpeciali, de ſimo. per tuas, in fin. Hoſtien.
[*Et ſermo-*



*ne*] ſic, ſupra de offi. ordi. inter cætera. & habe
tur Lucæ ulti. [*Exemplo*] Seneca. 6. ad Lucil. Longum
16 iter † eſt per præcepta, breue & efficax per exempla.
Hiero. Super Mar. in fi. terra multis plena miraculis,
ubi fideliũ credulitas plus actibus, q̃ lectionibus eru-
ditur. idẽ ad Fabiolam. C. Multo plus intelligitur qđ
oculis uidetur, q̃ quod aure percipitur. idẽ ad Occa-
num, Caput artis eſt docere, quod facias. Sene. de cõ-
ſo. ad matrem ſic dicit de filia. Multum ſibi dabis, ẽt
ſi nil dederis præter exemplum. vide Hiero. ad Letan.
D. [*Scientiam*] aliàs conſcientiam. prima litera melior.
17 debet † enim talis habere ſciẽtiam humanitatis cum
zelo, ut patet in regula 34. & 35. & 46. capitulis. & hoc
eſt, quod ſequitur, ut delinquentes corripiat &c. ſ. iux-
ta regulam, & apoſtolica inſtituta, infra eo. ca quæ [*Fo-
ueat*] debet. n. obedientia prodeſſe obedientibus, & cõ
temptus obeſſe rebellibus, de poſtu. cap. 1. [*In omnibus*]
ſm Hoſti. principaliter hoc colligitur ex 64. & 65. ca-
18 pitulis regulæ [*Conuentu*] nam † menſa ſua cum hoſpiti-
bus, & peregrinis eſt, ut ſupra dixi [*Vigilem*] ad hoc de
offi. archipreſby. c. fi. [*Præuaricator*] is dici poteſt, qui re
gulam prædicat, & ipſam non ſeruat, uel qui exterius
videt religioſus in habitu, & interius, ſicut teſtantur
opera, eſt lupus rapax, arg. ff. de his qui no. infa. athle-
tas. §. pen. ff. de præuari. l. 1. & 2. Math. 7. attendite à fal
ſis prophetis. uel ſm Abb. is qui falſas culpas imponit
19 ſubditis [*Negligens*] ſm † Hug. de Folero, lib. 2. de clau-
ſtro animæ. 12. ſunt abuſiones clauſtri, quas uide in
clem. de ſta. mo. ne in agro. §. quia uerò, in 6. gl. & cõ-
tra prælatos negligentes uide Hiero. ſuper Hiere. lib.
20 18. F. [*Deponendum*] per † diœceſanum, infra c. proximis
niſi ſit exemptus ut ibi [*Regulam*] depoſitus enim mo-
nacus remanet, & aget pœnitentiam, ſicut alius fra-
ter ſm Abbatis iudicium, & regulam, ut in regula 28
c. & quinque ſequentibus. illa ca. non contingunt ca-
ſum propoſitum, ſed tractant de pœnis culparum. &
not. quia hoc dictum Hoſtien. facit ad quæſtionem,
21 quam diſputauit Guido Mutinen. an † renuncians
Abbatiæ remaneat illius monaſte. monacus, ſicut eſt
dictum in depoſito, contra quem tamen facit. ff. ad
municipa. filij. §. ſenatorum. eadem ratione in renun-
ciante, & tanto maiori, quanto hoc poteſt fieri ſine
culpa, illud fit propter culpam, ex qua eius conditio
melior eſſe non debet. 16. q. 1. legi. Item Abbas mona
cus eſt, nec debet eligi, niſi ſit expreſsè profeſſus, de
elec. nullus, lib. 6. & factus Abbas remanet monacus,
de ſimo. c. fi. & uide quod ibi dicam ſuper uer. Abba-
tes, & eo. titu. quoniam, ſuper uer. prælata. nec poſſet
monacatui, & clauſtro expreſsè renunciare ẽt cũ iu-
ramento, de iureiur. ſicut ex literis. ergo minus id po-
terit tacitè renunciando abbatiæ: aliàs eſſet acepha-
lus. contra id. 93. diſt. nulla. & daretur materia uagan-
di. contra id de præb. cum ſingula, in princ. cum con-
cor. & quia proprium non habet, in eccleſiæ obpro-
brium mendicaret. 93. di. diaconi, ulti. Si monacus re-
manet, ergo illius mon. cui præfuit, etiã ſi de alio mo-
na. creatus ſit Abbas, cum ſit tranſlatus, nil habeat cũ
illo cõe. ſ. de ele. conſtitutus, & j. ti. 1. c. ulti. in fin. Et ꝙ
ſubſtantialia monacatus remaneant in Abbate, patet
53. di. abbati. 18. q. 1. c. uno, & q. 2. Abbates, de priui. cũ
a olim[a] ipſe tenuit contrariũ, ſ. ꝙ ſic renunciãs ius mo-
nacatus in mona. non retinet, cui renunciauit recipiẽ
do abbatiã: fatetur tamen, ꝙ remanet monacus. mo-
uet eum: qa ſi mona. habet numerũ monacorum for
te iuratũ, & per papam confirmatũ cum decreto, iam
ſequeretur, numerũ frangi, & hac uia concedi, quod
erat prohibitum ꝯ regulam, cũ qđ una, de reg. iur. lib.
6. Si enim de ipſo mona. habente numerũ fuit aſſum-
ptus, propter numerum oportuit alium ſubſtitui. Si
ergo ipſe renuncians remaneret ibi, monacus, ſi nu-
merus erat de 12. haberemus 13. hoc dictum Guid. ſic
fortifico: ſi dicis primũ renunciantẽ retinere iura mo
nacatus, eadẽ ratione idẽ dices de ſecũdo & de tertio
renunciantibus, adhuc uiuẽte primo, & ſic ubi eſt nu
merus de 12. habebimus. 15. & ſic poſſet ẽt ultra facul-
b tates mona. grauari, ꝯ id de inſti.[b] ca. 1. non ualet, ſi di-
cas monacos prouidere poſſe eligẽdo de numero: qa
cum ferè tres mẽſes poſſint labi ante electionẽ, & plu
res ante confirmationem, huic medio tempori per id
prouiſum nõ eſſet nã ſi ius monacatus retineret, hoc
eſſet ſtatim poſt renunciationẽ, & ſic cum aliis habe-
ret eligere. Itẽ quid ſi de alieno gremio tenerentur eli-
gere, ſupra de conſue. cum dilectus, de uerb. ſigni. ab-
bate. non ob. quæ de acephalo dixi, & de materia ua-
gandi & mendicandi: qa erit monacus epi. 16. q. 1. qui
uere. & facit quod no. 28. q. 1. de uiduis, in glo. 2. & di-
cam, qui cler. vel vo. inſinuantes, ſuper glo. ergo, debet
aũt illi epiſcopus prouidere ibi, vel alibi, vel de ſua mẽ
ſa. 81. di. ad reatum. facit, ſupra de præb. epiſcopus, & 1.
diſt. accedens. 2. reſpon. [*Aliena*] ſi. ſupra de offi. archid.
22 ca quæ [*Proprietate*] uel ea † uti poſſit ad libitũ nec uide
tur dici proprietas, quando de qualitate & quãtitate
nil celat abbati, nec ſine ipſius conſcientia aliquid re-
cipit, uel expendit paratus totum reddere, & dimitte-
re ad iuſſum abbatis: qa tamen res periculoſa eſt, & in-
uidiæ & exempli mali cã, conſulit Hoſt. abbati, ꝙ ni-
ſi ex magna & euidenti cauſa talẽ licentiam non det
[*Monaco*] non habente adminiſtrationẽ, quod dic, ut
23 ſupra c. 2. [*Diſpenſare*] dicebat. G. Na. ꝙ † curia Rom. ſcit
& tolerat, ꝙ regularibus taxet aliquid pro ueſtimen-
tis, vel dent ad id certę poſſeſſiones, vnde & regulares
capellani papæ de ſeruitiis ita recipiũt portionẽ, ſicut
alii: teſtari tamẽ de his non poſſent quaſi proprietarij
aliàs ſepellirentur, ut ſupra eo. c. poſt prin. & idem de
monialibus, quæ à mona. habent ſolum uictũ, & à pa
rentibus, uel de ſuo lucro habent indumenta. uide
quod dicã in quæſtio. de reg. iur. non eſt obligatoriũ,
24 lib. 6. [*Annexa*] uidetur, ꝙ † de iure poſitiuo, monacus
enim aliud nõ eſt, q̃ triſtis & ſolitarius. 16. q. 1. placuit.
quicquid ultra hic additur, eſt de iure poſitiuo. ꝑ quę
patet papam diſpenſare poſſe cum monaco, ut pro-
prium habeat, uel uxorẽ ducat, cũ nulli ſit dubium,
quin ordinẽ, & naturã, & ſubſtantiam, quã dedit or-
dini, tollere poſſit, ſm Inno. Omnis. n. regula uires ſu-
mit à papa, de religio. domibus. c. fi. Dans aũt tollere
poteſt, de reg. iur. c. 1. ſm Hoſt. qui exponit, Annexa. i.
ſubſtantialia. vnde non poſſent deſtrui, quin deſtrue-
retur regula: nec lædi, quin læderetur, cum idẽ iuris
ſit de connexis, de iudi. c. quanto, cum ſimili. Eſt ta-
men & tertiũ ſubſtantiale, ſ. obedientia, ut le. & no. de
25 reg. ex parte. ¶ Quarta † glo. ſignat ꝯriũ, & ſoluit. ¶ [*Glo.
ſic ergo*] ponit. 4. caſus, quibus Abbas diſpenſat. ¶ Vlti.
glo. ponit quoſdam caſus, quibus papa non diſpen-
ſat. ponit demum opinio. Vin. & Io. Item opi. contra-
riã. & ſoluit. in fi. no. quatuor, quibus monacatio præ
26 iudicat. ¶ [*In † glo. arg. ad hæc in fine*] pęna pecuniaria ſtatu
ta. l. Fauia deſiiit eſſe in uſu. nam eo crimine detecti
pro delicti modo coercentur, & plerunque in me-
tallum damnantur. ¶ [*In glo. quoniam, ibi, ſi quos*] uide in-
fra de hæreti. cum ex iniuncto, ſuper glo. antepenult.
[*& ibi, carceri*] & leg. milites. præpoſitus carceri, ſi ne-
gligenter ſe habeat in cuſtodia, ab officio remoue-
tur; ſi precio corruptus, officio iudicis punitur [*& ibi,
magna*] ſequitur, negligentia culpa eſt, & magna cul-
pa dolus eſt. ¶ [*In glo. ultima, ibi, ſubſtantiam rei*] ſtipulatio-
27 nem inutilem faciendo utilem. ¶ [*In † glo. ſic ſupra eo. ibi,
pœnitente*] uel loquitur de ſepultura aſinina. Ioan. &
Tan. & ibi; idem no. ¶ [*In glo. de con. in fine*] ubi no. an mo
nacus factus epiſcopus poſſit carnes comedere, & ple
nius. 16. quæſtio. 1. capitu. 3. ¶ [*In glo. ſic ergo, ibi, hic*] hoc

non probatur hic, cum hic de carnibus nil dicat: facit tamen ad hoc finis capituli ſm Pe. & Abb. quia ſi prohibetur diſpenſare in illis, permittitur in aliis [*& in fine*] 35. caſus no. Guil. in quibus Abbates diſpenſant in ſpe. ti. de legato in mãteria diſpenſationum. §. ſunt quoq;. ¶ [*In glo. quoniam, ibi, Si quis Abbas*] hoc debet eſſe concor. & 81. diſt. dictum, & bene eſt de gl. & adde ibi hãc glo. & ſupra de officio archi. ea quæ [*& in fine*] & 1. q. 1. quicquid. ¶ [*In glo. ultima ibi, ſunt quidam*] ubi de
28 hoc [*& ibi, Vin. & Ioan.*] dicebat † tamen Vin. ꝙ circa facienda conſtituere poterat papa, ut ꝙ de tali genere hominum non poſſet quis fieri monacus, uel contrahere matrimonium, ut ſeruus de coniu. ſeruo per totum [*& ibi, non monacorum*] uide quid hoc deridendo Tho. dicit ſecunda ſecundæ, quæſti. 88. ar. 11. & quod poſt eum dixi in quæſtione, quam diſputaui ſuper regula, ſemel Deo, de reg. iur. libro ſexto [*& ibi, poteſtatis*] quaſi dicat de abſoluta, non de ordinata poteſtate [*& ibi, non congruit*] uel de ſolito curſu, ideſt non cõſueuit, uel cum non ſubeſt cauſa. Io. Goffr. quaſi dicat, ꝙ ex magna & neceſſaria cauſa hoc poſſet. & hoc
29 placet Inno. & Hoſt. ut iam dicam [*& ibi, æque † bonum*] ut dixi, ſupra ti. proximo, c. 1. bene eſſet reperiri æquè & magis bonum, puta cum pars aliqua Chriſtianitatis ſit in periculo, niſi monacus fiat rex, & matrimonium cõtrahat, & regnum ſibi & filiis acquirat, nam quilibet, maximè monacus, debet ſe totum in holocauſtum offerre Deo, ut ei ſeruire præeligat in eo, qđ plus ſibi placeat: ſed prę omnibus placet ei creaturã ſuam rationabilem & corporalem conſeruare, pro qua etiam ipſam animam ſuam dedit: maius etiã bonum minori, & cõis utilitas priuatæ præfertur, de poſtul. c. 3. & propter communem utilitatem monacus fit epiſcopus, de regu. licet, & rector curatus. de hoc, ſupra c. proximo. quare non eodẽ modo & rex. Quid ſi dicant illi, qui poſſunt regnum dare, cuius puella hęres eſt, ꝙ parati ſunt nobili monaco dare puellam, & regnum, aliàs dabunt infideli tyranno: ponderabitur in hoc caſu illius monacelli continentia, & contemplatio, & credetur Deus tam crudelis eſſe, ꝙ nolit per ſui uicarii diſpenſationem tantæ Chriſtianitatis multitudini prouidere? Certè dicendum eſt papã diſpenſare poſſe. uidemus enim, ꝙ facit maiora, ſtatuens, ꝙ teneat matrimonium ſimpliciter uouentis, ꝙ uxor unius alii nubat, de diuor. gaudemus. §. penulti. ꝙ minor. 14. annis profiteri non poſſit, de regula. ad noſtram. Nec quandoque minor. 18. de reg. quia in inſulis, quod uidetur eſſe contra ius naturale, per quod doli capax obligare ſe poteſt Deo, & diabolo, de delic. pu. c. 1. & 2. ſecundum Inno. Et ſic dicebat Hoſtiẽ. Iſtæ ſunt conſtitutiones generales, & ad omnes extẽduntur. quanto fortius cum uno diſpenſare poterit. Poteſt etiam papa generaliter ſoluere, & ligare 24. q. 1. quodcunque. & per ſuam conſtitutionẽ imprimit characterem animæ. ſuper quo uide quod dixi de ſacra. non ite. c. fi. in glo. de ritu. & facit ad caſum quod ibi dixi in fine, & in quolibet uoto tacitè intelligitur, niſi aliud plus placeat Deo. de hoc, ſupra ti. 1. ſcripturæ, & quod magis placet, præeligendum eſt, ut ibi. Et credere debemus Deo plus placere, quod eſt utilius. Non ergo dicatur fractor uoti, qui arbitrio, uel diſpoſitioni ſuæ, uel uicarii ſui ſe committit, ſupra ti. 1. magnæ, & c. non eſt, ſecundum Inno. qui hoc præciſè tenet, ꝙ ex iuſta & magna cauſa papa poſſit hoc. ſi tamen talis cauſa non ſubſit, peccat diſpenſans, & is, cũ quo diſpenſatur. nec ualet diſpẽſatio in habendo proprio niſi ex cauſa, ut dixi: poſſet tamen concedi monaco, ꝙ peregrinetur, & viaticum. i. expenſas uię ſecũ portet: quod tamen non poſſidebit ſuo nomine ut proprium, ſed ut monaſterij. Si autem papa ſine cauſa diſpenſet cum monaco, ut cõtrahat, ſi mulier, quã ducit, credit diſpenſationem ſactam bonam & licitã, tenet matrimonium, & monacus tenetur debitum reddere, ſed ipſum ſine peccato non poteſt exigere. Si uerò cõcederet monaco ſine cauſa, ꝙ haberet proprium, nulla eſt diſpenſatio, nec illum excuſat. Ratio diuerſitatis: quia ex diſpenſatione habendi propriũ nemini præiudicatur, nec alicui prodeſt, uel obeſt niſi illi, cum quo diſpenſatur. unde ibi niſi ſubſit cauſa, non ualet diſpenſatio. Secus in matrimonio, ubi diſpenſatio prodeſt coniugi; quare tenet matrimoniũ, ne principis auctoritate illa decipiatur. C. de his, qui uen. æta. in l. 1. ſupra de dona. per tuas, ad fi. Monaco uerò non prodeſt, quin ſemper peccet debitum exigendo. Dicit tamen Hoſti. ꝙ per hoc uidetur innui, ꝙ matrimonium claudicet, ut teneat ex altera parte tantum. remit. tamen ad ſum. qui cleri. uel uo. §. uidetur igitur, ꝙ ſummus ponti. cum præ. & ſequen. uer. Refert etiam Inno. quoſdam dicere, ꝙ ſicut papa ſine cauſa non diſpenſat in his, quæ ſunt contra uotum tacitum, uel expreſſum, uel contra euangelium, ſic eſſe dicendum de his, quę ſunt contra generalem ſtatum eccleſ. 24. q. 1. memor ſum, & c. ſi ea. Quod non eſt verum, ut dicit in his, quæ fiunt tantum contra ius poſitiuum, ſicut patet in ſtatutis de interſtitiis temporũ.
c 77. diſtin. per totum: uel ꝙ quis [c] non poſſit plures curas habere, ad hoc de præben. cum iam dudum. ſicut enim talia ſola uoluntate ſtatuit, ſic ſola uoluntate relaxat, nec princeps ſua lege ligatur. C. de legi. digna, licet bene faciat illam ſeruando, ut ibi. Et licet conditori conſtitutionis ex certa ſcientia liceat diſpenſare contra ſuam conſtitutionem: aliis tamen, quibus cõceſſum eſt diſpenſare, contra illam diſpenſare non licet: quod ſi pręſumpſerit ſine cauſa, non ualet diſpenſatio, uel reuocatur; & ipſe diſpenſans peccat, & punitur. 51. diſtin. qui in aliquo, ſecundum Inno. ſupra ea. glo. remiſ. dedi ad regulam, ſemel Deo, & de hoc in ſpe. tit. 2. §. nunc breuiter, uer. & not. in quo. §. proſequitur quoſdam caſus, in quibus papa non diſpenſat, & finis huius gloſſ. uidetur contrarius additioni, quam poſui de tempo. ordi. dilectus, ſuper uer. diſpenſatio [*& ibi, Caſtitas*] ad hoc reſpondet, ut dixi ſupra ti. 1. ca. 1. [*& ibi, pro anima*] uerum dicit: ſed hic non perit anima: imò ex obedientia Dei uicario præſtita amplius meretur, & utendo legitimo matrimonio caſtè uiuit. 31. di. Nicena. nec prohibetur ille contrahere. l. diuina, ſed canonica, qui clerici, uel uo. uouens. de voto, capitulo uno, libro ſexto. Et præciſè puto, quòd meretur, ſi nil habet de proprio in tali contractu. 8. quæſtio. 1. ſciendum.

ANNOTATIONES.

a ¶Olim. Pro iſta parte facit, quia promoueri ſe faciendo in Abbatem, ſi ſit nouitius, uidetur profiteri ibi. hoc uoluit Ioan. And. ſupra de teſta. quia ingredientibus, in glo. cum effectu.

b ¶De inſtitu. Hanc. q. prolixe tractat Federi. de Senis conſi. 19. & concor. huic deciſioni Ioan. And. facit quod no. Bar. in l. filii §. ſenator, ff. ad muni. & uide per Federicum prædictum conſi. 5. in quæſtio. 2.

c ¶Quis. Et tamen in illis etiam requiritur cauſa quò ad Deum; aliàs diſpenſans, & diſpenſatus peccant. quò ad iſtam eccleſiam tenet etiam ſine cauſa. uide Ioan. And. de uoto, magnæ, in glo. hic patet. in præcedentibus autem uidetur neceſſaria cauſa etiã in hoc foro, ut hic not.

*SVMMARIVM.*

1 *Capitula prouincialia religioſorum quo tempore congreganda, & nume. 2.*
*Ad ea qui conueniant, & adhibeantur, eiſque præſideant, & quod ibi tractandum, & nu. 3. ad dict. conueniant, & num. 4.*
3 *Diœceſani quando uiſitare, & ſinodum conuocare poſſint.*
*Priores quidam Abbates ſunt, qui habent patres Abbates.*
*Capitula prouincialia qui faciant.*
*Extrauagantem Benedicti citat auctor, in fin.*
*Euectio pro equitatura, ibid.*
4 *Epiſcopo uiſitanti quod ducere liceat.*
*Alieno conſilio non habent opus inſtructi.*
*Præſidentes concilij prouincialis monacorum qui habent ordinariam, nu. 5. in fi. & nu. 12. in fi. & 18. ſi diſcordent, quid, nu. 10*
5 *Docti, & qui melius ſcire præſumuntur uocandi.*
6 *Hoc capitulum qui ordines obſeruent.*
*Vtilitas communis præferenda ſingulari.*
*Moniales & ipſæ egent uiſitatione.*
*Rector pro quo hic accipiatur, in fi.*
7 *Viſitatorum regularium poteſtas quæ, & nu. 9. & 11. & 18.*
8 *Abbatem, ſeu priorem ex qua cauſa & quis remoueat.*
*Eorum poteſtas quæ, & exceſſus eius.*
*Epiſcoporum iuriſdictio quæ in regulares.*
*Eis negligentibus ad papam relicto metropolitano confugitur, & qua de cauſa, & nu. 9.*
10 *Concorditer quando quid uideatur definitum.*
12 *In monaſteriorum rebus & perſonas offendentes qui iuriſdictionem habeat, & in quos, nu. 13. & quam ibid.*
*Conſeruatores monaſteria quos habeant, uel concedantur.*
13 *Aduocati nomen & patroni uidetur ſynonymum.*
*Magnates qui dicantur.*
*Milites qui.*
*Secularẽ poteſtatem habentes oẽs coercentur eccleſiaſtica cenſura.*
14 *Offenſio fit in res etiam.*
*Eccleſiaſticum negocium & perſonas, & res comprehendit.*
15 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 16.*
*Recuſationem impedire prohibentur iudices delegati.*
17 *Suppletio, uel additio gloſſarum, & reliquis duobus num.*
18 *Capitulo prouinciali quo caſu liceat contradicere.*
*Proportionatum quod non dicatur.*
19 *In uiſitatione monaſteriorum uiſitatores eorum epiſcopo præferendi, in fin.*



CAPVT VII.

1 IN ſingulis. Statuit † capitula prouincialia religioſorũ fieri ſingulis triẽnijs: de numero perſonarum uenientium: de inſtructoribus adhibendis: de præſidentibus capitulo: de tractatibus habendis in capitulo: de cõi uita ducenda: de uiſitatoribus eligendis, & de ipſorum officio hortatur diœceſanos ad monaſteriorũ reformationem. præcipit patronos, & ſimiles compeſci ab offenſis monaſteriorum. Et uide quod dixi ſupra. c. proxi. in princ. [*Etiam*
2 *triennium*] non † putarem ſufficere in fine primi triẽnij facere unum capitulũ prouinciale. & ſtatim in princ. ſecundi triennij facere aliud; quia id potius eſſet facere capitula de 6. in 6. annũ, quàm de triennio in triennium, & multo tempore poſſet ſic tardari ordinis reformatio, & ſic etiã interpretata eſt conſuetudo, & facit quod dicam, infra de conſang. & affini. quod dile-
3 ctio [*Diœceſanorum*] qui † pluries, q̃ de triennio in triennium poſſunt uiſitare, & ſynodum tenere, de accuſa. ſicut olim. Goffr. & Hoſti. [*Non habentium*] quia monaſteria reguntur per priores, uel excipit priores Abbates, qui habent patres Abbates, de quibus ſupra de regu. c. ulti. [*Conueniant*] ſi concilium intellexit, ꝙ ad hoc capitulum uenire debeant omnes Abbates, & priores prouinciæ cuiuſcunq; ordinis, hoc non ſeruatur, ut etiam dixit Hoſti. quia Cartuſienſes ſuum, Ciſtercienſes ſuum, & ſic de aliis faciunt capitulum per ſe. Item non habet hodie conſuetudo, ꝙ iſtud capitulũ faciant religioſi non habentes caput vnicum, licet cõcilium Vienen. hæc innouauerit, de ſtat. mona. ne in agro, in fine: hodie plene prouiſſum eſt per conſtitutionẽ Benedicti [*Canonicam*] infirmitatem ſcilicet, vel huic ſimile, de iureiurand. Ego. N. 18. diſtinct. placuit [*Euectiones*] i. equitaturas, infra de cenſib. cum apoſtolus. & eſt hic arg. ad ea, quæ ibi dicam, & infra de ex-
4 ceſ. præla. cum ad quorundam, ſcilicet ꝙ † epiſcopo viſitanti ducere liceat præter ſeſſores equorum unum ſeruientẽ pro duobus equis. ducit enim hic 6. equos, intelligo ſuo computato, & 8. perſonas, intelligo non computata ſua perſona [*Aduocent*] hodie non habent neceſſe vocare: quia ſunt inſtructi [*Primordijs*] poſt iſta primordia uocabit capitulum. 4. de ſeipſis. Inno. niſi de conſuetudine, uel ex ſtatuto certi ſint ad præſidendum electi, ut patet exemplum, ſm Hoſtiẽ. in ordine Ciſtercienſi, in quo ſemper præeſſe conſueuerunt hi. 4. Primus Firmitaten. Cabilonen. diœceſis. Secundus Pontiniacen. Altiſiodorenſis diœceſis. Tertius Clareuallen. Quartus Mormiden. hi duo ultimi Lingonen. diœceſis [*Auxilium*] de treu. & pac. c. 1. [*Conſuetudine*] ſi. C. de iudi. l. certi [*Plenius*] iſtis nouis. uel. i. plene;
5 uocandi † ergo ſunt in his docti, & qui melius præſumuntur ſcire. ſi. infra, qui ma. accu. poſſ. uidetur (*Qui*) ſ. duo Ciſtercienſes (*De ipſis*) de capitulo, à quibus uocati ſunt, Inno. (*prælationis*) præfui præcedenti anno, & ſic præeſſe debeo in iſto. & ſi. ſm Hoſti. de reſcri. cum contingat, in fine (*Mutari*) nota, ꝙ habet ordinariam, qui tamen mutatur ad nutum capituli ſecundum Pe.
6 (*Huiuſmodi*) dicto † qui debeant celebrare capitulum, dicit qualiter. Petr. & Abba. (*Vbi*) ideſt quo loco, & ad hoc apto, ut dictum eſt ſupra, ut dicit Hoſtien. hoc c. melius ſeruant ordines paupertatis, quàm alii (*Communem*) quæ præferenda eſt ſingulari. de hoc de ui. & honeſt. cle. quoniam (*Monialium*) nam & illæ egent uiſitatione, de uita & honeſtate cleric. monaſterium (*Præfixam*) ideſt ordinatam in capitulo prouinciali (*Indigere*) circa ſpiritualia, & temporalia, hoc ſaluo, ꝙ monacos non corrigent ipſi, ſed corrigi facient (*Rectorem*) Abbatem ſcilicet, priorem, vel alium cuiuſcunque ſit nominis. 1. quæſt. 3. ſaluator [*Remouendum*] ſupp. & non
7 ſit exemptus [*Denuncient*] contra † ſupra de reſcrip. dilectus, & uide qđ ibi dixi in glo. ſup. & de ele. per inquiſitionem, ubi uiſitator deponit. Solu. ſecundum quoſdam generales uiſitatores non deponunt ſpeciales, ſicut ibi: dic quòd ſimplices uiſitatores, & iudices generales ſpeciales deponere non poſſunt, ut hic, ſed uiſitatores & iudices, ſicut ibi, & infra de accuſa. quali-
8 ter & quando, ſecundum Inno. & Hoſti. (*Epiſcopo † proprio*) qui illum remouebit ad denunciationem ſuam. quod intelligas, ſi cauſa ſit manifeſta. C. de accuſa. ea quidem. de hoc infra c. 1. uer. ꝙ ſi Abbas [*Amouere*] ipſi ergo non amouent: quia præiudicaretur iuriſdictioni epiſcoporum, quorum poteſtas extenditur etiam ad leuia, de offi. archidia. ca. fin. & ſit hæc litera contra patres Abbates, qui in alienis diœceſibus uolunt uiſitare, & pro tribunali ſedere, perſonas corrigendo, & remouendo. Sed dicit Hoſt. quòd non uidet, quo iure id faciant, imò contradicunt. 9. quæſti. 2. per totum 6. quæſtio. 3. cap. 1. de elec. uenerabilem, de ſepul. c. 1. de exceſ. præla. accedentibus. & hoc uidetur etiam hic reprobari, cum hoc iſtis concedatur de gratia, & de leuibus tantum, etiam quod faciunt uice papæ, faciunt & ſine epiſcoporum præiudicio, ut præmiſit. Alii igitur, quibus hoc conceſſum non eſt, poſſunt à diœceſanis epiſcopis prohiberi, argum. inſtitu. de rerum diui. §. feræ, & §. planè, & quod le. & no. de uſu pall. c. antepenult. de cleri. peregri. c. fi. & de hoc plenius, ſupra de officio ordi. quanto, ſecundum Hoſt. [*Fecerit*] diœceſanis. ſ. quia non remouet illum ad denũciationem
9 viſitatorum [*Referant*] in epiſcopum † enim poteſtatem nõ habent, de ma. & obe. cum inferior, de regula. c. fi. Idẽ facient, ſi epiſcopus aliàs impediret ipſorum pro-

ceſſum[*Examen*]quare non ad metropolitanum: po-
teſt dici, quòd præſumitur negligens. ad hæc infra de
cenſi. Romana. §. notoria, lib. 6. ſecundum Abba. &
Pe.[*Nouitate*] reſpicit quod dixit circa prin. [*Emerſerit*]
10 ſcilicet in ipſo† prouinciali capitulo, in quo diſcordãt
4. pręſidentes, ut patet per ſequentia: putat autem Ab
ba. ꝙ uno contradicente, iſti nil poſsint ordinare pet
literam ſequentem, Hoſtien. contra, vt ſtatim dicam.
[*Concordi*]quod eſt quando omnes. 4. concordant, vel
a tres ex eis. ff. ad munici. quod maior, [a] ſm Hoſtien.
ſm quem patet hic, ꝙ ſi pari numero diſcordant, re-
curretur ad Papam. contra id, quod not. ſupra[*Corre-*
11 *ctione*] & ſi † quid tale inuenerint circa leuia eius, cir-
ca quæ iuriſdictionem habent, corrigere poterunt;
grauia reſeruabunt, ut ſupra ſm Hoſti. [*oneribus*]de of
ficio ordi. conquerente, de cenſi. cum apoſtolus[*Sub-*
*ſtinere*]ſic, infra ti. 1. c. 2. de priuil. paſtoralis, de foro cõ
peten. ex tenore, de dona. inter uirum & uxo. nuper
12 [*Præerunt*]ſm Innoc. hoc dignum † no. quod non ſo-
lum diœceſani, ſed etiam illi, qui præſunt capitulis, iu
riſdictionem habent ſuper illos, qui monaſteria in re
b bus, uel perſonis [b] offendunt. Vnde dicebat Hoſti. ꝙ
monaſteria habent conſeruatores generales & perpe
tuos, licet uix hodie, ut dicit, eos obtinere poſsint à
ſede apoſtolica ad quinquennium, de quibus dic, ut
de offi. dele. c. 1. & ulti. lib. ſexto [*Compeſcant*] ordinarii
ſuo iure: pręſidentes vero uice noſtra[*Aduocato*]forte
13 †hæc cum duobus ſequentibus ſunt ſynonyma, de iu
re patro. præterea, infra de pœnis, in quibuſdam[*Con-*
*ſules*]ſic infra de immuni. eccl. non minus, & capitulo
aduerſus[*Magnates*]ut reges, duces, marchiones, comi
tes, & alii principes ſeculares[*Milites*]ſimplices. om-
nes ergo ſecularem poteſtatem habentes, quicunq;
ſint, debent cen. ec. coerceri, de officio dele. c. 1. de ſen
ten. excommu. nouit, & c. grauamine, Hoſti. [*In rebus*]
14 not. †offenſionem fieri etiam in rebus. ſic. ff. de iniur.
iniuriarum. §. ſi quis me prohibeat. ff. de actio. empti.
& uend. qui pendentem. & not. negotium dici eccle-
ſiaſticum non ſolum ratione perſonarum, ſed rerum
de teſti. cogen. peruenit, de uerbo. ſignificatio. ſuper
quibuſdam, Hoſtien. [*Compellere*]ut ſacrilegos, de foro
compe. cum ſit, & c. conqueſtus, de immu. eccle. per
totum[*Vt liberius*]continuatur illi uerbo, non præſu-
15 mant offendere, ſm Hoſti. ¶ Prima† glo. arguit. alleg.
duo iura. ¶ [*Glo. tanquam*] quærit, & ſoluit, & etiam ſol-
16 uit duas quæſtiones. *In* † *glo. inquiſitio, ibi. l. ulti.*] prohi-
bentur iudices delegati impedire recuſationem ante
litem conteſta. ¶ [*In glo. ideſt pro numero, ibi, rerum*]ſcilicet
17 quæ ſaluatæ, & quæ proiectæ ſunt. ¶ *In* † *glo. 1. ibi, Corre-*
*ctionibus*] uel quia per hoc in nullo eneruatur iuriſdi-
ctio epiſcopi, ut infra eo. §. ordinetur, ſm Hoſti. ¶ *In*
*glo. quid iuris, ibi, ordinarÿ*]idem hic Goff. [*& in fine*]Hoſt.
contra per uer. ſi uerò in hac, infra eo. c. ¶ *In glo. inqui-*
18 *ſitio, in fine*] ſm Ioan. ſecundum† quem uidetur, quod
ſi quis capitulo à principio contradiceret, & iuſtã cau
ſam oſtenderet, eſſet audiendus, & hoc innuitur, ibi,
qui abſque contradictione. Idem Vinc. Phi. ¶ *In glo.*
*ideſt, ibi, Perſonarum*] & equitaturarum, & hoc tenet
Vincentius. non enim eſſet bene proportionatum, ſi
tantum ſolueret, qui ducit tres equos, ſicut qui ducit
ſex, ſm Hoſti. [*& in fi.*]Ioan. ad hoc de præſcrip. acce-
dentes. ¶ [*In glo. tanquam, ibi, delegati*] uel ſm Inno. alter-
19 natiuè tamen loquentem, ordinaria † eſt iuriſdictio
iſtorum eis hac conſtitutione conceſſa. & idẽ de præ
ſidentibus[ *& ibi, Impediendi* ] niſi prius denunciaſſet
epiſcopus, ꝙ uellet uiſitare, ſecundum Ioan. dicebat
Hoſti. honeſtè facit epiſcopus, ſi eis cedat: quia cum
à remotis forte ueniant, plus grauarentur, quàm epi-
ſcopus, ſi oporteret eos reuerti, & epiſcopus facile
poteſt ad alium locum declinare.

ANNOTATIONES.

a ¶ Maior. uide Bald. in l. fin. in prin. C. de fideicom. & uide glo. ſu-
per uerb. concordem, in c. cupientes. §. ad hæc, de elec. lib. ſexto.
b ¶ Vel perſonis. Et tamen ſupra monaſteria ipſi præſidentes capi-
tulis iuriſdi. non habent niſi in leuibus. uide uerſic. ordinantur
etiam, & ibi no. in pluribus glo. per Ioan. Andr.

*SVMMARIVM.*

1 *Diuiſio capituli.*
2 *Capitulum generale quod, & quod prouinciale regularium ſit.*
*Viſitatorum inquiſitio de quibus fiat, & poteſtas quæ, nu. 4. & nu. 6. 11. proceſſus, nu. 9.*
3 *Monacorum ſolum regula, ſed ius aſtringit.*
*Pœnitentia quæ praua.*
4 *Pro peccati menſura debet eſſe plagarum modus.*
*Regula ſeruanda, & ſecundum eius inſtituta correctio facienda, num. 6.*
6 *Proclamare, pro diuulgare, & publicare.*
*Proclamatio pro accuſatione, uel reprehenſione, abſolutio pro depoſitione accipitur apud regulares.*
*Abbates ſuſpendi, uel interdici à quo poſſint, & de eius exceſſibus qualiter punitur, nu. 7. in fi. & nu. 8. in fi.*
7 *Peccatum prouocat alios ad peccandum.*
*Pœna eius reuocat à peccato.*
*In exemptos diœceſano iuriſdictio non competit, præterquàm in exceptis, & quibus.*
8 *Coadiutor Abbati datur ad tempus, & perpetuò, & quando.*
9 *Sine ſtrepitu iudicÿ quando procedi dicatur.*
10 *Vacantis eccleſiæ collegium quando adminiſtret.*
*Metropolitanus, uel archiepiſcopus ſupplet negligentiam epiſcopi, & quo caſu hic in fin.*
11 *Præſidentiũ capitulo, & uiſitatorũ poteſtas quæ, & n. 13. & 14.*
*Exemptorum ius hic differt ab in exemptis.*
*Diœceſanis papa non uult in inexemptis præiudicare.*
12 *Circa exemptos prælatos ſpecialia quæ.*
13 *Coadiutore remiſſo & negligente deputatur adminiſtrator.*
*Adminiſtrator in caſu huius conſtitutionis à quo deputetur.*
15 *Mixtura clericorum ſecularium, & regularium prohibetur, & num. 16.*
*Laicus poteſt eſſe præbendarius, non canonicus.*
*Monaci poſſunt habere ſeculares beneficiatos.*
*Hi ſeculares beneficiati per diœceſanum amouentur, & quando.*
16 *Religioſus non præbendatur in eccleſia ſeculari conuentuali.*
*Vocem in capitulo monacorum non poteſt habere clericus ſecularis, excipiuntur caſus.*
*Idem in capitulo canonicorum regularium.*
*In canonicis regularibus idem ferè ius, quod in monacis.*
17 *Beneficium percipere non debet, qui non impendit officium, niſi in caſu, & quo.*
*Egens quo caſu non impertit officium.*
18 *Exemptorum beneficiati, & ſeruientes quatenus ſint exempti.*
*Per inquiſitionis modum quis hic beneficio ſuo priuatur.*
*Familia ſcholaris an poſſit tueri priuilegio ſcholaſtico, remittit.*
19 *Moniales hæc conſtitutio comprehendit.*
*Non uiſitant, non corrigunt, nec puniunt, ſed hæc omnia patiũtur.*
*In eas non cadit actio, ſed paſſio.*
20 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 21.*
*Propter paupertatem quis minus condemnatur.*
*Contributio Lege Rhodia qualiter fiat. §. penul.*
*Contra curatoris, qui male geſſit, filium agitur. §. ulti.*
*Magiſtratus reipublicæ dolum malum, & quæ alia debent, ibid.*
22 *Suppletio gloſſarum, & nu. ſequen.*
*Vxoricida, quàm matricida grauius punitur, & ratio.*
*Per profeſſionem religionis quæ deponantur, in fin.*
23 *Pœna maior nobili, & diuiti, quàm ignobili, & pauperi quando infligenda.*
*Item in dignitate conſtituto, quàm priuato.*
24 *Carnes putridæ ferro indigent, & cauterio.*
*Cancrium unde.*
*Bonitas, & miſericordia quæ non dicenda.*

*Inquiſi-*



25 *Inquiſitori uiſitatorum an credendum ab epiſcopo.*
*Ea an oſtendatur amouendo.*
*Viſitatorum quandoque deprehenditur malitia, & quandoque iuris inſcitia.*
*Exceptiones quas admittet in caſu huius conſtitutionis, in fi.*
26 *Cauſæ cognitio quibus caſibus ad unum ſpectat, & ad alium deciſio.*
*Per denuntiationem ſequitur remotio quandoque, ut hic.*

## CAPVT VIII.

EA, quę pro religionis.
Diuidã† & ſummabo per partes, & in hac
prima parte de monacorum correctione
tractatur [*Et infra*] ſupple, ſunt ſtatuta multum fauo-
ris habentia. Summa enim eſt ratio &c. ff. de religio-
ſis, & ſumpt. fu. ſunt perſonæ, de dolo, capitulo ſecun
2 do[ *A generali* ] generale† uocatur: quia generaliter
omnes de prouincia cõueniunt, etiam exempti. Sed
prouinciale eſt, ut ſupra c. proximo [ *monaſteriorum* ] a-
lias monacorũ, & utrunq; uerum eſt, vt ſequitur [*Ob-*
*ſeruantÿs*]ſup. eodem, cũ ad mona. [*Temporalibus*] ergo
& de perſonis, & de ſtatu inquiritur. nam, & de rebus
temporalibus habenda eſt cura 1. quæſt. 3. ſi quis ob-
iecerit. 21. quæſtio. 1. uidentes, ne cleri. uel mona. c. 1.
[*Regulam*]de qua ſatis dixi, de reg. c. fi. [*Apoſtolica* ] no.
3 quòd non † ſolum regula, ſed etiam iura aſtringunt
monacos. ad idem, ſup. titu. 1. ex multa, in princ. ibi,
iuris ignari [*Prauæ*]ſecundum quam forte imponeba
tur pœnitentia nimis leuis, ſecundum Innoc. vel for-
te nimis crudelis, & dura, utpote ꝙ quaſi latrones ſta-
tim capiantur, & graui cuſtodiæ deputentur, ex quo
accidit, quòd ſunt fugitiui, & alia multa mala exinde
ſequuntur, Hoſtien. [*Pro lege*]quod eſſe non poteſt, in
auct. ut nulli iudic. §. nulli, colla. 9. quod dic ut de cõ-
ſue. c. fi. [*Inoleuit*]ſubaudi, ſi obedire voluerint: aliàs ip
ſi uiſitatores &c. & ſic continua ſecundum Hoſtien.
4 [*Monacos* ] ex hoc † uidetur, ꝙ viſitatores punire poſ-
ſunt monacos delinquẽtes, quod poteſt intelligi, cũ
ſunt contumaces uiſitationis officio, puta quia inter
rogati nolunt reſpondere de ſtatu monaſterÿ, uel in-
gerunt impedimẽta uiſitationis officio, uel aliàs pro-
pter præteritos exceſſus uiſitatores non puniunt mo
nacos, ſed puniendi ſunt per abbatem, uel eo negligẽ
te per generale capitulum, ut ſequitur ſecundum In-
noc. vel ſecundum Hoſt. loquitur de monacis contu
macibus in hoc, quòd nolunt pœnitere ad præceptũ
abbatum, licet uiſitatores hæc fieri præcepiſſent [*Mo*
5 *dum culpæ* ] Deute. 25. in princ. Pro † menſura pecca-
ti erit plagarum modus, & uide quod dicam de accu
ſa. cum dilecti, ſuper uerſ. leuiter [*Vice noſtra*] ſic ſup. c.
proximo, uerſ. ordinentur[*Potentiam*]contra. l. diſt. ut
conſtitueretur. Sol. in religioſis hoc locum habet, ut
dicit gloſ. aliàs illud locum habet ſecundum ea, quæ
no. de tempo. ordinan. c. 2. nam ſeruanda eſt regula,
ut patet ſupra eod. cum ad mona. Hoſt. [*Quin ouem*]ad
Gal. 5. [*Morbidam*]ſic infra de exceſ. præl. [ *Grauem*] ff. de
ædil. edic. l. plerunque [*Si uerò*] 2. pars, in qua tractatur
6 de correctione abbatum [ *Regularia* ] contra † quæ nil
poſſunt præcipere, ſupra de officio archidiaco. c. fin.
[*Proclamentur*]ideſt diuulgentur, & publicentur ſecun
dum Goff. dicit Hoſtien. ꝙ monaci dicunt proclama
tionem, quod nos accuſationem, uel reprehenſionẽ,
ſic quod vocamus depoſitionem, ipſi uocant abſolu
tionem, curialibus ergo uerbis utuntur[*Puniantur*]pę
na ſuſpenſionis, uel interdicti. pœna enim depoſitio-
nis ad uiſitatores non ſpectat, ſupra c. proximo. §. or-
dinentur, uel dic, & melius, ꝙ ſuſpendi, uel interdici
non poſſunt abbates niſi per epiſcopum, ſed punien-
tur aliter, quia publicè recipiẽt diſciplinam, & hoc vi-
detur ſonare hæc litera, & præcedens ſecundum In-
7 noc. [*Pœna*]ſicut unius † peccatum prouocat alios ad
peccandum. 11. quæſtio. 3. præcipuè, ſup. ti. 1. magnæ,
ſic pœna reuocat à peccando, ut hic, & in concord.
[*Non exemptus* ] de exemptis infra ſubmittet, & ſic pa-
tet dięceſanũ ſe non intromittere de exemptis, quod
uerum eſt in his, quæ in religione ſua committunt: ſe
cus, ſi alibi in diœceſ. delinquant ſecundum Hoſtien.
quod dic ut de priuil. c. 1. li. 6. [*Remiſſus*]tunc enim non
ſtatim remouentur, niſi magna & ſupina fuerit negli
gentia, ut ſup. eo. cum ad mona. §. penul. Si uerò gra-
uia committat, remouetur, ut ſequitur[*Id*]ſcilicet ne-
8 gligentia, quã inuenerint[*Vſque ad*]datur † ergo quan
doque coadiutor ad tempus, quandoque perpetuò,
de cle. ægro. c. penult. & ultimo. Et vide, quod ibi ple-
ne dixi per modum ſummæ[*Generale*]& tunc ſi vide-
tur capitulo, omnino per dięceſanum remouetur ad
denunciationem ipſorum, uel uiſitatorum, ſupra c.
proximo, uel alia pęnitentia, prout ordinauerint, pu-
nietur. Hoſtien. [*Alias*] puta propter incontinentiam
9 ſupra. c. 2. [*Abſque iudiciorum*] no. inquiſitores † abbatũ
nõ debere neceſſe ſeruare ſolitum curſum iudiciorũ
ſecundum Inno. quod dicit Hoſti. uerum de abbati-
bus religioſis. Sunt enim quidam ſeculares, ſupra de
renuncia. ex tranſmiſſa [*Strepitu* ] ideſt aduocatorum
clamoſa garrulatione, & ſophiſtica cauillatione re-
mota, nõ attenta pernicioſa iur. ſubtilitate, ſed de pla-
no ueritate facti pura, & ſimplici conſiderata, de ſin-
di. c. uno, de iud. dilecti. Hoſtien. [*prouideatur* ] per diœ-
ceſanum, ſupra eod. §. 1. reſpond. de officio ordi. cum
uos, de ſucceſ. ab inte. c. fin. ſecundum Hoſti. non ob-
ſtant, quæ dixi, ſup. ut eccle. bene. c. uno, in glo. hoc
10 vult, uer. & hæc uera. ubi dicitur, ꝙ † collegium eccle
ſiæ uacãtis adminiſtrat: quia ſi illud intelligatur de ec
cleſia cathedrali, planum eſt, & ſic loquitur canõ ibi
allegatus, uel dicatur per collegiũ hæc fieri, uel ſi uis
tenere hanc gl. pro qua facit, quod dicam poſt Inno.
infra ſuper uer. deputetur, procedat hoc abbate de-
poſito, uel ſuſpenſo propter culpam, cum eo caſu ſit
pręſumptio cõtra collegium facit, quod dicam poſt
Innoc. de accuſa. cum dilecti, poſt prin. ſuper uerſ. ec-
cleſiæ[*Hæc*]tria, quæ ſunt dicta, ſcilicet de dando coa-
diutore, & de amouendo, & de adminiſtratore depu
tando [*Ap. ſedi.* ] ad epiſcopi negligentiam puniendã:
ſed archiepiſcopo intimabitur ad negligentiã epiſco
11 pi ſupplendam, Pe. [*Intimare*]nec enim habent, nec ha
bere debent aliã poteſtatem in epiſcopũ ut ſup. c. pro
xi. dictũ eſt[*Depoſitione*] correctio ergo monacorũ exẽ
ptorum. proclamatio abbatis, coadiutoris prouiſio
&c. depoſitione excepta, per viſitatores, uel præſiden
tes poterunt expediri, ſed quare non eſt idem in non
exemptis? ſecundum Innoc. hoc potuit inducere pa-
pæ diſtantia, & moræ periculum. ad quod faciat de
elec. nihil, ad fi. de offic. deleg. ſuper quæſtionum. §.
quem uerò, ſecundum Hoſti. eſt ratio: quia in exem-
ptis papa nõ præiudicat, niſi ſibi, in nõ exemptis præ
iudicaret diœceſanis, quibus tamen præiudicare non
12 vult, ſupra c. proxi. in princ. [ *Reſeruata* ] no. hic † vnum
ſpeciale circa exemptos prælatos aliud ſupra de con-
ſue. cum ven. aliud de renun. c. fi. item de rebus eccle.
non alienan. ut ſuper. Item de elec. ſi abbatem, lib. 6.
Item de priuile. c. 1. eo. lib. Item eod. titu. auctoritate.
Item non renunciat priuilegio libertatis, de arb. cum
tempore. Item non tenetur ad ſtatuta epiſcopi, quod
dic, ut dixi de loca. c. 2. ſuper 1. glo. [*Monaſterio* ] idem
13 † intelligas de coadiutore ſibi dato, vbi negligens, &
remiſſus inuenitur, ut ſupra. §. proximo, ſecundum
Hoſti. [ *Deputetur*] à diœceſano, uel à papa. Inn. hæc gl.
non placet de dięceſano, cum loquatur hic de exem
ptis:

ptis: nec de papa: quia tarda eſſet prouiſio, ut modò
dixi in gl. correctio fiet ergo hæc per præſidentes, uel
uiſitatores: aliàs adminiſtraret collegium. primũ pu-
to de mente: facit quod poſt Hoſti. dixi in prin. gl. cor
rectio[*Sequentes*]3. pars. in qua tractatur de correctio-
ne uiſitatorum, & præſidentium[*Eorum*] ſcilicet prio-
rum uiſitatorum, non tamen uiſitatorum, ut eſt di-
14 ctum ſæpius[ *Idem* ] dupliciter † poteſt intelligi. uno
modo, ꝙ viſitatores inquirant actus etiam præſiden-
tium, uel aliter, ut legit Hoſti ut ſicut uiſitatores de
præſidentibus, ſic præſidentes de proximis præſiden-
tibus inquirant[ *Præcipimus* ]4. pars, in qua tractatur
de ſecularibus à monaſterijs, & in monaſterijs benefi
15 ciatis[*Ad præbendas*]vt quaſi † fratres in eccleſia. & ca-
pitulo ſint cum eis permixti. Reprobatur enim talis
mixtura per iura, quę alle. gl. ſic prohibetur laicus re
cipi in canonicum, & tamẽ poteſt eſſe præbendarius
ſecundum ea, quæ no. de inſtitu. c. 2. ſic uidetur, ꝙ ta-
lis poſſit in monaſterio habere præbendam, ſi forſan
ad præſentationem monacorum fuerit promouẽdo
in mona. titulus aſſignatus: quia & monaci poſſunt
habere ſeculares beneficiatos, argum. 16. q. 1. iuxta, de
iure patro. poſtulaſti, de pręben. cum ſecundum: & ta
men non per monacos, ſed per diœceſanum, ſi cauſa
iuſta id poſtulauerit, amouentur, argu. infra eo. uer. ſi
16 quis uero, de capel. mona. c. 1. li. 6. & argue † per con-
trarium, religioſum non præbendari in eccleſia ſecu
lari conuentuali. de hoc ſupra eo. ꝙ Dei, infra tit. 1. in
ter quatuor, ſecundum Hoſti.[*Recepti*] non tanquàm
monaci[*Vocem*] nõ poteſt ergo ſecularis clericus vo-
cem habere in capitulo monacorum, nec cum eis eli
gere abbatem ex pacto poſt fundationem appoſito:
ſed ratione conſuetudinis, priuilegij, uel pacti in fun-
datione appoſiti hoc poſſent, & ſic poteſt intelligi de
reſti. in inte. c. 2. de iure patro. nobis, & ſi. no. de ele. cõ
ſtitutis, & idem dicas in canonicis regularibus, cum
ſit idem ius in eis præter excepta, ſupra capitulis pro-
a xi.[a] [*Opportuna*] in capella forſan adiuuando, uel ſcri-
bendo, uel aduocando, uel negocia monaſterij gerẽ-
do, de ſindi. c. uno. aliàs pro nihilo non eſſet monaſte
17 rium onerandum: quia † percipere non debet benefi
cium, qui non facit officium, uel obſequium. de cle-
ri. coniu. diuerſis, de præben. cum ſecundum, niſi for
ſan & id concederetur alicui egenti pietatis intuitu.
16. q. 1. poſſeſſiones, & c. fi. de pecul. cleri. c. fi. de cleri.
coniuga. Ioannes, ubi de hoc. Hoſtien.[*Vltra*] benefi-
cia ſcilicet ſibi collata[*Talium*] ſcilicet ſecularium cle-
ricorum ſic exemptorum[*In exemptis*] no. ſecundum
18 Pe. & Abb. ꝙ † beneficiati ab exemptis, & qui illis ſer-
uiunt, ſunt exempti: quod eſt uerum quò ad illa bene
ficia, quæ ab exemptis tenent. Item not. per modum
inquiſitionis, quem priuari beneficio ſuo, & facit pri
mum ſecundum Abb. ad quæſtionẽ, an familia ſcho
laris poſſit priuilegio ſcholaſtico ſe tueri, uide quod
no. de foro compe. c. 2. in 2. gl. cum remiſ. quas ibi de-
di, pro & contra. infra de priuile. licet. §. 1. & 2. lib. 6.
19 [*Hæc autem*] v. pars, in qua † conſtitutionem ad monia
les extendit[ *Omnia* ] quæ dicta ſunt à principio uſque
huc. nam & quod dictum eſt ſup. c. proximo de præ-
bendariis, & in his locum habet (*Priores*) ſupra c. pro-
xi. in princ. (*Articulos*) hoc dicit, quia moniales nec vi-
ſitabunt, nec corrigent, nec punient, ſed viſitabun-
tur, corrigentur, & punientur, de pœniten. noua. de
hoc de arbi. dilecti. de maiori. & obedien. dilecta, in ta
les enim non cadit actio, ſed paſſio ſecundum la. 33.
q. 2. eſt ordo, & c. hęc imago, & c. militem (*Congruentes*)
concor. de ele. indemnitatibus. §. ſed cum eas, lib. 6.
20 ¶ Tertia † glo. allegat duas concor. in contrarium al-
leg. 5. iura, ſoluit, & ſolutioni ſignat contrarium. ¶ *Gl.
quia de plano*) infra reddit rationem, ſubdit duo dicta,
quorum primo reſpondet per quæſtionem, ſecundo
21 per ob. ¶ Penultima glo. ponit duo ſimilia. ¶ In † gl.
2. ¶ *In tertia glo. ibi, eos, in fi.*) propter paupertatem mi-
nus quis condemnatur. ¶ *In glo. primo enim, ibi, §. ult.*) de
iudi. dilecti, ſuper gl. 3. (*& ibi, cum in eo*) uide de iureiur.
petitio, ſuper ultima gl. (*& ibi, tutor*) hanc, & ſequen. ui
de de na. ex li. uen. c. uno, ſuper ultima glo. ¶ *In glo. ut
2. ibi. §. famoſos*) uide de calum. c. 2. ſuper vltima glo. (*&
ibi. 1. reſpon. in fine*) uide de Iudæ. ad liberandum, ſuper
gl. fin. ¶ *In glo. quia de, ibi, licet, in fine*) uide de accuſa. de
his, ſuper 1. glo. ¶ *In glo. antepenultima ibi. l. 1.*) quæ ſic di-
cit. Lege Rhodia cauetur, ut ſi alleuiandæ nauis gra-
tia iactus mercium factus eſſet, omnium cõtributio-
ne ſarciatur, quod pro omnibus datum eſt: ad idem
alle. ll. hic alleg. ¶ *In glo. penultima, ibi. l.* 3.] ago contra
filium curatoris, qui male geſſit[*& ibi, magiſtratus*] ſe-
quitur, reipublicæ nõ ſolum debent dolum malum,
22 ſed & latam negligentiam, & diligentiam. ¶ *In † glo. 2.
ibi, exerceatur*] niſi ex cauſa fiat contrarium, vt in uxo-
ricida, qui grauius punitur, quàm matricida propter
refręnandam maritorum ſæuiciam, ut no. 1. q. 1. cito
turpem, in glo. & quis. ¶ *In glo. 3. ibi, æquales*] ſecundum
Iac. idem Vincen. & Goff.[ *& ibi, delinquunt* ] ad hoc de
con. ſeruo. c. 1.[*& in fi.*] nobilitas, & potentia deponi-
tur per profeſſionẽ religionis, ut hic infirmitas, uel
complexionis debilitas non, ut in contrario. Dicebat
23 † Hoſt. circa hanc glo. ſi agitur de pœna ſpirituali, uel
pecuniaria, maior infligi debet nobili, quàm ignobi-
li, diuiti, quàm pauperi: in dignitate cõſtituto, quàm
priuato. & ſi cõtrarium inuenis, eſt ſpeciale, non ob.
de off. deleg. ſane. 2. quia uerum eſt, ꝙ defertur conſti
tuto in dignitate ab initio, ut ibi: ſed ſi in malicia per
ſeueret, plus eſt puniendus, quàm alius. 11. q. 3. præci-
pue. ſi agit̃ de corporali pęna, maior imponitur igno
bili pauperi, vel inferiori, quàm nobili, diuiti, vel ſupe
riori, & ſi contrarium inuenis, eſt ſpeciale, ut hic in re
b ligioſis, uide quod not. & dixi, de iureiur. cum[b] qui-
dam in 1. gl. ¶ *In gl. quia, ibi carnes*] Hiero. ad amandum
24 C. putridæ carnes † ferro indigent, & cauterio. dicitur
quaſi caute urens, ut uis morbi ardore ſiccetur (*& in
fine*) ibi, quæ eſt iſta bonitas, quæ miſericordia, uni par
cere, & omnes in diſcrimen adducere? polluitur e-
nim &c. ¶ *In glo. prima, in fine*) adde quod not. ſupra de
elec. dudum. 2. circa princ. ¶ *In glo. quia de plano, ibi, uiſita
25 torum*] dixit hic Goff. † ꝙ epiſcopus nõ tenetur ſtatim
credere uiſitatoribus, ſed ipſorum inquiſitio eſt ſibi
monſtranda, C. de accuſ. ſinguli, & ei fidem abhibeat,
C. de teſt. l. fi. C. de arbi. l. pe. ſup. de teſti. conſtitutus, &
c. cum cauſa. Dicit demum, ꝙ epiſcopus non tenetur
inquiſitionem oſtendere amouẽdo: quia amotio fit
extra ordinem, alleg. in contrarium, quia timendum
eſt, ne uiſitatores onerauerint illum mendaciis. 2. q.
6. biduum, in fine. ff. de cuſto. & exhi. reorum, diuus,
in fine: dicit tamen, ꝙ ſi diœceſanus deprehendit ma-
nifeſtam maliciam uiſitatorum, non amouebit illũ,
argu. ff. de iudi. ſi prætor. §. Marcellus, infra de crimi.
fal. ſuper eo. ſupra de app. ſolicitudinem, uer. ſi uerò
notorium. Hoſt. dicit, ꝙ epiſcopus amouendo oſten
det inquiſitionem, & cum audiet circa falſitatem eo
rum, quæ opponuntur, ne omnino innocens damne
tur: quia & poſſent malè proceſſiſſe uiſitatores, forte
iuris ignari, ſup. ti. 1. ex multa. ad hoc, inf. de accuſa. ad
petitionem. non tamen admittet epiſcopus exceptio
nes, quas admitteret in ſeculari, inf. de ſimo. licet, & c.
per tuas: imo dummodò conſtet de cauſa, omnẽ ſub
tilitatem abijciet, ut hic, & pr. decre. ad petitionem,
& c. qualiter, ad hoc, cle. de uerb. ſign. ſępe[ *& ibi, licet,
26 in fine*] ſecundum Iac.[*& in † fine*] dat Goff. ſimilia. ff. de
cuſto. re. de militibus, & l. non dubium, de re mili. l. 3.
in auc. vt nul. iudi. §. & quoniam, & §. ſi verò quis, col-
la. 9.



la. 9. & de man. prin. §. oportet, colla. 3. dicit etiam hic
eſſe aliud ſpeciale, ꝙ per denunciationem ſequitur re
motio, cum generaliter ſequi debeat pœnitentiæ im
poſitio, de ſimo. licet. ſed hoc quia regulares facilius
&c. ut in princ. glo. uel ſecundum eum non loquitur
hic de denunciatione euangelica, & exponit denun-
ciatum, ideſt manifeſtum. ¶ *In glo. pe. ibi, adminiſtrauit*]
ad hoc, infra de immu. eccle. aduerſus, in gl. pe.[ *& in
fine*] C. ut omnes tam ciui. quàm mili. iudi. l. una, &. C.
vbi de crimi. agi oportet. l. 1. & 2. Hoſtien.

ANNOTATIONES.

a ¶ Prox. uide de elect. ex eo, quòd, li. 6. & quod ibi no. de inſti. c. 2. & de conuerſis uide Ioan. And. de priuil. exceptionem, lib. 6.

b ¶ Cum quidam, & de iud. nouit, & uide Cy. Bal. & Sali. in l. nemo, C. de epiſco. & cler. & per Bar. in l. illicitas. §. fi. ff. de offic. præſid. & de offic. deleg. c. 2. lib. 6.

*SVMMARIVM.*

1 *Continuatio, ſiue diſpoſitio tituli.*
*Materia huius tituli ubi alibi tractetur, quàm hoc libro.*

## De religioſis domi. ut epiſcopo ſint ſubiectæ. Rub.

1 ¶ Viſo † de ſtatu religioſorum, de ipſorum domibus
eſt videndum, Goff. habetur materia. 10. q. 1. per to-
tum. 16. q. 7. omnes baſilicæ, cum capitulis ſequenti-
bus. 18. q. 2. quidam, & in cap. quæ ſequuntur. Repeti-
tur in 6. & in Cle. cui congruit, de offic. archidia. c. fin.
de excep. cum uenerabilis, lib. 6. de priui. c. 1. ad fin. in
ſubſcrip. Greg. fuit. VII. uel citerior: quia VIII. ſe
cutus fuit Vrbanum. III. cuius fuit decre. 4. infra, eo.

*SVMMARIVM.*

1 *Conſecratio baſilicæ in dubio à quo fiet epiſcopo, & nu. 4. & poni tur etiam pro ædificatione, num. 3.*
*Diſquiri pro inquiri.*
*Conſignatio pro confirmatione chriſmatis.*
*Chriſmate epiſcopo licet tantum uti & nu. 2. & quo tempore.*
2 *Epiſcopus quolibet anno uiſitare debet.*
3 *In ædificatione eccleſiæ quis epiſcopus in dubio primarium lapidem imponet.*
*In limitibus, & adhærentibus præſcriptio non procedit.*
4 *In poſſeſſione qui eſt unius iurium, præſumitur & in poſſeſſione alterius, niſi uera probetur.*
*Ad archiepiſcopum ſpectat diffinitio controuerſiæ epiſcoporum ſuæ prouinciæ, & quo caſu hic.*
*Et quando ad papam.*
*Quando ſorte dirimitur, eſt hic caſus.*
*Adiudicatio fit à iudice ſibi, & quando cir. fin.*

### CAPVT I.

1 NVnc autem. Caſus. Si † dubi-
tat, in cuius diœ
ceſi ſit baſilica cõſecrãda, ille epiſco
pus cõſecrabit, qui prius in illo loco
epiſcopalia exercebat, & caſus dubij
unã probationẽ approbat, & aliam
improbat ibi, Non enim[ *Diſquiri* ] id
eſt inquiri[ *Incolas* ] illius loci, in quo eſt baſilica ædi-
ficata. Pe.[*Conſignationem*] ideſt confirmationem chriſ-
matis, quæ fit in fronte per epiſcopum, non minorẽ,
de ſacra un. c. uno, uerſi. per frontis. Hoſt. & no. ſecun-
2 dum † Inn. non licere niſi proprio epiſcopo infantes
chriſmare[*Sub annua*] quolibet anno uiſitare debet epi
ſcopus. 10. q. 1. epiſcopum. & c. ſe. & tũc chriſmat pue
3 ros, & alios occurrentes, ut hic. ¶ *In † glo. 1. ibi, conſecran-
da*] poteſt etiam poni pro ædificatione, in qua idem
eſſet, ſcilicet cum quæritur quis epiſcopus debeat pri
marium lapidem imponere[*& in fi.*] & archiepiſco-
pus in receptione pallij, de uſu pal. niſi. ¶ *In gl. 2. in fine*]
quæ tamen pręſcriptio in limitibus, vel adhęrentibus
non procedit. de hoc de præſcrip. quia indicante. ¶ *In
glo. 3. ibi ſuper eo*] uide quod ibi dixi poſt Hoſti. in prin.
quod facit ad propoſitum, & de uoto, quod ſuper, ad
fi. mag. gl.[*& in fine*] de proba. ex literis, & c. cum cau-
4 ſam, de offi. archi. ad hæc. ¶ *In glo. pe. in fine*] qui † enim
eſt in poſſeſſione unius iſtorum iurium præſumitur,
& in poſſeſſione alterius, niſi cõtra probetur, arg. 12.
q. 2. cognouimus, de decimis, cum in tua. Ad hoc ta-
men ut ſic præſumatur, requiritur, ꝙ certũ ſit, ꝙ hæc
parochia ſit in diœce. eius, uel ꝙ non conſtet, ꝙ ſit in
diœce. alicuius. Inno. Dixit autem Hoſti. ꝙ ſi non ap-
paret de proprietate, nec de poſſeſſione, ſi ſunt epiſco
pi eiuſdem prouinciæ, ad archiepiſcopũ ſpectat diffi-
nitio, ſupra de foro compe. ſane ergo cui uoluerit, ad
iudicet, uel ſibi retinet, de decimis, quoniam. ſi ſunt
diuerſarum prouinciarum, uel ſorte dirimantur. 26.
q. 2. ſors. ff. de iud. cum ambo, uel recurratur ad papã.
¶ *In glo. ulti. ibi, in poſſeſſione*] poſſet tamen poſtea appa-
rere locus de alterius dominio, Vincentius.

*SVMMARIVM.*

1 *Per unionem unius eccleſiæ alteri eccleſiæ alterius diœceſeos nihil epiſcopo deperit unitum, & nume. 7. in fin.*
2 *Actiones ſi concedantur, intelliguntur tam in agendo, quàm in defendendo.*
*Cum onere ſuo res tranſit.*
*Inuentarium conſulitur fieri ab eo, in quem tranſlatio fit actionũ.*
*Superior agere poteſt pro iuribus eccleſiæ ſibi commiſſæ.*
3 *Vniti monaſterij capellæ trãſeunt in poteſtatẽ ſecundi, cui unitur.*
*Per arrogationem unius tranſeunt omnes, qui ſub eo ſunt, in arrogatorem.*
*Principali extincto non amittitur acceſſorium.*
4 *De reædificatione eccleſiæ deſtructæ item de unita, remiſſ.*
*Abbatem quis epiſcopus confirmet.*
5 *Vnitus locus non mutat naturam ſuam.*
*Naturam ſuam quando locus mutet.*
6 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 7.*
*Epiſcopus iure communi habet iuriſdictionem in monaſteria ſuæ diœceſis.*

### CAPVT II.

1 QVia monaſterium. Ca. Nihil
iuris † de
perit epiſcopo, in cuius diœceſi ſita eſt ec
cleſia, quam papa unit eccleſiæ alterius
diœceſis. & primò ponit unionem, & eius cauſam, ſe-
cunda ibi, ipſum, unam determinationem, cuius ſub
dit generalem rationem ibi, nam ſic[*Deſolatum*] ideſt
derelictum[*A monacis*] non tamen penitus deſtructũ.
Tan. Gof. Vin. uel idem depauperatum [*Actionibus*] tã
2 in † agendo, quàm in defendendo. ff. de capi. di. l. 1. &
2. & l. tutelas, tranſit enĩ res cũ ſuo onere, de offi. dele.
paſtoralis. §. qui uerò, & de decimis, paſtoralis, eſt ta-
men conſilium, ꝙ monaſterium faciat inuentarium.
C. de iure delibe. l. ſcimus, & arg. ꝙ ſuperior agere põt
pro iuribus eccleſiæ ſibi cõmiſſę, de ſucceſ. ab inteſta.
3 c. fi. ſecundum Hoſti. [*Vniendum*] capellæ † uerò iſtius
monaſterij tranſeunt in poteſtatẽ ſecundi: ſicut arro-
gato patrefa. & omnes, qui ſub eo ſunt, inſti. de adop.
§. illud, & omnes intelliguntur capite minui. ff. de ca-
a pi.[a] di. l. liberos, & ſi etiam monaſteriũ periret, tamen
peterẽtur capellæ, ſicut ſi legantur ancillæ cum natis,
uel ordinarij ſerui cum uicarijs, licet pereant ancillæ,
uel ordinarij: tamẽ filij ancillarum, & ſerui uicarij ce-
dunt

dunt legato, inſtitu. de leg. §. ſi quis ancillas. Vincen-
4 tius[*Cuius eſt*]monaſterium unitum. Quid † notēt hic
doctores de eccleſia deſtructa reædificata, dixi infra,
titu.2.c.3. quod autem hic not. Vincen. de unita, uide
ad literam in Spe. de iure patro. in fine [*Habeat*] & ta-
mē, ut dicit Egi. abbatem confirmabit epiſcopus ma
ioris mona. [*Diſponimus*] aliàs diſpoſuimus[ *Seruemus*]
5 hoc ideò: quia † unus locus alteri unitus non mutat
naturam ſuam, nam ſi locus naturā ſuum mutaret,
tunc ſumeret iura annexa à iure, uel conſuetudine
naturæ mutatæ, ſicut eſt uidere in monaſterio facto
capella, quod aſſumit iura competentia capellæ etiā
cū ſuo præiudicio, infra de capel. monaco. dilectus,
ſupra titu.1. recolentes. Innocen. Hoſtien. remittit, ne
6 ſede uacan. c.1. ¶ Prima † glo. remittit. ¶ Secunda gl.
7 arguit. ¶ *In † gl.2. ibi, ſi quis à principe*] uide ut lite pendē,
capitulo primo, ſuper ultima glo. ¶ *In glo.1. in fine*]16.
quæſtione.1. & temporis. ¶ *In glo. ultima, in fine*] & no.
ſecundum Pet. epiſcopum de iure communi iuriſdi-
ctionem habere in monaſterijs diœceſis ſuæ, unde, vt
dicebat Hoſt. de uno mona. uni epiſcopo reſponde-
bit, & alteri de reliquo. ſi. de priuil. cum capella.

ANNOTATIONES.

a ¶De capi. dimin. Et contra quem agent creditores monaſterij ſub iecti, an contra ipſum, an contra principale, uide quod not. Ioan. And. in c. per exceptionem, de priuil. li.6. in gl. cum hic maxime, & doct. & Bal. in l. cauſa quæ cum monaco, C. de epiſc. & cle.

*SVMMARIVM.*

1 *Locorum piorum uaria nomina ubi deſcribantur.*
*Ea quæ ad unius pertineant iuriſdictionem, & num.3. quibus committantur, & de eorum officio, num. 2.*
2 *Prohibentis conditio potior in pari cauſa, ut intelligatur hæc regula.*
3 *In loca religioſa, & eorum rerum, & perſonas quid habeat epiſcopus poteſtatis.*
*Epiſcopus nil ab eccleſia petit in temporalibus.*
*De hoſpitalibus ruſticorum quid iuris, reijcit alium in locum.*
*Exemptio in certis capitulis non iuuat in alijs.*

CAPVT III.

De xenodochijs. Breue ē, & nō
diuiditur [ *Lo-*
1 *cis*] uaria † ſimilium locorum nomina ha
bes. 23.q.ō. ulti. ſcimus, ubi de hoc.1. quæ-
ſtio.7. ſi quis omnes, ad fi. & in auct. de alie. & emphy
teu. con. in principio, colla.9. & de ec. ti. §. finali. [*Epi-
ſcoporum*]vel eorum, ad quos ſpectant ex ſtatuto facto
in fundatione locorū, uel ex præſcriptione legitima,
uel ex priuilegio papæ, ut in cōci. Vien. eodem titulo,
quia contingit.1. reſpon. [ *Ad eaſdem* ] debent enim id
eſſe, quod uerbum ſonant.42. diſtin. oratorum, & c.
2 ſequen. Goffre.[*Conſtituta*]dixit † Vincen. per hoc col-
ligi ſolutionem, illius regulæ, in pari cauſa potior eſt
conditio prohibentis. ff. communi diui. Sabinus, ſcili
cet quando quis illorum, quorum eſt res, uult ad a-
liud re uti, quàm ſit uſus rei [*Ordinentur*] hodie per con
cil. Vien. eo. tit. quia contingit, talia loca non conce-
duntur clericis in beneficium, & ad hoc concor. cle-
men. de præben. per literas, ſed committuntur uiris
prouidis, & boni teſtimonij, qui iurare debent, & in-
uentaria facere, & ſingulis annis ordinarijs rationem
3 reddere, quod dic ut ibi. 2. reſpon. ¶ *In † glo. 2. ibi, per-
tinent*] non ꝙ dominium redituum ad epiſcopum ſpe
ctet: ſed vt eos expendi faciat ad id, ad quod ſunt depu
tati: compellet ergo epiſcopus parochialem ſacerdo-
tem, ut hoſpitalitatem ſeruet: hoſpitalarios domorū

pauperum, ut recipiāt pauperes, & idem in ſimilibus:
alias enim epiſcopus nil ab eccleſia ſaltem in tempo-
ralibus petere debet, de exceptio. cum venerabilis.10.
q.3. quia cognouimus, de hoc de offi. ordi. cum uos
[*& ibi, epiſcopum loci*] quid de hoſpitalibus ruſticorum,
quæ quis facit maximè in prouincia Prouinciæ? re-
mit. Hoſt. ad ſum. de regu. §. fi. uer. quid de ruſticis, &
adde quod dicam, infra. c. proxi.[ *& ibi, exemptionem* ]
quæ ſi eſſet in certis capitulis, non iuuat in alijs, infra
co. cum uen.

*SVMMARIVM.*

1 *Locus deputatus auctoritate epiſcopi ad hoſpitalitatis uſum religioſus eſt, & unius epiſcopi.*
*Ad mundanos uſus redire non debet.*
2 *Per laicum etiam regi poteſt.*
3 *Epilogus, ſuffragium gloſſarum, num.4.*
*Circa ſepulchrum qui qaid facit, agitur contra eum.*
*Permutari prohibetur, & quomodo id intelligatur.*
5 *Additio gloſſarum.*
*Locus religioſus ſit ſepeliendo etiam in alieno, & quando.*
*Quomodo deſinit eſſe talis.*
*Hoſpitale conſtruenti quo caſu ſit neceſſarius conſenſus epiſcopi,*
*Ab ipſis etiam deputari poteſt domus cū oratorio, & qua forma.*
*In oratorio quòd non poſſit ſine epiſcopali auctoritate celebrari.*

CAPVT IIII.

Ad hæc. Caſus. Locus † deputatus au-
ctoritate epiſcopi ad hoſpitali
tatis uſum religioſus eſt, & ad mundanos
uſus redire non debet. in prima deciſa cō-
ſultatio. in ſecunda reſponſio, ibi, Inquiſitioni, quam
probat per ſimile, ibi, Sicut[ *Pontificis* ] proprij illius
loci, non ædificātis tantum, ſupra capitulo proximo.
2 de hoc, infra titulo.1. nobis [*Religioſus*] ſcire † debes, ꝙ
licet locus talis religioſus ſit, uidetur tamen, ꝙ etiam
per laicum poſſit regi.18.q.2. quidam [ *Mundanis*] aliàs
humanis[*Sanctiones*] quas alleg. glo. in principio. ¶ Se-
3 cunda † glo. alleg.7. concor. in contrarium duo iura,
4 & ſoluit. ¶ *In † prima gl. ibi, Si quis in ſepulchro dolo malo*]
iſte. §. & ſequens parum faciunt. dicunt enim agi con
tra illum, qui ædificium habet in ſepulchro, uel ibi-
habitat, uel aliud agit, quàm quod cōgruit ſepulchri
cauſa. ¶ *In glo. ſecunda. ibi, ſi quis ſe. §.1.*] ſenatus prohibet
ſepulchrum permutari, ideſt alterius conuerſationis
5 uſum accipere ¶ *In † gl. prima, ibi, ſacrum*] religioſum fa-
cit ſepeliendo etiam in alieno, dummodo id fiat de
domini uoluntate. C. de relig. & ſumpti. fune. l.2. Inſti
tutio. de rerum diui. §. religioſum. ſic per extumula-
tionem deſinit eſſe religioſus. ff. de religio. cum in di-
uerſis[*& in fine*]dixerunt Tan. & Vincen. ꝙ ſi quis cō-
ſtruat hoſpitale cū oratorio, tunc eſt neceſſarius con
ſenſus epiſcopi. ſi ſine oratorio, non; & erat expreſſū
in 2. com. de eccl. ędifican. ſi hoſpitale. unde, ut dixit
Innocen. nulli dubium eſt, quin laicus deputare poſ-
a ſit domum ad pauperes [a] recipiendos. Refert etiam
ipſe Hoſtien. quoſdam dicere, quòd etiam poteſt ha-
bere oratorium, & hoſpitale in domo propria, dum
modò non habeat formam eccleſiæ: ibi tamen non
poterit celebrari ſine auctoritate epiſcopi, de conſe.
diſt.1. unicuique, & c. clericos. ¶ *In glo. ulti, ibi, frequens*]
ibi idem no. & 14.q.6. comperimus.

ANNOTATIONES.

a ¶Ad pauperes. Et ſine auctoritate epiſcopi illud poteſt deſtruere, uide glo. ſuper uer. altare in clem. quia contingit, & circa talia hoſpitalia, uide plurimas quæſtiones in libro domini Pe. de Per. in tractatu quartæ epiſcopalis, c.13. quæritur, &c.

*SVM-*



*SVMMARIVM.*

1 *Diuiſio capituli.*
*In monacis, & canonicis regularibus, & alijs religioſis eadem ratio.*
*Aſcenſus potius, quàm deſcenſus in uia Dei faciendus.*
*Ratio ſumma eſt, quæ fauet religioni.*
2 *Monaſteria quando ad ſeculares clericos deuoluenda, & ad quos & unius auctoritate, num. 3.*
3 *Additio gloſſarum.*
*Religioſus non poteſt fieri ſecularis canonicus, in fin.*

CAPVT V.

Inter quatuor. Breue eſt † diſtin
guēs duo mem-
bra, & ſecundum proſequitur ibi, ſed &
ſi. & pars huius de cleri. pere. & de mai. &
obe. de cleri. nō reſi. inter quatuor[*Monaſteria*] mona-
corum, canonicorum regularium, uel aliorum reli-
gioſorū: quia in omnibus eſt eadem ratio, ſcilicet ne
in uia dei, in qua de uirtute in uirtutem aſcendendū
eſt, fiat deſcenſus, ſed potius aſcenſus. ff. de munc. ut
gradatim. 94. diſt. legimus, de regula. licet, cum ſi. &
quia ſumma ratio eſt, quę fauet religioni, ſupra de do
lo. c.2. Hoſt. cui non placet ratio, quam quidam hic
ſcripſerunt, ꝙ quæ ſemel deo dicata ſunt &c. ſupra c.
prox. quia clerici ſeculares non ſunt inſacrati, immò
ſunt dei milites, de ſeruis non ordi. eo libentius [*Secu-
lares*] ſupra de rebus eccle. non alie. poſſeſſiones. Vin.
2 [*Ordinari*]is † eſt ordo, ꝙ prius de ipſis religioſis, ſi fie-
ri poteſt: ſecūdo de alijs ipſius ordinis: tertiò alterius:
quartò de clericis ſecularibus, ſi nō poteſt aliter fieri,
3 ordinentur, ut hic, & in concor. quas alle. gl. ¶ *In † glo.
1. ibi, canonicos* ] imò nec præbēdarios. de hoc, ſupra ti-
tu.1. c. ulti. §. pe. [*& ibi, ponerentur*] intendit forte, ꝙ per
epiſcopum, de quo prædixit. facit quod not. infra ne
cleri. uel mo. relatum. tamen ibi non dicit de clericis
ſecularibus, ſed de alijs religioſis. Io. not. 19.q.3. §. quę-
ritur, ꝙ auctoritas papæ requiritur, tamen. 12. q.2. ſi
epiſcopus, uidetur uelle, ꝙ ſi aliter reformari nō poſ-
ſit, hoc liceat epicopo, & hoc credo ſeruatis gradi-
bus, de quibus dixi in textu [ *& in fine*] & ſupra de do-
natio. apoſtolicæ, & eſt efficax argumen. ſecundum
Hoſtien. ꝙ religioſus non poſſit fieri ſecularis cano-
nicus. de hoc. s. ti.1. ꝙ dei, de ui. & hon. cle. deus qui.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus remittens eccleſiæ iura epiſcopalia cenſum ſibi poterit retinere.*
*Eccleſia ſita in diœceſi epiſcopi tenetur ei de epiſcopalibus reſpondere, niſi in caſu, & quo.*
2 *Etſi, pro quàmuis.*
*Litis conteſtatio ſit per confeſſionem unius capitis, & per negationem alterius.*
*Reſpondere, uerbum quomodo capiatur, remiſſ.*
*Pertinentium appellatio lata eſt.*
*Emphyteuſeos nomen ut hic accipiatur.*
*Eccleſia, uel ius epiſcopale non datur in emphyteuſim, ſed ipſæ eccleſiæ dantur ad firmam, uel cenſum.*
3 *Pecunia, uel denarij intelliguntur uſuales, licet non exprimatur.*
*Quando uerò mutatur, quid iuris, remittit.*
4 *Contractus de temporalibus diſtinguendus eſt à contractu de ſpiritualibus.*
*Penſio hic quo iure pertinebat, & licebat epiſcopo.*
5 *Ita uidelicet, dictio. non notant conditionem, ſed modum.*
*Modus non cenſetur uitioſus quo caſu hic.*
*Epiſcopus ius epiſcopale in totum remittere, uel eccleſiam à ſua iuriſdictione in totum eximere non poteſt, uide nume.15. iuncta gloſſ.*
6 *Vicarios autem conſtituere in iuribus epiſcopalibus ſuo nomine exercendis poteſt.*
7 *Per decretum quæ expediuntur, non poſſunt alijs delegari, hæc regula non habet locum in ſpiritualibus.*
*Conceſſio nulla ſumit uires per confirmationem ex certa ſcientia factam, in fi. & nu.16.*
8 *Ab epiſcopo quo munia epiſcopalia poſſunt exerceri.*
*Quodcunque, dictio reſtringitur, & quo caſu hic.*
*Titulus non duplicatur, & cui plures titulos proponere, & quo modo liceat.*
*Exceptionibus pluribus etiam contrarijs uti licet reo, & qualiter.*
9 *Per retentionem, uel reſeruationem penſionis in eccleſiæ conceſſione ab epiſcopo facta non contrahitur ſimonia, & quando.*
*Cenſus conſtitutus ab eximente, quando dicatur licitus titulus, & quando liceat imponi, non poteſt præſcribi, num. 11. in fi.*
*Gratuitum ab initio quibus caſibus hic in debitum tranſeat.*
10 *Papam decet ſeruare mundas manus.*
11 *Pro rata agere, uel concludere quis intelligitur, ſi plures agant, uel contrahant, niſi in caſibus, & quibus.*
*Eodem modo ſi contra plures agitur, uel contrahitur cum pluribus.*
*Rei plures debendi, uel credendi non fiunt, niſi agatur expreſſe.*
12 *Rata pars ut computetur.*
13 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, num. 14.*
*Principis eſſe omnia intelliguntur.*
*Iudicati actio datur in tutorem, uel curatorem.*
*Cardinalis epiſcopus non de facili per curiam transferret ad alium epiſcopatum, in fi.*
15 *Additio gloſſarum, & nume. ſequen.*
*Epiſcopus an concedere priuilegium poſſit uni eccleſiæ in præiudicium alterius, ad uerſ. Ioan. dixit, adiecta glo.*
16 *Confirmatio ex certa ſcientia ſufficit, & ſi de iure facta conceſſio non ualeret.*
17 *Per non ſolutionem cenſus an, & quando eccleſia incidat in commiſſum, ſed reſtituatur, & num.18.*
*Legis placet, C. de ſacroſan. ecc. diſpoſitioni quando ſit locus.*
*Imperator non poteſt ſtatuere de rebus eccleſiæ, & quando, nec ei conceſſum priuilegium tollere.*
*Ob prælati delictum an, & quàmdiu careat eccleſia feudo regali.*
*Dominium utile non poteſt eccleſia, uel monaſterium alienare, & an hoc ſit perpetuum, cir. fin.*
18 *Cenſus retinetur in ſignum datæ libertatis, & dominij.*
*Libertas ſemel conceſſa non reuocatur unquàm.*
19 *In petitis iuribus epiſcopalibus an comprehenderetur penſio, & quando in non petitis pronuncietur.*
*Sententia ſæpe fertur ſuper eo, de quo partes uim non faciebant, in fin.*

CAPVT VI.

1 Conſtitutus. Caſus. Epiſcopus † re-
mittens eccleſiæ iura
epiſcopalia, cenſum ſibi poterit retinere,
uel aliter. Eccleſia ſita in diœce. epiſcopi te
netur ſibi de epiſcopalibus reſpondere, niſi appareat
eſſe remiſſa, & ſunt duæ partes. In prima facti, uel cau-
ſæ narratio. In ſecunda ipſius diffinitio. ſecunda ibi,
Cum aūt. Prima ſubdiuiditur in tres, in quarum pri-
ma actoris petitio. in ſecunda ibi, uerum, reorum de-
fenſio. in tertia ibi, cæterum, actoris replicatio, & hu-
iuſmodi pars de pœnis, conſtitutus[ *Monaſterio* ] alias
monaſterium, & tunc ſup. habere: ſed prima commu
nior[*Petebat*]ſup. & penſionē. 8. den. ſibi per 40. annos
iniuſtè ſubtractam. Alij dicunt hanc generalem com
prehendere prædictam ſpecialem. de hoc infra pate-
bit [*Et ideò* ] ſcilicet quia ſita erat in diœce. ſupra c.1. &
2 2. & 3. [*Etſi*]pro quàmuis[*reſpondere*] & ſic † ſecundum
Hoſtien. fuit lis conteſta. per confeſſionem primi, ſci-

licet

licet de ſitu loci,& negationem ſecundi, de lit.cõteſt.
c.uno, & ſtatim ſufficientem rationem ſubmittit: &
exponas hoc uerbum, ut dixi de deci.dudum [*Perti-
nentes*] latè ponitur ut etiam illas comprehendat, in
quibus habebat patronatũ, ſecundum Innocen.[*Em-
phyteuſi*] ideſt ad exemplum emphyteuſis. non enim
eccleſiæ, uel ius epicopale, ſed prædia in emphyteu-
ſim dantur. 10.queſtio.2.hoc ius.Eccleſiæ uerò ad fir
mam,uel cenſum, infra titulo primo.c.2.de iureiurã-
do,querelam, de cenſi. per totum. Hoc autem dictũ
eſt propter penſionis retentionem, ſicut fit in emphy
3 teuſi ſecundum Goff.[*Vſualium*]& ſi hoc † non fuiſſet
adiectum, de uſuali intelligeretur, etiam quæ currit
in prouincia.ff.de lega.1.ſi ſeruus plurium.§.ultimo.
Goffre.melius.ff. de contrahen. empti. Imperatores.
Si uerò mutetur pecunia, dic, ut infra de cenſi. cum
olim,& capitulo cum canonicis. Hoſtiẽ.[*Ita uidelicet*)
4 per hoc uidetur, ꝙ diſtinctus † fuit cõtractus emphy-
teuſis, qui fuit de temporalibus tantum, à contractu
libertatis, q fuit de ſpiritualibus tantum, ut ſequitur,
quod licet, ſupra de rerum permutat. ad quæſtiones,
uel dic ꝙ emphyteuſim, & penſionem appellat cen-
ſum, quem licet imponere in ſignum deuotionis, &
beneficiorum memoriam. 18. quæſtione. 2. Eleuthe-
rius.vel dic quòd licitum fuit epiſcopo ſibi ſine pacto
certam ſtatuere penſionem, argumentum ſupra, ut
eccle.benef.cap.uno. uel dic, quòd epiſcopus liberali
ter donauit,& monaſterium ei penſionem liberaliter
conſtituit,& hoc innuit litera inferior ſecũdum Gof-
fredum, & Innocen. dicit Hoſtien. quòd potius in-
nuitur penultimus intellectus. Dicebat autem Goffr.
5 ꝙ † iſtud, Ita uidelicet, non notat conditionem, ſed
modum, qui nec cenſetur in his uitioſus, licet inter-
dum modus æquipolleat conditioni: de hoc ut eccle.
benefi. capitulo uno(*A quocunque*) dicit Innocẽ. quòd
epiſcopus ius epiſcopale in totum remittere, uel ec-
cleſiam à ſua iuriſdictione non poteſt eximere in to-
tum, ne illa remaneret acephala. contra id.90. diſtin-
ctio. nulla ratione. Hæc ratio non placet Hoſtien. a-
liàs omnes exempti eſſent acephali.dicit tamen Inno
cen.ꝙ † poteſt epiſcopus uicarios ſuos conſtituere in
iuribus epiſcopalibus ſuo nomine exercendis, & fa-
cit ad ea, quæ dixi de cenſi.cum uen. ſuper gloſſ.2.in
uer.tamen hoc puto.ſicut hic fuit factum, ubi abba-
tem, & conuentum uice ſua conſtituit, ut quos uel-
lent, uocarent ad officium epiſcopale exhibendum,
ſicut aliàs archi. & alios in multis ſuis iuribus ſuos fa-
cit uicarios, de offi. archipresby. c. 1. ſecundum quæ
epiſcopus uocatus hoc faciet uice Albanen. maxime
cum per nulla uerba hic poſita uideatur eccleſiam
eximiſſe,& hoc ſic probatur.ante papæ confirmatio-
nem cum hoc faciebat, non poteſt dici, ꝙ faceret au
ctoritate papæ, quæ nondum interuenerat, nec ſua,
cũ locus ſibi non ſubeſſet.9.q.2.nullus,nec ex mona-
ſterij auctoritate: quia cum hoc nõ habeat,ergo nec
alij demandat.1.q.2.Daibertum.ergo reſtat de aucto-
7 ritate Alban. Refert autem † quoſdam dicere, ꝙ hæc
conceſsio ab initio non ualuit:quia ea quæ per decre
tum expediuntur, nõ poſſunt alijs delegari.ff. de offi.
proconſul. nec quicquàm ſed ſubſequens papæ con-
firmatio fecit eam ualere. Ipſe tamen dicit, ꝙ illa re-
gula in ſpiritualibus locum non habet:quia archidia-
conis,& alijs poteſt epiſcopus committere ea,quæ ſi-
ne decreto non poſſunt expediri, ſicut examinatio
ordinandorum,& uiſitatio clericorum, de offi.arch.
c.1.& c.ad hoc.24.diſtin. quando, 10. q. 1. epiſcopo, &
c.placuit. Sed Hoſt.placet, ꝙ conceſsio ab initio non
ualuerit, ſed non illa ratione, quia per decretum ex-
pedienda non delegentur, ſed ea ratione, quam po-
nit glo. nec reſtringit ſe ad tempus, quo nondum in-
terceſſerat confirmatio.Fatetur tamen, ꝙ tunc, cum
non ualeret conceſsio,non poterat id fieri niſi aucto-
ritate Alban. Poſt confirmationem uerò factam ex
certa ſcientia, per quam ſumit uires conceſsio prius
nulla,poteſt hoc fieri auctoritate mona.in hoc priui-
legiati, ut patet hic, & ſupra de præſcrip. ueniens. per
8 quam † decre.& ſupra de offic.ordi.quod ſedem, ex-
pone hic (*quocunque*) habente tamen gratiam apo. ſe-
dis(*Subiecta*) ſi.de tranſact.præterea.2.(*Præſcriptione*) cõ
trarij uidentur iſti monaci: quia titulus non duplica-
a tur,de fide inſtrumen. inter dilectos.[a] Si enim per cõ-
firmationem papalem ius habuerũt, per præſcriptio-
nem illud acquirere non poterant, & ſic etiam con-
tra de præſcrip.ueniens.So.monaci erant rei,& ſic nõ
prohibentur pluribus exceptionibus uti, etiam con-
trarijs.de hoc,infra de reg.iur.nullus,lib.6.uel ſub cõ-
ditione proponebantur hæc,vt ſi appareret cõfirma-
tionem non ualere,uterentur alia exceptione valida,
b ſcilicet præſcriptionis.Abbas enim nõ ſubditus[b] epi-
ſcopi ex tali donatione præſcribere potuit,ar.infra de
iure pa.cura.de præſcrip. cum olim,ſecundum Hoſt.
[*Simoniacam*] de pactis, cum pridem [*Libertatem*] ut e-
tiam per œconomũ monaſterij fuerat allegatum, ſu-
9 pra.§.primo[*Mentionem*] non eſt † in hoc uis,cum reti
nere potuerit ſine uitio ſimoniæ: vt eſt dictum. con-
tra de tranſac.c.penul.Sol.ibi.Hoſtien.[*Reſeruent*] q.d.
ex quo totum dant, æquum eſt, ut aliquid retinere
poſſint,de iure pa.præterea.vnde dixit hic Abb.quòd
ſi dans eccleſiam teneret pro cenſu plus,quàm perci-
peret in temporalibus, eſſet ſimonia. probat autem,
ꝙ partem dare poſſit, partem retinere poſſit per de-
cre. cum Bertoldus, de re iudi. ibi dicitur, quòd pro
quodam iure,quod conſueuit &c. & ſecundum Ho-
ſtien.huic rationi,cui papa pedem fixit,alijs miſsis ad
hereas,ar. de re iudi. in cauſis.nec mirum, ſi ſic reſer-
uare poteſt. nam & ſi ab eximendo offeratur cenſus,
& oblatus conſtituatur ab eximente, dicitur tamẽ ti-
tulus licitus, & gratuitus fuiſſe ab initio, & tranſit in
neceſſarium, & debitum,argumen.C. de actio.& ob.
ſicut,de voto,magnæ.ſic poteſt loqui de priuile.rece
pimus ſi.in cõmodato, quod ſi ab initio liberum ſit,
& gratuitum,intempeſtiuè tamen non reuocatur,de
commo.c.uno.ſecundum Goff.in fundatione etiam
domus eccleſiæ, vel hoſpitalis cenſus imponitur, de
cenſi.quanto,& c.cum uenerabilis de dona.paſtora-
lis.16.q.2.viſis,ſecundum Hoſtien.[*Gratis oblatum*]ſi.in
fra de ſimoni.dilectus.2.[*Quantitatem*] ſup. quod non
10 faceremus,ſi eſſet ſimoniacum,& ſic not.† quòd do-
minus papa debet,uel ſaltẽ ipſum decet ſeruare mun
das manus,quàmuis ſit ſup.legem.9.q.3.aliarum.Ho
ſtien. [*Ratam*] concor. de teſta. Rainaldus,uerſi.finali
11 [*Contingit*] hoc obtinet † in iudicijs,ſtipulationibus,&
contractibus, ut ſi plures ſint, qui agant, vel contra-
hant, ſinguli pro æqualibus partibus intelliguntur a-
gere, vel contrahere, & eodem modo ſi contra plu-
res agitur, vel cum pluribus contrahitur, contra ſin-
gulos pro parte ſua intelligitur diuiſa actio, uel con-
tractus,niſi aliud dicatur, & ſunt hæc uera,ſiue factũ,
ſiue dandum ſit in obligatione, & ſi etiam debeatur
res indiuiſibilis,vt ſeruitus, quia intereſſe,ad quod a-
gitur,diuiditur.ff. de uerb. ob.l. 2.3. 4.§.1.& l. ſtipula-
tiones non diuiduntur.ff. de preca. ſi duo, in fi. & eſt
hoc etiam ideò, quia non fiunt hodie plures rei de-
bendi,uel credendi,niſi hoc expreſsè agatur, in auct.
de duo. reis deben. colla.7. In delictis ſecus, infra de
homici. ſicut, & de hoc de hære. ſicut ait [*Quadraginta
annis*] no. cenſum præſcribi non poſſe,ut hic, & C. de
præſcrip. 30. anno.l. male agitur. Hoſtien.de hoc,eo.
titu.l.comperit, & uide ſatis in Spe. de loca.§.nunc ve
12 rò aliqua,uerſ.41.& uerſ.44.[*Ratam*] ut † ſi 8. erant ec-
cleſiæ,



cleſiæ,pro quibus petebantur iſti.8 denarij & ſic quæ
libet ſoluat unum,condemnatur in 40.den. ſi plus ſol
uere conſueuerat,plus addas [*Abſolutum*]propter con
ceſsionem epiſcopi per ſedem apoſtolicam ex certa
ſcientia confirmatam,& ſic ſit planum.ſecundũ Ho-
ſtien. uel ſecundum Abb. non fuit oppoſita præſcri-
ptio,vel bene præſcripſiſſent,ſi alieno nomine id alle
gaſſent [*Imponentes*] hoc ſequebatur in antiqua decre.
13 conſtitutus,infra de pœnis. ¶[*Gl. hic † uidetur*]arguit,re
probat, & remittit.ponit opi. Io. & contrariam Hug.
quam approbat.¶[*Gl. uidetur*] obijcit,& ſoluit. ¶[*Gl. &
ita*]notat,& remittit. ¶Penultima glo. reſpondet per
obiec. & ſol. cui ſolutioni opponit, & propter id ali-
14 ter ſoluit. ¶[*In † quinta gl. ibi, latiſsimam*] uide de fide in-
ſtrumen.inter dilectos,ſuper 6.gl. ¶[*In gl. hic uidetur, ibi,
bene à Zenone*] vbi dicitur, ꝙ omnia principis eſſe intel-
liguntur. ¶[*In gl. uidetur, ibi, accipiendum eſt*] in ambigua
voce legis.¶[*In gl. & ita, ibi. l.4.§.1.*]in tutorem,uel cu-
ratorem datur actio iudicati. ¶[*In gl. forte, ibi, tempori-
bus*] non de facili transferret curia Cardi. epiſcopum
ad alium epiſcopatum,de poſtula. c.3.vnde poteſt di
ci, ꝙ iſtud Lauican. ſit nomen, uel cognomen pro-
15 prium ſecundum Hoſtien. ¶[*In † gl. hic uidetur, ibi, ut ibi
no.*] quod ibi not. tenet hic præciſè Hoſtien. ſcilicet,
ꝙ hæc conceſsio non ualuiſſet, niſi fuerit ſecuta pa-
palis confirmatio ex certa ſcientia [*& ibi, Ioan. dixit*] &
Goffr. & Vincen.hic, quæ opinio vera eſt ſecundum
Hoſtien.quando epiſcopus facit id de conſenſu capi-
tuli,& ex cauſa rationabili: his duobus deficientibus,
uel ipſorum altero, uera eſt opinio Hug. ſecundum
eum[*& ibi, poſsit*]non tamen debet ſine cauſa, ut not.
Ioan.22.diſtinctio.capitulo primo [*& in fine*] de hoc.
16.quæſtio. prima. eccleſiæ.25.quæſtio.2. in ſumma,
infra de rebus eccle.non alienan.dudum,libro ſexto.
16 ¶[*In gl. ex certa ſcientia*] & ſic nullum † contrarium ſe-
cundum Hoſtien.nam, ut dixit Innocen. talis confir
matio ſufficit, & ſi de iure facta conceſsio non uale-
ret,de confir.uti.uel inuti. capitulo penulti.de tranſa-
ctio.c.1. ¶[*In gl. uidetur, ibi. c. ult.*] & ſupra de tranſact. ca-
pitulo præterea.2.[*& in fine*]maxime quia tam modi-
cum recipiebat epiſcopus reſpectu eius,quod dabat,
quod non eſt ueriſimile, ꝙ propter hoc fuiſſet mo-
tus ad concedendum,infra de ſimo. & ſi quæſtiones.
Goffre.uel dic, ut dixi in textu ſuper uer.ita uidelicet.
17 ¶[*In gl. hoc ideò, ibi, Priuari monaſterium*] vult † ergo glo. ꝙ
ſi eccleſia nõ ſoluat cenſum debitũ, res ipſius emphy
teutica incidat in commiſſum,ſicut in priuato,& idẽ
hic Innocen. & Hoſtien. & uide de hoc in Spec.de lo
ca.§.nunc uerò aliqua,uer.14. & uer.ſequenti,& opi-
nioni Vberti, & Ma.de Fano ibi poſitæ, ſcilicet ꝙ ec-
cleſia incidat, ſed reſtituatur, accedit Ioã. de de. lib.2.
q.16.in fine. Alij contra, ꝙ non incidat per l. placet.C.
de ſacroſan. eccle. can.16.q 1.ubi hoc etiam tenet Io.
& 11.q.1. ſi tributum, & hæc opinio placet Goffre.
in ſumma,eo.tit.§.3.Pe. & Abb. & Egi. hic,& Archi-
dia.in præ.l.placet,huic dicto contra.C.de exac.tribu.
ſi diuina, lib. 10. ad quod reſponderi poteſt, ꝙ lex il-
la non habet locum ſecundum canones, vel intelligi
tur, ꝙ res ibi tenetur loco pignoris, donec tributum
ſoluatur,ut ibi no.uel exponitur[*diuina*] ideſt imperia
lis. Circa primam ſolut. certum eſt, ꝙ Imperator nil
poteſt ſtatuere de rebus eccleſiæ,maxime quod præ-
iudicet eccleſiæ. 96. diſtinctio. cap. primo. de conſti-
tutio.eccleſia,cum concor.per quod patet,quòd l. ſi
diuina,non tenet, ſi de eccleſia loquitur. Item nõ po-
tuit Imperator priuilegium, quod eccleſiæ conceſſe
rat, tollere.decet enim conceſſum à principe,& cæte
ra.de regu.iur.decet, libro ſexto. facit quod dixi poſt
Innocen.ſupra de iudi.nouit,ſuper glo. ſed cum hæc.
Pro opinio.autem Io.Goffr. & ſequacium bene facit
hoc capitulum, ubi ferè per quadraginta annos fue-
rat cenſus non ſolutus,& condemnatur mon. ſolum
ad cenſum ſubtractum, & quicquid dicant glo. non
apparet ratio, quare plus petitio hic includat penſio-
nem,quàm rem.Iſtud etiam bene probat.l.in uſi.feu.
de capitulis Cor. c. ſi clericus, veluti epiſcopus, ubi ſi
prælatus committit felloniam contra regem, à quo
eccleſia feudum habet, illo prælato uiuente pertine-
bit feudum ad regem, illo mortuo redibit ad eccle-
ſiam.ratio,quia delictum perſonæ,& cætera,de regu-
lis iuris, delictum, libro ſexto, cum concor. Item de
contrario mirandum, cum certum ſit,illud utile do-
minium, quod habet eccleſia, uel monaſte. emphy-
teuticarium,alienari non poſſe ſine ſolennitate cano
nis,ſine exceptione. 12.quæſtio. 2.ergo quomodo il-
lud ſic alienabit canonem non ſoluendo? nec paran-
da eſt via fraudi,de diuor. quanto,in fine. nec permit
tendum aliqua uia, quod eſt prohibitum, de regulis
iuris, cum quid, libro ſexto, cum concor. maximè
cum vendendo poſſet eccleſiæ abeſſe uera æſtimatio
ipſius utilis dominij: ceſſando uerò in ſolutione nil
18 abeſſe[*& ibi, tranſiuit in monaſterium*] vnde † dicebat hic
Hoſtien. quòd hic nil retinuit epiſcopus præter cen-
ſum, quem nec habere uoluit in ſignum dominij,
ſed potius in ſignum datæ libertatis. ad hoc de priui-
le. recepimus, & ideò quantumcunque in ſolutione
ceſſetur, non reuocatur libertas ſemel conceſſa, In-
ſti. qui & ex quibus cau. ma. non poſ.§. ſemel. ſecus,
ſi in ſignum dominij cenſum retinuiſſet, tunc enim
committeretur res conceſſa, ſi per biennium ceſſare
tur in ſolutione cenſus, vt in eo, quod legitur,& not.
de dila. literæ, de cauſa poſſeſ. c. fin. de loca. propter
[*& ibi, conſuetudinem*] aliter uidetur notaſſe de offic.or-
di.conquerente,in prima glo. ſed hoc fuit dictum In
nocen.quod poteſt uerum eſſe,quando cenſus debe
tur loco iurium epiſcopalium, ubi dicam ſuper glo.
proxi.aliàs ſit uera glo. contraria[*& in fi.*] idem Goff.
19 hic. ¶[*In glo. ult. in fi.*] ſecundum Innocen. & procede-
bat hoc maxime, quia in locum illorum iurium epi-
ſcopalium ſuccedebat hæc penſio,& pro illis ſolueba
tur.ad hoc,infra de cenſi.olim,ſupra de uoto.mag.§.
cum igitur: ſed ſecundum Hoſtien. poſſet dici,quòd
compromiſſum factum fuit in papam,ut in amicabi
lem compoſitorem, ſupra de arbi. cum tempore, &
in hoc tanquàm amicabilis compoſitor pronũciat,
& ſi petitum non fuerit, uel in his ſpiritualibus non
eſt uis de hac ſubtilitate, ex quo de ueritate conſtat,
ſupra de iudi.dilecti, uel dic ſecundum Goffre. quòd
& ſi totalis ſubiectio peteretur,non potuit tamen ad-
iudicari obſtante confirmatione ſe. apo. adiudicatur
ergo in eo,quod poteſt, ſcilicet in penſionis aſsigna-
tione, quæ eſt ſubiectionis probatio, de cenſi. omnis
anima,quod dic, ut de cauſa poſſe.c.fi.& ſic condem
natur in eo, in quo per confeſsionem œconomi ſub-
iecta inuenitur.ff.ſi cer.peta.quidam.nam ſæpe iudex
pronunciat ſuper eo, de quo partes uim non facie-
bant,de conſue. cum dilectus,de conceſ.præbend.ex
parte.Hoſtien. placet, quòd expreſsè fuit petita, vt in
principio dixi ſecundum eum.

ANNOTATIONES.

a ¶Dilectos. Vide Ioan. And. de priuil. cum perſonæ, ſuper gl. & ſic, & plenius per Bar. in l. Meuia. §. duobus, ff. de legat. 2. & plenè de concurſu priuilegij, & præſcriptione Bal. in l. 1. C. de fur.

b ¶Non ſubditus. De ſubdito nunc an id poſſit, uide Io. And. de cleri. non reſi. quia nonnulli, in gl. ma. uer. quid ſi aliquis, & de pœni. & remiſ. omnis, in gl. ſuper uerbo, proprio.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus uendicans eccleſiam pleno iure quando tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus obtineat.*

2 *Eccleſiam quādo quis petit, qualiter concipiendus libellus, & qua actione experiendum, & num. 6.*
*Eam qui petere poſſint, & quibus modis petatur, & concedatur.*
*In interdicto unde ui, & in rei uendicatione quæ ueniant.*
*Prælatus eccleſiæ temporalis quis, & quis perpetuus, cir. fin. & nume. 9.*
3 *In archidiaconatu, præpoſitura epiſcopatu, uel alia dignitate etiam ſeculari, ſcilicet comitatu, marchionatu, uel ducatu petendo quam rectè proponat quis actionem, & num. 6.*
*Dignitates quædam hic eccleſiaſticæ, & ſeculares recenſentur, & quæ.*
4 *Ciuitas, uel caſtrum, uel uilla ubi petitur, quam intentabit actionem.*
5 *Contra uniuerſitatem hominum ciuitatis, uel caſtri qualiter aget dominus de bannis, & iuriſdictione ab ea denegantis.*
*Ea ſe per ſindicum debet defendere.*
6 *Innocentij gloſſæ magis ſubtiles, quàm utiles.*
*Actionem exprimere non tenetur quis ſecundum ius canonicum.*
7 *Eccleſiæ in poteſtate epiſcopi quatenus dicantur eße.*
*Dantur ad penſionem, non ad emphyteuſim.*
8 *Epiſcopus quando iuſte defendat eccleſiam in ſpiritualibus, & temporalibus.*
*In ſpiritualibus ſi obtineat, quid habebit.*
*Cauſa propria quando dicatur.*
9 *Pro eccleſia habente prælatum, & perpetuum ad uitam, uel uicarium, & ſimiles, & ſuperiorem abbatem, ut eum horum conuenietur, uel præferretur.*
*Epiſcopi, & officialis eius idem dicitur conſiſtorium.*
*Conueniri plures ubi poſſunt nomine alicuius eccleſiæ ſuper eadem quæſtione, iudex quando procedet ad miſſionem in poßeſſionem, in fin.*
10 *Sententia contra legitimum defenſorem eccleſiæ lata mandabitur executioni contra eam.*
*Defenſor eccleſiæ non cogitur cauere iudicatum ſolui.*
11 *De ſententiæ incertitudine quid iuris, remittit.*
*Eccleſiam petenti epiſcopo quæ poſſint obeſſe.*
12 *Epilogus, & ſuffragium eccleſiarum, num. 13.*
*Ad dominij probationem non ſufficit facta locatio, niſi contra conductorem, nu. 14.*
*Per comparationem literæ cuiuſpiam probantur.*
14 *Additio gloſſarum.*
*Locatio probat contra conductorem.*

## CAPVT VII.

1 CVm uenerabilis. Caſus. Epiſcopus tvendicās
eccleſiam pleno iure, eo ꝙ probat eam in
diœceſi ſua ſitam, in ſpiritualibus obtinet,
ſi non apparet exempta: in temporalibus ſuccumbit,
niſi ius ſuum aliter doceat, & ſunt duæ partes. Prima
factum narrat. Secunda diffinit ibi, quia igitur, & utra
que ſubdiuiditur. Concor. autem in facto, & in ſum.
de excep. cum uenerabilis, & idem ibi ſcribit eiſdem,
ſed ſup alia eccleſia, ſcilicet ſancti Viti [*Eccleſiam ſancti*
2 *Angeli*] hic eſt bonus † libellus, quando quis petit ali-
quam eccleſiam, ut ſcilicet dicat, peto talem eccle-
ſiam, quam dico ad me pertinere in ſpiritualibus, vel
temporalibus, uel in utroque, uel ſic, quam dico mi-
hi ſubiectam, & in ſcrutinio, & ſimilibus, infra ti. pri-
mo, c. ſecundo: ſed & ſi ſine his adiectionibus epiſco-
pus ſimpliciter uendicet eccleſiam, poterit ei ſimpli-
citer adiudicari: quia quamuis pro ſpiritualibus, &
conſecratis rebus directa uendicatio non competat,
cum in nullius bonis ſint, Inſtit. de rerum diſt. §. nul-
lius autem: utilis tamen in rem actio pro his datur, vt
hic patet, & ſupra c. proxi. & c de xenodochijs, C. de
ſa. ſan. ecc. ſancimus. 2. ff. de rei ven. in rem. §. 1. & l. quę
religioſis, & ſupra de inſti. cum ueniſſent, ſupra de ex-
cep. cum uenerabilis: quinimò ſecundum quoſdam
etiā laici poſſunt petere eccleſias ratione iuris patro.
ſupra de iudi. examinata. eccleſia rectè vendicatur, ut
quidam dicunt, ſi ſolummodò res corporalis certis
finibus limitata petatur, licet ſit res ſacra. C. de ſa. ſan.
eccle. ſancimus 2. Sed ſi petatur eccleſia cum iuribus
ſuis, puta cum iure decimandi, & cum alijs iuribus in
corporalibus, non recte intentatur rei uendicatio, in
qua non veniunt niſi corporalia. ff. de rei uen. l. 1. & l.
rei uendicatio. ideò agens prudenter faciet, ſi primo
intentet rei vendicationem ad eccleſiam cum perti-
nentijs corporalibus, & poſtea ſi in hac petitione ob-
tinuerit, agat confeſſoria, uel quaſi nomine eccleſiæ
pro iuribus incorporalibus ipſi eccleſiæ competenti
bus. Alij dicunt, & ut uidetur, melius, quòd eccleſia
poteſt ſimpliciter uēdicari, & ſi agens obtineat, man-
dabitur ſententia executioni non ſolùm quò ad cor-
poralia, ſed etiam quò ad incorporalia, quę in execu
tione ueniunt non principaliter, ſed acceſſoriè, ſicut
eſt uidere ſimile in interdicto, unde ui, in quo res ſo-
li tantum ex ſui natura ueniunt, ſed mobiles ex acci-
denti. ff. de ui & ui ar. l. prima. §. illud. nec eſt ſimile de
hæreditate, & peculio: quia in peculio non eſt aliqua
res corporalis, cui talia accedant, & videtur, quòd e-
tiam prælatus temporalis eccleſiæ, ideſt cui ad uitam
ſuam tantum eſt collata, ſicut omnia beneficia com-
muniter conferuntur, rectè vendicat eccleſiam cum
ſuis pertinentijs, ſupra de offic. deleg. ſi quando, de pa
ctis, cum pridem, & c, ſequen. Item prælatus perpe-
tuus rectè eam vendicat cum pertinentijs, ſi ad eum
plenè pertineat: puta quia eſt epiſcopus, ſupra eod. de
xenodochijs, & hic, vel abbas, ſiue prælatus eccleſiæ,
uel capituli, uel monaſterij in eiuſdem proprios uſus
conceſſa, argu. infra de priui. paſtoralis: ſed & ſi dicat
eam ſibi ſubiectam ſolummodò, rectè uendicatur, ut
hic dicit. Melius tamen eſt, quòd agat confeſſoria,
per quam petet in ea ius ſubiectionis, vt hic, & ſupra
c. proxi. de reſcrip. ex parte. 1. ff. ſi vſufru. pet. l. prima.
3 Si autem petat † quis archidiaconatum, uel præpoſi-
turam, uel epiſcopatum, vel aliam dignitatem etiam
ſecularem, puta comitatum, uel marchionatum, uel
ducatum, non rectè proponeret rei uendicationem,
ſed debet cognitionem prætoriam, vel officium iudi-
cis implorare, quod ſic probatur. Iuſtum eſt enim,
quod ſi quis ius habet in aliqua dignitate, ipſum pete
re poſſit: ſed non inuenio expreſſum, quòd ſibi com-
petat certa actio, ergo eſt ad officium iudicis recur-
rendum. ff. de mino. quod ſi minor. §. 1. ff. de liberis
exhi. l. tertia. §. hoc autem interdictum, 3. quæſtio. 6.
hæc quippe. ſecunda, quæſtio. prima. in primis, & de
hoc no. ſatis, ſupra de offi. iudicis cap. ſecundo. & hæc
actio, ſiue officium erit uniuerſale, & ſic procedetur
in eo, ſicut in petitione hæreditatis. Quidam tamen di
cunt, & melius, ut not. infra de exceſſ. prælat. inter dile
ctos, quòd in his caſibus competit confeſſoria, & in
4 rem. Vbi † uero petitur ciuitas, uel caſtrum, uel uilla
tanquam proprietas, quia ſcilicet ad ſolum actorem
pertinet, rectè uendicabit eam cum ſuis pertinentijs,
argumen. C. de fundis limi. l. 2. C. de bonis vacan. l. ſe-
cunda. Si autem non pertinet ad eum tanquam pro-
prietas, ſed habet tantum in ea maius dominium, tūc
petat ſubiectionem ciuitatis, uel uillæ, uel caſtri, ſicut
de ſubiectione eccleſiæ ſuperius eſt notatū. ſed ſi uni-
5 uerſitas † aliqua hominum alicuius ciuitatis, uel ca-
ſtri ſit alicuius domini quò ad frodum, banna, & iu-
riſdictionem, & homines vniuerſitatis de prędictis de
negent domino reſpondere, aget dominus contra v-
niuerſitatem, ſicut ageret contra alium liberum ho-
minem ſingularem: quia uniuerſitas corporalis eſt.
ff. de rei uendic. l. 1. 2. & 3. ff. de legatis. 3. ſi chorus, ſe-
cundum Innocen. & ipſa uniuerſitas per ſindicum ſe
defendat,



defendat, ff. quod cuiuſq; uniuerſi. l. 1. & no. ſ. de ſyndi.
c. uno, tamen tutius eſt, quod dominus agat cōfeſſo-
ria pro iuribus denega. & de hoc no. ſ. de ma. & obed.
6 inter quatuor, & de appel. dilectis, ſecundum † Inn. cu-
ius eſt quaſi hæc tota gl. quæ potius conſiſtit in ſubti-
litate, quàm utilitate. nam ſatis ſimplex eſt, qui maxi-
me ſecundum ius canonicum uult exprimere actio-
nem, ut patet in eo, quod not. & legitur, ſupra de iu-
di. dilecti, & capitulo examinata. & materiam huius
gloſſ. uide in Specu. eodem tit. uer. illud, uſque ad uer-
ſicu. porrò [*Spiritualibus*] in his obtinet: in temporali-
bus ſuccumbit, ut patet per inferiora [*Poteſtate*] quan-
7 tum † ad gubernationem, tuitionem, & defenſionem,
de hoc, ſupra eodem de Xenodochiis [*Nitebatur*] alias
uidebatur. ſimile de electio. cōſtitutis [*Poſt ipſum*] qua-
ſi dicat, tribus Abbatibus continue locauiſſe. Datur
enim ad penſionem, non ad emphyteuſim. de hoc di
xi. ſupra eodem capitulo proximo [*Et infra*] produxit
etiam priuilegia, per quæ in quibuſdam apparebat ex
empta, de quibus infra dicitur [*Adiudicauimus*] iſte
8 † Epiſcopus iuſtè defendit eccleſiam iſtam in ſpiritua-
libus, & temporalibus, ſi ipſam habebat in proprios ſi
primò ponit tranſgreſsionem cõcilij ꝙ ſecundo cor-
rigi mandat. & ſecunda ibi, Ideoque [*Priores*] hoc di-
cit propter mona. non habentia Abbates. quæ ꝑ prio
res reguntur. ſupra de ſta. mo. in ſingulis. in prin. [*Clau
ſtrum*] per hoc uidetur in clauſtralibus, ideſt qui uolũ-
tate prælati poſſunt ad clauſtrum reuocari, hoc locũ
habere: unde nec in aliis, qui perpetuò præficiuntur,
hoc ſeruatur. hoc idem probatur in concil. Vien. de
2 ſta. mo. ne in agro. § ad hæc. Et meritò, nam ex † quo
monacus prælatus eſt curæ, nil habet commune cũ
mona. 16. q. 1. ne pro cuiuslibet. quare igitur prior,
uel Abbas ſibi daret ſocium ſuum clauſtralem [*Reuo-
cent*] ſi non poteſt eccleſia ſufficere plus, quàm uni,
nec prælatus uult, uel poteſt prouidere ſocio de men
3 ſa ſua [*Seculares*] Sed nõne & tũc neceſſarii erunt † duo?
de ui. & hone. cleri. ut quiſque, de fil. presby. ueniens.
Si autem ſufficiet duobus ſecularibus, fortius & duo
bus monacis, qui paucioribus debent eſſe contenti.
Dicit Hoſt. ſi hoc intelligatur de prioratibus curatis,
eſt planum. cum cura nõ debeat regi per monacum,
niſi aliter diſpenſetur. de hoc, ſup. c. 1. de ſta. mo. quod
dei. & ſi prioratus non poteſt prouidere niſi uni mo-
naco cũ capellano, remoueatur omnino monacus.
Putat tamen Hoſtien. hoc caſu, ꝙ ſi prioratus conſue
uit unum monacum tenere, cõſideratis facultatibus
eſſet ad arbitrium epiſcopi compenſatio aliqua faciẽ-
da Abbati. 16. q. 6. de lapſis, in auct. de manda. princ. §.
illud, colla. 3. ad hoc quod le. & no. de uer. ſigni. olim.
Si uerò intelligis de prioratu non curato, quod non
ſufficit niſi uni, adhuc remouebimus monacum, &
forte reperietur presbyter illum recipiens uictum cle
rici ſupplendo de patrimonio, quod non poſſet mo-
nacus carens proprio. 12. q. 1. nolo, & c. non dicatis. Si
uerò monacus dicit ſe paratum tenere clericum cũ
auxilio parentum, & amicorum, quia ratione admi-
niſtrationis poterit habere proprium, dicit Hoſtien.
quod dummodò monacum teneat, diœceſanus nõ
poterit prohibere, de priuile. uolentes. in fi. lib. 6. & in-
fra uer. ſeq. Videmus de facto ſeruientes presbytero-
4 rum tenere locum clericorum. & per hunc † textum
no. Abb. argum. ꝙ eccleſiæ, quæ ſolent regi per mo-
nacos, per executores literarum papalium clericis ſe-
cularibus conferri poſſunt, niſi eſſent collegiatæ, ſup.
c. dilectus. Sed contra de rebus eccle. non alienan. poſ
ſeſsiones ubi de hoc. & facit de præben. cum de bene-
ficio, lib. 6. [*Monacos*] diſtributiuè, ſcilicet ſingulos ſin-
gulis: & eſt ſi. 33. q. 2. ſeculares, de æta. & qualita. quæ-
ris, de priuile. ut priuilegia, ſecundum Hoſt. qui ſic ex-
ponit: quia aliqui, ut dicit, uiri magnæ auctoritatis di-
5 xerunt † per hoc aliquem monacum in prioratu eſſe
non poſſe, niſi plures monacos ſecum poſsit tenere,
quod eſt falſum, licet id eſſet honeſtum [*Aſſocient*] &
eis, ſi egent, prouideant ſecundum ea, quæ prædixi [*Ec
cleſiaſticam*] dicebatur in an. ap. re. cuius clauſulæ deci-
ſio turbat ſtylum [*Compellas*] dici: Goff. per hoc pate-
re, ꝙ loquitur in non exemptis, quos ordinarius co-
gere poteſt ad alterum iſtorum: quod dic hodie ut in
cle. de ſta. regu. ne in agro, §. ad hæc. dicit etiam, ꝙ in
exemptis poſſet intelligi propter notoria eorum, quę
poteſt punire, de priuile. parentibus, & c. tuarum. ho-
die etiam certis caſibus interdictionem habent circa
tales eccleſias exemptorum, ut in cle. de ſup. ne. prę.
6 quia regulares. ¶ Vlti. † gl. ponit differẽtiam, quam im
probat. ¶ [*In gl. 2. in fine*] utrunq; tamen generale & La
teran, unde & concilia generalia olim in quarta com-
pila. intitulabantur ſub ſecundo Latera. concilio.

*SVMMARIVM.*

1 *Continuatio tituli.*
*Genus non eſt nouum ſubmittere ſpecie præmiſſa.*
2 *De patronorum iure loca alia, quàm habent titulum tradentia, ſub-
miniſtrat.*
3 *Patronatus quid, §. & quotuplex, §. de primo.*
4 *Ex quibus proueniat, & quæ competant ei.*
*Quibus modis transferatur.*
*Patronus intra quod tempus præſentet.*
5 *Differunt ſecularis, & eccleſiaſticus.*
*Sine eius præſentatione quis an poſſit inſtitui.*
*Sibi, uel alteri conferre.*
*Quid ſi nullum præſentet.*

## De iure patronatus. Rub.

1 ¶ Viſo † de iure patrona. in ſpecie, ꝙ religioſis com-
petit in ſuis capellis, nũc de ipſo in genere uideamus,
ſecundum Goff. nec eſt nouum ſpecie præmiſſa ſub-
mittere genus, ut no. de reg. iu. lib. 6. ſuper rubrica, uel
ſecundum Hoſt. Quia de præben. & inſtitu. de religio
ſis domibus, & religioſorũ capellis uidimus, ad quas
plerunque ad præſentationem patroni faciẽda eſt in-
2 ſtitutio, ideo &c. habetur † materia. 16. q. 7. piæ mentis,
uſque ad fi. quæſtionis, & q. 5. per totum. repetitur, in
6. & in clem. Et rubricæ conueniunt, de ſup. ne. præ. c.
2. de offi. lega. dilectus, de tranſact. præterea. 1. de iudi.
quanto, de teſti. ſignificauit, de re iudi. cum Bertol. de
præben. de monacis, & c. extirpandæ, & c. in Lateran.
de conceſ. præben. c. fi. de his, quæ fi. à præ. ea noſcitur.
Et lib. 6. de præben. c. 1. de inſti. c. 1. de capel. mo. c. uno,
ſuper rubrica tractauit, hic quædam Inno. quæ proſe-
quar. infra maximè, in c. nobis, & c. 1. Et ex illis quæ-
dam no. 16. quæſt. 6. piæ mentis. fauore tamẽ rubricę,
3 ad quam afficior, breuiter † uide ſaltem per remiſsio-
nes, quid ſit patronatus: ex quibus proueniat: quę cõ
petunt patrono: quomodo transfertur: intra quod tẽ
pus patronus prę́ſentet, & in quo differant eccleſiaſti
cus, & ſecularis patronus. Incidenter ſubmittens an ſi
ne præſentatione patroni quis poſsit inſtitui. Et quid
ſi patroni diſcordant. ¶ De primo dixerũt Da. & Roſ.
Bẽ. ꝙ ius patronatus eſt auctoritas, uel poteſtas pro-
uidendi eccleſiæ proueniens ex beneficiis ante conſe
crationem collatis, Goffred. Idem detracto uerbo il-
lo, Prouidendi eccleſiæ, dicens, Auctoritas, uel pote-
ſtas proueniens &c. Hoſtien. dicit, ꝙ eſt poteſtas præ-
ſentandi inſtituendum ad beneficium ſimplex & ua-
cans. Simplex dicit, per c. nobis. 2. reſpon. infra eo. Va-
cans, per id, quod habetur de conceſ. præben. c. 1. 2. &
fi. Reprehendit, quod dicit ſuperior diffinitio, ante cõ
ſecrationem, ideo, quia ex refectione acquiritur, ꝓm
no. infra c. 3. Sed non placet hæc reprehenſio, per c. de
fabrica, de con. diſt in. 1. & per c. propoſuiſti, & c. in li-
gneis, de conſe. eccle. uel alta. Eſt enim exſecrata ec-
cleſia per totius deſtructionẽ, ut ibi. Prima deſcriptio
non placet propter uerbum Prouidendi, ſiue largè re
cipias, ſiue ſtrictè: nec ultima, quia reſtringit hoc ius
ad actum præſentandi, cum & in multis aliis conſiſtat
ut patebit. Idem habetur quò ad quædam etiam in
eccleſiis collegiatis, ut etiam infra dicam. ſi uis igitur
ſine calumnia deſcribere, & etiam inferiora plura cõ-
prehendere, dic quòd patronatus eſt ius honorificũ,
a onerosum[a], & utile alicui in eccleſia competens, pro
eo, quòd de diœceſani conſenſu illam fundauit, do-
tauit, uel conſtrinxit ipſe, uel is, à quo iuſtam cau-
ſam habet. Hæc quare ſic dicam, patebunt infra, &
hæc eſt ſufficiens diffinitio & conuertibilis quò ad
patronatum eccleſiæ. Nam habemus patronos li-
bertorum, & patronos cauſarũ. De patronatu in li-
bertos, qui prouenit alicui ex iuſta manumiſsione,
habetur. 13. queſtione ſecunda, liberti. cum capitulo,
& §. ſequen. de reb. eccle. non alienan. c. 3. ff. de iure pa
trona. per totum. De patronis cauſarum. 15. queſt. 2.
c. uno,



c. uno. de tranſac. ex literis, ne clerici, uel mona. c. fi. de
uari. & extra. l. 1. §. in honorariis. C. de poſtu. l. 2. & l. ue
lamento, & l. quiſquis, & de aduo. diuer. iudic. l. 1. & l.
aduocati. ibi, militant nanque &c. hæc de primo.
4 ¶ De † ſecundo, & tertio, ſ. ex quibus proueniat, &
quæ competant, te inſtruas per ea, quæ habes, & quę
ſcripſi infra e. nobis, & cap. 1. ¶ De quarto quomodo
transfertur, uide quod not. infra eo. cum ſeculum.
Transfertur enim ſucceſsione. quod de quibus hæ-
redibus intelligatur, uide quod ibi dixi, & infra ca. 1.
Permutatione, donatione, quod an procedat in pri-
uato, dixi infra e. illud. Venditione. ſ. uniuerſitatis. qđ
quomodo intelligatur, uide quod dixi infra eo. ex li-
teris. ubi etiam dixi, an idem ſit in alio iure ſpirituali,
puta decimarum, uel ſi. nunquid autẽ ſpecialiter in-
feudari poſsit, dixi in præ. decre. cum ſeculum. & nũ-
quid per diuiſionem hæredum, dixi infra c. 1. in gl. 2.
¶ De quinto, ſcilicet intra quod tempus, expeditus
es per decre. unam, infra e. ti. lib. 6. per quam patet, ꝙ
intra id tempus habet præſentare: nec ſufficit, quòd
eligat, uel præeligat, ut dixi infra c. fin. ubi etiam not.
quid iuris, ſi ad clericum, & ad laicum ſpectat præ-
5 ſentatio. ¶ De † ſexto. ſ. in quo differunt ſecularis &
eccleſiaſticus patronus, uide quod dixi infra eo. cum
propter. De incidentibus, an ſine præſentatione pa-
troni poſsit quis inſtitui; dic quòd non infra tempo-
ra ſua 16. qõ. 7. decernimus. ſibi tamen, uel alteri con-
ferre non poteſt, infra eo. conſuluit, nec ſe præſenta-
re, infra c. per noſtras. & uide quod ibi ſcripſi. Si au-
tem diſcordant, aut ideò quia plures præſentant: qđ
dic ut infra capitu. 3. aut quia litigant, & nullum præ
ſentant, & tunc elapſo tempore, ſi ſine ſcandalo po-
teſt, epiſcopus ordinat eccleſiam: aliàs ſeruat, quod
dicitur infra c. 1. & 2. & ſi litigant clericus, & laicus,
uide quod ſcripſi infra c. eam te.

---

ANNOTATIONES.

a ¶ Onerosum. Caue ibi, quod omnis diffinitio periculoſa eſt, ut
non ſubuerti poſſit. ff. de reg. iur. omnis diffinitio.

*SVMMARIVM.*

1 *Propter patronorum diſcordiam eccleſia ceſſat à diuinis, & quæ
alia facienda, & nu. 3. & quando nu. 4.*
2 *Inter patronos eccleſiam diuidi quomodo accipiatur, & quando
habeat locum, nu. 3. & nu. 10.*
3 *Suppletio fit ad decretalem.*
4 *Tempus ſex uel quatuor menſium datum patronis quando reſtrin
gatur.*
*Ob ſcandali euitationem regulæ iuris non habent locum, & quan-
do hic.*
*Epiſcopi remedia contra patronos diſcordes quæ.*
5 *Donec, aduerbij ſignificatus quis.*
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 7.*
*Alternis temporibus quæ diuidi nequeunt, poſſumus ut iure pa-
tronatus etiam uti, & nu. 10.*
8 *Additio gloſſarum.*
*Patronis pluribus non competit ſingulis præſentatis, inſolidum,
niſi per modum, de quo hic remittitur.*
*Patronatus quibus modis acquiratur, uer. nec requiritur.*
*Eccleſia ſine quibus eſſe non poſſit.*
9 *Patroni an & cuius uox, & merita ſint aliorum præferenda, &
nu. 10. circa fin.*
*Patronorum ſucceſſio, an fiat in ſtirpes, an in capita, uer. li-
cet autem.*
10 *An paciſci poſſint, ut alternis uicibus præſentent.*

CAPVT I.

1 RElatum. C. Propter † diſcor-
diam patronorum
ceſſat eccleſia à diuinis: tolluntur in-
de reliquiæ, & oſtia clauduntur. hoc
dicit, & cap. ſeq. Et duo facit conci-
lium: prohibet eccleſiam inter pa-
tronos diuidi. ſecundò ponit, quid
facere debet epiſcopus, cum patroni nõ ordinant ec-
cleſiam. ſecunda ibi, & ſi ſimultates [*Eccleſia*] Vincẽ.
2 intellexit † propriè dicens, hic prohiberi diuidi ec-
cleſiam inter patronos, ut quilibet partem accipiat,
ut patet in anti. & concor. Pe. de San. & Abb. qui in-
telligunt hic loqui de bonis, & poſſeſsionibus eccle-
ſiæ. Hoſtien. uerò expoſuit [*eccleſia*] i. ius patronatus,
utens ratione, quam ponit prima glo. Innoc. primis
concor. dicens, quòd hic non dicitur ius pa. non poſ-
ſe diuidi, ſed eccleſias. Dixit autem Vincen. iura pa-
tronatus diuidi poſſe inter hæredes, ut unus hæres ha
beat ius patro. in eccleſia, & alius in alia. & ſi unus il-
lorum deceſſerit ſine liberis, dixit, ius patrona. redire
ad fratrem, Inſti. de aſsig. liber. §. ulti. uidetur tamẽ cõ-
tra ſecundum eum. ff. fami. erciſ. l. quædam. & idẽ no-
tauit infra e. ex inſinuatione, & de hoc no. in clemen.
eo. ti. plures 2. reſpon. [*Inter eos*] ſ. hæredes [*Propter quas*]
ſ. ſimultates [*Sacerdos*] inſtituendus. Innocen. Vnde
3 † ſecundum Hoſtien. ſubaudi, non repræſentetur,
qui ſuo ibi &c. Loquitur enim hoc c. de eccleſia ua-
cante ſecundum eum. Pe. de. & Abb. quod probat ſe-
cundum eos litera infra ibi, Canonicè habeat. ipſe ta
men Inno. dicit etiam in non uacante decreta. locum
habere, cum propter patronorum diſcordias ſacer-
dos inſtitutus ibi ſtare non poteſt. unde epiſcopus, q
non poteſt aliter prouidere, faciet, quod hic dicitur.
a [a] [*Non poterit*] quia ſi ſine ſcandalo fieri poſſet, de iu-
re eſſet, quòd epiſcopus ibi inſtitueret ſacerdotẽ in-
fra eo. quoniam. Innoc. Vnde, quicquid alii dicant,
ſi eccleſia ſine ſcandalo non poteſt ordinari, recurre-
tur ad hoc remedium, & ſeq. capituli, ſecundum Ho-
4 ſtien. Cui † non placuit, quod dixit hic Innocen. ſci-
licet, quòd ante, quàm interdicantur officia, uel reli-
quiæ extrahantur, debent tranſiſſe 6. menſes. Quod
enim de 6. uel 4. menſibus dicitur, ſecundum Hoſtiẽ.
non uendicat ſibi locum, quando ſcandalum immi-
net: imò ſemper, etiam ſi plures anni fluxerint, debet
epiſcopus ſcandalum euitare, ſupra de præſcrip. nihil.
ſed utetur iſtorum capitulorum remedio: nec epiſco
pus carens brachio ſeculari habet ultra, quid faciat,
niſi cum patiẽtia expectare, uel ad papam recurrere,
qui omnibus oppreſsis debet ex officio ſubuenire 2.
q. 6. ad Romanam. unde ſi epiſcopus brachium ha-
bet ſeculare, ad ipſum recurrere poteſt infra de ho-
mi. poſtulaſti. ultra uerò non reſtat ſibi remedium ci-
tra deum ſupra de iudi. cum non ab homine, licet be
ne dixerit Hoſtien. non uideo, quare ſe poſuerit ob-
uium Inno. cum de uerbis & mente Innoc. uideatur
hoc eſſe, quòd infra tempora conceſſa patronis non
utetur his remediis epiſcopus, poſtea uerò utetur, nec
terminat iſtud tempus poſterius. Quædam alia etiam
hic notauerunt, quæ uidebis infra e. eam te [*Donec*]. i.
5 uſque † ad 4. menſes, infra e. quoniam. Vincen. & hic
forte non eſt bona glo. ſecundum ea, quæ ſunt ſupra.
6 ¶ Prima † glo. fortificat tex. per rationem, ad quam
inducit 4. iura. ſecundò tractat, an ius patronatus cui-
que patrono competat inſolidum. in fi. quærit, & ar-
7 guit. ¶ [*In † glo. 1. ibi, ſi libertus 2.*] uide hanc, & l. ſi ſepul-
chrum, & l. uel quod pater, de offi. dele. prudentiam,
ſuper gloſſ. 2. [*& ibi, uiæ*] uide de præben. tuæ, ſuper 3.
glo. & l. uſus pars, infra alleg. [*& ibi, §. ſi uſufructus*] uide
de ap. c. pe. in fin. 1. glo. [*& ibi, quoties*] ſi duobus eiuſ-
dem

dē nominis vſufructus alternis annis relinquitur ſic.ſ. Ticijs uſufructus alternis annis do, lego, niſi conſenſerit, quis ſit prior, inuicem ſe impediunt [*& ibi, uia, in fi.*] uſus ſeruitutum temporibus ſecerni poteſt, ut al-
8 ternis horis, uel diebus utatur. ¶[*In † glo. 1. ibi, querimoniam*] & ſupra titu. 2. capitulo primo [*& ibi, apud omnes*] hoc intendit, ꝙ licet quilibet ſolus ſit patronus, non tamē alter ſolus inſolidū poterit præſentare. ſed habebitur conſideratio pluriū per modū, qui dicitur infra eo. quoniam. ſi enim ſingulis competeret inſolidum præſentatio, occupantis eſſet melior cōditio, de præben. ſi à ſede, lib. 6. de procur. ſi duo, eo. li. quod eſt falſum, ut ibi [*& ibi, infra c. proxi.*] ſicut dominium rei cōmunis. Ala. ff. de rei uē. ſi ex equis. Phi. [*& ibi, inſolidum tranſit*] ad hoc, infra de elec. c. pe. §. ſi autem, lib. 6. dic ut in clemen. eo. tit. plures. & uide quod ibi no. in 1. gl. [*& ibi, in æqualibus partibus*] idem, ſi ex inequalibus partibus dotem dederint, dūmodò fuerit de illis, qui poſuerunt in dote ſecundum Inn. ad quod faciant ſecūdum Hoſti. parabolæ de uidua, & de operarijs uineæ. Mar. 12. 6. & Matth. 20. Nec requiritur, ꝙ quilibet patronus per ſe det ſufficientem dotem, licet hoc videatur no. 16. q. 7. quicunque. Credo Io. intellexiſſe, cum vnus ſolus eſt, qui dotat. & facit quod notauit. 63. diſt. in ſumma, de his, qui poſuerunt in dote: ideò dictum eſt: quia etiam ſi ante fundationem aliquid daret etiā magnum, ſed non pro dote, non acquireret patronatum, quod acquiritur tantum cōſtructione eccleſiæ. 16. q. 7. monaſteriū, eccleſiæ dotatione. e. q. filius: territorij ad eccleſiam fundandam collatione. 18. q. 2. abbatem. Iſtorum uerò quilibet rectè patronus uocatur: quia ſicut pater filium, ita patronus rem. i. eccleſiam de nō eſſe producit ad eſſe. Non enim poteſt fieri eccleſia ſine fundo, & ſine ædificio: nec debet fieri ſine dote, de conſe. di. 1. nemo. Alius autem licet poſſit dici benefactor ratione prædicta, patronus dici non poteſt, & eadem ratione nec ille, qui poſt fundationem confert. poteſt tamen dici ſecundum Inn. qui hoc no. ſuper rubrica, & Hoſt. hic, ꝙ ſi à principio, licet male, ſine dote fuiſſet fundata & ædificata & cōſecrata eccleſia, ꝙ qui poſtea illam dotaret, patronus eſſet, cum ſine rerum ſubſtantia non poſſit eccleſiæ deſeruiri. 1. q. 3. ſi quis. Et hoc uerum credo, ſi id faciat de auctoritate diœceſani. facit quod no. infra cap. 2. in 1. gl.[b] &
b tunc fauore eccleſiæ fingamus, ꝙ actus iſte præceſſerit. ad hoc qui fi. ſint le. tanta. & dico hoc uerum, quādo à conſecrati faciente, uel ipſo cōſecratore non poteſt dos haberi ſecundum ea, quæ dixi infra tit. 2. cum
9 ſicut. De his † tamen hæredibus ex inequalibus partibus dici poſſet, ꝙ ſicut in electionibus interdū ratione dignitatis quis habet duas, uel plures uoces, ut patet in his, quæ no. ſupra de conceſ. præben. poſtulaſtis, ita inter patronos habens maiorem partem hæreditatis habeat pinguiorem uocem in præſentando ſecundum Innocē. ad hoc. ff. de pac. maiorem. Dixit tamen Hoſtiē. tenendum contrarium, prout ipſe Inno. prius dixerat cum gl. ſ. ut uocem habeat vnus, quantā alius.
c Dixit tamen attendenda merita perſonarum[c], ſicut & in electionibus, ſupra de elec. dudum, & in teſtibus, ſupra de teſtibus, in noſtra. Licet autem in hoc iure patro. ſuccedant hæredes: dixit tamen Inn. ꝙ magis conſonat æquitati dicere, ꝙ ſucceſſio fiat p ſtirpes, quàm per capita, cum hoc eſſe debeat in linea deſcendenti, Inſti. de hære. quæ ab inteſt. defe. §. & quia placuit. ita, ꝙ ſi plures uni ſuccedant, habeantur loco unius. ff. de condi. & demon. cui fundus, & de hoc 16. q. 7. ſi plures. & hanc æquitatem dixit ſubtilitati contrariæ præponenda. ff. ad l. Aquil. ita vulneratus. §. fi. & ff. de inſti. l. 2. & approbatur in clemen. eo. titu. plures. ibi uide in 1. gl. Vin. tamen no. infra cap. proxi. ſucceſſionem fieri per capita, cum patroni veniant ad ſucceſſionem liberti per capita, nō per ſtirpes, Inſti. de ſucceſ. liberto. §. ſed noſtra, aliàs incipit multis. circa hoc tamen ſatis poteſt teneri, quod infra dixi in .ea gl. ſecundum Gof.
10 ¶[*In e. glo. ibi, p ɩciſci*] ſic de † auctoritate ſuperioris infra eo. querimoniam, ſecundum Inn. vt ibi no. hic tamē per eandem decre. dixit ſimpliciter hoc fieri non poſſe. hodie per clemen. expeditum eſt, ꝙ etiam ſine ſuperioris auctoritate hoc poſſunt. eo. ti. pl urrs. 2. reſpō. [*& ibi, ar. quòd ſic*] T. cuius fuit hęc gl. dixit hoc aſſerendo, & per omnia huic glo. concor. Vin. Phi. Goff. Ipſe tamen Goff. dixit in quibuſdā locis, ſicut Neapoli ius patrona. diuidi per vncias. & dicit illam conſuetudinē poſſe excuſari, ut dicatur, ꝙ illæ diuiſiones non fiunt reſpectu iuris pa. ſed reſpectu patronorum, ſecūdum quas hæredes ſucceſſerunt patrono uni, uel pluribus, & non reſpectu portionum, quas contulerunt ædificando, uel dotando, & poteſt eſſe aliqua utilitas harū diuiſionum, ut eccleſia in alēdo, & in honoribus magis teneatur ei, à quo plus recepit. Sed actus pręſentādi communis erit omnibus. poſſet etiam circa gratificationem, quæ aliquando facienda eſt, ut infra eo. cū autem, uox illius præferri, qui plus contulit. ¶[*In gl. 2. in fine*] 65. diſtin. epiſcopus, in fine.

---

ANNOTATIONES.

a ¶Quod hic dicitur. Et per hoc faciunt illa uerba, officio fungi nō poſſit: & ibi, miſſarum ſolennia celebrentur, ſubtrahuntur ergo officia eccleſiaſtica, & ſacramenta parochianis propter patronorum diſcordiam: non autem poſſunt illa ibtrahi propter defectū parochianorum non ſoluentium decimas, uel primitias eccleſiæ, & hoc per ipſum rectorem: ſecus, ſi per epiſcopum. uide per Io. An. de paroch. ſuper rubrica, & per deci. quamuis, in gl. ex horū.

b ¶C. 2. in 1. glo. Et ibi no. ratio, quare conſecratam eccleſiam dotans Patronatum non quærit niſi cum hac limitatione.

c ¶Merita perſonarum. Intellige per epiſcopum in diſcordi præſentatione patronorū, non ampliori uoce. uide infra eo. qm̄, in gl. 3.

*SVMMARIVM*

1 *Eccleſia pro ordinatione eccleſiæ.*
*Diſſidere quid.*
*Eligere pro præſentari.*
*Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 3.*
*Execratio altaris quando dicatur contingere.*
*Conſecratio eccleſiæ, uel altaris in quibus conſiſtat.*

CAPVT II.

QVæcunque. Summatum eſt ſup. ca. proxi. nec indiget
1 diuiſione [*Pro † eccleſia*] i. pro ordinatione eccleſię. Pe. de. & Abb. [*Diſſidere*] i. diſcordare. Pe. dū quilibet præſentat ſuum. Goff. exponit. i. diſſenſiones habere [*Vno*] quod eſſe debet, infra c. prox. [*Si aliter*] ſic ſupra c. proxi. Phi. Hoſtiē. & interdicat eccleſiam ſupra c. prox. Hoſt. [*Eligant*] i. præſentent. Gof.
2 & Hoſti. [*Presbyterum*] ſup. talem. ¶Prima † glo. ponit
3 triplicem lecturam Mel. Io. Fa. & Ala. ¶[*In prima † gl. ibi, ex facto epiſcopi*] ſ. ſi poneret ibi rectorem [*& in fin.*] per quarum motionem execraretur altare, infra de cōſe. ec. uel al. capitulo primo. Ex hoc arguebat hic Vinc. ꝙ epiſcopus poteſt execrare locum ſacrum. Cum enim res ſacra tollit de loco, locus remanet profanus. ff. de rerum diui. ſacra. §. 1. ff. de relig. & ſump. fu. l. ſi qs eo animo. ar. contra. ff. de contrahē. emp. l. ſi quis æde ſacra. 19. qu. 3. quæ ſemel. Dic ꝙ conſecratio eccleſiæ, uel altaris non conſiſtit in reliquijs, quę ſunt extra altare: motio ergo illarum nō inducit execrationē, qđ dic, ut infra de conſecra. eccle. uel alta. c. 1. & per totū.

*SVM-*



*SVMMARIVM.*

1 *Si patroni diſcordant, quis præficietur, & ſi non præſentent intra tempus debitum, quis ordinabit eccleſiam, & nu. 5. & quo tēpore, nu. 6. 7. 8. & 9. in fi.*
*Diuiſio decretalis.*
2 *Patronatus ius laicorum eſt gratioſa promiſſio.*
*Laici eccleſiaſtica negotia tractare non debent.*
*Eccleſias, quæ habent patronos laicos poteſt papa conferre, licet nō expediat.*
3 *Electio, ſiue præſentatio patronorum à maiori eorum parte etiā reſpectu aliorum facta tenet, licet ſecus in alijs caſibus & quibus.*
4 *Patroni an uocandi ad electionem, uel præſentationem, ut non uocati contemptum proſequi poſſint.*
*Patronus quilibet uotum ſuum poteſt exprimere diuiſim, in fi.*
5 *Patroni abſentis generalis procurator an uocari debeat ad electionem, uel præſentationem.*
*Scandali ratio eſt habenda*
*Antiſtes pro epiſcopo.*
7 *Patronus poſſeſſor præſentabit etiam pendente lite proprietatis.*
*Negligens quis dici non poſſit.*
9 *Præſentatum an & quando poſſit epiſcopus refutare.*
10 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 11.*
*Via uicinalis quæ priuata, quæ publica.*
*Eadem dicitur res, licet mutatio contingat, & num. 12. & 13.*
*Refecta uel reparata res eadem dicenda, & nu. 12. & 13.*
12 *Additio gloſſarum.*
*Patronus quibus, ac quibus modis, & amittatur, & nu. 13.*
*In refectione eccleſiæ, habentis patronum quando admittendus extraneus.*

CAPVT III.

1 QVoniam. C. Si † patroni diſcordant, illæ præficietur, ſi ſit idoneus, qui plurium patronorum uoces habuerit, ſi hoc ſine ſcandalo eſſe nō poteſt: uel ſi patroni intra tempus debitum non præſentant, epiſcopus ordinabit eccleſiam. Et diuide in duas partes. in prima ponit abuſum patronorum, qui fuit cōſtitutionis cauſa. in 2. conſtitutionem. ſecunda ibi, p̄ſenti. Secundam ſubdiuide in tres. ſecunda ibi, Si autem. tertia ibi, & ad ipſum [*Eorum*] fundatorum [*Pote-*
2 *ſtate*] præſentandi. Hoſt. [*Subſtituit*] hæc eſt enim † quędam iuris gratioſa permiſſio, vt hoc ius, quod eſt ſpirituale, uel ſpirituali annexum cadat in laicum. nam de iuris rigore laici eccleſiaſtica negocia non debent tractare, ſupra de iudi. decernimus. & eccleſiæ cū ſuis dotibus ad ordinationē pertinent epiſcoporū. 10. q. 1. noluerunt, & c. decretum. Gof. & per hoc, quod dicitur, patronos in hoc iure de gratia ſuſtiueri, no. Hoſt. papam tales eccleſias poſſe conferre: ſed hoc non facit, quia non expedit, ne. ſ. laici ab huiuſmodi retrahātur, infra eo. cum dilectus, ubi de hoc, & infra e. illud, ad fi. [*Rectoris* de præben. cum non ignores, & 21. quæſtio. 2. ſicut [*Diſſenſione*] ſ. quia diſſentiunt, & in unum non conſentiunt, ſupra capitulo primo, alia litera [*De-ſenſione*] ſ. ſui iuris [*Ille*] ſ. clericus præſentatus. Gof. [*Plu-*
3 *rimorum*] dic † intrepidè ſecundum Vin. & Ber. Com. qui hoc no. ſup. de elec. eccleſia, pri. quòd electio, uel præſentatio facta à maiori parte patronorum etiā reſpectu aliorum, licet non ſit facta à maiori parte omnium, bene valet per hanc decre. & decre. illa eccleſia, loquitur in electione, quæ fit ab aliquibus, ut à collegio. & ſic non ob. & facit quod no. ſupra de conſti. cū omnes. & per hoc pateat, ꝙ ſi duo ſunt patroni: unus poteſt alterum præſentare, dato ꝙ de duobus eligentibus unus non poſſet reliquum eligere. facit quod di cam, infra eo. per noſtras. de eligētibus uide quæſtio. in regula, in toto, de reg. iur. li. 6. Sed incidit dubiū, an
4 patroni ſint uocandi ad electionem, uel præſentationem ita, ꝙ non uocati cōtemptum proſequi poſſint: quod uidetur, cum in electionibus id locum habeat, ſupra de elec. qđ ſicut. & in collationibus, de præben. cum in eccleſijs, li. 6. ergo & in præſentationibus, maximè cum patroni eligant præſentandū, ut hic, & ſup. cap. proxi. & infra eo. nobis. Diſtingue, ut ſupra an ad uniuerſitatem, corpus, uel collegium ſpectet præſentatio. & tunc procedit, quod prædixi, cum non ſinguli ut ſinguli, ſed ut corpus habeat præſentare: illos ergo de corpore neceſſe eſt uocari, & ſic ſeruat per no. in præ. decre. cum omnes. Si uerò præſentāt ut ſinguli, dato ꝙ aliqui ſuam pręſentationem faciant, alijs nō uocatis, tenet, & illis non vetatur, quin poſſint eundē, uel alium præſentare; & in inſtitutione ſeruabitur, qđ hic dicitur. pro hoc facit hęc litera, & quod no. de regu. beneficium, lib. 6 in fi. magnæ glo. & clarius, quod ibi dicam. non ob. quod no. ſupra cap. primo, in 1. gl. quòd præſentatio eſt apud omnes, non apud ſingulos. reſponde, ut ibi dixi. nec ob. clemen. eo. titu. cap. 2. 1. reſpon. ubi hæredes unius patroni habent unicam uocem. nam quilibet illius vocis habet ſuam partem, ſicut ſi unicus fuiſſet patronus, ſuum ergo uotum diuiſim exprimere poterit, licet honeſtius fieret coniū-
5 ctim. Eadem † diſtinctio locum habet in procura. generali abſentis, an præſentare poſſit, vel ad illam ſit vocandus, maximè cum ante uocationem conſtitutus eſt, de quo uide quod ſatis dixi de conceſ. præben. c. fi. [*Aſſenſu*] ſi ſine ſcandalo fieri poſſit, & ſic continuatur ſequens. §. Hoſti. [*Hoc*] ſ. quod dictum eſt, ſupra ut de pluribus præſentatis ille præficiatur, qui maioribus & c Hoſti. [*Sine ſcandalo*] ut quia utraque pars potens eſt: & dicit, ꝙ ſi alius conſtituatur, ꝙ ſuus gladius erit ultor, nec poteſt refrænari. in hoc. n. caſu epiſcopus de alio non præſentato eccleſiā ordinabit. ex quo enim partes non conueniunt, ſuperioris arbitrio eſt relinquēdum. 63. diſt. cap. fi. ff. qui ſatiſda. cog. l. de die, ſecundū Hoſt. (*Antiſtes*) i. epiſcopus, quod intelligas, ſi ſine ſcādalo fieri poteſt: aliàs abſtineat: quia eadem ratio remanet: ſed tunc recurretur ad remedia, de quibus di-
6 citur ſupra eo. cap. 1. & 2. Hoſt. (*Ordinandam*) elapſis † 4. menſibus, ſi prius non poterunt concordare, ut infra in alio caſu. & ſubau. ſecundum Hoſt. Hæc uera, quādo de iure patro. nulla eſt quæſtio, ſed conſtat præſentantes eſſe patronos, qui tamen concordare non poſſunt, & ſic continua ſequentia (*De iure patronatus*) ideſt de quaſi poſſeſſione iuris patronatus, infra eo. conſultationibus, ſecundū quoſdam. Idem tamen, ſi de proprietate ſit quæſtio inter aliquos, quorum neuter poſ-
7 ſidet, & hoc planè dicit hęc litera. Iſtud † tamen certū eſt, ꝙ ſi de proprietate ſit quæſtio inter aliquos, & cōſtet, ꝙ alter poſſidet, cui de poſſeſſione quęſtio non refertur, præſentabit poſſeſſor etiam pendente lite proprietatis, infra eo. conſultationibus. Et idem dicendū videtur, ſcilicet ꝙ hoc tempore lapſo prouideat ſuperior, ubi de iure eligendi inter duas eccleſias quæſtio uertitur, quarum neutra poſſidet, quamuis uideatur
a difficile,[a] ꝙ inter aliquos poſſit eſſe hæc quæſtio, niſi alius poſſideat ſecundum Inno. Et facit pro hoc: quia ultra tres uel. 6. menſes non debent uacare beneficia. Sed ob. quia tempora illa non currunt niſi negligentibus. Quod dic ut legitur & no. ſupra de elec. ne pro defectu, de conceſ. præben. cap. 2. Non poteſt autem dici negligens is, qui agit. C. de inoffi. teſta. contra maiores. Sed nec in hoc caſu inuenimus expreſſum, ꝙ ſuperior debeat prouidere, ſ. quando de iure eligendi quęſtio uertitur, & diffinitio nimium protelatur. nō deuoluetur ergo, ex quo non eſt expreſſum maxime in epiſcopatibus, de electio. quamquam, libro ſexto. Imò uidetur contrarium de reſtitutio. in integ. capitulo

pitulo 2.de conſue. cum dilectus, de arbi.ex parte. De
facto etiam uidemus contrarium: quia ex quo de iu-
re eligendi, ſiue de elec. facta inter aliquos mouetur
quæſtio,interdum per triennium queſtio protelatur:
nec tamen prouidetur eccleſijs ſecundum Hoſt. Qui
tamen fatetur, ꝙ in hac materia occurrendum eſſet,
& expreſſum ius promulgandũ:per quod ſi non eſſet
queſtio diffinita intra certum tempus,ſuperior proui
deret,arg.de app.oblatæ. & uidetur ſibi, ꝙ eſſet æquũ
tempus.6.menſium, ita,ꝙ exprimãtur partes cũ actis
& munimentis venire debere.ad hoc de elec. c. 1.& c.
cupientes.lib.6.& ꝙ hæc ex forma inquiſitionis,& de
plano expedirentur exploſa pernitioſa ſubtilitate, ar.
infra de iudi.dilecti.ad hoc temporis ſpacium cõcor.
de tranſla.ca.2.§.ſed neque ſunt, ut lite non conteſta.
ca.fi.§.ſi uerò,de cleri.non reſi.ex tuæ,de conceſ.pre-
ben.c.2.& infra c.eam te,cum ſuis rationibus,& con-
cor.Quicquid prædixerim,aſſertiuè teneas poſt factã
præſentationem licet diſcordem, hæc iura locum nõ
habere,quæ ſolùm loquuntur,quando de iure patro.
quæſtio emerſerit,non quando inter preſentatofue
rit quæſtio,& uide quod dixi de offi. ordi.cũ uos] *Ali-*
8 *quos*] laicos : quia ſi † clerici eſſent, per ſexmenſes ex-
pectarentur.& ſic non ob.infra eo.eam te,ſecundum
Hoſt.licet Inno.dixerit,quod hic dicitur de.4.menſi-
bus, locum habere, quando de ipſo iure patro.eſt di-
ſcordia,ſed ſi de ipſo iure patro.non eſt diſcordia, ſed
de perſona.in quam concordare non poſſunt, ſpectã
tur.6.menſes,ut ibi,& ſupra de conceſ. præben.cap.2.
9 Dixit † etiam hic Innocen. ꝙ repreſentatum à maio-
ri parte poteſt epiſcopus refutare: qa ex præſentatio-
ne non acquiritur ius. ad hoc infra c.quod autem, &
quod notatum eſt,ſupra eo.c.in prin.Quod non pla-
cet Hoſt.quia bene acquiritur ius ex præſentatione.ſ.
de re iudi.cum Bertoldus.§.fi. de hoc ſup. de poſtulã.
c.3. Illud autem eſt uerum, ꝙ præſentatum nõ ſolùm
à maiori, ſed etiam ab omnibus epiſcopus poteſt nõ
admittere inſtituendo alium ab eiſdẽ poſtea præſen-
tatum: quod dic ut infra eod.paſtoralis [*Competat*] ius
patro.[*Quattuor menſes*] Idem,ſi ſit unus ſolus laicus pa-
tronus,& infra 4.menſes non præſentet, ſupra de ſup.
ne,præ.c.2.§.ſi. Quid autem ſi inter epiſcopum & pa-
tronum ſit quæſtio,no.infra eo.tit.eam te,& ſupra de
10 offi.or.cum uos. ¶Prima † gloſſ.reſpondet per quæ-
ſtionem,an ex refectione &c.ponit opi.La.quam de-
terminat,ſecundò quærit, arguit pro & contra, & te-
net ultimum. ¶Tertia glo.quærit,arguit pro & con-
tra, & remittit. ¶Vltima glo.alleg.concor.ſignat cõ-
trarium,& ibi remittit. ¶[*In glo. 1.ibi.§.uicinales*] melius
11 diceret.§.uiarũ, uer.uicinales † uia priuata eſt,ſi fiat à
priuatis : publica, ſi ſolùm à priuatis reficitur [*Et ibi,
proponebatur*] Idem eſt iudicium mutatis ſucceſsiuè iu-
dicibus. Idẽ populus mutatis ſucceſsiuè corporibus.
Eadẽ nauis,mutatis tabulis ſucceſsiuè [*& ibi, ſi in area*]
Si edificaui in area,cuius vſufructus alienus eſt,ſubla-
ta ſuperfice intra tempus,quo perit uſusfructus,reſti-
tuitur uſusfructus[*& ibi.§.ſi ſublatum*] ſequitur,ſit edi-
ficium, ex quo ſtillicidium cadit, ut eadem ſpecie &
qualitate reponatur,utilitas exigit, ut idem intelligaꝶ
[*& ibi.§. qui iniuriarum*] ſicut actio iniuriarũ non datur
heredi, ita nec ſtipulatio de iudicio ſiſti ante litẽ con-
teſtatam in ea cauſa cõmiſſa [*& ibi.l.2.in fin.*] Si ſeruus
præſens eſt,& dominus abeſt, & nullus ſeruum defen
dit iuſſu prætoris daꝶ pro noxa : ſed cauſa cognita re-
ſtituto domino reſtituitur etiã actori actio perẽpta
eo ꝙ dictus ſeruus in ipſius bonis eſſe cepit [*& ibi, do-
minus, in prin.*] Si legatũ eſt predium ipſius uſufructua-
rio,& legatarius filio de inofficioſo recte agenti illud
reſtituere coactus eſt, ius uſufructus integrũ perma-
nebit [*& ibi,& Attilicinius*] uide de uer.ſign.abbate,ſu-
per glo.fi. [*& ibi.§.arcam*] uide de ſimo. ex inſinuatio-
12 ne,ſuper ultima gloſſ. ¶[*In † glo.1.ibi, Laurentius*] & hic.
Inno,[*& ibi,caueri*] per hanc.l.dixit Vin.infra eo.ſigni-
ficaſti,ꝙ ſi aliquis conſtruxit eccleſiã,& eam fecit cõ-
ſecrari, ꝙ alius eam dotando patronatũ ſibi non po-
b teſt acquirere [b] [*& ibi,conſuluit*] caſus eſt in auct.ut nul-
lus ædi.ora.do.§.1.colla.5.[*& ibi, patronus*] non intelli-
gas in patrono propter dotem, ſed propter ædificiũ.
iſte enim funditus deſtructo ædificio bene perdit pa-
tronatum. Idem in eo,qui dedit fundũ, ſi fundus etiã
periret ſecundum.T.& Gof.Vin.Phi.& Hoſt.qui hoc
13 no.ſup. de relig.do.cap.2. nunquid autem † patronus
mona.deſolati,& propter hoc alteri mon.uniti ſit pa-
tronus ſecundi? uide in Specu.eod.titu.in fi. [*& in fi.*]
Dixit Hoſti.ꝙ ſi quis reedificauit ſine cõſenſu epiſco-
pi,nullum ius acquiſiuit:aliàs contra.ff.de uſufruc.le.
uſufructuarius, & eſt expreſſum in auct. ſuperius al-
le.ut nul. edi.ora.do.§.1. Aequum eſt tamẽ ſecũdum
eum, ꝙ ſi extraneus eã reedificare uoluerit, antequã
epiſcopus ei cõſentiat, antiquum patronũ ſuper hoc
moneat, & ipſum cuilibet extraneo præferat, ar.ſup.
de his, que fi.à pre.cum apoſtolica, de loca.potuit, &
de offi.archidia.ad hoc.§.fi.& idem eſt ſecundum eũ,
ut no.infra eo. nobis, in dote, ut.ſ.ſi depauperata ali-
qua eccleſia aliquis de diece.conſenſu dotet eã,patro
natum acquirat, & ſic loquitur ſecundum eum. 16.
queſtio.fi.quicunque.¶[*In glo.2.in fi.*] uel ſaltem debe-
ret illa gratia decurtari, infra de priuile.dilecti, Goffr.
¶[*In glo.3.in fi.*] & de offi. cuſtodis, capitulo ſecundo.

ANNOTATIONES.

a ¶Videatur difficile. Poteſt eſſe, ut in duobus dicentibus ſe hære-
des ante apprehenſam bonorum poſſeſsionem.

b ¶Poteſt acquirere. Quouſque ille, qui fecit conſecrari, uel conſe-
crans hanc dotare poſſunt, ut no.Ioan.An.ſupra capitulo primo,
ſuper prima gloſſ. ubi uide.

*SVMMARIVM.*

1 *Patroni laici quibus caſibus excommunicantur, & num.5.in fin.*
*Ab eis qui inſtitutionem accipiunt, communione priuantur.*
*Diuiſio decretalis.*
2 *Laicis quo caſu licet dare inueſtituras.*
3 *Monitio præcedit penæ.*
*Ad depoſitionem quando deueniatur.*
*Contumacia ceſſante creſcit & pœna.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu.5.*

## CAPVT IIII.

1 PRæterea. C.Excommunicãtur † pa-
troni laici, qui in eccleſijs
inſtituunt, & deſtituũt, vel bona ipſarum
adminiſtrant:& clerici, qui inſtitutionem
laicorum recipiunt, communione priuantur. & de-
cre.diuide in 2.partes.ſecunda ibi, Clericus. In prima
ponit duos patronorum exceſſus, quos eadem pena
puniri iubet.2. ibi, Poſſeſsiones. In ſecunda clericos
puniri iubet à laicis recipientes eccleſias. ſecũdò cre-
ſcente contumacia iubet penam augeri. ſecunda ibi,
& ſi [*Neglecta*] maxime. Abb.;& Pe. [*Diſtribuat*] & ma-
le,infra de immuni.eccle.non minus. Vinc.[*Ipſos*] lai-
2 cos talia præſumentes.Hoſt.[*Per laicos*] quid † de locis,
ubi eſt de conſuetudine,ꝙ laici dent inueſtituras? Di-
co,ꝙ ſi papa approbat, poteſt eſſe.63.di. Agathola,&
c.ſynodo: alias non infra cap.prox. Vin.& uide quod
dicam de præben.cap.2.li.6.ſuper glo. nil dixit [a] [*Rece-*
3 *perint*] & monitus † nõ reſipuerit [*Perſtiterit*] in ſua p-
tinacia iam communione priuatus.Hoſti. [*Deponatur*]
ut creſcente contumacia creſcat pena, ut lit.non con.
teſta.quoniam,cum ſuis concor.& ſi nec ſic ſe corre-
xerit,



xerit,traditur curiæ ſeculari, de iudi.cum non ab ho-
4 mine. Hoſtien.¶Vltima † glo.ponit opi.ſignat literæ
5 contrarium,& remittit.¶[*In † glo.ulti.ibi.ſuſpenſus*] quod
credo.T.& Gof. idem Hoſ.cum nec laici ſint excom-
municati,ſupra proxi.reſpon.[*& ibi,ſi quis deinceps*] vbi
de hoc,& ſupra de renun.quod in dubijs.& habẽt lo-
cum hæc iura,ubi laicus dat eccleſiam in titulum : ſe-
cus, ſi in proprietatem.ſecundum Vincen.

ANNOTATIONES.

a ¶Super glo.nil dixit. Facit quod no.Io.An.de elec.quòd ſicut, ſu-
per uerbo,aſſenſum, & de præben.dilectus, el.3.gloſſ.prima præ-
ſentatione, & infra eodem nobis.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſentatus ſecundo loco à patrono ſucceſſiuè poſt primum ſi inſti-
tutus ſit, ualet inſtitutio.*
*Patronus eccleſiam clerico, uel eccleſiæ ſine conſenſu epiſcopi do-
nare non poteſt.*
*Comparatiuum pro poſitiuo hic ponitur.*
2 *Poſſidentis meliorem conditionem ut intelligatur hic eſſe, & quã
od non ſit melior, remiſs.*
*Patronus minus dat præſentando, quàm prælatus conferendo.*
3 *Per uerba præſentis temporis, an præteri loquatur in contractu ta
bellio, non curandum, ſicut an in prima, uel tertia perſona loqua-
tur.*
4 *Eccleſia in proprios uſus à patrono concedi non poteſt.*
*Patronatus ius tranſit in eccleſiam donando.*
*Intentio eſt contrahentium attendenda.*
5 *Impedimentum non præſtat, quod de iure non ſortititur effectum,
& num.7,*
6 *Epilogus, & ſuffragium, nu.7.*
*Sententia à non ſuo indice lata non tenet.*
8 *Præſentatus à patrono remouet quemlibet alium iuſtitntum.*

## CAPVT V.

1 QVòd autem. C.Si † patronus laicus
ſucceſſiuè præſentauit
duos: & ſecundus eſt ab epiſcopo inſtitutus,
ualet inſtitutio. ſecundò ꝙ patronus eccleſiam cleri-
co,uel eccleſiæ ſine conſenſu epiſcopi donare nõ po-
teſt.& diuiditur in duas partes. ſecunda ibi, Decetero
[*Idoneus*] de non idoneo nõ erat quæſtio. Pe.de.& Ab.
[*Præſentatus*] à patrono. Innocen.[*Admiſſus*] nec repul-
ſus, ut maior ſit dubitatio [*Melior*] i. bona [*Poſſidentis*]
2 & ratione † poſſeſsionis, & ratione canonicæ inſtitu-
tionis. Ala.quia plus iuris dat prelatus conferendo, q̃
patronus præſentando, ſupra de offi.le.dilectus. Tan.
Quando non ſit melior poſsidentis conditio,dixi inf.
de regu.iur.in pari, lib.6. [*Ratum non eſt*] hoc eſt uerum
quantum ad hoc,ꝙ repreſentatus adminiſtrare poſsit
3 [*Conceſſi*] per hoc † patet ſecundum Hoſti. Pe.& Abb.
non eſſe curandum, an tabellio in cõtractu loquatur
per uerba præſentis temporis, an per uerba præteriti,
ſicut nec curamus,an loquaꝶ in prima, uel tertia per-
ſona,ſupra de conuer.con.dudum,ubi de hoc, & inf.
de uerb.ſigni.abbate.uide quod ibi dicam ſuper gl.ex
4 hoc,in fi.[*Dedi*] non ius † patronatus,ſed eccleſiam in
proprios uſus, quod non poterat. Inno. [*Eccleſiam*] in
qua nullum ius habet,infra eo.illud. Hoſtiẽ. [*Videtur*]
quò ad eccleſiam tranſit tamen ius patronatus,quod
donare intendebat ſecundum Vin. uel ſecũdum Phi.
nil agit propriè: quia eccleſiam intendebat conferre,
& non ius patro.& facit quod no.infra c.illud, in 1.gl,
5 [*Pro non dato*] no.hic,& ſupra prox.reſpõ.ꝙ non † præ-
ſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effe-
ctum: Vnde,ſi quis ſine cauſa in poſſeſsione inductus
expellatur, expulſor non teneꝶ ei ex illo edicto, ne uis
fiat ei,qui in poſ.mit.ff.ne uis fi. ei qui in poſ.mit.l.j.§.
hæc uerba.ff.qui.mo.pig.uel hypo.ſol.l.ſi debitor. Vi
6 ¶Secunda † glo.quærit,ponit ſolutionem. La. ¶Vlti.
7 glo.ſignat contrarium.¶[*In † prima glo.ibi, Quoties*] uide
de dona.paſtoralis, ſuper.1.gl.¶[*In 2.ibi.§.ulti.*] uide de
dona.paſtoralis,ſuper.1.glo. ¶[*In ulti.glo.ibi,traditio*] ui-
de infra eo.cura, in ulti.gl. [*& ibi.l.1.*] fruſtra quis ue-
retur ſententiam ab illo latam, qui ferre non poterat
[*& ibi.l.2.§.ulti.*] damnatus dicitur, qui damnatus eſt
ab eo,cui damnandi ius fuit, & ubi damnatio tenuit
8 [*& ibi.l.una*] uide de of.uica.ſua, ſuper.3.gloſſ. ¶[*In † 1.
glo. in fi.*] Si uerò laicus præſentans non uariaſſet,præſ-
ſentatus ab eo remoueret quemlibet inſtitutum, de
re iu.cum Bertol. ¶[*In glo,ulti,ibi,cura*] ibi ſoluitur.

*SVMMARIVM.*

1 *Aduocati non æquum habent onus & honorem ex conſuetudine.*
*Patronatu ius eſt annexum ſpirituali, & nequit uendi.*
2 *Verba uniuerſalia reſtringuntur ad licita.*
3 *Spoliare hic quomodo accipiatur, & quando ſonet in malum.*
*De facto procedi à iudice quo caſu liceat, in fi.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu.5.*
*Eccleſia an tota deliquerit, quando uidendum.§.fin.*

## CAPVT VI.

QVia clerici. Non indiget ſumma,
nec diuiſione [*Aduoca-*
1 *tias*] aduocati † ſecundum diuerſas cõſue-
tudines plus, uel minus habent oneris, &
honoris ideò autem uendi non poteſt: quia annexũ
eſt ſpirituali, ut infra eo.de iure.1.q.3.ſaluator [*Quocun-
que modo*] illicito, ne ſit contra, infra eo.cum ſeculum,
ſecundum Hoſt. [*Vt poſt modum*] licet decre.ad hoc al-
2 legetur, quòd † ius patro.uendi non poteſt:tamen de-
cre.uidetur hoc prohibere, cum ipſum ius emebatur
ad hunc finem, ut filij, uel nepotes &c.quod uideba-
tur ſimoniacum [*Eoſdem*] clericos (*Taliter*) ſ.titulo em-
3 ptionis (*Spoliando*) i.priuando † per ſententiam. Nam
ſpoliatio ſonat in malum,& in actum uiolentum.pri
uatio uerò in actum iudicialem,ſecundum Gof.uide
quod dixi de reſti,ſpo.conquerente.in prin. uel dic,ꝙ
ideò hoc dicit : quia ex quo aliquis contra inhibitio-
nem epiſcopi talia facit, non ordinatur iudicium cõ-
tra ipſum : ſed ſicut de facto proceſsit, ſic de facto ta-
men per iudicem proceditur contra eum. Et ideò nõ
dicitur priuari, ſed ſpoliari, vt hic, & ſup.de pac.cũ cle-
rici,& de hoc dicam,infra de ſimo.licet Heli.ſecundũ
4 Hoſti. ¶Secunda † glo.reſpondet per contrarium de
decre.infra proxi.¶Tertia reſpõdet per quæſtionem,
quam ſoluit,ſignat contrarium,& ibi remittit. ¶Vlti.
gl.quærit, & ſoluit: infert aliam quæſtio.arguit nega-
5 tiuè,& illud tenet.¶[*In † gl.1.ibi,uel patronatus*) quod pa-
tet ex eo:quia,ut dicit textus,ad hoc emebatur,ut fie-
ret præſentatio ſecundum Innocen.¶[*In glo.licet,ibi,ſa-
tis credo*) Tan. Inno.hic contra. Sed cum Ber.concor.
Vin.Goff.Phi.& Hoſtiẽ.Nec ob.hæc decre.in qua ius
patronatus fuerat illicitè acquiſitũ (*& ibi, Præſentare*)
ſed non intrudere : & ſic loquitur contrarium ſecun-
dum Vin. ¶[*In glo.ulti.ibi, in atrio*) per quæ iura dixit In-
a no. quòd eccleſia libera erit [a] ab aduocato (*& in fin.*)
Satis congruè diſtingui poſſet, an deliquerit tota ec-
cleſia nec ne, iuxta no.de ordi.cog.cum dilectus, in 4.
glo.de ſimo.de hoc de reg.iur.delictum, libro ſexto.

ANNOTATIONES.

a ¶Eccleſia libera erit. Vide gloſſ.ſuper uerbo, eidem, in capitulo
primo, eodem titu.libro ſexto, & infra de pœnis, in glo.4.& ſu-
per illa per Ioan.And.& infra eo,ſignificaſti, in fi.

SVM-

*S V M M A R I V M.*

1 *Patronatus ius ſi non fuerit exceptum, tranſibit cum uniuerſitate, & in quem, & nu.2.& 3.*

2 *Eccleſia ad firmam dari, uel locari poteſt in temporalibus, & quã do non tranſeat per aliquem titulum, & num.3.poſt med.& in nullius eſt bonis.eo.nu.2.*

*Per pignoris contractum quæ tranſeant in creditorem.*

*In quibus conſiſtat.*

3 *Gradatim eſt conquerendum.*

*Cum uniuerſitate temporali an & quæ ſpiritualia, uel eis annexa tranſeant; & è contrario, & nu.7.*

*Verbum uniuerſale referri non debet ad ea, quæ ſunt penitus alterius naturæ, uerſ.imò plus.*

*Vniuerſitatem quando quis alienare dicatur, uerſ.dixit etiam.*

*Villa, caſtrum, hæreditas, ſunt nomina uniuerſalia, ibid.*

*Vniuerſalis reſoluitur in ſingulares & quando, ibid.*

*Per itineris, uel aditum quando mihi ius acquiratur, cir.fin.*

4 *Patronatus poſſeſſione qui eſt, præſentat, & nullus ſi ſit in ea, quid iuris, & nu.7.§.prim.*

*A contrario argumentum quo caſu hic uacet, cir.fin.*

5 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu.6.7.*

*Poſſeſſor an ſua poſſeſſione priuandus lite pendente.§.1.*

*Cap.quia res.11.quæſtio.1.intellectus.*

## C A P V T VII.

1 EX literis. C.Si † non fuerit exceptum
ius patronatus, tranſibit cũ
vniuerſitate in eum, in quem trãſit ipſius
utile dominium. Et diuiditur in duas partes.in prima ponitur querela epiſcopi. in ſecunda dã-
tur ſibi iudices, & inſtruũtur, quomodo debeant cau
2 ſam diffinire.ſecũda ibi, Man.[*Ad firmam*] eccleſia † per
ſe locari poteſt, uel ad firmam dari, ut patet ſupra de
religio.do.cum uenerabilis, in tẽporalibus, ſupra de
iureiuran.querelam. Et eſt ratio ſecundum Gof.quia
cum locatur, dominium, & poſſeſsio retinetur: per
aliquem enim titulum, per quem transferetur dominiũ, per ſe non tranſiret eccleſia ſecundũ eum. Quod
intelligendum eſt ſecundum Hoſt.de titulo non gratuito.per donationem enim tranſit etiam per ſe, ſup.
de dona.conſultationibus, & c.paſtoralis. Villa uerò
cum temporalis ſit, & locari, & obligari, & uendi per
ſe poteſt, & eccleſia ibi ſita cum ipſa uniuerſitate trã-
a ſit, [a] niſi excipiatur, ut hic. Eccleſia tamen titulo pignoris in alium non transfertur. & eſt ratio ſecũdum
Gof.Quia per contractum pignoris tranſit poſſeſsio.
Creditor enim poſsidet quo ad oĩa ꝑter qua ad duo
ſ.quo ad uſucapionẽ.ff.de acquir.poſ.l.1.§. per ſeruũ.
& quò ad uitandam ſatiſdationem. ff.qui ſatiſda. cog.
l.ſciendum.§.creditor.eſſet autem abſurdum, ꝙ poſſeſsio eccleſiæ tranſiret per ſe in poſſeſsionem creditoris. uel ſecundum Hoſtiẽ.alia eſt ratio: quia pignus
non cõſiſtit niſi in his, quęquis de bonis ſuis facit obnoxia.C.quæ res pig.obli.poſ.qui filios, & patet ſupra
de pignoribus. c.1.& 2. Cum ergo eccleſia in nullius
bonis ſit.ff.de rerum diui. in tantum.§.ſacra, patet, ꝙ
à nullo poteſt obligari [*Abbatiſſa*] aſſerens ſe patronã
3 [*Eidem*] epiſcopo Saletherien.[*Archiepiſcopum*] ſic † gradatim eſt conquerendum.16.q.7.filijs. Vincen. Erat
enim iſte metropolitanus huius epiſcopi, & ſic eius
iudex, de of.ordi.paſtoralis, ſecundùm Phi.[*Non excepto*] ſcias, ꝙ alienata uniuerſitate etiam per laicum, &
in laicũ tranſeunt iura, quę poſſunt per laicos poſsideri, vt ius patro.& an tunc noceat iuris patro.expreſsio,
dicam, infra c.uno, lib.6.in glo.2.& ius ſepulchi.ff.de
contrahẽ.emp.l.in modicis. Secus in decimis, & alijs
iuribus merè ſpiritualibus. Illa enim cum uniuerſitate non tranſeunt. Rationabile enim eſt, ꝙ quæ poſſideri poſſunt per transferentem, tranſeant: quæ uerò
poſsideri non poſſunt, non. Eſt etiam alia ratio ſecũdum Inno.quia cum ius patronatus non ſit merè ſpirituale, ſed partim temporale, non eſt mirum, ſi annectitur temporalibus, & tranſit cum ipſis, ar.ſup.de arbi.ꝑ tuas, de offi.dele.ſuper quæſtionũ.§.ſi uerò duo.
Decimę uerò & alia ſpiritualia iura. cum in nullo cõmunicent temporalibus, per conſequens nec eis poſſunt annecti, nec cum ipſorum uniuerſitate tranſire,
etiam ſi dicat laicus, uendo tibi villam cum omnibus
ſuis iuribus: quia ſpiritualia non ſunt iura temporalium, & faciat ad ea, quæ dixi, ſupra de reſcrip.ſignificauit, ſecundum Hoſt.& facit ſupra de rerum permu.
ad quæſtiones. Imò plus dixit Inn.ꝙ ſi eṗs dicat, uendo tibi, uel dono talem uillam meã temporalẽ, & omnia iura, quæ ibi habeo, non tamẽ intelligitur donaſſe decimas, vel alia iura merè ſpiritualia. nã illud, oĩa,
referri non debet ad ea, quæ ſunt penitus alterius iuris & naturæ, q̃ ea, quæ principaliter transferuntur, faciat ergo de illis, ſi eas donare vult, mentionẽ expreſſam: aliàs in generali non ueniũt.ad hoc de offi.lega.
ꝙ tranſlationem. Hoſti.tamen in caſu conuerſo dixit
cõtrariũ, ſ.ꝙ merè tꝑalia cũ uniuerſitate ſpũaliũ trãſferant, dũmodò ipſa tꝑalia ad transferentẽ pertinant.
ad hoc ff.de rei uen.quæ religioſis, & in eo, quod legitur & no.de reſcrip.ſedes, & ſ.de arbi.per tuas, de conſe.eccle.uel alta.quod in dubijs inf.qui fil.ſint legi.per
uenerabilẽ. Dixit ẽt ipſe Hoſti.ꝙ licet, quod dictũ eſt
de eṗo donante uillã, uel caſtrũ, in quo eſt eccleſia, ſit
verũ qđ dixit Inn.cũ donat laico, ꝙ non trãſeãt decimę, uel eccleſia, ad hoc.ſ.de deci.ad hæc, & c. quãuis
& c.ꝓhibemus: ſecus tñ, ſi donat eccleſiæ, uel religioſo loco: quia tũc oĩa tranſeunt, ad hoc.ſ.de dona.cõſultationibus, & c.cũ dilectus, in fi.& c.paſtoralis.& ſecũdũ hæc intelligatur qõ Veneri.91. fatetur ipſe Inn.
& Hoſ.ꝙ ſi ſit ius aliquod habens in ſe pariter ſpũalia
& tꝑalia, ſicut eſt præbẽda, quæ quã do q; habet & poſſeſsiones, & decimas, & doneť alicui eccleſiæ cũ ſuis
pertinentijs, hoc caſu oĩa ſpũalia & tꝑalia ſimul transferũtur: quia oĩa ſunt ſpũalia, & ſpũalibus annexa. Dixit etiam Inn.ꝙ ſi qs uendat oĩa iura, quę habet in aliqua uilla, cũ tñ uilla non ſit ſua, ſed habet ibi fundos,
& aliqua iura, & ius patronatus, ꝙ in tali cõtractu nõ
tranſit ius patrona. Eſt enim neceſſe ẜm eũ ad hoc, ut
trãſeat, ꝙ res talis ſit, quæ etiã ſine expreſsione uniuer
b ſitatem, & ius illud contineat, ſicut uilla, [b] uel caſtrũ,
quæ in ſe continet iuriſdictionẽ, honorẽ, diſtrictũ, &
ius patro. ad hoc.ff.de uer.ſig.pupillus.§.territorium.
Vnde in caſu prædicto, qñ dicit, Vendo tibi oĩa iura, q̃
habeo in tali uilla, reſoluiť uniuerſalis in ſingulares,
ac ſi diceret, Vẽdo tibi hoc, & illud. Cum autẽ ius patrona.uendi non poſsit, ſub tali prolatione non tranſibit. Si tamẽ eſſet aliquod ius uniuerſale, quod multa iura in ſe contineat, ut hæreditas, cũ illo bene tranſit ius patrona.ar.ff.de peti.hære. item uidendũ.§.fi.&
duabus.ll.ſequentibus. Non ſufficit ergo ſola uniuerſalitas uerbi: aliàs ſequeretur, ꝙ habẽs ſolũ ius patronatus, illud uenderet dicẽdo, Vẽdo oĩa iura, quæ habeo in ciuitate, uel in prouincia: uel vendo oĩa bona
mea, licet Roſ. bene hoc ultimo caſu dicat ius patro.
c tranſire in libel.[c] hoc ti.uer.Itẽ transferť ultra.ſed hoc
non placet, & tene quod.ſ.dixi. Plus dico quibuſdã videri, ꝙ ſi hæres uẽdat hæreditatẽ, ꝙ ius patronatus nõ
tranſeat in emptorẽ: quia licet hæres adita hæreditate
ſtatim omnium rerum ſingularium dominium habeat.ff.de acqui.poſ.cũ hæredes, in prin.de peti.hæredi. item uidendum.§.fi.cũ l.ſeq.nõ ſic in emptore hęreditatis, in quẽ ſingulariũ rerum dñium non tranſit
d ſine ſingulari illarũ traditione[d].& ſic ius patro.ſingulariter ex illo titulo per traditionẽ tranſiret cũ uniuerſitate, quod eſſe non poteſt, ut dixi. Primum patet in
l.qui tibi, C.de hære.uel actio.uen.ad hoc facit, quod
no.infra eo.cũ ſeculum, ubi de nouo hærede dicitur.
cen.in decre.ſacroſancta, per decre. cum terra, dicens
quòd ſi contemnatur, debet caſſari: ſed hoc non cre-
do,nec uideo effectum huius opi.nam & quando pe-
teret



teret, illam caſſari, poſſet requiri: non ſic in clerico,
qui à principio debuit intereſſe. hoc dico, quia ad re
quiſitionem huius conſenſus non habemus deter-
minatum tempus. uitium ergo ineſt electioni, quæ
fit canonico contempto: ſed licet non requiratur cō
ſenſus patroni ſuper electione iam facta: electio ta-
23 men in ſe non fuit uitioſa.¶*In ea.glo.in fi.*]quod† capi-
tulum uidetur huic contradicere, cum ibi uideatur
innui, ꝙ in eccleſia collegiata patronus eligat cum
collegio.Dicebant antiqui,quòd illud uetus,hoc no-
uum.uel non dicitur ibi,ꝙ eligat,ſed ꝙ electum con-
firmari poſtulat, ſecundum Tan. & hoc ſatis patet:
quia tex.dicit ibi,Monacorum electio,& poſſeſsionis
dominus popoſcerit. vnde non poſuit patronum in-
ter eligentes. ¶*In glo.non uidetur, ibi, laicum*] poſſes dice-
re ſolum: & ſic ceſſat contrarium ſecundum quoſdā,
ut recitat Vin.in c.ſacroſancta. Hic verò eligebat cum
clericis. & eſt ſi.ſupra de arbi.per tuas. Sed hoc nō pla
cet ad hoc,infra de elec.ex eo quod,li.6. nec ob.decr.
per tuas: quia arbitrari non eſt ita ſpiritualis actus, ſi-
cut eligere, etiam ſi ſuper ſpiritualibus feratur arbi-
trium,cum nō per arbitrum, ſed per illos, inter quos
fertur, exerceatur poſtea ille ſpiritualis actus. Præte-
rea & auctoritas ſuperioris uidetur tunc neceſſaria,
ut ibi[*& ibi, ſicut credo*]idem Hoſti. nec ob. in aucten.
de ec.ti.§.ſi quis ædificationem: quia ei non eſt ſtan-
dum in talibus 10.di.c.1.ſecundum eum.poteſt & ali-
ter intelligi,ut dixi ſm eum ſuper uer.tractandæ[*& in
24 fi.*]aliam ſolutionem collige ex fine ſeq. glo. ¶*In †glo.
ſed nunqnid,ibi,non poſſit fieri collegiata*]ad hoc,infra de ex-
ceſ.præ.dilecta. & hoc tenet hic Vin.alle.infra eo. po-
ſtulaſti.Et idem Hoſtien.ſupra eo.ſuggeſtum. & facit
quod poſt Inno.ibi dixi,& ſupra eo.c. ſuper uer.con-
uentuali,poſt prin.[*& ibi.monaſterium*]ubi de hoc.

ANNOTATIONES.

a ¶Iſte uerò. Qui ergo probat ſe unum ex prædictis feciſſe,niſi pro
bet conſenſum epiſcopi, non habet patronatum: quod non ad-
uertunt plerique iſta facientes.ſi abbas,uel prælatus,uel alius fun
dat eccleſiam,& proceſſu temporis in illa per alios fiant capellæ,
uel beneficia, quia ius patronatus expreſse in illis non retinet.an
ad primum fundatorem pertineat in illis ius patronatus, uel ad il
los,uide in dec.nouis illorum de Rota,conclu.35.& 77.

b ¶Cedit ſolo.Stante ædificio;illo uerò deſtructo redit materia ædi
ficii ad ædificantem.uide l.2.& ibi docto.& Bal. C. de rei uend.

c ¶Hæredum.Vide doct.& Bald.in l.1.C.de lega.& an hæredi labo-
rare debeat,ibi per ipſum & Bar.in l.Caio.§.fin.ff. de ann.lega.&
uide Bart.in l.libertis.§.fin.ff.de ali.& ci.le.& Ioan. And.de præ-
ben.cum ſecundum,in glo. per hoc.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſentare ſe patronus eccleſiæ uacantis ad eam non poteſt, & quare nu.2.ſed filium poteſt, ibid. & quæ alia nequeat, nume. 2.in fin.*

2 *Dubitandi, & decidendi rationes quæ in caſu huius decretalis.*
*Sibi quid aſcribere, uel dare in quibus prohibeatur.*
*Temporalia differunt à ſpiritualibus in acquirendo, & qualiter.*
*Patrono licet non præſentante inſtitutio an & quando irritanda, cir.fin.uer.nec obſt.*

3 *Epilogus, ſuffragium & additio gloſſarum,nu.4.*
*Correlatiuorum natura quæ.*
*Inter eligentes an & quando ſit electa perſona computanda, iuncta gloſſ.*

CAPVT XXVI.

1 PEr noſtras. Caſus. Patronus† ec-
cleſiæ uacantis ad eā
ſe præſentare non poteſt. & ſunt duæ par-
tes.in prima conſultatio. in ſecunda reſpō
ſio ibi,cum igitur.& antiqua litera, per noſtras. & eſt
uera litera per uer. poſtulaſti. & quia ſcribit uni[*Cle-
ricus*]hoc dixit quia de laico nō fuiſſet dubitatio[*Ido-
2 neus*]ut maior ſit dubitatio [*Præſentare*] uidebatur †ꝙ
ſic, quia magis debemus nos diligere, quàm alios,ſu
pra de uſu pal. niſi ſpecialis:tum quia factum patroni
non ratificatur niſi per approbationem diœceſani.ſu
pra eo. quod autem. ſed contrarium reſpondetur ſe-
cundum Hoſtien.[*Ingerere*]ſic non debet quis ſe inge-
rere procuratoris officio.ff.de procura. quæ omnia,
nec ſibi tutelam aſcribere.ff.ad l.Cor.de fal.l.uxori.§.
qui ſe,nec auctoritatem præſtare.ff. ad Trebel. le.1. §.
fuit. Sed contra ff.de contrahen.emp.l.fiſtulas.§.fun-
dum, ubi tutor ſibiipſi poſſeſsionem tradit. So. non
ſimpliciter ſibi tradit,ſed egrediente familia pupilli ip
ſe ingreditur.Goff.aliter reſpondebat hic Hoſtien.di-
cens aliud in temporalibus, in quibus habet locum
ſucceſsio, nec in aditione requiritur iudicis auctori-
tas.ff.de acquir.hæredi.l.pro hærede.aliud in ſpiritua-
libus, in quibus nec ſucceſsio locum habet, ſupra de
fil. preſ.ex tranſmiſſa, nec ſine iudicis auctoritate ac-
quiruntur, ſupra de inſti. cap.3.& no. de offi.archidi.
cum ſatis, & ſupra eo.relatum. §. ſeipſum. pater uerò
poteſt filiū preſentare;quod dic,ut ſupra eo.conſulu-
it,& ca.quia clerici,ſm Hoſti.qui etiam dixit hic & in
ſumma huius ti. in fi. ꝙ ſi uacante eccleſia epiſcopus
uocat talem patronum,& confert ſibi ex ſuo officio
eccleſiā,ꝙ poterit conſentire,& ualebit collatio:quia
talis ſe non ingerit, ſed uocatur à Deo, ut Aaron, ſu-
pra de ele.qualiter.nec eo,quod eſt patronus dēt fieri
conditio ſua deterior,imò melior.ſ.c.proxi.in fi.ſ.de
teſta.cum in officiis.nec ob. ſi dicis, ꝙ inſtitutio facta
patrono non præſentante omnino ſit irritanda,ſupra
a co.illud,in fi. nā & ſufficit, ꝙ patronus conſentiat[a] ex
poſtfacto,ut patet,ſupra eo. ſi uerò.& interdum ordi
nat epiſcopus eccleſiam nō præſentante patrono, ut
infra eo.cum autem,& c.cum propter, ſupra c.1.2. &
3.& facit quod ibi dixi, ſuper uer. plurimorum. nam
& de ueritate iuris habet epiſcopus beneficia confer-
re,licet de gratia toleretur,quod patronus præſentet,
ſupra capitulo quoniam.Preterea de ipſius fit cōſen-
ſu,ex quo uocationi factæ ab ipſo epiſcopo cōſentit,
nec eſt admittenda ſubtilitas, ex qua ſequi poſſet per-
plexitatis abſurditas,arg.ſup.de appel. interpoſita, ad
fi.nec ob. quod hic. & in fi. dicitur, quod locum ha-
bet,cum quis ducit primam originem à ſeipſo, quod
patet, ſupra de elect.cum in iure, de ſorti.c.fi. [*Perſona-
tum*]idem dicas de canonia,uel alio beneficio,cū ea-
3 dem ſit quo ad hoc ratio. ¶Prima†glo.ſignat contra
rium.¶*In prima glo.ibi,quæ omnia*] uide de procura.man
dato, in fi.2.gl. ¶*In glo.2.ibi,prætor*]uide in c.cum in iu-
re,ſuper 1.gloſſ.[*& ibi.l.ulti.*] uide de inſti.c.fina. ſuper
4 glo.2.¶*In †glo.prima in fine,ibi, coelegit ſe*] non elegit.¶*In
glo.2.ibi,prætor*]ſecundum Ioan.[*& ibi.l. ulti.*] Eſt enim
natura correlatiuorum,quòd unum non ſit reliquū,
ff.de rerum permu.l.1.in prin. Hoſtien.[*& in fine*] hoc
uerum in forma ſcrutinii: ſecus in forma cōpromiſ-
ſi,ſecundum ea, quæ dixi, ſupra de elect. cum in iure.
& eſt ratio ſm Hoſt.quia in ſcrutinio, cū ſecretò fiat,
habet originem à ſeipſo,quod eſſe non poteſt: ſed in
compromiſſo poſſunt alii ipſum audientem nomina
re,& ſic poteſt conſentire ab aliis nominatus,cū tunc
non habeat originem à ſeipſo.

ANNOTATIONES.

a ¶Conſentiat. Et talis receptio beneficii uidetur tacite præmi-
ſiſse præſentationem præambulam, & iſte actus receptionis con
tinet plures actus l.3.§.ſi debitorem, ff.de dona. inter ui.& uxo.
facit.l.illud,ff.de acquir.hæredi.& uide ad hoc bonam glo.in cle
men.prima, de conceſ.præben.& ibi probatur.

*SVM-*

*SVMMARIVM.*

1 *Si patroni ad eccleſiam uacantem intra quadrimeſtre non præ-
ſentant, & quo alio caſu epiſcopus ordinabit eccleſiam, & nu-
mer. 3.*
2 *Inter patronum laicum, & clericum quæ differentiæ.*
4 *Additio gloſſarum.*

## CAPVT XXVII.

1 CVm propter. Caſus. Si† patroni ad eccleſiam ua-
cantem intra 4. menſes non præſentant,
epiſcopus ordinabit eccleſiam. uel ſi quę-
ſtio iuris patro. non diffinitur, infra 4. menſes, epiſco-
pus ordinabit eccleſiam ſine præiudicio euincentis.
& ponit dictum, & proteſtationē ſubdit ibi, ita quòd
[*Laicorum*] patronorum: quo caſu locum habet, quod
a hic dicitur de quatuor[a] menſibus quod dic, ut infra,
eo. c. uno, lib. 6. [*Aliquos*] laicos ut præmiſit. differunt
2 † enim patroni laici, & clerici in his, quæ his uerſibus
continentur. Clericus, & laicus diſtant per plura pa-
troni. Pœnitet, & tempus, ſubiectio, pœnaq; forſan.
Et ratio, titulus, donum coniungitur iſtis. Pœnitet.
quod dic, ut legitur & no. ſupra c. cum aūt. Tempus,
ut nunc dixi, & habes, infra c. uno lib. 6. Subiectio, qa
magis eſt aſtrictus poteſtati eccleſiæ clericus patro-
nus, quàm laicus. quod dic, ut infra ca. proxi. & ſupra
de offi. leg. dilectus. Pœnaque forſan. nam ſecundum
quoſdam clericus priuatur poteſtate pręſentandi ea
b uice, ſi minus[b] idoneum præſentat: ſed laicus non pri
uaretur. ſed ſecundum Hoſtien. idem in laico, ut pro-
batur in aucten. ut hi qui. ecc. §. fi. coll. 5. & de ecc. ti. §.
ſi quis ædificationem, in fi. colla. 9. & de ſanctiſ. epiſc.
§. ſi quis oratorii domum, colla. 9. & ideò dicitur for-
ſan, quia opiniones ſunt. quod dic, ut de ſup. neg. præ-
la. cap. 2. de offi. ordi. cum uos. tene quod ibi dixi ſu-
per gl. 2. poteſt notari. 5. differentia quò ad rationem
reddendam. unde dixit uerſus, Et ratio. quod dic, ut
ſupra eo. ex literis 6. quantum ad aſsignationem tituli
ordinandi. unde dixit, Titulus; quod dic, ut infra eod.
paſtoralis, & c. poſtulaſti. 7. quia clericus fit patronus
ex donatione ſine auctoritate epiſcopi: ſecus in laico.
& ideo dicit, donum, de hoc, ſupra eo. ſignificaſti, &
c. ex inſinuatione. de his differentiis quantum ad ex-
poſitionem primorum uerſuum no. plenius in ſum-
ma eo. ti. §. in quibus differant, & per ultimum uerſi.
ſuppletur, quod ibi deeſt ſecundum Hoſtien. [*Idonea*
3 † *ordinare*] contra ſupra cap. 1. So. quando quod hic di-
citur non poteſt fieri ſine ſcandalo, debet fieri quod
ibi dicitur. uel aliter ut ibi. Innocen. [*In poſterum*] ſic ſu
pra eod. conſultationibus; quod dic ut ibi. Hoſtien.
4 ¶ Glo. † allega. unam concord. ſignat unum contra-
rium, & utrobique remittit.

---

ANNOTATIONES.

a ¶ De quatuor. Et ſi intra tempus ſuum patronus non præſentat, & ſic deuoluitur ius ſuum ad epiſcopum, & epiſcopus negligens eſt in conferendo, an illi currat tempus a die uacationis, an a die finis termini patroni dati a iure, uide in deci. Ro. conclu. 289.

b ¶ Minus. Et an dicatur idoneus monacus, ſi præſentetur ad eccleſiam parochialem, uide in deci. Ro. conclu. 288. & eo ipſo, quòd clericus patronus uariat, dicatur priuatus iure ſuo, quaſi indignũ ſcienter præſentauerit, uide in deci. nouis Ro. conclu. 149.

*SVMMARIVM.*

1 *Legatus de latere quam eccleſiam reſeruare non uacantem, & ua-
cantem poſſit conferre, & quam poteſtatem habeat, nu. 5. cir.
fin. & num. 17.*
2 *Reſeruare an poſſit ſimiliter delegatus à papa, & quando quis, cui
ſcriptum ſit, ut prouideat alicui de beneficio in una uel pluri-
bus eccleſiis, id facere poſſit, cum formis reſeruationum, nu. 3.*
4 *Prouiſor delegatus an uariare poſſit, & quando, & nu. 11.*
5 *Reſeruationes, & acceptationes beneficiorum an fieri poſſint ul-
tra unum, & nu. 8. uer. & licet, & 11.*
6 *Poſt reſeruationem, & inhibitionem beneficij facta collatio an
teneat.*
7 *Prouiſio ſecundi impetratoris non tenet, donec primo non ſit pro-
uiſum, & quo caſu.*
*Prouiſor delegatus, ut impetranti prouideat in aliqua eccleſiarum
certæ ciuitatis, uel diœce. uel de aliquo beneficiorum pertinen-
tium ad collationem abbatis, quod conferre poterit, & ante
quàm conferat ipſe, ſi fiat collatio ab eo, ad quem ſpectat, te-
nebit.*
*Idem, ſi deputatus ſpecialiter alius prouiſor, ſiue etiam ſecundus
generaliter deputatus conferat de prædictis aliquam eccleſiam
prius.*
*Delegatus generalis non habet poteſtatem ſuper contentis in clau-
ſula generali ante, quàm exprimantur.*
*Reſeruatio comparatur expreſſioni.*
9 *Prouiſio ſi ſit uſque ad certam ſummam, an niſi de uno poterit pro
uideri, & nu. 8. cir. fin.*
10 *Prouiſio ſi concedatur de conferendo primò uacaturo in eccleſia,
uel diœceſi, non collato primo, poteſt ſecundum, tertium, uel ul-
terius conferri, ſed hoc non eſt perpetuum, uide nu. 12.*
11 *Prouiſor ſi moriatur poſt in aliqua eccleſia reſeruationem factam,
ad quem prouiſio redeat.*
*An & quando poterit ſuſpendere collatores, & de forma ſuſpen-
ſionis, & an eos citari debeat.*
12 *Prouiſor habens prouidendi poteſtatem in primo beneficio uaca-
turo in eccleſia, diœce. uel prouincia in quo debeat prouidere,
& ſupra nu. 10.*
*Prouiſor quid ſi habeat poteſtatem conferendi, cum ſe facultas
obtulerit? in fin.*
13 *Adiudicatio beneficij fit cum fructibus.*
*Fructus non facit ſuos, qui non eſt canonicè adeptus beneficium,
& nume. 16.*
14 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 15. 16. & nu. 17.*
17 *Collatio non poteſt fieri à legato ante uacationem reſeruatæ ec-
cleſiæ.*
*Reſeruationis poteſt mutare propoſitum.*
18 *Reſeruationis ui non poteſt ſtatim facere in canonicum, pro quo
reſeruauit, recipi.*
*Reſeruatione una pendente, non poteſt aliam facere in eccleſia col-
legiata, ibid.*

## CAPVT XXVIII.

1 CVm dilectus. Caſus. Legatus † de latere eccle-
ſiam, cuius alia eccleſia eſt patrona, ſuæ
collationi reſeruare poteſt, licet non ua-
cet; & conferre, cum uacat. Et ſunt duæ partes. in pri
ma ponitur petitio. in ſecunda diffinitio ibi, Nos igi-
tur. Hoſtien. ponebat literalem caſum, quem breui-
tatis cauſa, & quia ſatis patet, prætermitto [*Vacare con-
tingeret*] no. legatum de latere poſſe reſeruare donatio
ni ſuæ primam præbendam uacaturam cōferendam
certæ perſonæ, quamuis ipſam prius, quàm uacet,
non poſſet promittere, uel conferre: hoc ipſum po-
teſt delegatus, cui papa commiſit, quòd alicui proui-
deret ſecundum Innoc. ut eandem poteſtatem reci-
piat delegatus in ſpeciali commiſsione quò ad ipſam
exequendã, quam recipit legatus in generali; & ſunt
ſecundum Hoſtien. efficacia, argum. de conceſ. præ-
ben. quia cunctis. §. ex parte, de offi. dele. ſtuduiſti, de
conſti. tranſlato. ff. pro ſocio, actione. §. renunciare.
2 ff. de admi. tu. ſi duo. §. fi. Eſt tamen † diſtinguendum
ſecundum Innocen. quia ſi mandatur alicui prouide
ri de primo beneficio, quod uacabit in eccleſia, pri-
mum beneficium, & non aliud ſuæ donationi pote-
rit



rit reſeruare. Si uerò papa mandauit, ꝙ alicui proui-
deret in aliqua ciuitate, uel diœceſi de primo benefi-
cio, quod ibi uacauerit, ſuæ donationi reſeruare po-
terit beneficia illius diœce. uel prouinciæ in hac for-
ma. ſcriberet enim cuilibet eccleſiæ, cum papa mihi
mandauerit, ꝙ tali prouideam in primo beneficio,
quod uacaret in iſta diœceſi. uel prouincia in hunc
modũ. Clemēs epiſcopus &c. uſq; in finem: cuius au-
ctoritate beneficium primò uacans in prouincia, ci-
uitate, uel diœceſi collationi noſtræ duximus reſer-
uandum, illi, pro quo ſcriptum eſt, conferendum. ea-
dem auctoritate vobis mandamus, ꝙ ſi cōtigerit pri-
mam uacationem eſſe in eccleſia ueſtra, illam uobis
reſeruetis. & adde ſecundum Hoſt. & quamcito uaca
uerit, & diem, quo uacare cœperit, nobis per ueſtras
literas intimetis: & tunc ſi de illo beneficio, quod ibi
uacabit, aliquid attentaretur contra reſeruationem
factam, non ualeret: quia hæc poteſtas eſt eis per ſu-
3 periorē ablata. Si uerò dicatur † in litera, ꝙ prouidea-
tur alicui de beneficio, quod in tali prouincia duxe-
rit acceptandum, tunc eſt in optione impetrãtis, quæ
beneficia uoluerit acceptare, & ſignificare illa ſuo
executori: quo facto executor ſibi reſeruabit vnum
de prædictis primò uacans, & ſic ſcribet ſingulis ec-
cleſiis, Noueritis &c. uſque ad finem literarum, Po-
ſtea dicet, & ipſe impetrans elegit talia beneficia, de
quibus eſt unum in eccleſia ueſtra; mandamus, qua-
tenus, ſi illud prius, quàm alia quæ elegit uacare con
tigerit, illud nobis reſeruetis &c. Si uerò papa com-
miſit in arbitrio executoris, ꝙ ei prouideret in bene-
ficio competenti, tunc iudex æſtimabit, quæ benefi-
cia ſibi competentia arbitretur, & ſibi ſecundum præ
4 dictam formam eadem reſeruabit. Quæri † conſue-
uit, an poſsit poſt, quàm ſemel elegerit, uariare: in
quo remittit Inno. ad no. qui matri. accu. poſ. cum in
tua, & Hoſt. ad no. de reſcrip. cum in multis, li. 6. Quòd
5 † autem huiuſmodi reſeruationes poſsint fieri, pro-
batur: quia aliàs inutile eſſet mandatum de prouiſio-
ne, & quia principali commiſſo, & acceſſoria com-
miſſa uidentur, & ea, ſine quibus expediri non poteſt
ut infra dicam. Alii dicunt, ꝙ in quacunq; prædicta-
rum formarum ſcribatur, nec impetrans, nec execu-
tor poſſunt ultra unum beneficium acceptare, uel ſi-
bi reſeruare: quia impetrãs unum ſolum beneficium
habere debet; & ſic unum ſolum ſibi eſt reſeruandũ.
Grauis enim, ambitioſus, & nimis vagus ē primus ſu-
perior intellectus, & ideò odioſus, nec ſequendus, ar.
de tranſla. c. fi. ff. de iniur. prætor. imò plus dicunt qui-
dam, & bene, ut uidetur, ꝙ per tales literas non poteſt
ſibi executor aliquod beneficium reſeruare; nec per
hoc dicitur mandatum inutile, uel ꝙ aliter expediri
non poſsit: quod eſt falſum. Expectetur enim uaca-
tio, ut iuri congruit, ſupra de conceſ. præb. c. 1. & 2. &
per totum, & tunc conferat. De prouiſione enim, &
non de reſeruatione recepit mandatum. illud ergo
ſeruet, & non excedat, ſupra de reſcrip. cum dilecta, de
offi. delega. prudentiam, in fin. 1. reſpon. Nec obſtat, ſi
dicas, ꝙ ſi non reſeruat, tenebit collatio alteri facta
per illum, ad quem ſpectat: quia nec illud erit ſine pę-
na, ex quo denunciatum eſt. quod dic, ut ſuprã de pręę
ben. inter cætera, & c. dilectus. 2. & ex contrario ape-
ritur uia ad uacaturas. contra id, de conceſ. præben. c.
2. & c. conſtitutus, in fi. ſecundum Inno. nec ob. ſecun
dum Hoſtien. quod dictum eſt in prin. glo. Legatus
enim habet poteſtatem ordinariam generalem & fa-
uorabilem, quæ plenior eſt, quàm delegata, & habet
legatus de latere multas prærogatiuas, quas non ha-
bet ſpecialis delegatus, uel alius legatus, ut patet de of
fi. le. c. 1. lib. 6. Remittit tamen ad ea, quæ infra nota-
uit, & de conceſ. præben. c. 1. lib. 6. dic de his, ut ibi, &
eo. ti. ſi capitulo, & c. ſi ſoli, & c. executor, & ca. ne ca-
6 ptandæ [*Inhibens*] & quia † archidiaconus uenit contra
inhibitionem, legatus factum ſuum caſſauit, ut ſequi
tur, arg. 10. di. Iudæos, ſecundum Hoſti. Nam ſecun-
dum Inno. ex quo ille, qui ſuper hoc poteſtatem ha-
bet collationem beneficii ſibi reſeruat, uel inhibet
collatori, ne alteri conferat, quod fit contra talem re
ſeruationem, uel inhibitionem, non ualet: quia per
hoc illa uice ſuſpenſus eſt à collatione talis beneficii,
argum. hic & collatio facta per ſuſpenſos non ualet,
de conſue. cum dilectus, de elec. cum inter. R. & uide-
tur expreſſum, de conceſ. præben. quia cunctis. Sed
contra, quia ſemper uidetur ualere collatio facta, ni-
ſi decretum ſit interpoſitum, ſupra de elec. innotuit,
in fin. de præben. inter cætera, & c. dilecto. Aliis uide-
tur, & forte melius, ꝙ ſi ſcriptum eſt alicui, quòd ali-
cui prouideat in certa eccleſia, ꝙ ex quo prouiſor re-
cepit literas, ꝙ penes eum eſt poteſtas prouidendi, &
eſt ablata ei, q prius habebat. unde ſi hoc ſciens prior
collator illa alicui conferat, nō ualet collatio. ſi verò
ignorat, tũc obtinet, quod dictũ eſt de decreto. Quid
7 † ſi duo impetrãt ad diuerſos, ut eis prouideatur in ali
qua eccleſia? Dicunt quidam in omni caſu primo im
petranti primò prouidendum, arg. ſup. eo. cum autē,
in fi. adeò, ꝙ donec ei prouiſum fuerit, non ualet pro
uiſio à ſecundo executore facta, etiam ſi ignoret pri-
mas literas, niſi de ipſis in ſecundis habeatur expreſſa
mentio, ut patet, ſupra de reſcri. cæterum, & c. capitu-
lum, de offi. dele. ex parte, i. nec ob. quod dicitur, ꝙ te-
net collatio facta poſt tales literas ab eo, ad quem ſpe
ctat iure ordinario, de præbendis, dilectus. 2. quia ius
ordinarium fauorabilius eſt, quàm extraordinariũ,
ut patet ex no. de appel. vt debitus, & quia in delegatis
primæ literæ præualent, ſup. de reſcrip. cæterum, licet
8 alii in utroque caſu dicant idem. Quid † ſi aliquis im-
petrat, ut ei prouideatur in aliqua eccleſiarum certæ
ciuitatis, uel diœce. uel de aliquo beneficiorum perti
nentium ad collationem Abbatis, cum plura benefi-
cia in diuerſis eccleſiis ad ipſum Abbatem pertineãt?
Reſpondeo: hoc uidetur, ꝙ iſte prouiſor quandocun
que ante, quàm eligat eccleſiam, ubi debet prouide-
re, inuenerit aliquam præbendam uacantem, illam
conferre poterit: ſed ante, quàm conferat, nullus illo-
rum, ad quos ordi. iure ſpectat collatio in diœce. nec
a ipſe Abbas impedietur conferre, & tenebit[a] collatio,
ſi conferat. & idem uidetur, ſi alius prouiſor ſpeciali-
ter deputatus alteri ſuper aliqua eccleſia cōtenta ſub
prædicta generalitate ciuitatis, uel diœce. uel prouin-
ciæ, ſiue etiam ſecundus ſit generaliter deputatus, ut
in ciuitate, diœc. ſiue prouincia, debeat alii prouide-
re, ſ. ꝙ tenet prouiſio facta per talem ſecundum pro-
uiſorem, arg. ſup. de reſcri. paſtoralis, in fi. ubi dicitur
delegatum generalem non habere poteſtatem ſuper
contentis in clauſula generali ante, quàm expriman-
tur: poſtquam tamē impetrans coram prouiſore ſuo
expreſsit, in qua eccleſia ſibi prouideri uoluit, & exp̃ſ
ſio peruenerit ad eum, ad quem pertinet collatio ēt
iure ordinario, adempta eſt ei poteſtas cōferendi per
talem expreſsionem, ſicut & ſi in literis ab initio fuiſ-
ſet expreſſa eccleſia, arg. ibi, & quod no. eo. tit. Abba-
tem, & infra de reſcri. cum in multis. & licet talis exe-
cutor collationi ſuæ poſsit reſeruare præbendam pri-
mò uacaturam, de præben. pro illorum: quam reſer-
uationem comparauimus expreſsioni, non tamē po-
teſt reſeruare niſi in una eccleſia, quod ſic probatur:
nullus à principio poſſet habere literas ſuper præben
dis obtinendis in pluribus eccleſiis. viderentur enim
frauduloſæ, ſup. de reſcrip. in præſentia, & c. ad audien
tiã. Eadem ratione & ſi quis impetrauerit generales,
ipſarum auctoritate non poterit ei ius in pluribus ec-
cle-

cleſiis reſeruari. delegatus.n. dẽt procedere ut delegãs,
de reſcri. ſuper literis, in fi. niſi forte uſq; ad certã ſum-
mã, puta. 100. marcarũ, mãdaret alicui in beneficiis
eccleſiaſticis prouideri. tũc.n. uſq; ad prædictã q̃titatẽ
tm̃ reſeruare poſſet plura beneficia. nec.n. forte de fa-
cili inueniret beneficium tm̃ valens. Si uerò in literis
ſingulariter diceret, prouideas de beneficio, tunc q̃a
uerba nõ patiunt, non poterit niſi unũ beneficiũ re-
9 ſeruare ſm Inno. ¶ Dixit † aũt Hoſti. ꝙ ſi ſimpliciter
prouideri mandet uſq; ad certã ſummã, niſi iungatur
in litera de uno, uel pluribus beneficiis, non poterit
prouideri niſi de uno. Cũ.n. reſcripta ſm ius ſint intel
ligenda & interpretanda. C de preci. impera. offi. l. re-
ſcripta, & l. nec damnoſa, quę ſunt canonizatę 25. q. 2.
ſed hoc eſt in iure expreſſum, ꝙ unus dẽt habere unũ
beneficiũ, & non plura, ut patet. ſ. de præb. cum non
ignores, & c. ſuper. ergo licet generaliter dicat, Benefi
cies talẽ uſq; ad ſummã. 100. marcarũ, dẽt intelligi de
uno beneficio tm̃. niſi aliud exprimat, & ſi dicas, poſ-
ſet talis impetratio eſſe inutilis, q̃a uix reperiretur be-
neficiũ tam pingue; reſpõ. & ſi uix inueniatur, ſufficit,
ꝙ inueniatur, ar. ff. de iudi. uix certis. & ſi ẽt non inue-
niatur, non eſt curandum, ſed improbę ambitioni im
putandũ. ſ. de præb. quia in tantũ, & §. fi. iſtud dictum
Hoſti. reprobatur, de præb. q̃uis. 1. in prin. lib. 6. & uide
10 quod ibi dicã. ¶ Dicit † etiam Inno. ꝙ quando ſcribi-
tur de beneficio, quod primò uacabit in eccleſia, uel
diœc. licet non cõtulerit primũ, poterit conferre ſm
tertiũ, uel ulterius, arg. ſ. de præb. dilectus filius. G. ſed
hoc nõ eſt ſimpliciter uerũ: ſed dic, ut infra eo. gl. uer.
itẽ dicunt quidam. ſubdit ẽt Inno. ꝙ quando ſcribitur
de beneficio, quod primò vacabit in diœce. ꝙ poterit
etiã tunc præeligere unã eccleſiam, & tunc in aliis ꝓ-
uiſor prouidere non poterit, quod ſm eum aliqui nõ
11 conceduni. Eſt † etiã notandũ, ꝙ ex quo prouiſor re-
ſeruauit in aliqua eccleſia, ẽt ſi prouiſor moriatur, nõ
redit prouiſio ad ordinariũ, ſed ad ipſum, cuius aucto
b ritate facta eſt reſeruatio, uel expreſſio.[b] Item ex quo
reſeruauit in una eccleſia, in alia prouidere, uel muta
re non poteſt, dummodò ſit talis eccleſia, quã poſſit
habere, de reſcript. cum in multis. ff. de op. le. l. 2. talis
enim prouiſor, ſiue in prouincia, ſiue in diœce. ſiue
in certa eccleſia poteſtatem receperit: nõ tamen po-
teſt omnia beneficia prouinciæ, diœce. uel eccleſiæ ſi
bi reſeruare, nec ita in genere ab ipſorum collatione
ſuſpendere collatores: ſed in ſpecie poteſt hoc modo.
Suſpendo talẽ à collatione primi beneficii, uel ſecun
di, uel ulterioris. uel ſic: Suſpendo talem à collatione
primi beneficii, ꝙ ualeat. 10. uel 20. marcas, ſi æſtimet
illum tanto beneficio dignum eſſe, & cũ eadem deter
minatione poteſt totam prouinciam, uel diœceſim,
ſuſpendere, & pro his eſt efficax ratio: quia, ex quo ali
quid mandatur, uidetur & omnia illa mandata, ſine
quibus mandatũ expediri non poteſt. ff. de iuriſd. om.
iudi. l. 2. de offi. dele. ex literis, ſm Inn. & eſt efficacior
ſm Hoſti. quia omne id uidetur mãdatum, per quod
peruenitur ad illud, arg. ff. de procur. ad rem mobilẽ,
& l. ad legatum. hoc tamen non ſemper ſequitur ſm
eum, ut patet ex no. de elec. innotuit, uerſus fi. Sed ſm
Inno. prouiſor, de quo dictum eſt, bene poteſt mãda-
tum exequi ſine generali ſuſpenſione, uel reſeruatio-
ne, ergo illam non faciet: ſed abſque ſpeciali mãdato
exequi non poſſet illam, ergo facere poterit. Item ef-
fuſa ſuſpenſio eſt reprehenſibilis, ergo reſcriptum, q̃d
hoc expreſsè non concedit, per interpretationem ad
hunc iniquum intellectum trahendum non eſt. ff. de
uul. ſub. ex facto. ff. de reg. iur. Neratius, in fi. Sed & di-
ci poteſt, ꝙ omnis talis ſuſpẽſio ſuperabundans ſit &
effuſa, ſi non fiat citatia his, de quorum beneficiis exe
cutor prouidere intendit, cum mandatum per exec-
ptiones, quæ forſan non ſolum contra literas proui-
ſionis, ſed etiam contra perſonam impetrantis com-
petunt, elidi poſſit, de reſcrip. cum àdeò, ſi proponen
te, de æta. & qualitate, accepimus. & ideò, ſi beneficiũ
interim per illos, ad quos iure ordinario pertinet, alii
conferatur, tenet collatio, de præben. inter cætera, &
c. dilectus. Secus, ſi papa det alicui poteſtatem confe-
rendi. nam tunc primis abſtuliſſe uidetur hanc pote-
ſtatem. ad hoc de conceſ. præben. conſtitutus, & eo. ti.
12 ſi capitulo, libr. 6. ¶ Item dicunt † quidam, ꝙ ſi alicui
data eſt poteſtas prouidẽdi in primo beneficio, quod
uacabit in eccleſia, diœceſi. uel prouincia, prouidere
debet in primo tantũ beneficio, quod nacauerit poſt
receptionem huiuſmodi literarum, & poſt notifica-
tionem de hoc factam eccleſiis, in quibus habet pote
ſtatem prouidendi, ar. de ap. ſuper eo. 2. & ſecundum
iſtos, ſi contingat uacare aliquod beneficiſim, nõ po-
teſt prouiſor de illo prouidere, quouſq; literæ omni-
bus & ſingulis de prouincia fuerint præſentatæ, adeo
quòd ſi iudex huiuſmodi vellet forte omittere vnam
eccleſiam, in qua non notificaret mandatum, & po-
teſtatem ſibi datam, in nullo loco poſſet conferre pri
mum beneficium. Alii dicunt, & uidetur melius, ꝙ
ex quo receperit literas, ſtatim conferre poteſt bene-
ficium primò uacans, & ſi non ſcribat eccleſiis, in qui
bus habet poteſtatem prouidendi: quia litera non di-
cit, quòd eis ſcribat, ſed ꝙ eis prouideat. Plus dicunt
quidam, quòd ſi primum beneficium, quod uacauit,
non poſſit conferre, quia præuentus eſt ab aliis, pote-
rit tamen prouidere de ſecundo, tertio, uel ulteriori:
quia beneficia ſunt latiſſimè interpretanda, j. de uerb.
ſi. olim, ſecundum Inno. & quia ſm Hoſti. uerba ſunt
intelligenda cum effectu, de cleri. non reſi. relatum.
Quando ergo dicitur in litera, ꝙ prouideatur de bene
ficio primo uacaturo, non eſt hoc tantum ad primã
uacaturam reſtringendum, quantum ad poteſtatem
prouiſoris, & prouiſionem beneficii extendendum.
unde ſic debet intelligi & exponi, prouideas de bene-
ficio, quod primò uacare contingerit. i. de illo bene-
ficio uacaturo, de quo ei primò cum effectu poteris
commodè prouidere. Id enim ſolũ poſſumus, quod
commodè poſſumus. ſic etiam in dubiis benigna &
non maligna interpretatio fieri debet, & ut impetrãs
commodũ inde ſentiat, & ut res potius ualeat, quàm
pereat, de deci. ad audietiam, de priuile. in his, de uer-
bo. ſig. Abbate. Credunt tamen prædicti ſm Inno. ꝙ
hoc operetur notificatio facta eccleſiis, ꝙ ſi poſtea
conferat alii beneficium, patiantur pœnam, ſupra de
præben. dilectus. Sed obeſt, quia ex quo primum be-
neficium non habuit, ſibi deinceps non poterit pro-
uideri, & ſit contentus prædicta pœna; quod non pla
cet Inno. ſecundum quem hæc fortius ſunt uera, quã
do mandauit ſibi prouideri, cum ſe facultas obtule-
rit: quia non intelligitur ſibi auferri facultas, ſi ab alio
præuenitur [*Præbenda*] quæ erat. H. clerico aſſignan-
13 da [*Supplicat*] & bene [*Confirmari*] ſub. & † adiudicari cũ
fructibus inde perceptis, & aduerſario ſilentium im-
poni; & ſic fertur in fine ſententia. Hoſti. [*Et infra*] hoc
eſt, quod. G. contradicebat, dicens ſe potiorem, cum
primò præſentatus fuiſſet [*Fructibus*] ſic ergo, qui mi-
nus canonicè beneficium eſt adeptus non facit fru-
ctus ſuos: imò tenetur ipſos reſtituere, quantocunq;
tempore beneficium tenuerit, vt hic patet, & ſupra de
ap. bonæ, in fi. de præben. dilecto, in fi. ubi de hoc [*Per
ceptis*] ab illo. G. qui in eccleſia adminiſtrauit, uel quo
cunque alio: quia ab illo tempore, quo fuit inſtitu-
tus per epiſcopum, pertinuerunt ad eum. ad hoc, ſu-
pra de offic. ordi. cum uos, de teſta. relatum. 2. §. no-
14 mine. Hoſtien. ¶ Secunda † glo. ponit partem caſus.
¶ [*Glo. ſed quid*] quærit, & ſoluit. ¶ Penul. glo. obiicit de
decre.



decr. dilectus, & ſoluit. ſecũdò obiicit de fraude uaca-
turæ ꝑ decr. conſtitutus, & ſoluit. tertiò obiicit de ab-
ſurditate, & ſoluit. quartò quærit alle. pro, ſoluit cõtra
15 rium. ¶ *In † gl. pen. ibi, l. 2. §. ſi quis à prin.* ] uide, ſ. ut li. pen.
c. 1. ſuper ult. gl. ¶ [*In glo. ult. ibi, certum*] malæfidei poſſeſ-
16 ſor omnes fructus reſtituit cum re. ¶ [*In † gl. ratione, in fi.*]
ſimile, arg. de inſti. c. ult. ¶ [*In glo. ſed quid, ibi, prouincia*] ex-
peditum eſt, inf. de of. leg. c. pręſenti. 1. reſpon. lib. 6. [*& 
ibi, credo*] ſm Vin. [*& ibi, donationi papæ*] idẽ Guil. in Spe.
de leg. §. nunc tractemus, uer. ſed ecce. ibi uideas. ¶ [*In
17 † glo. & ita, ibi, reſeruauit*] confert ergo, cũ uacabit, & nõ
prius, nec promittit: & ſic non ob. de conceſ. præben.
c. 2. nec ob. ſi dicas, ꝙ propoſuit certæ perſonæ de illo
prouidere: quia bene poterit mutare propoſitũ. Hoſ.
& facit quod no. de offi. lega. præſenti, §. cæterum, in
gl. 2. lib. 6. & quod ibi dixi, & quod no. Guil. in Spe. tit.
18 2. §. nunc tractemus, in 1. col. Illum tamẽ, pro † quo re-
ſeruauit, non poteſt ſtatim facere in canonicum reci-
pi, ut no. eo. §. uer. ſed ſi legatus, & uide quod dicã, de
præbẽ. ſi eum, lib. 6, uer. obtemperatũ [*& ibi, non poſſet*]
q̃d poſſet legatus de latere, inf. de of. leg. c. 1. lib. 6. [*&
ibi, elegerit*] prouiſum eſt, quia in una eccleſia collegia
ta pendente una reſeruatione non poteſt facere aliã,
inf. de offi. lega. præſenti, 2. reſpon. lib. 6. [*& ibi, à princi-
pe*] & §. merito [*& ibi, primum dictum*] uidetur placuiſſe
Guil. in Spe. de leg. §. nunc tractemus, uer. ſed nunq̃d
legatus, & G. Na. in decre. dilectus [*& in fine*] idem hic
Dama. Goff. Phi. & Hoſt. qui hoc etiam repetit, quod
dixi ſecundum eum, ſupra de offi. lega. dilectus.

ANNOTATIONES.

b ¶ Tenebit. Hoc poteſt eſſe uerum, ſi ſoli collatori ſcribatur ſine de
creto: ſecus, ſi illi & executori, ut prouideat. uel ſoli executori,
ut prouideat. uide in c. ſi ſoli, de conceſ. præben. lib. 6.

b ¶ Expreſſio. Secus in reſeruatione legatorum, de offi. le. c. præſen-
ti, lib. 6. ubi uide. & ad materiam, uide c. ſi cui, de præben. & in c.
ſi ſuper gratia, de offi. delega. lib. 6.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſentatus ſecundo loco à patrono ſi inſtituatur, ualet inſtitutio, non obſt. app. prius à primo facta, nu. 2. 4. & 7.*
*Epiſcopus ſi malitioſè primum repulit, ei compellitur prouidere.*
*Per pręſentationem patroni ius acquiritur, & contra quem.*
2 *Contra appellationem legitimam factum tenet, num. 7. & 10.*
*Dubitandi rationes quæ, & decidendi huius conſtitutionis.*
3 *Iura, quæ probamus, anteceſſorum, noſtra facimus.*
*Decretalium compilatio prima quo tempore confecta.*
4 *Inſtitutio ſi fiat ab epiſcopo de ſuo, refutatis à patrono laico præſentatis, caſſaretur.*
*Comparatiuum, pro poſitiuo.*
*Enallage figura dictionis.*
*Secundus anteponitur primo, uide num. 5.*
5 *Idoneior antefertur.*
*Gratificationi epiſcopi quando ſit locus.*
*Decretalis hæc quomodo intelligatur.*
6 *Dubium non eſſe quando intelligatur.*
7 *Appellatio inuito appellante tollitur hic per factum alterius.*
*Conſilium poteſt quis in alterius mutare præiudicium.*
*Pœnitere licet re non integra hic.*
8 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 9.*
*Malitioſè, uel doloſè qui gerit quid, ut puniatur.*
10 *Additio gloſſarum, & num. ſequen.*
*Patronus non omnino ſubiacet eccleſiaſticæ iuriſdictioni poteſt uariare. non eſt eius ratum factum ante approbationem diœceſani.*
11 *Faciendum multa impediunt, quæ non caſſant iam factum.*
*Malitiam epiſcopi repudiantis præſentatum quis probabit, & quã do preſumetur ea.*
*Idoneus, ſiue bonus quis præſumitur, niſi contra probetur.*
*Examinatio quæ noceat examinato.*
12 *Libellus non porrigitur ab actore paupere reſpectu rei, & quibus alijs caſibus.*
*Sine ſcriptura quando procedatur.*
*Defectu non apparente præſumitur contra eum qui contradicit, & quo caſu hic, & cir. fin.*
13 *Litigans alter patronus ſi quam præſentationem alicuius diœceſano, qui ſcienter ipſum inſtituit, alter litigans qui obtinuit, pro ſe ſententiam in curia, habebit contra utrunq; actionem, & quã.*
*Intereſſe ſuum quilibet poteſt petere conſiderata æquitate canonica, & à quo.*
*Ex æquitate canonica nulla exprimitur actio, cir. fin.*

CAPVT III.

1 PAſtoralis. Caſus Si laicus † patronus
duos ſucceſſiuè præſen
tat, ualet inſtitutio facta de ſecũdo, nõ ob.
ap. prius facta per primũ: epiſcopus tamẽ,
ſi malitioſè primum repulit, illi compellitur prouide
re, & ſunt duæ partes, in prima conſultatio. in ſecunda
reſpõſio, ibi, Nos igitur. & utraq; ſubdiuiditur. ſecun-
da primæ ibi, & ſi forte. ſecunda ſecundæ. ibi, uerunt a
men [*Aſſequatur in illa*] hæc eſt prima quæſtio, cui non
uidetur reſpondere: ſed tu dicas, ꝙ tm̃ ius acquiritur,
ꝙ niſi ex iuſta cauſa repellatur, ſi alius non præſenta-
tus per patronũ inſtituat, inde remouebitur, de re iu-
a di. cum Bert. uel dic, ut infra[a] dicam, ſm Hoſt. [*Et ſi for-
2 te*] hic ponit ſecũda q̃õ. [*Appellauerit*] ne alius † præſen-
tetur, uel inſtituat [*Idem*] ſecũdo p̃ſentatus, & iam inſti
tutus [*Amoueri*] & uidet ꝙ ſic: tũ q̃a poſt repreſentatio
nẽ non caſſatam repreſentatus eſt, arg. de ele. conſide
rauimus, & c. auditis: tũ quia poſt ap. de of. dele. cum
contingat, de ap. dilectis. Sed contrariũ r̃ndetur per ra
tionẽ, quæ ſequitur [*Alexandri*] ſub. & Lucij. Alex.n. nõ
diſtinxit, licet dixerit poſſidentis conditionẽ eſſe me-
3 liorem. ſed & † dici poteſt, ꝙ quamuis Lucius fecerit il
lam decr. ſup. eo. cum autẽ: tñ quodã reſpectu dici po-
teſt. Alexandrina: quia erat in prima compilla. ult. in
titu. Quæ prima compilatio compilata & approbata
fuit tp̃e Alex. & ſic omnia iura ibi poſita ſua fecit: q̃a.
omnia noſtra facimus &c. C. de uete. iure enu. l. 1. §
ſed neq;. uel fuit alia decre. Alex. quæ in regiſtro remã
ſit: aliàs uideretur hic dominus Inno. ſomniaſſe, ſm
4 Hoſt. & Abb [*Poſſidentis*] Si tamen epiſcopus † omnes
præſentatos à patrono laico refutaret, & ſuum inſti-
tueret, talis inſtitutio caſſaretur, ut ſupra c. proxi. & c.
conſultationibus, & c. illud, in fi. ſecundum Inn. [*Me-
liorem*] ideſt bonam, ſic, infra eo. c. in fi. [*Robur*] non ob.
prima præſentatione, uel primi præſentati app. & be-
ne ſoluitur hic utraque quæſtio, patet enim, ꝙ non ac
quiritur ius, per quod ſecundò præſentatus & inſtitu-
tus impediatur, & ꝙ ualet ſecunda non ob. app. & ip-
ſius inſtitutio. ſimile de reſcrip. paſtoralis, de ſacra. nõ
ite. c. 1. Hoſtien. [*Conſtituimus*] de nouo addendo, licet
hoc non fuerit quæſitum [*Idoneum*] & idoneiorem ſe-
5 cundo † ſecundum Roff. Bene. qui dixit in libel. t. quid
fieri debeat, quando patronus &c. hanc decre. loqui,
quando primus præſentatus dignior eſt ſecundo: ſe-
cus, ſi æquè, uel minus eſt dignus, cum poſſit epiſco-
pus gratificare, ſupra eo. cum autem. Dici poteſt hanc
decre. loqui, cum epiſcopus adhibet malitiam, ut di-
cit tex. aliàs ſi non malitioſè primum omitteret præ-
ficiendo ſecundum, ſecus, ut in decre. cum autem. uel
ſm Io. hic epiſcopus malitioſè repulit primum ante
pæſentationem ſecundi, & ideo punitur [*Beneficio*] in
6 menſa ſua. Vin. [*Puniatur*] epiſcopus [*Non eſt † dubium*] eo
ipſo, ꝙ in dubio nihil aliud probat, ſecundum Hoſt.
[*Deliquiſſe*] not. Pet. & Abb. plura notãda ex hac decr.
7 primum † ꝙ factum contra ap. legitimam tenet. ſm, ꝙ
ap. inuito appellãte tollitur per factum alterius. ualet

enim appellatio,donec patronus alium pręſentet:ſed
& alio præſentato & recepto per epiſcopum appella-
tio eſt ſublata.tertiò,ꝙ quis poteſt mutare conſilium
etiam in alterius præiudicium.quartò,ꝙ quis pęnitet
8 re non integra.¶Prima†gl.dat unam concor.quęrit,
arguit pro,& ſoluit. ¶Quarta glo. arguit, & remittit.
¶Pet.gl.quærit, & arguit pro epiſcopo, & cōtrarium
9 ſoluit.¶*In†glo.pen.ibi,is qui dolo*] ſequitur,fecit,quo mi-
nus poſſideret , hoc quoq; nomine punitur, ꝙ actor
cauere ei nō debet actiones,quas eius rei nomine ha-
bet,ſe ei præſtaturum [*& ibi,ſi uerò,in fin.*] plenius uide
10 de poſtu.bonæ.i.ſuper 3.glo. ¶*In 1.glo.ibi.c.ult.*] & ſup.
de conceſ.præben.c.3.Hoſti. [*& ibi, ab initio*] ſic eſt hic
caſus ſpecialisſimus,in quo tenet,quod fit etiam con
tra ap.nedum poſt,quamuis legitimam.contra id,ſu-
pra de ele.cum nobis olim,in prin. & ſit ratio,quæ ſe-
quitur in gl.& eſt ſi.de reſcr.plerunq;.uel dic,ꝙ à prin
cipio nō tenet appellatio quò ad patronum laicum :
tum quia nō omnino ſubiacet quò ad hoc iuriſdictio
ni eccleſiaſticæ,ſup.c.proxi.tum quia ſibi permittitur
uariare,ſupra eo.cum autem. appellatio igitur eū im
b pedire[b] non poteſt,ff.de ap.reci.uel non, l.fi. ſupra de
his,quæ fi.à ma.par.cap.ex ore:quia quantum ad hoc
ratum non eſt factum patroni prius,quàm approbet
à diœceſano,ſupra eo.quod autem. poteſt tamē dici,
ꝙ quò ad dięceſanum tenet appellatio,ſi malitioſè re
11 pellit,ut ſequitur,ſm Hoſt.[*& ibi,uariare*] &†multa im
pediunt faciendum,quæ non caſſant iam factum.In-
no,¶*In gl.ſup.eo.in fi.*]Lucij eſt:ſed dic,vt dixi in tex.¶*In
glo.ſed quis probabit,ibi,eſt uerum*]ineptè loquitur.& Io.di
cebat, arg.contra.7.q.2.&c. Dicebat Phi. contrarium
uerū:quia ipſe probare debet,quod obiicit.6.q.2.&c.
[*& ibi, Dicendum eſt*] Idē Goff. & poteſt dici per ea, quæ
dixi, in tex.ſuper uer. idoneum, hoc uerum, quando
repulit primum ante præſentationem ſecundi: ſecus,
ſi poſt repulit.idem,ſi dicat præſentetis alium.& uide
quod no.6.q.7.monaſterium,in ult.gl.[*& infi.*] Hoſt.
diſtinguit, ſi quò ad executoria euidenter repræſenta
tus apparet bonus, ut quia bene legit, bene cantat, &
eſt bonæ famæ, tenetur epiſcopus de malitia. Si uerò
eius defectus euidenter apparet , tūc in nullo tenetur
epiſcopus,de accuſa.euidentia, de excep.exceptionē.
In dubio ſi epiſcopus non examinauit, nec alius , ad-
huc præſumitur contra epiſcopum, arg.de elec.nihil.
Idem,ſi examinauit,& interlocutoriam nō dedit.Ex-
cuſatus autem uidetur , etiā ſi per alium examinaue-
rit,ut no.de offi.Archid.ad hoc.Si uerò fuit examina-
tus per epiſcopum,qui cōntra eum fuit interlocutus,
tunc ſententia in rem iudicatam tranſiuit, & imputet
ſibi,qui non appellauit,ſupra de elect. cum dilecti, in
fi.In dubio igitur,ſi clericus agit cōtra epiſcopum,ni-
ſi aliter excipiat, uel ſi excipiat, & non probet epiſco-
pus,dicit ipſum condemnandum. Si uerò excipiat,&
probet quicquam rationabile , abſoluetur, de æta. &
12 qua.accepimus. ¶Nec† credat epiſcopus libellum ſi-
bi porrigendum in hoc caſu,ut ibi dicitur,tum conſi-
derata impotētia & paupertate reſpectu epiſcopi, ar.
in auct. de man.princ.§. ſit tibi, col.3. & de quæſtore,
col. 6. tum quia in tali cauſa ſine ſcriptura proceden-
dum eſt, ſicut & quando epiſcopus iudicat inter ſuos
clericos,11.q.1.ſi quis cum clerico:tum quia de alimē
tis clerici agitur,arg.de fer.l.2.& 93.diſt. diaconi: tum
quia ſicut ipſe ex officio ſuo clericis prouidere tene-
tur,12.q.1.præcipimus,& c.epiſcopus.16.q.3.c.2.ſic &
ad hoc eſt ſuperioris officio diſtringendus : tum quia
non apparente defectu præſumitur contra ipſum,ſu-
pra de elect.innotuit,& c.dudum,1,ad fi. tum quia ſi-
cut ipſe ex officio ſuo contra ſuum procedit clericū,
ſic & æquum eſt , ut pro ipſo clerico contra ipſum ex
officio procedatur. & adde quod not. de reſtitu. ſpo.
13 cōquerente. Sed†quid ſi duobus litigantibus in curia
ſuper eccleſia,patronus eccleſiæ hoc ſciens præſentat
tertium,intelligas intra tempus debitum, ad ipſam ec
cleſiam diœceſano , qui ſcienter ipſum inſtituit in ea,
nunquid alter litigantium , pro quo lata eſt ſententia
in curia contra patronum, & contra diœceſanum,ha
bet actionem?uidetur ꝙ ſic, arg. hic.apparet enim,ꝙ
in hoc malitioſè proceſſerunt, & in cluſionem ſentē-
tiæ, & ſic ſunt puniendi,de poſtu.bonæ.2.uer. nec no-
cebat.ex hoc facta eſt durior & deterior conditio uin
centis,quod proconſul modis omnibus prohibet, ff.
de ali.mu.iu.cauſa fac.l.1.in prin.& l.2.& 3.§.1.ergo ad
intereſſe tenentur, eo.titu.l.item ſi res,aliàs,nō ſolum
§.hæc actio.uidentur enim tales ex mente illius edicti
obligati,ſicut is,qui vendit rem alienam,eo.tit.ex hoc
edicto,§.alienare,& l.cum miles,& l.fi.uel tenetur ta-
lis actione de dolo,uel in factum ad intereſſe uincen-
tis,arg.op.ff.de dolo,l.rem quandam,maximè conſi-
derata cano.æquitate, ſm quam quilibet poteſt inter
eſſe ſuum petere ab illo , cuius facto doloſè læſus eſt
nulla actione expreſſa, ut patet de reſcrip.c.fi. de iudi
dilecti,de dolo & contu.c.1.& 2.accedit ad materiam
quod no.de elect.dudum.2.§.nos igitur. uidetur etiā,
ꝙ prædicti teneantur crimine ſtellionatus, argu. ff.de
cri. ſtellio.l. penul. Hoſtien.

ANNOTATIONES.

a ¶Dic ut infra. Vide in gl.non obſtante : & aduerte, quia pinguius
ius acquiritur præſentato a patrono clerico, cum non poſsit ua-
riare,quàm a laico, ut hic .
b ¶Impedire. Ad hoc optime , de ſup.negli.præla.c.fi. & quia pro-
pter appellationē non debet quis deſiſtere a iure ſuo,uide Io.An.
de ma.& obe.dilecti,in gl.cum quid prodeſt,uer.cum non placet.

*SVMMARIVM.*

1 *Ad titulum eccleſiæ ſi quis ad præſentationem rectoris fuerit ordi-
natus , non præiudicabit ad patrono non conſentienti .*
*Collegiata eccleſia quæ dicatur remiſſ.*
2 *Per intitulationem an & quod ius acquiratur intitulato , & quo
iure,num. 6.*
*Intitulati qui dicantur, & quales cenſeantur, & fieri quot poſſint
in eccleſia,& quando eorum requirendus aſſenſus à patrono.n.4.*
*Ordinare quot debeat epiſcopus, & ſi quos cum minus competenti
titulo, ordine, quid ei timendum .*
*Electio , pro præſentatione .*
*Impropria locutio .*
4 *Singularis numerus pro plurali .*
*Enallage numeri .*
5 *Ad titulum rei non uacantis recipi quis non debet , ſed ad titulum
beneficij iam ſpe uacantis recipitur .*
6 *Vt de intitulatis patronus conſuetudine poſſet induci ut præſenta-
re teneretur, & de quibus .*
*Eligere ut quis teneatur de aliqua eccleſia, ſic poteſt induci.*
*Decretalis huius intellectus quis .*
*Ad uacatura beneficia expectatio quando excuſetur,uer. poſſet ta
men, num.10.*
7 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu.8.*
*Conſentire is uidetur qui præſens non contradicit .*
*Ad patronum ſpectat etiam clericorum ordinatio, uer. ſi quis ora-
torij,uide nu.10.*
9 *Additio gloſſarum .*
*Præſentare clericos quā poſſit rector eccleſiæ ſine conſenſu patroni.*
*Titulos clericis Abbas,& conuentus poßunt aſſignare , in fi.*
*Patroni eccleſiaſtici à laico quæ differentia hic .*
10 *Gratificationi locus eſt, ſi plures ſunt intitulati in eccleſia.*
*Patronus in eccleſia collegiata quos præſentet .*

CAPVT XXX.

1 POſtulaſti. Caſus.Si†ad præſentatio
nem rectoris ad titulum
eccleſiæ fuerit aliquis ordinatus,nihilomi
nus patronus, qui non conſenſit,ad ipſam
cum



cum uacabit, poterit præſentare. & ſunt duæ partes.
In 1.conſultatio in 2.reſponſio, ibi, Ad quod. & ſcire
debes,ꝙ hic notauit Inno.quæ eccleſia dicatur colle-
giata.ſed ſecutus Hoſt. hoc dixi. ſupra eod. nobis, ubi
2 competentius ponitur [*Titulos*] per hanc†intitulatio-
nem nullum ius acquiritur intitulato : quia ſi quære-
retur, neceſſe eſſet conſentire patronum, ut no.ſupra
de fil.presby.propoſuit.uel dic ꝙ bene acquiritur ius.
facit de ſimo.per tuas.3. & eſt uerè canonicus: tamen
reditus non percipiet,quouſq; placuerit electoribus:
& admittitur hoc contra ius commune propter con-
ſuetudinem approbatam.ſic, ſupra de conſti.c.fin. de
ma.& obe.ſtatuimus,ſm Inn. de hoc etiam poſt eum
dixi,ſupra de præben. dilectus.i. in glo. ſi intelligas, in
3 fine.Dicit Hoſt.ꝙ†ad hoc præſentantur,ut poſsint ad
ſacros ordines promoueri,quotcunque ſint,ſupra de
pręben.epiſcopus.& c.cum ſecundū apo.& tales non
cenſent in eccleſia cōuētualiter , eſſe aſsiſii numero ,
ſed ſolum quaſi beneficiati, ſicut , ſupra de cleri. non
reſi.c.pen. Caueat tamē epiſcopus,ꝙ eccleſia ſufficiat
intitulatis,& rectori:aliàs non eſſet differentia,vtrum
ſine, uel cum minus competenti titulo ordinaret , de
transla.c.2.aliàs timere poterit, quod habetur de æta.
& qua. accepimus [*Electio*] ideſt præſentatio. ponitur
enim impropriè,ſicut & ſupra eo.nobis, & c.quoniā,
& ſupra de arbi.c.1.de iudi.c.ult.infra titu. 1. ſignifica-
uit.Hoſt.[*In his*]repreſentationibus,& eſt ſecunda qō.
[*Eligendi*] ideſt præeligendi,& præſentandi, ut prædixi
unde licet quærēs uerbo electionis utatur: papa tamē
de præſentatione reſpondet[*Vacare*] rectore[*Alijs*]for
te duo patroni ſunt, quorū unus præſentat extraneū:
alius præſentat iſtum.ad hoc,ſup. eo.quoniam.Hoſt.
4 [*Ad quod*] melius†dixiſſet,ad quæ,ſic ſup.de ſacra. nō
ite.c.1.& ſup.c.proxi.Hoſt.[*Proceſſißet*] ab initio,uel ra
tihabitione ſequenti,ſupra de elect. ꝙ ſicut, §. ſi autē.
tunc enim requireretur conſenſus eorum , argu.ff.de
aqua plu.ar.in concedendo,& ſupra de ele.c.1.& tunc
habet ius contradicendi.Vinc.[*Aßenſu*] non ob.ꝙ op-
5 ponitur,quòd† ad titulum rei non uacantis recipi nō
debet.nam recipitur ad titu. beneficij iam uacantis in
ſpe ad titulum prælaturæ nō uacantis, ſi ſe reddat ido
neum:quam ſpem iura non reprobant,ſup.de ele.of-
ficij. Gof.Dixit Inn.Idem intelligo, cum eius aſſenſus
interuenit:quia ſi aliud diceretur,daretur uia ad uaca
6 turas.contra id,de conceſ.præben.c.2.uel dic,ꝙ†ubi ſi
ne malitia uacaturarum hoc fieret , de conſue. poſſet
induci , ut patronus de talibus intitulatis ſuo cōſenſu
præſentare teneretur,ſicut de conſue.inducitur,ut qs
teneatur eligere de aliena eccleſia, de conſue.cum di-
lecti,ſup.de uerb.ſig.Abbate. Inn. Abb. intellexit lite-
ram cum Ber.ut ſonat, dicens ꝙ & ſi patronus teneat
illum præſentare,non eſt ſibi ius acquiſitum, cū poſ-
ſit uariare. Dixit etiam hoc non ſeruari,ꝙ per intitula
tionem talem aliquis ſibi uendicet hoc ius , ut illi ec-
cleſiæ præfici debeat.Dicebat Hoſ.ꝙ iſte finis poterat
cōiungi nō cū proximo dicto, ſed cū verbo, generat.
Poſſet tamen ſecundum eum dici ad aliam opi. tenē-
dam, hoc intelligi de patrono eccleſiaſtico : quia ua-
riare non poteſt.& excuſatur expectatio uacaturi au-
ctoritate huius iuris, & papæ , qui poteſt ſupra ius di-
ſpenſare.23.q.4.qui peccat, de conceſ.præben.propo-
ſui.nec oportet,ꝙ mortem rectoris deſideret: qa nō
eſt omnino certus,an locum ipſius obtineat,ut ſi plu
res ſint intitulati,ut dicam ſuper gl.ſed & ſi unicus ſit,
multa poſſent occurrere , propter quæ impediretur,
ſupra de iureiu.quemadmodum.vel ſm eum hoc po
teſt intelligi de honeſtate. q.d. decens eſt, ſed non ne-
ceſſarium,ꝙ patronus tales pręferat.& quantū ad hāc
honeſtatem ſaiuandam præiudicium generatur, arg.
quod no.de cleri.pere.c.fi.de elect.ne ꝑ defectu. ¶Pri
7 ma†gl.primò obiicit,& ſoluit. ſecundò quærit,arguit
pro:ſoluit contra. tertiò ponit lecturam Io. cui obii-
cit,ſubdens rationem ipſius Ioā.quam approbat. ¶*In
8 †1.gl.ibi,§.magiſtrum*] impoſuiſſe uidetur exercitor, qui
impoſitum à magiſtro paſſus eſt in naue magiſterio
fungi[*& ibi.l.2.*] uide de his, quæ fin.à ma.par.cap.ex
ore,ſuper gl.pen. [*& ibi ſi quis oratorij domum*] ſequitur ,
fabricauerit, & uoluerit ibi clericos ordinare &c.[*&
ibi,ſi patronus*] loquitur de impubere, quem patronus,
uel extraneus heredem inſtituit,qui extra ea nil in bo
nis habet.Iudicium enim eius in tutore,quem ipſe te-
ſtator dedit , ſequendum eſt: qui ſic pupillum dilexit,
9 ut eum hæredem inſtitueret.¶*In†gloſſ.1.ibi,cum eo inui-
to*] imò per hoc,ꝙ non fit patrono præiudicium, hoc
probatur.uel apparet, ꝙ eo inuito rector poteſt titu-
lare,uel præſentare ordinandum , quod intellexit Io.
ad uitam ipſius rectoris,ut ſequitur in gl.Dicebat Ho
ſtien.aut eccleſia eſt patrona, ad quam temporalia ꝑ-
tinent , quo caſu non habet rector ius præſentandi ſi-
ne conſenſu patronæ,ne circa temporalia pręiudiciū
ei generetur,arg.ſup .eo.ex literis,in fi.cū ſuis concor.
aut laicus eſt patronus , quo caſu etiam quandocūq;
ad rectorem temporalia pertinēt,indiſtinctè dici po-
teſt,ꝙ rector poſsit ex ſpeciali cōſue.tales clericos pręſentare, arg.de his, quæ fi. à præ.ea noſcitur . Sed ſi de
conſuetu. non apparet,uidetur requirendus conſen-
ſus patroni,ad hoc,ſupra de of.Archi.ad hoc de tem -
po.ordi.ſi archiepiſcopus,& iunge quod no.de offic.
uica.c.4.de eccle.ædifi.c.2.ſupra eo. ſuggeſtum . & ſic
concordando prædictas opi. & iura poteſt colligi dif-
ferentia inter patronum eccleſiaſticum,& ſecularem
ut no. ſup.eo.cum propter.Iſtud autem dixit Hoſ.cer
tum eſſe,ꝙ Abbas & conuentus poſſunt tales titulos
aſsignare,ſecundum ea, quæ no. ſupra de ſtatu mo.c.
10 fi.§.pen.[*& ibi,præſentare*]idem Pe. & ſi plures†ſunt ta-
liter intitulari,locus erit gratificationi,ſecundum Ho
ſtien.pro primo præſentato facit,de ma. & obe. c.1.&
ſic non ob.ſecundum eum, quod dicitur de expecta-
tione uacaturi.& ſic dicit intelligendum, quod no.in
ſumma eo.titu.§.pen.[*& in fine*] Si in eccleſia ſunt præ
bendæ,tunc patronus præſentabit non rectorem,qui
eligitur à conuentu, ſed canonicos.& hoc ſi ab initio
epiſcopi auctoritate retinuerit:aliàs non, quod dic,ut
no.ſupra eo.nobis fuit,& probatur de conceſ. præbē.
c.fi.& ſic poteſt intelligi,in aucten.de ſanctiſ.epiſco.§.
ſi quis oratorii domum , collat. 5. & ſic ſeruat con-
ſuetudo optima interpres legum,ſupra de conſue. cū
dilectus, ſecundum Hoſtien.

*SVMMARIVM.*

1 *Patronus etiam clericus eccleſiam uacantem conferre non poteſt, li
cet præſentare poſſit ad eam .*
*Velle & poſſe inuicem quomodo ſe impediat .*
*Si non ualet,ut agitur,nec ualet,ut ualere poteſt, & quo caſu hic.*
*Patronus quantum tempus habeat ad præſentationem faciendam.
num.5 .*
2 *Patronus eccleſiaſticus uariare non poteſt .*
*Patronus quibus uerbis uti debet in præſentatione clerici , ne re-
pellatur, num. 5.& 6.*
3 *Electio ſumitur, pro præſentatione in perſona patroni.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum . nu.5.*
*Concedere, pro conſentire .*
*Eccleſia, pro iure patronatus .*
*Dominium pro cura .*
9 *Peccare, qui non credunt, non puniendi .*
*Patroni qua pœna poſſint, ſi peccant in præſentando, puniri .*
*Pœna ordinaria, ſi non infligatur à iure, pœna tamen extraordina-
ria arbitrio iudicis infligitur .*
*Comparatiuum, potior, ponitur hic electiuè, in fine .*

CAPVT XXXI.

1 TRanſmiſſæ. Caſus. Patronus† etiã clericus eccleſiam uacantem conferre non poteſt, licet præſentare poſsit ad illam. & ſunt duæ partes. ſecũ
da ibi, Conſultationi [*Conceſſio*] non præſentando, qđ
facere potuerunt, ſed conferendo, quod nõ poſſunt,
ut ſequitur, & ſic uelle, & poſſe inuicem ſe impedierunt, de offi. dele. cum ſuper. & ſic nec ualet, ut agitur,
a nec ualet, ut ualere poteſt.[a] Dicebat tamen Boa. ꝙ ſi
non uidiſſet hanc decre, putaſſet contrarium [*Ipſi*] capitulum Eboracen. [*Poſtmodum*] intra ſex menſes tamẽ
à tempore uacationis, & notitię, infra eo. c. uno, lib. 6.
[*Eodem*] R. cui primo collata fuerat, & uidebatur tene
2 re à primo: quia patronus† eccleſiaſticus uariare non
b poteſt, ſupra eo. cum autem[b], ſed iſtud ſoluitur in 1.
glo. [*Et infra*] hic eſt quæſtio, utrũ talis appellatio impediat officium tuum, & utrum poſsis inſtituere prę
ſentatum, ad hoc reſpondet [*Non conceſſio*] dicunt quidam, ſ. Pe. & Abb. ꝙ quando patronus petit clericum
in eccleſia inſtitui per epiſcopum, dicens ꝙ ipſe cõtulit ſibi eccleſiã, hoc ipſo epiſcopus poteſt illum repel-
c lere per hanc decre.[c] Debet ergo dicere, cũ elegerim
talem uobis præſentandum ad talem eccleſiam, peto,
ꝙ ipſum inſtituatis, & ſic dicunt faciendã uim in uerbis [*Præſentatio*] ſic poſſunt intelligi omnia iura loquẽ
3 tia, de elect. patroni, ut ſ. ſumatur electio† pro præſentatione, uel, ut dixi, ſupra eo. nobis. Et no. ꝙ patronus
ad præſentãdum habet tempus quadrimeſtre. nõ ſufficit ergo, ꝙ præeligat, vel eligat, niſi intra id tempus
præſentet, ad hoc, infra eo, uno, lib. 6. facit quod poſt
Compo, dixi, de reſcri. c. capitulum, poſt gloſſas, uer.
4 quæri poteſt. ¶ Prima† gl. rñdet per qõnẽ, an ualuerit
appellatio. ¶ Secunda glo. arguit. Itẽ obiicit, & ſoluit.
5 ¶ [*In† gl. 1, in fine*] melius facit de conceſ. pręben. c. 3. ¶ [*In glo. 2. ibi, non poteſt*] non poteſt uti patronus his uerbis,
concedo, do, trado, dono eccleſiã: poteſt tamen dicere, Concedo, ut habeas hanc eccleſiam, & tunc ponatur concedere pro conſentire. ponit tamẽ eccleſia qñ
que pro iure patronatus. 16. q. ult. nemini, & c. ſi plures, & dominium ponitur pro cura. ea. q. monaſteriũ,
ſm Vin. & Goff. [*& ibi, factum ſuum*] unde ſunt de prudentia cõmendandi, ar. 22. q. 4. magnæ, & infra de accu. qualiter [*& ibi, imponenda*] ff. de religio. & ſi quis, §.
generaliter, ff. de ſepul. uio. l. 2. §. nõ perpetuæ. nec for-
6 te† credebant peccare, & ſic non debent puniri, inf. de
ſen. excõ. cum uoluntate, maximè quia communiter
patroni præſentando uerbis collationis utuntur dicẽ
do, conferimus, & præſentamus, nec uiciatur utile ꝑ
inutile, inf. de reg. iu. utile. Quamuis autem hac pęna
ordinaria per ius non inflicta puniri non poſsint: ſunt
tamẽ extraordinariè arbitrio iudicis puniẽdi, ad hoc,
ſup. de of. dele de cauſis, ſm Hoſt. ¶ [*In gl. ult. in fi.*] propter quod electiuè ponitur, non comparatiuè. Hoſt.

ANNOTATIONES.

a ¶ Valere poteſt. De quo in c. 1, de deſpon. impu. lib. 6. per Io. An, & Bart. in l. 1. ff. de uer. obli. & per dominum Bar. de Saly. in l. non codicillum, C. de teſta. & ex no. per doct. potes uidere contraria huius iuris.

b ¶ Cum autem. Vide etiam appellationem ualere ſaltem pro intereſſe appellantis decepti, & à patrono, facit quod no. Io. And. ſup. eo. paſtoralis, ſuper glo. 1.

c ¶ Hanc decre. Facit, quod no. Io. And. ſup. eo. illud, ſuper glo. 1. & uide, infra in glo. 2. & ſuper illa.

*SVMMARIVM.*

1 *Continuatio tituli.*
*De cenſibus, exactionibus, & procurationibus, ubi alibi in iure canonico, præterquam in hoc titulo, & libro tradatur.*

De cenſibus, exactio. & procu. Rub.

1 ¶ Viſo de tuno onere eccleſiarum, ſ. de iure patro.
de aliis oneribus, ſ. cenſibus, exac. & procura. eſt uidẽdum. Goff. de prima parte. 23. q. ult. §. ecce quod, uſq;
ad §. hinc datur, & 11. q. 1. ſi tributum, & c. ſeq. De ſecũda parte de procurationibus, & uiſitationibus. 18.
q. 2. peruenit, uſq; ad fi. & 10, q. 1. & q. 3. facit. 18. diſt. de
eulogiis. repetitur autem in 6. & in clem. Item ad primam & ſecundam partem conueniunt, de elect. querelam, de ſup. ne. præla. c. 2, de pact. cum clerici, de trãſac. decætero, & c. præterea, 1. de iureiu. tua nos, de prę
ben. auaritiæ, de deci. cum non ſit, de reli. do. conſtitutus, de collu. audiuimus, de exceſ. præla. c. 1. de priuile.
c. recepimus, de uerbo. ſig. ſuper quibuſdam. 2. reſpõ.
& lib. 6. de reſcri. ſtatutum, §. inſuper, de re iud. ad apoſtolicæ, uer. poſſet etiam, de priui. ſi papa, §. ſi uerò, &
clemen. de ſup. negli. præla. c. uno, uer. eadem, de exceſ. præla. c. uno, uer. in exigẽdo. Ad ulti. par. de of. or.
conquerente, & c. ſe. de præſcr. accedens, & c. cum ex
officii, de ſimo. cum ſit, & lib. 6. de of. or. ſi epiſcopus.

*SVMMARIVM.*

1 *Sancitum, pro ſtatutum.*
*Pro dote eccleſiæ fundandæ manſus liber ab omni ſeruitio temporali tribui & recipi debet, & ſi quòd habeat, quando eccleſia teneatur ſoluere, num. 2. 6. 7. & 8.*
*Area propriè quæ dicatur.*
*De proximis idem iuris.*
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 4.*
*Res tranſit cum onere ſuo etiam ad clericos, uide ſup. 1. & 2. & ad eccleſiam, ibid. num. 6. & quibus caſibus, nu. 6. 7. & 8.*
5 *Additio gloßarum.*
*Manſus quibus modis ſumatur.*
7 *Onus eccleſiaſticum quod dicatur, num. 2.*
8 *Eccleſiæ clerici, & eorum poſſeſſiones à quibus liberi, nu. 2. 6. & 7.*

CAPVT I.

SAncitum. Tria ſunt dicta. ſecundum ibi, & pſ
1 byteri. tertium ibi, & ſi. &† expone, i.
ſtatutum. Abb. [*Seruitio*] de nouo imponẽdo, & etiam ſi antiquitus fundatores eccleſiarum conſueuerunt aliquem cenſum pro fundo in dotẽ aſſignato recipere, illum debent remittere, arg. hic, &
10. q. 1. c. 1. & ſe. & ſi non remittunt, pro remiſſo, & ſi
de nouo imponunt, pro non impoſito habetur, arg.
in eiſdem iuribus, & infra c. ꝓhibemus, C. de legi. non
dubium. 10. diſtin. uides. facit, quod dixi, de fo. compe.
uerum, in gl. quilibet, uer. ſi autem baroniæ. Sed ſi alij
erat eadem terra tributaria, non erit liberata per iura,
quæ alle. glo. Sed eccleſia non debet illam pro dote recipere, niſi omnino tradatur libera; imò potius ab ędificatione eccleſiæ ceſſandum, ſm Inno. 23. q. 8. ſm Innoc., de ſeruis non ordi. c. 3, hoc ergo facit hæc decre.
quia inſtruit epiſcopum, ne pro dote tali det primarium lapidem, uel eccleſiam ædificari conſentiat [*In eis*] ſcilicet eccleſiis [*Fidelium*] ſalua canonica epiſcopo
2 rum, de deci. ex parte. prima [*Areis*] area† propriè locus inædificatus, & incultus. Ab. [*Iuxta*] idem iuris de
proximis, ff. de rei uen. quæ religioſis, de parochia. ſupereo, Vincen. [*Eccleſiaſticum*] ideſt ad quod eccleſia tenetur epiſcopo, uel alteri prælato, T. uel panem, & uinum ad opus euchariſtiæ. Vinc. [*Amplius*] illo manſo,
3 & facit pro opi. Ala. ¶ Tertia† gl. quęrit, ponit opinio.
4 Ala. contrarium ſoluit. ¶ [*In 3. † glo. ibi. l. 1. 2. et 3.*] non licet cuiq; rem ſine cenſu comparare, uel uendere: ſed
omnes pro agris, quos poſſident publicas penſiones
ſoluant,



ſoluant, nec pactionibus contrariis adiuuentur [*& ibi ſanè*] uectigale prædium & ſuperficiarium obligatur,
tamen ſine diminutione mercedis [*& ibi, §. ſi fundus*] vi
de de uſur. quanto, ſuper ult. glo. [*& ibi. l. 3. in fine*] cleri
5 ci poſſeſſores prædiorum ſoluunt tributa. ¶ [*In† glo. 1. ibi, habes*] pro palea. ¶ [*In gl. 2. in fine*] i. 40. 5. tornaturæ. T.
de hoc. 23. q. ulti. ſecundum. Dicit Goff. ꝙ manſus dicitur prædium, ubi homines manent. vnde prædium
illud, in quo clerici manent, liberum erit. Dicit Hoſt.
ꝙ in uulgari Gallicorum dicitur manſus domus ædificata extra ciuitates, & caſtra, cum ædibus ruſticis, &
terris adiacentibus, in quibus ad delectationẽ & quietem interdum prælati, nobiles, & alii manent. Dicit Innoc. ꝙ hic appellat manſum dotem eccleſiæ conſtitutam pro ſuſtentatione clericorum, & aliis neceſſariis,
de conſe. di. 1. nemo, infra tit. 1. cum ſint. & dicit quoſ-
a cam dicere de epiſcopi auctoritate[a], & nõ aliter illam
poſſe fieri tributariam. ¶ [*In glo. 3. ibi, Ala.*] Phi. & Gof.
[*& ibi, credo*] Idem Hoſtiẽ. pro eo maximè, quia id ex-
6 preſſum† non eſt in iure, & per interpretationem magiſtrorum quis non liberetur ab onere decimarum,
ut patet in eo, quod le. & no. ſupra de deci. à nobis, &
c. tua, & infra. De tributis uerò dixit, ꝙ ſi aſsignatio
fuit facta ſine conſenſu domini, non ualuit, arg. quod
legi. & no. de loca. potuit. aut de conſenſu, tunc ſi non
retinuit tributum, illud uidetur dediſſe, ff. de pig. act.
Caius. 54. diſt. ſi ſeruus. & ſic intelligatur opi. Ala. cum
ſuis iuribus. aut ipſum excepit, & tunc ſibi imputet eccleſia, quæ tributariam rem recipit, cum & domino li
7 cuerit retinere, ut infra dicitur. ¶ [*In† glo. ecce quod, ibi, eccleſiaſticum*] puta caritatiuum ſubſidium, infra eo. cum
apoſtolus, uel ab antiquo impoſitum. 18. q. 2. ſeruitiũ,
uel eccleſiæ auctoritate impoſitum fundationis tempore, uel ante conſecrationem. eo. q. Eleutherius, &
8 ſupra titu. 1. præterea, ubi de hoc. ¶ [*In† glo. ideſt, ibi, oſtendis*] etiam temporalibus, quod intelligas quantum ad
feudalia, & ſeruitia rebus annexa, infra c. 1. de maio. &
b obe.[b] ſolitæ: aliàs liberæ ſunt eccleſiæ, & clerici, & poſſeſsiones earum, de conſtitu. quæ in eccleſiarum, &
c. eccleſia, de ui. & hone. cleri. c. ſi. de re. ec. non alie. c.
ſi. uel dic [*Senioribus*] ideſt prælatis. 23. di. quamquã, de
ele. ſignificaſti, in ſuperſcriptione, ad Rom. 13. c.

ANNOTATIONES.

a ¶ Auctoritate. A principio cum concedrtur, poteſt eſſe uerum, & poſt uidetur alienatio, & ſic requiri uidetur ſolennitas, & uide ſuper gloſ. proxi.

b ¶ De ma. & obe. Iſta faciunt ad materiam illarum, quæ no. Bart. in l. reſcripto, §. ſciendum, ff. de mu. & ho. & uide Inn. de fo. compe. poſtulaſti, & c. uerum.

*SVMMARIVM.*

1 *Tributi ſolutio probat ſolutionem.*
*Anima pro homine.*
*Clerici ſublimiores cenſentur, & quare.*
2 *D. Auguſtini expoſitio ponitur pro lege, ſine conſtitutione.*
*Cenſus ſolutio quæ operetur.*
*Nec eſt à quoque ſubtrahendus, & ratio.*
3 *Epilogus, & additio gloſſarum. nu. 4.*
*Prælatis & principes, & alij parere debent.*

CAPVT II.

1 OMnis anima. Solutio† tributi ſubiectionem ꝓbat.
hoc dicit. & expoſitione [*Omnis anima*] ſubdita peccato. unde exponit Goff. & Hoſt.
ideſt omnis homo, & habetur hoc. 11. q. 1. omnis [*Sublimioribus*] ergo clericis quanto anima ſublimior eſt,
tanto ipſi ſublimiores cenſentur [*Poteſtatibus*] ex hoc
plurali inuehitur. b. Ber. cõtra Euge. qui eximebat clericos, uolens, ꝙ ſubiecti eſſent poteſtati, non poteſta-
2 tibus [*Et uos*] uerba† Auguſtini, exponentis uerba apo
ſtoli. Pet. & Abb. [*Probatio*] quò ad quid. nõ enim ſemper eſt cenſus probatio plenæ ſubiectionis, de priuil.
recepimus. Inn. Quandoque enim eſt probatio: quandoq; præſumptio. de hoc de cauſa poſſ. c. ſi. nec ergo
ſubtrahas cẽſum, nec ipſum ſoluere dedigneris, filius
enim dei cenſum ſoluit: quis tu, qui putas non ſoluẽ-
3 dum. 11. q. 1. magnum. Hoſt. ¶ Prima† gl. reſpondet ꝑ
quæſtionẽ, quibus loquatur, & tripliciter ſoluit. ¶ [*In
3 gl. 2. ibi, nulli*] uide de cauſa poſſ. c. ſi. ſuper 1. gl. ¶ [*In† gl. 1. in fi.*] quibus etiam principes, & alii parere debent, de
ma. & obe. omnes. ¶ [*In gl. ult. in fi.*] C. de natura. li. l. 4. T.

*SVMMMARIVM.*

1 *Cenſum nouum monaſterio non poteſt epiſcopus imponere.*
*Maſſa nomen loci.*
*Nouas conſuetudines, & quæ alia non licet inducere, & quando, nume. 2.*
3 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. num. 4.*
*Initium, medium, uel finis quando ſpectandum ordine urbes exempla.*

CAPVT III.

1 SCientes. Epiſcopus† nouum cẽſum monaſterio non poteſt imponere. primò ponitur partis cõqueſtio.
ſecũdò iudicis datio, ibi, Man. [*Prædictus*]
in deciſa [*Maſſæ*] nomẽ loci. T. [*Nouas*] qđ
non eſt tolerandum, infra eo. prohibemus, ſicut nec
nouum ſigillum, infra de exceſ. præ. dilecta. nec tollendæ ſunt conſuetudines antiquæ, de conſue. cum conſuetudinis. Iuſtè ergo cõqueritur, cui antiquæ penſiones non redduntur. 18. q. 2. Eleutherius, infra eo. quanto. Hoſt. [*Imponere*] uel quas ſacerdos, uel alii haberẽt
in moñ. uel monaſterium in ſacerdote. Inno. q. d. utrũ
2 que prohibetur. Hoſ. [*Nouiter*] ſine† cauſa, in f. eo. ſignificauit, uel ex quo nimis grauatur eccleſia, de conſue.
c. 1. de deci. ſuggeſtum. Hoſ. Sed & ſi ſubeſſet cauſa, fieri hoc non poteſt ſine auctoritate epiſcopi, ſm Inno.
per iura prędicta. ¶ Secũda gl. ponit bro. de initio ſpectando, alle. iura, pro fine, alle. 7. pro medio. 6. contra
3 medium, unum ſoluit & remittit. ¶ [*In† gl. 2. ibi, cum oportet, in fine*] in tacita hypotheca, quam habet filius in bonis patris adminiſtrantis bona ſibi delata, inſpicitur
initium gerendæ, uel deſerendæ adminiſtrationis [*& ibi, qui abortionis*] forte uult allegare ſe, §. teſtamentum.
ubi teſtamentum, quod nullo iure ualet, impune ſupprimitur, cũ nil ex eo conſiſtere poſsit. hoc dico: quia
iſte. §. facit pro fine ſpectando, quod uide de homi. ſi
aliquis, ſuper 1. glo. [*& ibi. l. 1.*] inſpicitur initium poſſeſsionis in colono, uel conductore, ne contra dñm
præſcribat [*& ibi, & ult.*] in uſucapione ſufficit auctorẽ habuiſſe malam fidẽ, licet ſucceſſor habeat bonã
[*& ibi. l. 1. in fine*] impubes actione commodati non tenetur, etiam ſi factus pubes dolum, uel culpam admiſerit, cum à prin. non fuerit commodatum [*& ibi. §. 1. in fi.*] ſufficit utiliter cæptum, etiam ſi nõ habeat effectum in actione negociorũ geſtorũ [*& ibi. §. cum quis*]
ſtipulatio ſub cõditione impoſsibili nõ ualet, licet ẽt
illa poſsibilis fieri poſsit. ſm pñs. n. tp̃s non ſecundum
futurum æſtimari debet. ponit exemplum de uendẽda re ſacra, uel publica [*& ibi, ſufficit*] ſequitur, tutori
bene & diligenter negocia geſsiſſe, & ſi euentũ aduerſum habuerit, quod geſtũ eſt [*& ibi, quia uerò*] uide de
elect. dudum. 1. ſuper gl. iſta tria [*& ibi, ſi antequam*] aliàs
incipit, Iulianus. ſi ante, quàm ibi mandarem, ut peteres fundum, ſatis acceperis, & poſtea mandato meo
egiſti, fideiuſſores tenentur [*& ibi, reſpiciendum*] uide de-

offi.cuſto.c.1.ſuper glo.3,[*& ibi,§.ſolemus*] mediũ tem
pus non nocet, ut ſi Titius ciuis Romanus ſcriptus ſit
hæres,uiuo teſtatore factus eſt ꝑegrinus, ideſt depor-
tatus, & mox ad ciuitatem Romanam peruenit. ¶*In
glo.2.ibi,eſt arg.ſecundum Ro.& ibi,ſi antequam*] aliàs incipit,
Iulianus[*& ibi.§.1.*] aliàs, capitu.in caſſum [*& in fine*]
& hic per Lau. Vincen. Tan. & Goffred. Dicebat hic
Hoſtien. ꝙ iſtius brocardi, quod nimis eſt generale,
non patet perfecta ſolutio.

*SVMMARIVM.*

1 *Ad collectas perſonales cogi non debet cæcus, ſecus de realibus, numero 2.*
2 *Collectarum nomine quæ ueniant.*
*Miſerabiles perſonæ, à quibus debeant immunes eſſe.*
3 *Epilogus,& additio gloßarum, num.4.*
5 *A muneribus perſonalibus etiam numerus filiorum excuſat, & quæ alia, num.2.*

## CAPVT IIII.

1 LIcet. Caſus. Cęcus† ad collectas perſo-
nales cogi non debet,& reſpicit ſe
cundã partẽ rubricæ de exactionibus.po-
nitur cęci cõqueſtio,& prouiſio ibi,ꝙ fie-
ri[*Ad collectas*] perſonales:ſecus de realib⁹.
2 Inn. Sed Hoſt. intelligit† de collectis,quæ generaliter
fiũt in terra,ſicut fodrum,albergaria,regnũ, uel ſimi-
lia.Putat.n.ꝙ tales perſonæ miſerabiles nõ ſolũ à per-
ſonalibus, ſed etiam à realibus & extraordinariis de-
bent immunes eſſe,arg.89.diſt.iudicatum,& C.de ſu-
perindi.l.una,& de ua.mu.l.una,lib.11.In realibus au-
tem ordinariis non ſunt immunes. fatetur enim, ꝙ ſi
teneant aliquam terram cenſualem,uel tributariam,
cenſum,uel tributum ſoluere debẽt,16.q.1.ſi quis lai-
cus.23.q.8 conuenior,& c.tributum, quamuis piè fa-
ciat dominus,ſi paupertate oppreſſo hoc remittat, ar
3 gum. ſupra de loca.propter ſterilitatem. ¶Prima† gl.
aliàs ſecunda quærit obiiciendo, & ſoluit. ¶*In ult.glo.
ibi.l.1.§.tenuis*] prima iuuari debet auxilio [*& ibi.l.1.&
4 2.*] prima loquitur in cęco:ſecunda in ſurdo. ¶*In† glo.
1.ibi,& ſecundo*] & de offi.lega.ſignificantibus [*& in fi.*]
uel erat de temporali iuriſdictione eccleſiæ Conſtan-
tien. & homines eccleſiæ grauabant ipſum in hoc, &
eum etiam de fundo expulerant,ſm Hoſt.unde ad pa
pam potuit recurrere, de appel.ſi duobus. ¶*In glo.ulti.
5 ibi,perſonalibus† muneribus*] à quibus etiam excuſat nume
rus filiorum,quod dic,ut plenè ſcripſi,de reg.iuris,de
cet,lib.6.in prin. quæſtionis.

*SVMMARIVM.*

1 *Cenſus non debetur, cuius ignoratur cauſa, & an hoc ſit ita ſemper, num.5.*
2 *Epilogus,& ſuffragium gloſſarum, num.3.*
*Per præſtationem in pręteritum an & quando teneat in poſterum, num.4.& 5.*
4 *Additio gloſſarum, & num.5. cum ſequen.*
*Obligatio an tempore & patientia inducatur, & negligentia tollatur, num.5.& 7.*
5 *Cenſus an debeatur per annuam eius præſtationem,& qualiter petendus & an cauſa ſpecificanda.*
*Solutio eſt modus liberandi, non obligandi.*
*Cauſa quæ in realibus, quæ in perſonalibus exprimenda, cir.fi.*
6 *In perſonalibus præſtationibus an reperiatur iudicium poſſeſſoriũ.*
*Petitorium,& poßeſſorium ſunt correlatiua,& in quibus utrunq; in quibus alterum, & in quibus neutrum habeat locum.*
7 *Cauſam allegari in quibus ſufficiat,& probari per temporis coniecturam.*
8 *In poſſeſſione cenſus ad finem uſque cauſæ quis tuendus, & quando.*

## CAPVT V.

1 PEruenit. Caſus.Non† debetur cen-
ſus, cuius cauſa ignoratur
[*Oportet quippe*]ſic ordina.Vt præſciatur, ad
quid.i.quare,Et quando omnis cenſus de-
beat perſolui,ſup.ad hoc ut ſit præſtandus,& ſequi de
beat condemnatio.Dicit Inno.ꝙ ſi certum eſt cẽſum
deberi,licet nulla cauſa ſubeſſet, ſolui debet, infra eo.
2 quanto.¶Prima† glo.ponit caſum. ¶Glo.2. quærit,
arguit negatiuè,& affirmatiuè ad quamlibet partem,
3 inducens quinque iura,& ſoluit.¶*In† gl.2.ibi.ſi quis poſt
quam*] uide de ſen.exc.per tuas,ſuper glo.error[*& ibi,ſi
quis pro eo*]ſequitur,qui libertus nõ eſſet,& operas præ
ſtaturum ſe iuraſſet, ſi fideiuſſor erit, non tenebitur
[*& ibi,ſi certis annis*]ſi,nudo pacto ſine ſtipulatione cõ-
uentum certis annis ſolui, non ſum propter id in po-
ſterum obligatus[*& ibi.l.ult.*]licet pater pro debitis fi-
lii aliquid ſoluerit, nõ per id tenetur ad reliqua[*& ibi,
cum de in rem uerſo*]uide de cauſa poſ.cum eccleſia,in gl.
ex hoc[*& ibi.l.ult.*]iudex tuetur ductum aquæ, cui au-
ctoritatem dat uetuſtas,licet ius non probetur [*& ibi,
ſi quis diuturno*] uide hanc & duas ſe.de Iudæ,ca.2. ſuper
3.glo.[*& ibi.l.ult.*]uide ſupra [*& ibi,litibus*]uide de Iu-
4 dæis, c.2,in 3.glo. ¶*In† 1.glo.ibi,quæſiui t*] imò quæſiuit
comitiſſa, ut patet in ſuperſcriptione, & per literam,
inquiſitioni. ¶*In gloſſ.2.ibi, nec inducit*] hoc plane fate-
tur Hoſtien.de tempore ſolo per ſe, ſicut nec ſola pa-
tientia per ſe,nec præſcriptio, nec ſola negligentia ta-
lem obligationem inducit, ſed negligentia cum tem-
pore obligationem tollit, de præſcriptio. per totum.
Item patientia cum tempore obligationem inducit,
ſic in contrariis ſtatim alleg.& facit quod no.de regu.
iur.non firmatur,lib.6. [*& ibi,ſeruitium*] ubi de hoc[*&
5 ibi,allegarit† cauſam*]ſecundum Ioan.Laur.Tan. Vincen.
Phi. Goffre. Sed dicit Hoſtien. quòd iſta communis
opi.uim facit in uerbo,& ineptè petat dicendo, Peto
cenſum pro eo, quod mihi præſtitum fuit per annos.
40.ſed ſi dicat,Peto talem cenſum ex tali cauſa impo-
ſitum, ad quod probandum induco ſolutionem con
tinuam. 40.annorum, bene petit, & obtinebit ſolu-
tionem illam probando.Dicit Hoſti. quòd caueat ta-
lis de conſcientia: quia non fingat, uel exprimat fal-
ſum,de præſc.c.fi.memor eius, quod dicitur de ſimo.
Matthæus. uidetur tamẽ, ꝙ ſi non eſt memoria initii
perceptionis,uel cauſæ,ſufficit dicere, ꝙ ex iuſta cau-
a ſa[a] ab initio ſit impoſitum, ad quod probãdum indu-
catur tempus,cuius contrarii &c.ad hoc, de præſcrip.
c.1.lib.6.cum ſuis concor.nec ob. ꝙ non ſpecificatur
cauſa; quia præſumptio eſt pro petente, cum non ſit
ueriſimile aliquem cenſum ſine cauſa, & ſine quere-
la tanto tempore præſtitiſſe, arg.ff. de proba.cũ de in-
debito. Itẽ incertitudo,& impoſsibilitas meritò excu
ſat,hoc caſu non exprimentem ſpecialem cauſam, in
fra de regu. iur.nemo poteſt,lib. 6.ff.quorum le.l.1.§.
qui autem. remittit autem Hoſtien. ad multas utiles
practicatorias quæſtiones in hoc ad ſummam, eo.ti.
§.ſed quis cenſus.Sed vltra ibi no.ad eorum intellectũ
& illorum,quæ ſcripſi ſupra de elec.querelam,& quæ
no.in ſpecu.de reſtit. ſpol.§.nunc dicamus,in ulti.co-
lum. Scire debes, quòd communiter legiſtæ hoc te-
nent,quòd diutina ſolutio annuæ præſtationis nõ in
ducit obligationem. Dicunt enim, ꝙ certi ſunt mo-
di inducendi obligationem,inſtit.de obli. & in ti. ſeq.
Sed iſte non eſt de illis,ergo &c. & eſt idem modus ar
guendi,in l.patre furioſo,ff.de his,qui ſui, uel alie.iur.
Item,ut dicunt,in diutina ſolutione duo reperiuntur,
tẽpus,& ſolutio.ſed tempus per ſe non eſt modus &c.
ut in gl.Item ſolutio,quæ eſt modus liberandi,nõ in-
ducit obligationem,quæ contraria eſt liberationi,de
baptiſmo,



baptiſmo,maiores,ff.de ſolu.qui hominẽ,§.fi.ex quo
concluditur,ꝙ hæc duo iuncta non inducunt obliga-
tionem pro illo anno, argum.ff.de excu.tu.ſpadonẽ,
§.quæ iura. & procedit hoc,qnando ſolutio fuit debi
ta.ſoluens enim quolibet anno ſe liberat per ſolutio-
nẽ.Obligatio igitur non inducitur,ſed remanet prior
per quam ſingulis an.erat id debitum. Et hac ratione
etiam non præſcribitur,ut dixi de præſcrip.auditis,ſu-
per uerbo,ſolutionem.Si uerò ſolutio annuæ præſta-
tionis erat indebita,ſoluens uno anno extra id, quod
agitur,ſibi parat condi.indebiti ad repetendum, ff.cõ
mo.ſi is,§.fi.de ſolu.c.fi.Item cum ſoluit tertio,& ulte
rioribus,quæ condictio perſonalis eſt, & ſic durat uſ-
que ad 30. annos. ex quo ſequitur, ꝙ per id in futurũ
ſoluere non tenetur:quia dicit lex, ꝙ ſublata ſubſtan-
tia obligationis impoſsibile eſt ipſius qualitatẽ rema-
nere:ſed per contrariam probationem tollitur ſubſtã
tia debiti,cum repetitur ut indebitum.impoſsibile eſt
igitur,ꝙ remaneat qualitas. & ſubſtantiã vocant debi
ti,uel debitum id,quod debetur:qualitatem: ꝙ ſit an-
nuum,purum,ſimplex,uel id ſimile.id probant per l.
actor, ff. de iureiu. ubi ſi debitor delato ſibi iuramen-
to iurauit non peti debitum, peti non poteſt ut con-
ſtitutum.& hæc procedunt, ubi ſolutum eſt ignoran-
ranter.Si uerò ſolutum eſt ſcienter, donũ eſt,ff.de cõ-
di.inde.l.1.Talis ergo ſolutio nõ obligat in poſterum,
de poſtu.bonæ.2.in prin. de inſti. cum ueniſſent,ff. de
iti.actuq;, pri.l.1.in fi. Ex quibus cõcluditur,ꝙ ſiue an
nua pręſtatio ſoluatur ut debitum,ſiue ut indebitum
ſcienter,uel ignoranter obligationẽ ſolutionis fiendę
in poſterum non inducit. Ad l.2.C.de ſerui. reſpõdẽt,
ꝙ loquitur in iure reali, quod tempore quæritur, C.
de pact.traditionibus, & ſic loquatur.l. ſi quis diutur-
no,ff.ſi ſerui.uen. Ad l.cum de in rem uerſo, ff.de uſu.
reſpondent,ut ibi. no. ꝙ ibi non pronunciatur ex tpe
ſolo, ſed ex cauſa habili allegata, quæ præſumitur ex
tpe, uel probatur per longi temporis cõiecturam: &
per hoc communiter tenent,ꝙ agens petitorio, ſi di-
cit me ſibi obligatum ad annua. 10.præſtanda,quia tã
to tempore ſolui,petens ut ſoluam, & in futurum ſol
uere cogar,ineptè petit:quia licet in realibus ſufficiat
allegare cauſam propinquam, ſcilicet dominium, in
perſonalibus hoc nõ ſufficit allegare cauſam propin-
quam,ſcilicet obligationem, imò neceſſe eſt allegari
remotam,puta contractum,inſtitutionẽ, uel aliquid
tale, ex quo inſurgat obligatio,& de hoc,de libel. ob.
c.2.ad hoc,ff.de excep.rei iudi. an eadem, §. actiones.
hoc etiam uult gl.ff.de do. excep.l.2.§.circa. ad hoc l.
6 litibus,C.de agri.& cenſi. Tenent† etiam,ꝙ in perſo-
nalibus præſtationibus non ſit reperire iudicium poſ
ſeſſorium dicendo,ago contra Titiũ,cum ſim in poſ-
ſeſſione percipiendi ab ipſo annua.10.quæ mihi pluri
bus annis ſoluit:nũc denegat, petẽs mihi reſtitui &c.
& probãt ſic.petitorium, & poſſeſſorium ſunt corre-
latiua.ubi ergo non eſt locus petitorio, nec poſſeſſo-
rio, cum hæc ſit natura correlatiuorum, ff. de acqui.
poſſ.l.1.in prin.& §.fi.inſti.de actio.§.ſic itaque.cũ er-
go non ſit dare aliquod petitorium in perſonalibus
c actionibus,ergo nec poſſeſſorium[c]. non eſt enim da-
re,ꝙ poſſeſſorium locum habeat niſi in duobus gene
ribus, ſcilicet in rebus corporalib⁹ uerè poſſeſsis, ubi
locum habet directum,& in quaſi corporalibus, quæ
quaſi poſsidentur,ubi locum habet utile,ff.de ſerui.l.
quoties. reperitur tamen quædam poſſeſsio impro-
pria,& quædam impropriiſsima,quæ non pariunt ali
quod poſſeſſoriũ, ff.de peti.hæredi.l.regulariter. plus,
ut dicunt,eſt dare,ꝙ locum habet petitorium,ubi nõ
haberet locum poſſeſſorium. nam rei uendicatio da-
tur contra illum, qui non poſsidet, ff. de rei uen. offi-
cium. Ad l.ff.de acqui.hære. nec ullam, §. fi. Reſpon-
dent,ꝙ petitio hæreditatis eſt mixta:quia eſt in rem &
in perſonam. Vnde poteſt competere diuerſis reſpe-
ctibus.Itẽ pro ea parte,qua petitio hæreditatis eſt rea-
lis,poteſt competere contra detentorem, qui nõ poſ
ſidet. Inducunt ad primum dictum, ff. quorum bo.l.
1.& ulti.nam interdictum, Quorum bonorũ,eſt poſ-
ſeſſorium, nec intentari poteſt contra debitorem per
ſonaliter obligatum. his uidetur contradicere decre.
querelam,de elect.Dicit Iaco.de Ra.ꝙ aduerſus decr.
querelam, opus eſt querela. ſed dici poteſt, quòd illa
decr.prædictis non ob.quia loquitur non de perſona
li præſtatione,ſed de reali, ſcilicet de præſtatione cen-
ſus ex re.unde dicitur ibi in petitione, & in ſententia,
ꝙ pro eccleſia ſancti Saluatoris ſoluebatur illa pẽſio.
7 16.donariorum [*& ibi, dum† tamen probet tempus*] unde
tenet gl.ff.de aqua plu.ar.l. 1.§. fi.& ff.de ſeruitu.l. ſer-
uitutes prædiorum.2.ꝙ etiam in his,quæ non habent
continuam cauſam, allegata cauſa, quæ ſit habilis ad
ſeruitutem conſtituendam, ſufficit cauſam probari ꝑ
temporis coniecturam: & facit, quia patientia habe-
tur pro traditione, ff. de ſerui. quoties. uide quod di-
xi poſt Goff. ſupra de cauſa poſſ.c.fi. [*& ibi, contradicit*]
ſed dici poſſet, ꝙ non eſt cenſus ignorantiæ, qui præ-
8 ſcriptus eſt.Hoſt.¶*In† glo.ult.in fi.*] hoc uerum,quando
is,qui cenſum petit, non eſt in poſſeſsione cenſus, C.
de eden.qui accuſare.Si uerò eſſet in poſſeſsione non
ui,non clam,non precario tuendus eſt in ea uſq; ad fi
nem cauſæ,de cauſa poſſ. cum eccleſia, ut lite pend.à
memoria,& c.laudabilem.Si uerò ui,clam,uel preca-
rio poſsideret, non tueretur in ea,ff.de iti.actuq; pri.il
lud,§.ait prætor,ff.de aqua quo. & æſti.l.1.Tan. Vinc.
Goff.Inn.ipſe gl.idem no. de offi. ord. duo ſimul.

ANNOTATIONES.

a ¶Ex iuſta cauſa.Quia lapſu tanti temporis præſumitur titulo, uel priuilegio id conceſſum.uide bonum text. infra de uer.ſig. ſuper quibuſdam,& glo.ibi,quæ incipit,no.quòd.& uide doct. & Bald. & d.Bart.de Saly.in l.ſi certis annis,C.de pactis, & Bart. in l.cum de in rem uerſo,ff.de uſur. qui idem no.

b ¶Obligatione.Vide Bart.ff.rem ra.ha.l.fi.& Bal.C.de iuris,& fac. igno.cum falſa.& ſufficiunt. 10.anni, ut no.doct. in l.ſi certis annis.forte ſecus contra eccleſiam.uide Ioan.An. de conſuetu. c.fi. ſuper gloſſ.fin. in prin.

b ¶Poſſeſſorium.Vide Bart.in l.fi.ff.quorum bo. & ibi reſpódet, ad c.querelam.infra alle.& faciunt iſta ad materiam capituli, poſſeſſor,de reg.iu.lib.6.& uide Io. And.de excep.c.fi.lib.6. & Bart.in l.ſequitur,§.ſi uiam,ff.de uſuc. & Bald.in l.2.C. de ſerui. & C. de pac.l.ſi certis annis,& uide Io.And.in c.in literis, de reſtit.ſpo.in glo.mag.in 5.col.uer. ſed & ſecundum Inno.

*SVMMARIVM.*

1 *Diuiſio decretalis.*
*In uiſitationibus, uel procurationibus quot prælati ſecum ducere queant,& quas alimonias habere,num.3.4.& 6.& 15.§.1.& quamdiu,num.5.*
*Prælati an & qui grauare ſubditos poſſint, & quando, num. 6.7.& 9.*
2 *Prædicator an & quo caſu petere poſſit expenſas, & qui lucraſe-ctetur.*
*Pſeudo, Latinè falſi.*
3 *Eccleſiarum ornamenta nec pignorari debent.*
*Conſumere quis non debet uno anno & inhoneſtè, quod pluribus fuit annis acquiſitum.*
*Expenſæ faciendæ pro facultatibus.*
4 *Legati an hoc capitulo comprendantur.*
6 *Competens procuratio quæ.*
7 *Charitatiuum ſubſidium epiſcopi quando, & quomodo à ſubditis petere poſſint, & an cogere per ſe, uel alios & quos.*
*Epiſcopus pro ſuis neceſſitatibus fructus eccleſiarum habere & accipere poteſt.*
*Charitas ubi non prodeſt, adhibenda eſt poteſtas.*

 8 *Subdi-*

8 *Subditi mali etiam puniendi.*
9 *Terminum impoſitum tranſgredi non licet, num. 11.*
10 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 11.*
*Ad parentum bona liberos quid admittat, & è contrario.*
12 *Additio gloſſarum, & num. ſequen.*
*Epiſcopus accipitur pro archiepiſcopo, & pro papa.*
*Viſitatores plures admittuntur eodem anno.*
13 *Superflui ſi ſeparari nequeunt, omnibus an denegetur.*
14 *Res delicatas deſiderare luxuriæ cauſa, ita uſitatas fugere dementiæ eſt.*
*Propter conuiuij limitationem quidam fuit a ſenatu Ro. remotus.*
*Gulæ uitia reprenduntur, & effectus quis.*
15 *Epiſcopus coram quo conueniatur à ſubdito, & è contrario.*
*Per procuratorem agere quibus conceſſum eſt, & per ſe poſſunt, in fine.*

## CAPVT VI.

CVm apoſtolus. Concilia breuiter ſummari nõ
1 poſſunt. Præmittit† autem conſtitutionis
cauſam. ſecũdò conſtitutionem ponit ibi,
Quocirca. In qua determinat concilium numerum
equorum, quem ſecum ducere poſſunt prælati uiſitãtes: prohibet eos tũc uti uenationibus, & ſumptuoſas epulas quærere. Præcipit, ne prælati ſubditos tallient. permittit tamen ex iuſta cauſa ab eis peti moderatum auxilium in fi. ibi, Sanè. determinat primũ dictum de numero equorum [*Apoſtolus*] act. 20. in fine
2 [*Vt locum*] arguet† prædicatorem, qui petit expẽſas, falſum præſumi, tamen cõtrarium eſt: quia qui ſeminat ſpiritualia &c. 13. q. 1. c. 1. ad hoc, ſup. de offi. ord. inter cætera [*Auferre*] libentius enim Corinthij auari audiebant prędicationem Pauli gratis factam, quàm illorũ qui munera exigebant, & de hoc. 1. q. 2. ſacerdos. 1. & eſt ſi. 18. di. de eulogiis, & 1. q. 1. placuit. 3. [*Pſeudo*] ideſt falſis. Hiero. ad Algaſiam, q. 1. omnis falſa prædicatio ſectatur lucra, & gloriam quærit humanam, ut ꝑ gloriam naſcantur compendia. & eſt iſtud, pſeudo, Græcum, & in ſingulari & plurali indeclinabile, & omnis generis. uel. i. falſus ſeruus à pſeudo, quod eſt falſus, &
3 dulus, quod eſt ſeruus. Ho. [*Ornamenta*] quæ† nec pignorari debent niſi urgente neceſsſitate, ſupra de pig. c. 1. & facit cle. de deci. ſi beneficiorum [*Conſumat*] not. hic Hoſt. cõtra ſcholares, & prælatos, qui quod parentes, uel prædeceſſores pluribus annis acquiſierant, uno anno & inhoneſtè conſumunt. fieri enim debent expenſæ ſecũdũ facultates, C. ubi pu. edu. de. l. 3. in auct. ut deter. ſit numerus cleri. col. 1. §. 1. [*Euectionum*] de ꝑſonis dicam, inf. de exceſ. præla. cum ad quorũdã [*Numerum*] nuſquam excedant quod infra [*Cardinales*] non epiſcopi. 25. utinam eſſent contenti. 30. Hoſtien. Et di-
4 cit Egi. quoſdam dicere per hoc† taxatum eſſe hunc numerum etiam legatis, quod ipſe nõ credit, cum de legatis nil dicatur hic [*Archidia.*] & iſti interdũ ducunt plures, quàm 10. Hoſt. [*Exiſtant*] nec etiam tot ducant ſi nimium per id grauantur eccleſiæ, ut infra ſequitur [*Venatorijs*] canem cameræ ducere nõ prohibetur ſm̃ Hoſt. [*Quæſua*] ad Phi. 2. ſupra de renun. quidam [*Aepu-*
5 *las*] pro ea† die, qua procuratur. non enim amplius, q̃ una die manere poteſt in parochia, ut eſt expreſſum, 10. q. 3. inter cætera. ad hoc, infra eo. fęlicis, uer. adiiciẽtes, lib. 6, Sed contra. 10. q. 1. placuit. per quod no. Inn. infra eo. Romana, lib. 6. & ibi ſcripſi ſuper uer. uiſitatis, ꝙ ſi neceſsitas exigit, plus, quàm una die, manebit, & procurabitur. nam ſi ibi conceditur archiepiſcopo tedire, poſt primam procurationẽ, & iterum procurabitur, fortius ſm̃ eum poteſt plus manere: quia nec circa iura malignandum eſt. unde ſm̃ eũ, c. inter cætera, loquitur, quando neceſsitas non requirit, ꝙ ultra unam diem moretur. Sed aliqui ſtantes. c. inter cætera, dicunt, ꝙ ç. placuit, correctum eſt. uel aliter, ut ibi no. uel dic ꝙ bene eſt duobus diebus in eccleſia, quia de mane prædicat ad populum, & uadit ad eccleſiam uicinam ad prandium. Alij, ꝙ procuratio incipit in cæna, & finitur in prandio dei ſequentis, & pro tanto
6 ſunt duo dies [*Competenter*] ſm̃† decentiam epiſcopi, & facultates ſacerdotis. Sufficiat ergo epiſcopo læta facies, & ꝙ presbyter faciat poſſe ſuum: cætera ſuppleat de ſuo. Hoſt. [*Tallijs*] ideſt collectis, uel fodris, ſupra ti. 1. præterea [*Neceſſitatibus*] puta, quia fecit emptionem, uel guerram habet, uel cauſam, nec ſufficit ad expenſas, de offi. or. conquerente, ubi dixi de hoc. Idem intelligas, quandocunq; eget epiſcopus ſine culpa ſua
7 [*Rationabiliter*] arguit Io. 10. q. 3. Inn. ꝙ itineratio ad papam, uel ad regem non ſit ad hoc iuſta cauſa. contrariũ dicit poſt Inn. de ſta. mo. c. 1. [*Cum charitate*] no. Ho. inf. eo. cum uenerabilis, ut ibi dicam in fi. ꝙ cõtra hoc charitatiuum ſubſidium non currit præſcriptio. & bene dixit, cum charitate: quia non ſunt inuiti cogendi per epiſcopum, qui exigit, ſed per ſuperiorem, qui debet ſe facilem reddere ad cogendum, & ſuperior dici poteſt metropolita. Dicit Inn. ꝙ papa, de of. or. paſtoralis, de immu. ec. aduerſus. de hoc, ſup. tit. 1. nullus. Alii dicunt, ꝙ probabiliter ſm̃ eum, ꝙ per ipſum ep̃m cogi poſſunt, ſi neceſſitate oſtenſa, precibus & monitis nolunt obſequi, cum & pro ſuis neceſſitatibus fructus eccleſiarũ hr̃e, & accipere poſſit. de hoc ut ec. bene. c. uno, in fi. & quod ibi no. & facit cle. de exceſ. pręla. frequens, uer. in exigendo. nec ob. hoc uerbũ. quia & ſi plus operari debeat charitas. ubi tamẽ non ꝓdeſt adhibenda eſt poteſtas. 45. diſt. licet, & c. qui emendat. 10. q. 3. cauendum. hoc tamen nõ eſt ſine capituli ſui, & etiam ipſorum clericorum conſilio faciendum, de his quæ fi. à pręl. per totum, de dona. paſtoralis, ſecundum Inn. & hoc ultimum approbat Ho. arg. ſupra de empt. c. 1. de teſta. cum in officiis. & hoc, cum neceſſitas euidens eſt, nec in contributione grauantur ſubditi, nec inde referunt quæſtionẽ: aliàs id per ſuperiorẽ, uel ꝑ arbitros finietur, ut dicã ſuꝑ gl. & facit quod dicã. infra eo. procuratores, ad fin. Dicit Boa. ꝙ quidam Bon. Epiſcopus frater prædicator uocatus contra Fede. in auxiliũ eccleſiæ, per Inn. IIII. coegit clerum ſuũ ad ſoluendũ tria mil. lib. & congregatis inde militibus fuit in Apulia, & excellentius aliis militibus pugnãdo fuit uulneratus. De quo dixit Nouarienſis ep̃s. ꝙ uituperati erant omnes milites, ſi non inuenirent unum militẽ, qui melius celebraret miſſam aliquo ep̃o, cũ inuentus eſſet ep̃s, qui melius pugnaſſet aliquo milite [*Dicũt*] 2. ad Corinth. 12. [*Pietate*] ſupra de reſti. ſpo. con
8 querente [*Subditis*] honeſtis† & bonis. malos enim punit, in auct. col. 2. ut iudi. ſine quoquo ſuf. §. eos autẽ. Hoſti. [*Quos*] ſubditos [*Paſtoris*] uide quod dixi in clem. eo. t. ad noſtrum, in glo. contra id [*Debent*] ipſi præpoſiti [*Facultates*] unde ſine grauamine non poſſunt ſuſti-
9 nere [*Menſuram*] imponitur† ergo terminus, quem nõ licet tranſgredi, ſed ex cauſa poteſt moderari. ſi. de dona. apoſtolicæ, de deci. c. 1. de ſepul. c. 1. Hoſti. [*Grauari*] dicat tunc prælatus cum apoſtolo. ad Philip. 4. Scio, & minus habere ſcio, & abundare: ſcio & ſatiari, & eſurire. 41. di. quod dicit, in fi. [*Indultam*] ſi. 31. di. c. 1. ¶ *Glo. 10.*
10 *†q. 3.*] ſignat contrarium, & ſoluit. ¶ *Glo. quid ergo*] quæ-
11 rit, arguit, & ſoluit. ¶ *In† gl. quid ergo. §. Trebatius*] ſi habẽs ſeruitutem ducẽdi certũ numerũ pecorum ad fontẽ, maiorẽ ducat, in ſuperfluo prohibetur. ¶ *In glo. antepen. §. non ſic parentibus*] parentes ad bona liberorũ rõ miſerationis admittit. Liberos natura ſimul, & parentum cõe uotũ, & idẽ dicit. l. ſequens, nã & ſi. ¶ *In gl. pen. ibi, Ti-*
12 *tia, §. 1.*] uide de preb. de multa, ſuꝑ gl. nota ꝙ. ¶ *In† glo. arg. quòd, in fine*] ẽt nõ negligentibus epis. ĵ. e. t. c. ult. li. 6.

¶ *In*



*glo. 10. q. 3. in fi.*] Ala. uel illud, quod ibi dicit, epiſcopus, ſumitur pro archiepiſcopo. nã & papa ſic uocat, ut in proęmio, ſm̃ Hoſt. ¶ *In gl. ideſt, in fi.*] Vin. de quibus, ſupra de off. archipre. cap. fi. & no. plures uiſitatores admiti eodem anno, quod dic ut ibi, de off. archidi. mandamus. Hoſtiẽ. ¶ *In glo. quid ergo, ibi, quia cognouimus*] & c. inter cætera, ubi de hoc [*& ibi, ſuperfluis*] & ſi
13 ſuperflui† ab aliis ſeparari non poſſent, omnibus de-
a negetur. ff. de aqua quo. & æſti. l. 1. §. itẽ quæritur.[a] ſecundum Vin. hoc no. infra eo. cum inſtantia. Intelligo dictum Vin. de ſeparatione facti, ſ. cum epiſcopus non uult ſeparationem pro parte equorum recipere [*& ibi, forte*] Inno. licet dicat hoc ſecurius, tenet cõtrarium. Dicit Pet. propter tollendum omne ambiguũ appellãdum, intellige primò, de hoc in præ. decre. cũ ad quorundam. ¶ *In gl. 25. ibi, cautela*] Sene. epi. 5. Sicut
14 † deſiderare res delicatas luxuriæ cauſa, ita uſitatas & non magno parabiles fugere dementiæ eſt. ponit Valerius lib. 2. cap. 4. Duronium remotum à Senatu Ro. qui legem abrogauerat limitantem conuiuia [*ibi, oletos*] no. o. baccalar, gnotum. uade poſtea loqui cũ dominabus, quibus dabis pacem in altari, cum habeas os hircoſum. T. Gof. Vix diuerſorũ nouit cautela cocorum tãta miniſtrare, ꝙ eos poſsit ſatiare. Gof. ¶ *In*
15 *† gl. ſi de hoc, ibi, ſuperioris*] archiepiſcopi, ſi agit ſubditus, ſi conuenitur, itur ad arbitros. hoc probant iura alle. & ſupra titu. 1. nullus, & de regu. licet. ¶ *In glo. pe. in fi.*] R. idem Gof. Phi. primum uerius, ſecũdũ Pe. & Abb. Et dicit Hoſti. ꝙ hoc non poſſunt niſi ex priuilegio, uel niſi id iã obtinuerit de conſue. iam præſcripta, inf. de exceſ. præ. ad hæc, & ca. accedentibus, ubi de hoc. ¶ *In glo. ult. in fi.*] in auct. ut ab illuſtri, & qui ſuper illu. ſunt, coll. 5. Goffre. ibi, his, quibus conceſſum eſt per procur. agere, nihilominus & per ſe.

ANNOTATIONES.

a ¶ Item quæritur. Facit quod no. in l. Græce, ff. de fideiuſſo. & ibi per Bar. & quod no. Di. in l. utile, ff. de reg. iur. lib. 6. & ibi. Io. An.

*SVMMARIVM.*

1 *Cenſus nouus eccleſiæ non poteſt imponi, nec antiquus augeri, & quis, & nu. 4. & à quo, nu. 5.*
2 *Reditum eccleſiæ temporalium habet abbas.*
*Epiſcopus canonicam.*
2 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 3.*
*Augmentum, & diminutio in quibus conſideretur, & quomodo.*
5 *Additio gloſſarum.*
*De cenſu minori, quàm debeatur, ſoluto, remiſſ.*

## CAPVT VII.

1 PRohibemus Caſus. Nouus† cẽſus eccleſijs imponi non poteſt, nec antiquus augeri. ponit duplicem prohibitionem, quam iuſtificat. ſecũdò ponit decretum ibi, Siquis uerò [*Epiſcopis*] repete, Ab. [*Imponatur*] contra, de cleri. non reſi. conquerente, de off. uica. cap. 3. So. hoc de cenſibus realibus perpetuis, & ſine cauſa impoſitis, illud de perſonalibus, uel ex cauſa impoſitis. & de hoc infra eo. ſignificauit. Hoſt. [*Eccleſiis*] etiam exemptis, circa quas in his prouident dięceſani auctoritate apoſtolica. qđ
2 dic ut in cle. eo. ti. quia regulares [*Partem† redituum*] parohialis curæ. & ſic nullum contrarium. nam abbas quandoq; habet partem temporalium. de hoc ſupra ti. 1. ex ex literis, in fi. & epiſcopus ſuam canonicam, de decimis, quoniam. ſed ultra ſibi non debet appro-
3 priare, ut dicit in glo. ¶ Secunda† glo. all. 11. concor. & 3. contraria, & ſoluit. ¶ Antepe. gl. arguit. ¶ *In† glo. 3. ibi. l. 1. lib. 11.*] pro paſcuis principis ea manebit penſio, quam antiquitas ſtatuit [*& ibi, lacus*] ſequitur, & ſtagna, licet quandoq; creſcant, quãdoq; exareſcant, ſuos terminos tamen retinent, & ideò in his ius alluuionis non agnoſcitur [*& ibi. l. ulti.*] quæ eſt. 3. uide de conſtitu. cum. M. ſuper glo. hoc uidebatur [*& ibi, generaliter. §. ſi quis alienum*] ſi legatum factum, ut manumittam ſeruum alienum, excreuit, conſideratur æſtimatio cum incremento [*& ibi. l. 1. §. ripa*] Ripa mutatur creſcente fluminis alueo [*& ibi, ſi mortis*] hæreditatis augmentum prodeſt libertatibus: diminutio nocet [*& ibi, ſi ea lege*] uide de uſur. c. fi. ſuper gl. 2. [*& ibi. §. ſed ſi inſula*] uide de offi. dele. præterea, ſuper ulti. glo. ¶ *In*
5 *† glo. 2. ibi, ab epiſcopo*] Dicebat Inno. ꝙ epiſcopi ſibi nõ poterant imponere cenſum: ſed pro alijs clericis hoc facere poſſunt, infra eo. cum clerici, ut ſic ſecundum Hoſti. inter ponentem & recipientem ſit differentia, ut patet, ſupra ti. 1. per noſtras. Interuenire debet igitur ſuperioris auctoritas, ubi nõ poteſt epiſcopus au-
a ctorizare[a] ſecundum Hoſtiẽ. qui remittit ad ſummã, eo. ti. §. quis imponere. facit clemen. de re. ec. nõ alie. ſi una. ¶ *In glo. pe. ibi, de forma*] ad idem. 70. di. c. fi. 93. diſt. nulla ratione, de offi. or. cum ab eccleſiarum, & ca. ad reprimendam. Hoſti. & in auct. ut cũ de ap. co. §. hoc autem diſpoſuimus, & de hære. & Fal. §. his omnibus. quod dixit hic Vincen. de cenſu minori, quàm debeatur, ſoluto, dixi in ſpe. eodem titu. in fin.

ANNOTATIONES.

a ¶ Auctorizare. Quomodo, quid, & quando poſſit quis in ſuo facto auctorizari, uide Bal. in l. bonorum, C. qui admitti ad bo. poſ. poſ. & Bar. in l. ſi conſul, ff. de adop.

*SVMMARIVM.*

1 *Cenſualem eccleſiam prælatus auctoritate ſua nõ poteſt præſertim poſt mortem ſuam conſtituere, & nu. 2. & 5.*
*Illuſio pro fraude, & immunditia.*
2 *Negatiua probatur hoc ipſo, quòd contrarium non conſtat.*
3 *Perſonale per ſuperioris auctoritatem fit, reale.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
*Præſertim, ut hic accipiatur.*

## CAPVT VIII.

1 PRæterea. Caſus. Prælatus† auctoritate ſua nõ poteſt præſertim poſt mortem eccleſiã cõſtituere cenſualem, & ſoluit caſum, generalẽ rationẽ ſubdens ibi, Non enim [*Illuſione*] i. fraude, Inno. ſecũdum Hoſti. ponitur impropriè, ſicut & aliàs immundicia, de cleri. cõiu. quod à te. Nam etiam ſine illuſione per compoſitionẽ ſine ſuperionis auctoritate nõ dnrat poſt mortem, de tranſac. decætero, de deci. ex multiplici, de præben. niſi. uel ſup. maxime [*Eis*] qui ſoluerint, uel ſoluere promiſerint [*Defunctis*] ergo eis uiuis audiuntur, ergo non fuit illuſio uera ſecũdum
2 Hoſt. [*Audiendi*] agendo† petitorio. ſi poſſeſſorio age-
a retur, dic ſecundum Inn. ut dixi. ſ̃. e. peruenit[a]. ĵ. eo. ſignificauit [*Alterius*] legati, uel papæ, Gof. [*Non interueniſſe*] hoc conſtat hoc ipſo, ꝙ contrarium non probatur, quod dic, ut no. de ſimili negatiua, de his, quæ fi. à
3 præla. ea noſcitur. & à cõtrario† no. perſonale per ſuperioris auctoritatem fieri reale, de trãſac. decætero, & c. ueniens, de præben. niſi [*Simplices*] ad differentiã
4 epiſcoporum, de conſue. quanto. ¶ Vlt.† glo, arguit,
5 & remit. ¶ *In† glo. quia penſio, ibi, eccleſiam*] ſe autem uſque ad mortem potuit obligare, & per cõſeques fructus beneficij ſui, quamdiu tamen ipſum tenebit, de fideiuſ. cap. ſecundo, de pecu. cleri. cap. fina. & ſecundum hoc illud, præſertim, ponitur pro maxime. alij exponunt pro tantum, ſecundum Abb.

ANNO-

ANNOTATIONES.

1 ¶Peruenit. Imò & ſi diceretur hoc caſu eſſe poſſeſſorium,non tamen daretur reſtitutio : quia talis poſſeſſio eſt uſurpata & contra iura.c.d.contra morem,de reſti.ſpo.ad decimas, & uide Io.And. infra eod.ſignificauit, in gloſſ.ſua mag.in prin.

*SVMMARIVM.*

1 *Eccleſias, quas debent de manibus laicorum eripere epiſcopi, & quod ab eis habere poſſint, nu.2.& 5.*
2 *Cathedraticum quantum ſoluatur.*
3 *Eadem res non debet diuerſo iure cenſeri.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum,nu.5.*
*Dubitandi, & decidendi rationes huius conſtitutionis.*
*Inter detracti reſtitutionem, & adiectionem intereſt, in fi.*
*Sicut augmentum, & recuperatio differunt, ibid.*
*Triumphus pro auctis, non recuperatis dicernitur, ibid.*

CAPVT IX.

1 ECcleſijs. Breue eſt [*Eripiunt*] quò ad
† ius patronatus,quod ha-
bebant ibi laici, quod modò epiſcopis eſt
donatũ,uel laici de facto vſufructuabant,
& tenebant eccleſias,quod tolerandum nõ eſt,¦de de-
ci.quamuis,& c.prohibemus.uel ſecundũ Pe.& Abb.
procurante epiſcopo remiſit patronus cenſum eccle
2 ſię in ea ſibi debitum [*Cathedraticum*] pro † quo ſoluũ-
tur duo ſolidi,¦de off.or.conquerente [*Imponuntur*] iu-
ſtè,ſiue de iure.ſiue de conſue.approbata.Innocẽ.uel
priuilegio,de exceſ.præla,accedentibus,de uerbo.ſig.
cum tibi.ſecundum Hoſt.ſecundum quem ſup.& im
poni poſſunt de iure.nam & ſi ab alijs non recipiat ca-
nonicam ſuam: tamen ab iſta recipere poterit. & no.
3 ꝙ † eadem res non debet diuerſo iure cenſeri,de deci.
4 cum in tua,cum ſi. ¶Vlti.† gl.arguit,allegans duo iu-
5 ra. ¶*In † gloſſ. 3.ibi, prohibemus*] gloſſatores antiqui,uel
moderni non aperuerunt dubiũ huius decre. ſed dic,
ꝙ videbatur,ꝙ epiſcopus poſsit aliquid noui imponere
propter id, quod liberauit ipſam eccleſiam de mani-
bus laicorum, vt ſicut in ſua libertate, quam cõcedit,
imponere poteſt cenſum, de reli.do.cõſtitutus, ſic &
in iſta.ſed reſpondetur hic contrarium,nec ob.prædi-
cta ratio. tenebatur enim ex debito officij epiſcopus
illam de laicorum manibus liberare,ſup.de reli.do.de
xenodochijs.facit cle.eo.titu.quia contingit,& in ne-
ceſsitate non eſt liberalitas. & eſt ſi.de ui.& ho.cle.cũ
ab omni.Item ſi contrariũ diceretur,facile eſſet frau-
de ficta conſtituere eccleſias cenſuales de nouo, pro-
curarẽt enim epiſcopi illas per laicos occupari, ut eis
poſtea per ſe liberatis cenſum imponerent, & contra
talia prouidendum eſt, de diuor.quanto, ad fi, Vale-
rius lib.2.cap.3.ſic dicit, Tantum intereſt adijcias ali-
quid, an detractum reſtituas, quantum diſtat bene-
ficij initium ab iniuriæ fine,& illud dicit commendã-
do legem, quæ habebat pro aucto imperio, non pro
recuperatis deperditis decerni triumphum.

*SVMMARIVM.*

1 *Pedagium quid,& quando liceat nouum imponere,& cui,& quę pœna cui non licet,nu.2,& 6,in fin.*
2 *Sepultura quibus caſibus denegetur Chriſtiana.*
3 *Pedagium recipiens in quam pęnam incidat.*
*A pœna quæ excuſent.*
3 *Ad pedagia clerici nec ſi conſenſerint, aſtringi poſſunt.*
5 *Suffragium gloſſarum.*
*De uectigalibus conſtituere niſi imperatori licet.*
6 *Additio gloſſarum.*
*Vim committenti quæ pęna irrogetur.*

CAPVT VIII.

INnouamus. Breue eſt. Et Inno-
uat prohitionẽ ſub
dens pęnam ibi, Si quis.& pars de treu. &
pa.innouamus [*Pedagiorum*] pedagium di-
1 citur † quædam præſtatio, quæ ab itinerantibus pro
his,quæ uehunt, uel ducunt, exigitur, & quandoque
pro perſonis [*Principum*] & ex cauſa licita.ad hoc,ſup.
eo.cum apoſtolus.§.prohibemus,ſecundum Goffre.
[*Statuere*] uel ſtatuta colligere,ar.24.q.1. Achatius, de
ſent.excom.in præſentia, & infra dicam [*Communione*]
2 habes † caſum, quo denegatur ſepultura. ſunt & alij,
de quibus, ſupra de ſepul.ex parte. ſed etiam excom-
municandus eſt talis.24.q.3.ſi quis, & c.paternarum.
imò ſecundum Hoſtiẽ.in curia Romana ab ipſo ſum
mo pontifice excommunicatur ter in anno. diebus,
3 qui no.in cle.de iudi.dudum,in glo.ſolent.Sed † nun-
quid tale pedagium recipiens,non tamen ſtatuẽs ex-
communicatus eſt? ſic ſaltem ex mente,arg.de ſentẽ.
ex.nuper.§.ſecundæ.niſi excuſet indulgentia, de ſen.
excom.quia periculoſum, lib.6.uel iuſta ignorantia,
infra de cleri.ex. miniſtran.apoſtolicæ. Hoſt.[*Chriſtiana*] adde quod habes,infra eo.quamquam, lib.6.& in
concil. Vien.eo.tit.præſenti.per quod etiam determi-
4 natur,quod hic no. Hoſti.de † clericis,qui non tenen-
tur ad pedagia, nec.l.imperiali, nec cõſuetudine poſ-
ſunt ad id aſtringi,etiam ſi conſentirent, alle.de fo.cõ
5 pe.ſi diligenti.¶*In † gl.2.ibi,uectigalia*] ſequitur,ſine im-
peratoris præcepto neque præſidi,neq; curatori,neq;
curiæ conſtituere licet, neq; præcedentia reformare,
6 uel his addere, uel minuere. ¶*In † gloß.2.in fi.*] reſpicit
hæc glo.partem deciſam, quæ eſt ſupra de treu.& pa.
innouamus. Goff. ¶*In glo.2.ibi,inſtituendi*] peccant, ta-
men,ſi hoc faciunt ſine cauſa. Inno.[*& in fi.*] adde qđ
a ibi no.[a] ¶*In glo.ulti.in fi.*] & deportatur,uel capite puni
tur.nam incidit in l.Iul.de ui pub.ff.ad.l.Iul.de vi.pub.
l.ult.ſecundum Goff.Dicit Hoſti. ſi ſine armis uis cõ-
mittatur,tertia tantum bonorum publicatur: ſi cum
armis,deportatur, Inſti.de pu.iud.l.Iul.de vi,niſi a lie-
nas ędes quis expugnet, uel frangat:quia tunc eſt pę-
na capitalis.ff.ad l. Iul.de ui.,pu.l.penul. Quandoque
tamen exactor pedagij punitur capite. C. de uec. &
com.le.uniuerſi, ſecundum Hoſtien.

ANNOTATIONES.

a ¶Adde, quod ibi no.Et uide plenius per.d. Bar.de Sali.in le.2. C. noua uecti.& per Bar.in l.ſi publicanus.§.in uectigalibus, & in l. licitatio,ff.de publi.& tamen tex.hic dicit, regum : intelligit Hoſti.1.imperatorum Romanorum regũ.vide Io.An.in c.ſuper quibuſdã,hic all.& Pau.in cle.ſi.e.t.& d.Bar.de Sali.in l.noua.uecti.

*SVMMMARIVM.*

1 *Cenſualem eccleſiam ſuam qui conſtituit per colluſionem, quibus pœnis ſubdetur, ſecus, ſi epiſcopi auctoritate, nu.2.§.2.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
*Auctoritas epiſcopi ſi interuenit, non præſumitur uitium.*

CAPVT VIIII.

CVm clerici. Caſus. Pars de pac.cũ
ũ clerici. & h.d. Qui † ꝑ
colluſionem conſtituit ſuam eccleſiã cen
ſualem,illa priuabitur.Dicebat Abb.ꝙ di-
cit idem cum decre.præterea,ſupra eo.hoc addito, ꝙ
hic colludentibus imponitur pœna ibi, Præcipimus
[*Eis*] religioſis [*Cenſuales*] ſupple,eo pacto,ut poſt &c.
[*Eorundem*] ſi.de decimis.c.2.§.ſane, lib.6. (*Filios*) quod
etiam ſine pacto eſſe non poterat,dato etiam ꝙ legiti
mi eſſent. quod dic,ut ſup.de fil.preſbyte. ex tranſmiſ-
ſa, Hoſt.(*Talia*) illicita pacta,& ſymoniaca.1.q.2.ꝗ pio,
de



hoc caſu: imò ſufficeret, ꝙ confiteret̃ ſe erraſſe, & in-
ſtr̃a uera eſſe, cũ & aduerſarius, qui inſtr̃a induxit, ni-
hil poſsit dicere contra ipſa, nec probationibus ſuper
hoc aduerſariũ aggrauare. Si uerò aduerſarius non in
duxiſſet inſtr̃a, ſed ipſe proprio motu diceret in iudi-
cio illa falſa: poſtea ex illis inſtr̃is nihil exigere poſſet,
niſi probaret illa eſſe uera. poſt ſñiam uerò, puta ſi in-
ſtr̃a, quæ quis falſa eſſe dicebat, iudicentur uera, non
prohibetur ille, qui dixerat illa eſſe falſa, per ea aliq̃d
petere, ar. 8. di. ueritate, & ſ. de iureiur. mulieri. quidã
tamen dicunt, ꝙ ſi eps non iuuaretur alio iure niſi eo
quod continebatur in inſtr̃o, in quo præcipiebantur
fieri deductiones, tunc ſicut epõ adiudicatæ fuerunt
quartę decimarũ, ſic & Abbati adiudicatæ fuiſſent de
ductiones: quia una & eadẽ res non dẽt diuerſo iure
cenſeri. ſ. de deci. cũ in tua. §. 1. ad fi. cum ſuis concor.
ſed prius dictum melius probatur ex hac decr. ſm In-
no. (*Impugnare*) ſcienter. & ſic non ob. ff. de peti. hære. le
gitimarũ. Vin. (*Ex ea*) ſ. compoſitione (*Conſequi*) niſi per
in integ. reſti. iure minoris. ſ. de in integ. reſti. auditis,
ff. de mino. l. minor. §. 1. Vinc. (*Tacite*) ſ. impugnando
(*Super qua*) ſ. eccleſia ad probandum, ꝙ nil tibi deberet
6 (*Petebat*) abbas. Io. ¶ Tertia † gl. reſpõdet per ob. & po-

nit ſol. Lau. ¶[*Glo. no. quòd*] ponit dictũ, quod ſtatim de
terminat. ſecundo arguit; alleg. tria iura, & duo alle. in
7 contrarium. ¶[*In † glo. 2. ibi, optimam*] uide de probatio.
3. ſuper prima gl. [*& ibi, cum aliquis*] ſi teſtator dicit Ti-
tium ſeruum Seij hæredẽ inſtituo, cum cõtemplatio-
ne Seij appareat eum inſtitutum, adire cogitur; licet
libertatis ſuæ referat quæſtionem. & ſi pronuncietur
liber, nec damnum, nec lucrũ ex aditione conſequi-
tur. ¶[*In glo. no. quòd, ibi, §. meminiſſe*] uide hanc & ſeq. alia
de foro compe. ſi diligenti, ſuper glo. nunquid [*& ibi,
generaliter*] uide de app. conſtitutus. 1. ſuper ultima glo.
¶[*In glo. antepenul. ibi ſiquis iuſiurandum*] uide de foro com
pe. ſignificaſti, ſuper glo. 2. [*& ibi, qui falſas*] uide de te-
8 ſtibus, præſentium, ſuper ultima glo. ¶[*In † glo. prima in
fine*] ius commune, uel alio modo. Innoc. ¶[*In glo. 2. in
prin.*] iſtam glo. Inno. & Hoſtien. ponebant. & puto, ꝙ
melius in fin. capituli ſuper uer. inſtrumenta [*& ibi, ob
aliud*] argum. contra de priuile. ſi papa. 1. reſpon. lib. 6.
dic, ut ibi in 3. glo. [*& ibi, cum aliquis*] ibi de hoc. & dici-
tur ius ciuile Papirianum, cui Papirius nil addidit, ſed
compoſuit. ff. de origine iuris. l. 2. §. 1. Vincen. & facit
pro compilatoribus glo. ut ibi no. ¶[*In gl. 3. in fine*] hanc
glo. habes. 10. q. 1. de his. & Hoſti. hic addens, quod ibi
9 no. Bar. Brix. attribuens tamen illud † Bertrando Pro-
uinciali. finaliter remittit ad ſum. de ſepui. §. uetus eſt
quæſtio, & §. ſequentibus. ¶[*In glo. no. quòd, ibi, reprobare*]
& ſecundum Hoſtiẽ. hic uidetur reprobari cauillatio
dicentium, non fateor: imò nego, quod in inſtrumẽ-
to continetur, hoc ſaluo, ꝙ ſi contingeret me condẽ-
nari, tali articulo, qui ibi continetur, uti uolo: ſed iu-
dex recuſabit hanc incõſtantiam, & meritò, ff. de pro-
cur. in cauſæ. quinimò quicquid dicat cauillando, ſi-
bi uidetur eſſe contrarius, de app. ſolicitudinem. de
hoc de excep. cum uenerabilis [*& ibi, perſeuerauerit*) &
ſic intelligitur, infra de reg. iur. ex eo, lib. 6. ubi de hoc
(*& ibi, ſi quid ueri*) ubi de hoc, & vide quod dixi de uita
& honeſta. cleri. ca. fin. ſuper 1. glo. cum ſua remiſ. (*&
in fi.*) & hic conſiderata perſona epiſcopi, qui produ-
cit pro ſe, quod non recipit contra ſe ſecundũ Hoſti.
10 ¶[*In gl. pe. in fi.*) ſcriptum † erat contrarium uoci, & vox
ſcripto. ſic, ſupra de elec. cum inter. R. ſm Goff. poſſet
tamen forte dicere Abb. ſe nõ ad hoc recepiſſe priui-
legium, quod habet ab eo ius epiſcopale: ſed ad hoc,
ꝙ non haberet frontem impetendi. C. de excep. l. ſi q-
dem. ff. de proba. cum de indebito. hoc tamen prote-
ſtari deberet, vt d. l. ſi quidem, alioquin inſtrumẽtũ ſi-
cut pro ſe, ita & cõtra ſe admittere teneretur. Sed qua
re non fuerunt abbati adiudicata temporalia? Reſpõ-
deo, quia licet uerum eſſet priuilegium cõceſſionis:
tamen conſenſus capituli non interuenerat; & ideò
non ualuit, ſupra de dona. paſtoralis, ad fi. uel melius
ideo non fuerat adiudicata: quia nec fuerũt data. per
hoc enim uerba, concedimus tibi tales eccleſias, ſicut
hic in iſto inſtrumento continebatur, non uidet con
ceſſum ius epiſcopale, ſed tantũ temporale, quod epi-
ſcopus in eis habebat: uel in proprios vſus fuerũt cõ-
ceſſe, ſupra de do. paſtoral. hæc aũt inſtrumenta, de q-
bus hic loquit, non impugnabantur, ſed inſtrumenta
cõpoſitionum tm̃, de quibus p̃miſit. ſi enim ep̃s hæc
reprobaſſet, nul ã fidem feciſſent poſtea pro ep̃o, nec
probarent, ꝙ eccleſiæ in ſua diœce. ſitæ eſſent: quia
reprobato inſtrumento quicquid ibi continetur, ui-
gore caret. 9. di. ſi ad ſacros. 3. q. 9. pura. licet etiam pro-
ducens inſtrumentũ ipſum, vel aliquid, quod ibi con-
tineat, reprobare non poſſit, ut hic, & no. s̃. de excep.
cũ uenerabilis: tamen ſi aduerſarius probet ipſum fal
ſum, per hanc ꝓbationẽ, ſi ibi erat aliquid producẽti
ꝯriũ, ſibi non nocebit. aliquãdo enim per aduerſariũ
meum cõſequor, quod per meipſum habere nõ poſ-
ſum. C. de tempo. reſti. in inte. petendæ. l. 1. ff. quemad.

c ſer. amit. ſi cõem [c]. Sed dices, nonne eo ipſo, ꝙ Abbas,
produxit inſtrumenta, vr̃ confeſſus fuiſſe oĩa ea, quæ
in eis continent? ita uidetur. & ſic nõ põt dicere ꝯ illa,
quæ continentur ibidẽ, & ſi ad inſtãtiã aduerſarii pro
nuncientur falſa: ſic nec audiret. ſi uellet aliquid dice
re contra confeſſionẽ ſuã tacitã, uel expreſſam. reſpõ
11 de, ut no. s̃. de exce. cũ uenerabilis. Hoc no. ꝙ † quam-
uis contra confeſſionẽ propriã admittatur qs ad pro
bandum errorẽ, ut C. de iur. & fac. igno. error, & le. &
no. ſupra de confeſſis. c. fi. contra inſtrumenta tamen
quæ qs produxit, non admittit. nec mirũ, q̃a plus eſt
probatio inſtrorum, q̃ confeſſio ſm Inno. imò quia
lingua labilis eſt, ut patet. ff. ad l. Iul. ma. famoſi. §. pen.
ibi, nec lubricũ linguæ &c. Inſtrumentũ uerò cũ ma-
gna deliberatione & ſolennitate fieri conſueuit, & an
teq̃ ipſum producat aliquis, deliberare debet & põt,
an ſibi expediat ipſum ꝓducere, vt patet in eo, quod
legitur & no. ſupra de fide inſtru. imputari. Non eſt er
go mirum, ſi illi, qui forſan ex improuiſo & ſine ma-
gna deliberatione confitetur, ſubueniatur, maxime
cũ memoria labilis ſit. C. qui teſta. fa. poſ. hac conſul-
tiſſima, §. at cum humana, & error facti peritiſſimos
fallat. ff. de iur. & fac. igno. l. 2. & 3. Illi uerò, qui plenius
deliberare potuerat, non ſubueniat, ad hoc, ſupra de
d fide inſtr imputari [d]. C. arbi. tute. l. fi. Itẽ ex quo pars in
duxit inſtr̃m ad probandum aliquẽ articulũ, quomo
do ſm Inno. poſtea admitteret ad probandum cõtra
rium? non enim eſt allegans contraria audiendus, ſu-
pra de app. ſolicitudinẽ, ad fi. C. de fi. inſtru. ſcripturæ,
& plus eſt habere tacitam confeſſionem, & inſtrumẽ
ti probationem, q̃ confeſſionem tantum, ſm Innoc.

ANNOTATIONES.

a ¶Verum non eſſet. Quod deficeret, & requireretur ſolennitas ab epiſcopo. & uide Bar. in l. poſt legatum. ff. de his, qui. ut indignis, & Bald. in l. alia, C. eo. ti. & ibi de materia iſta plenius.

b ¶Perſeueraret. Prout dicitur in confeſſione, quæ ante finitum negocium reuocatur, & non præiudicat. iſta enim eſt quædam tacita confeſſio, ut infra patet, & uide infra in glo. in integra.

c ¶Si communem. Idem no. ſupra in glo. in uerbo, multipliciter, & uide Ioan. And. de iureiur. mulier, & uide Bal. in l. ſi quis teſtibus, C. de teſtibus.

d ¶Imputari. Et facit optime, quod notatur, infra de diuor. ex literis, in glo. 2. & uide Bal. in l. error. præallegata.

SVMMARIVM.

1 *Ad monetam antiquam ſoluendi ſunt cenſus, in qua conſtituti fuerunt, excipitur caſus, & nu.* 11.
2 *Dies ſtatuta interpellat abſque ulla mentione.*
3 *Ad æſtimationem, uel intereſſe quando quis condemnari poſſit, & niſi eam, uel ipſum petere, & nu.* 5.
*Petendum quod eſt in obligatione, uel æquiualens, & num.* 5.
4 *Quæ res repræſentet aliam.*
5 *Solutio eiuſdem rei pro utraque parte præſcriptionem inducit, & quomodo hic, cir. fin.*
6 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu.* 7.
*Confeſſio quæ poſſit, & quando reuocari, & probari contrarium, & num* 9.
*Seruitus amittitur etiam quò ad horam, & qualiter.*
8 *Additio gloſſarum, & nu. ſequen.*
10 *Præſcriptio annuæ præſtationis quantum temporis requirat.*
*Cenſus non ſubiacet præſcriptioni, in fin.*
11 *In bonitatis æſtimatione tempus contractus inſpicitur.*
*Dominicalis quæſtio quæ non eſſet inter dominicales.*

CAPVT XX.

1 OLim cauſam. C. Soluendi † ſunt
cẽſus ad antiquã
monetã, in qua conſtituti fuerũt, niſi ſit in
alterius monetę ſolutione p̃ſcriptũ. & pri-
ma pars factũ narrat. ſecunda decidit, exprimẽdo mo





tiua ibi, cum igit [*Synodatico*] uel cathedratico, de quo
2 ſupra de offi. or. conquerente [*Dominicæ*] dies † ergo ſta
tuta interpellabat ſine aliqua monitione, de hoc. s̃. de
loca. potuit [*Perſoluerint*] antiquitus, poſtea uerò ſolue
bant Lucenſes pro illis, ut ſequitur (*Pro ſingulis*) i. pro
unoquoq; pap. tres Lucenſes (*Compelli*) vel ad ipſorum
3 † æſtimationẽ, ne poſſit ſententia reprehendi. Papien-
ſes aũt erant in æſtimatione, quãuis ſi non inueniren-
tur, de alia pecunia æquiualẽti ſatisfieri poſſet. de hoc
ſupra de iureiur. quanto. ſic dicendum eſt ſm Innoc.
quando agitur ex empto ad rem venditam tradendã,
ꝙ rectè fit, cum res ſit in obligatione. ff. de actio. emp.
l. ex empto. 1. reſpon. & etiam in condẽnatione, infra
§. fi. ſm Hoſti. liberatur tamen venditor præſtando in
tereſſe. ff. de ac. emp. & uend. l. 1. ſecus, ſi petitur, quod
non eſt in obligatione, ut ſi agatur. l. Aquil. pręciſè ad
reficiendas domos deſtructas. cum enim ſolum inte-
reſſe ibi ſit in obligatione, & illud ſolũ venire debet
in petitione: aliàs libellus ineptus eſt, & dentibus lace-
randus, ſm Inno. alleg. Hoſti. inſti. ad l. Aquil. §. his au-
tem uerbis, & §. hoc tamen capite. ff. de offic. aſſeſ. l. 1.
[*Primo anno*] promotionis tuæ, quãdo de facultatibus,
& reditibus epiſcopatus nondum poteras eſſe certus,
ar. ſupra de reſt. in inte. tum ex literis, ver. perſpeximus
[*Et infra*] hoc intellige ſm Pe. & Ab. ꝙ allegabatur præ
ſcriptio in moneta Lucenſi, quod negabatur per par-
tem aduerſam, ſ. præſcriptionem cõpletam eſſe [*Pro
4 eiſdem*] q. d. res † ſuccedẽs repræſentat rem, cui ſuccedit.
ſupra ut lite pen. eccleſia, de voto, magnę, uer. cum igi
tur. ſic delegatus repræſentat delegantem, de offic. de-
le. cum olim, & faciens illũ, cuius nomine facit. de of-
fi. dele. paſtoralis. §. pręterea. & poſſidens illum, cuius
nomine poſſidet, ſupra de reſti. ſpo. cum ueniſſent, in
fi. ſic & precium & rem. ff. de uſuſr. quia qui precio, &
pecunia pecuniam, ut hic, ſm Hoſti. [*ex hoc*] ſ. quia Pa-
pienſes debebantur, & pro ipſis ſoluti fuerunt tres Lu
cenſes pro uno: quia ab initio tantũ ualebant: ſed ho-
die unus ualet 6. [*Monetæ*] Lucenſes. & tunc dic [*declina-
tionem*] i. diminutionẽ. uel. ſ. Papienſis. & dic [*declinatio-
nem*] ſ. quia declinauerat, & non inueniebatur, ſm Inn.
5 [*Papienſium*] ergo Papienſes ſunt † in obligatione, & ue
niunt in petitione. quinimo & in cõdemnatione, ut
hic patet; & tamen condẽnatus liberatur præſtando
a intereſſe, ut hic patet, & dixi. s̃. [a] & dic ſm Inno. ꝙ hic
conſtabat, nec uertebatur in dubiũ, ꝙ ep̃s ex conſtitu
to, uel ex præſcrip. præcedente ſolutionẽ Lucenſium
debebat pro cathedratico recipere 6. dena. Papienſiũ
uel dic ſm eum, ꝙ ſufficit ep̃o; ſi cõputatis omnibus
annis, quibus recepit Lucenſes pro Papiẽ. compleuit
præſcrip. 40. an. ar. ff. de uſuf. quia qui precio. ſed hic ẽt
uidetur colligi, ꝙ ſi Lucenſes pro Papien. ſoluit: ſi ta-
men ſoluit ipſos Lucenſes 40. annis, non cogetur ſol-
uere. Papjen. & eſt mirabile ſm Inno. ꝙ ſolutio eiuſdẽ
rei pro utraq; præſcriptionẽ inducit, ſ. pro ep̃o, ꝙ præ-
ſcribat Papien. ſed finita præſcriptione ep̃i de Papien.
ẽt lapſu ſolius anni præſcribit plebs, ut non teneatur
6 Papien. ſoluere, ſed Lucenſes. ¶Prima † glo. arguit.
¶Secunda gl. reſpondet qõ. an & quando conceſſio
aduocati reuocari poſſit. ¶Tertia glo. no. contra pro-
teſtationem, & illud coadiuuat, allegãs contrarium.
7 ¶Vlti. glo. arguit ad qõ. alleg. duo contraria. ¶[*In † glo.
2. ibi, §. ulti.*] qui cõfeſſus fuit hominem occidiſſe, pro
bat illum uiuere [*& ibi, non fatetur, qui erat*] ſequitur, niſi
ius ignorauerit [*& ibi, electio. §. pe.*] ſi negaui ſeruum in
poteſtate ante litem conteſt. poſſum fateri contrariũ
[*& ibi. §. ulti.*] pœnitet quẽ reſpõſi, ubi nulla captio eſt
aduerſarii: ut quia poſtea plenius eſt inſtructus inſtru
mentis, uel epiſtolis [*& ibi. l. 2.*] aliàs eſt. §. ulti. uide de
pur. uul. c. 2. ſuper 1. glo. [*& ibi. l. 3.*] quæ eſt ulti. uide in
fra in ſuppletionibus. ¶[*In 3. glo. ibi, præſcriptum*] l. ſi quis,

alia, dicit, ꝙ ſeruitus amittitur (*& ibi, ſi communem. §. 1.*)
ibi amittit ſeruitutem quò ad horã, qui alia hora uti-
tur, quam debeat (*& ibi, una eſt uia*) uide in cap. auditis,
ſuper glo. penul. (*& ibi. §. geſſiſſe*) uidetur, qui per alium
geſſit. ¶[*In ulti. glo. ibi, l. 3.*) incipit, cum quid. vide de iu-
reiuran. quemadmodum, ſuper glo. 2. (*& ibi, imperato-
8 res*) uide, ſupra c. ex parte, ſuper glo. 2. ¶[*In † glo. 1. ibi, præ-
ſcriptio*) quę per proteſtationem nõ interrumpitur, ni-
ſi in caſibus. C. de anna. excep. ut perſectius, de offi. or
di. paſtoralis, ad fi. Inno. & 16. q. 3. §. poteſt, uer. his au-
9 tem, Abb. ¶[*In † glo. 2. ibi, præiudicat*) ſi fiat pręſente, & in-
telligente parte, C. de erro. aduo. l. 1. contra, non ſuffi-
cit tutorẽ, curatorẽ. uel procuratorem fari in domi-
norum præiudiciũ. ff. de confeſ. certum. §. ſed & an ip
ſorum. intellige, ſi probetur contrariũ à dominis, &
ſic reuocetur: aliàs ei ſtatur. reſtituitur ẽt eccleſia con
tra confeſſionẽ, ſi ex ea capta eſt. ff. de min. ait prętor,
§. ſed & in iudiciis. Vin. & infra de in inte. reſti. c. 2. lib.
6. ꝙ dicitur, cõfeſſionem aduocati nocere parti, intel-
ligo, cum ſub eius nomine aliquid ſcribit, & porrigit.
ad quod facit rubrica. C. de erro. aduo. libellos, ſeu pre
ces concipientium (*& ibi. ante ſententiam*) ſicut propria,
& multo magis (*& ibi, ſimplex*) unde dicebat Gof. alter
natiue, ſupra de ele. ſcriptũ, in 1. glo. ꝙ oſtenſo errore
uſq; ad ſentẽtiam reuocatur, ut in l. error, infra triduũ
uerò etiam non oſtenſo errore, ut in l. ulti. de erro. ad-
uo. Aliqui faciunt hanc diſtinctionem inter errorem
aduocati, & propriũ, ut 1. caſu ſine probatione intra
triduum reuocetur (*& in fi.*) lex non loquitur affirma
tiuè, ut dicat confeſſionem fuiſſe, infra triduũ reuoca
tam, ſed negatiuè dicendo, eã non fuiſſe infra triduũ
reuocatã. ſi. quod dicã, de priuile. accedentibus, in fi.
vnde non uidetur ponere factum, niſi dicas, vt ibi no.
ꝙ tantum per tres dies durauit cauſa poſt errorẽ. idẽ
hic Vinc. de errore uerò iuris ſm omnes non eſt du-
biũ, quin reuocari poſſit: de hoc in Spe. de confeſ. §. ul
10 ti. in prin. ¶[*In † glo. ex hoc, ibi 40. annis*) & ſic facit † contra
eos, qui dicunt, cuiuslibet annuæ præſtationis præſcri
ptionẽ incipere ſuo anno: ex quo concluditur, in his
requiri tempus duplicatũ. de hoc. C. de præſcript. 30.
an. cum notiſſimi. in fi. & uide in Spe. de loca. §. nunc
aliqua, uer. 41. (*& ibi, auditis*) ibi uide in glo. pe. (*& ibi,
ſeruum*) ſm Io. (*& in fine*) dicit Hoſti. ꝙ non eſſet præſcri
ptum propter malam fidẽ, ſupra de præſcri. cap. fi. nec
ob. quod hic dicitur, quia ſubaudiẽdum eſt, maximè.
nam ſicut cenſus præſcribi non poteſt. C. de pręſcrip.
30. an. male agitur, ſic nec diminui ſaltem ab illo, qui
malam fidem habet, argum. de reli. do. conſtitutus.
11 ¶[*In † glo. ulti. ibi, dominicalem*) inter dominicales, quibus
utimur, non eſt (*& ibi. l. 3.*) Goff. hoc tenuit in decret.
olim, de iniu. & dam. da. per l. bonitatis, ff. de euic. quę
vult in æſtimatione bonitatis tempus cõtractus inſpi-
ci (*& ibi, quis ignoret*) ubi de hoc. & uide in Specu. de ſo-
lu. §. nunc aliqua de ſolu. in fi. (*& ibi, imperatores*) ſecun-
dum Io. & cle. de deci. ſi beneficiorum.

ANNOTATIONES.

a ¶Et dixi, ſupra. De quo, & uſque ad quod tempus hoc poſſit fieri, uide Bart. in l. ſtipulationes non diuiduntur, in 9. q. ff. de uerborum oblig.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus remittens eccleſiæ ſeruitia, quæ ſibi debebat, quæ non intelligatur remiſiſſe, & nu. 3. & 7. quod facere poteſt, nu.* 2.
*Ad eam requiritur conſenſus capituli, ut ualeat.*
2 *Renouatio, uel commutatio aliud eſt à noua impoſitione.*
*De communi iure ideſt communi iure permittente.*
3 *Seruitiorum remiſſio ad quæ non trahatur.*
*De epiſcopali iure quicquam non tollitur.*

*Charitas nunquam excidit, nec præſcribi, nec remitti poteſt.*
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 5.*
*Non remittitur reuerentia, & ius competens aduerſus ingratos.*
*In hoſpitijs præbendis non oneret, oportet, proconſul.*
6 *Additio gloſſarum, & num. ſequen.*
*Remiſſio epiſcopi in gratiam ſubditi quid operetur.*
7 *Epiſcopus etiam de capituli conſenſu eccleſiam eximendo, uel alteri concedendo an poſſit, & quatenus, & quomodo, & quibus caſibus, iuriſdictionem epiſcopalem à ſe abdicare, excutere, uel remouere.*
8 *Procuratio an plus una debeatur, & qualis.*

## CAPVT XXI.

1 CVm uenerabilis. C. Eps † remittens ec-
cleſiæ ſeruitia, quę ſibi debebat ꝓ annua pē-
ſione, procurationē propter uiſitationē ſi
bi debitā non intelligitur remiſiſſe. & prima pars deciſa
narrat factū. ſecunda partis allegationē. tertia diffini-
tionis motiuū, & ſoluit obſtaculū. 4. diffinit. ſecunda
ibi, cognouimus. tertia ibi, qa ergo. quarta ibi, decer-
nimus [*Spallas*] forte porcinas ſm Pe. (*Remiſit*) de con-
ſenſu ca. ſui. aliàs non ualet, de dona. paſtoralis, de his
quæ fi. à præla. paſtoralis. Goff. (*Aliud*) præter cæreum
2 de quo ſequitur (*Reſeruato*) quod facere † potuit: tum
quia eximebat, ut patet ex no. ſ. eo. ſignificauit: tū qa
cæreus loco ſpallarū, quæ ab antiquo debitæ fuerant,
ſuccedebat. & hoc tāgit. j. uer. nec intelligitur, ſm Ho
ſti. putat. n. illū uer. loq non de procuratione, ut dicūt
glo. ſed de cærei penſione, ꝙ ibi. d. ꝙ aliud ſit de nouo
penſionē imponere, & aliud renouare, uel cōmutare
de Iudæ. conſuluit, & no. ſ. c. proxi. & c. ſignificauit. &
ſm hoc quod ibi dicit, de cōi iure, ītelligas. i. iure cōi
permittēte, per quod in fundatione pōt cenſus appo-
ni. ſ. ti. 1. præterea (*Correctionis*) ergo ſecus, ſi proprii cō
modi cauſa (*Penſionem*) cærei (*Procurationem*) & alia iura
3 epiſcopalia. q. d. illa † remiſsio ſeruitiorū non trahitur ad
iura epalia, ſed ad illa, q̄ quotidie imponuntur. vnde pa
tet, ꝙ per pactū non tollitur aliqd de iure epali. ſ. de do-
na. paſtoral. Inno. tenentur ergo, ut ēt dicebat Hoſti. ad
cathedraticū. Itē & ad charitatiuū auxilium, de quo,
ſ. eo. cum apoſtolus, & c. conquerente, de of. or. qa cū
charitas nunq̄ excidat, remitti non pōt, nec præſcribi,
de pe. diſt. 7. quærendum, & ſeq. uſq; ad §. ex præmiſsis
[*Præſcriptas*] i. antedictas. vel pōt intelligi, ꝙ unam pro
curationē habeat de iure cōi, aliam de conſue. ſi tamē
ſit præſcripta: ſed prima expoſitio eſt ex mēte ſm Ho
4 ſti. ¶ Secunda † gl. no. ꝙ quibuſcunq; &c. allegans duo
iura. in fine fortificat, in medio ſol. ꝯrium. ¶ Vlti. glo.
obiicit, obiectionem fortificat per opi. cui reſiſtitur; &
5 ob. dupliciter ſol. ¶ In † glo. 2. ibi, aliqua iura. ſ. reuerē-
tiæ, & ius competens aduerſus ingratos. ¶ *In glo. 3. ibi,
l. 1.*) uide de iureiur. ueniens, ſuper gl. 2. (*& ibi, obligatio-
ne*) uide de priuile. paſtoralis, ſuper ulti. glo. ¶ *In ulti. glo,
ibi, obſeruare*) ſequitur, oportet proconſulem, ne in hoſpi
6 tiis præbendis oneret prouinciā. ¶ *In† glo. 2. ibi, conſtitu-
tus*) ubi de hoc (*& ibi, auctoritate papæ*) ex certa ſcientia,
ut ibi no. uel intelligitur illud, quando præſcriptum eſt.
licet enim illa remiſsio non ſufficiat ad plenū ius trāſ-
ferendum; ſufficit tamen ad præſcribendū, vt no. ſ. eo.
ſignificauit, ita, ꝙ ſubditus noīe proprio non præſcri-
bat contra epm, ſed nomine non ſubditi; quod dic vt
le. & no. de præſcrip. cum ex officii, ſm Hoſtien. eo. ti.
7 cum olim. ¶ *In ea. glo. in fine*) inſtandū puto † circa ma-
teriam huius glo. an. ſ. epiſcopus etiam de capituli ſui
conſenſu eccleſiā eximendo, uel alteri concedendo,
puta abbati, uel decano pro ſua dignitate recipienti,
poſsit, dato ꝙ uelit, & hoc exprimat in ea, iuriſdictio-
nem epiſcopalē à ſe in totum abdicare, excutere, uel
remouere. De commiſsione etenim per uiā delega-
tionis non dubitatur, in qua etiā ſemper remanet idē
ius penes ipſum, & maius per ius reuocandi, & reſu-
mendi. ff. de iudic. l. iudicium. ſupra de inſti. cū ueniſ-
ſent, de præb. dudum, lib. 6. lo. 16. q. 2. uiſis, in gl. pleno
iure. Glo. hic ſupra, de dona. paſtoralis, in glo. pe. aper-
tè innuunt, ꝙ non poteſt, quo minus retineat hæc 4.
uiſitationem, procurationē propter uiſitationem; itē
correctionē, & cathedraticum. Idē Hoſtien. hic, & in
ſum. de re. ecc. non ali. §. fi. uer. extra ſummā. plenius
de off. or. §. quid pertinet, ſub. §. ſunt autem, ver. & no.
ꝙ quantumcūq;. Sed ad prædicta. 4. addi poſſunt alia.
4. ſ. de reuerentia, ut recitat Hoſti. in præ. uer. & no. &
facit quod no. de tranſa. præterea. 2. in fi. 3. gl. & quod
hic inducit glo. de patrono. ſm de charitatiuo ſubſi-
dio, ut dixi in textu poſt Hoſti. tertium ſm eum de in-
ſtitutione auctorizabili, ut dixi in ca. paſtoralis, & re-
mit. ad decre. cum ſatis, de offi. archidi. quartū de his,
quæ ſunt ordinis epiſcopalis, ut no. 16. q. 2. in ſumma.
& facit de præſcri. ueniens, & ſcripſi poſt Innocen. de
præb. de monacis, ſuper 2. glo. Rationes gloſſarum, &
quæ eas coadiuuant, ultra iura prædicta, ſunt hæc. eps
non pōt alium ordinarium facere in diœc. ſua: ſed ſic
transferendo ille, in quem fieret talis tranſlatio, habe
ret ordinariā epiſcopalem; ergo &c. De primo. 16. q. 1
experientię, infra ne prela. ui. ſu. c. 2. in glo. 2. Item ab-
ſurdum eſſet, ꝙ epiſcopus poſſet à ſe abdicare iuriſdi-
ctionem epiſcopalem. contra id. ff. de offi. præ. legatus
facit. ff. de pac. ius agnationis, & de reg. iur. iura ſangui
nis, ac ſi dicam, ſi hēt epiſcopus. 100. eccleſias, & plene
pōt eximere primam, ergo & 10. ergo. & 20. & centeſi
mā; & ſic remanebit epiſcopus nomine, & nō re. fa-
cit de priuile. quanto, de elec. licet. Itē iuriſdictio epiſ-
copalis eſt iuris publici. 1. diſt. ius publicum. & ea, quę
ſunt iuris publici, non remittuntur. ff. de pac. ius publi-
cum, & ueniant no. de foro comp. ſi diligenti, in prin.
1. glo. Item in conſecratione epiſcopus ſe obligat ad
curam animarum, & eccleſiarū ex uoto, ſupra de re-
nun. niſi. §. uerum, & patet. 1. ad Ti. 4. & 6. capitulis. Il-
lud autem uotū ſic inhæret ipſius oſsibus, ꝙ illud ex-
cutere non poteſt, de regula. cum uirum, de ſta. mo.
cum ad mona. hinc eſt, ꝙ etiam zelo ſpiritus ad reli-
gionem tranſeundo ſine papę licentia non renunciat
de regu. licet, uer. illa, de renun. niſi, in fin. imò, quod
plus eſt, nec longæ peregrinationis uotum emittit, de
uoto, magnæ, uerſi. ipſum etiā. Item ſubditus epiſco-
pi nō poteſt à ſe reiicere iuriſdictionem ipſius, de for.
compe. ſi diligenti, & ca. ſignificaſti, de renun. admo-
net. ergo nec epiſcopus iuriſdictionem, quam habet
in ſubditum, facit. C. de pa. po. l. abdicatio. Item uaſal-
lus non alienat ſine cōſenſu domini, nec dominus do
minium ſine conſenſu vaſalli, vt in lib. feu. de feu. non
a alie. ſine con. ma. do l. imperialem. §. 1. & §. præterea [a]
ducatus. Item epiſcopus non poteſt facere exemptio
nem in præiudicium inferioris, puta archidiaconi, de
exceſ. præ. c. 2. multo minus in præiudicium patris, ſci-
licet ſucceſſoris, de ele. innotuit, cum concor. nec mi
rum, quia epiſcopus non alienat, niſi ut meliora pro-
ſpiciat. 12. q. 2. ſine, ſupra de his, quæ fi. à præla. tua. ſed
talis abdicatio nō poſſet meliora reſpicere; ergo nec
fieri poterit. Item patronus, quantumcunque plenè
liberet, uel eximat, quædam iura retinet in liberto, ſci
licet reuerentiæ, & ius competens aduerſus ingratos,
C. de bon. liber. l. 3. quæ eſt ultim. Ad partem contra-
riam inducitur decreta. conſtitutus, de religio. do. ad
quam reſpondetur, in glo. prædictis. Item inducitur,
decreta. cum inter uos, de re iudic. ubi de hoc dixi in
glo. primum, & in gloſſ. lata. ad quod reſpondetur, ꝙ
ex donatione epiſcopi non obtinuit ibi Abbas, ut ibi
patet, uerſi. quamuis; ſed ex ſententia, quæ tranſiue-
rat



rat in rem iudi. ut ibi patet in fi. Itē inducitur, ꝙ papa ſi-
ne alterius conſenſu abdicat à ſe iuriſdictionē papalē
in totum, quæ fortius ſibi ineſſe vr̄, q̄ epiſcopalis epo
patet id de renū. c. 1. lib. 6. Sed reſpondetur per ibi no. in
glo. & erat. Item inducitur decr. abbates, de priuile. in
fi. lib. 6. ubi patet, ꝙ abbates habent iuriſdictionē qua
ſi epiſcopalem: ſed ibi non dr̄, ꝙ ex conceſsione epi
tantū. pōt ergo id eſſe ex conceſsione papali, uel epi
confirmata per papā. inducitur etiā c. uiſis. 16. q. 2. ad
qđ reſpōdetur, ꝙ ſpiritualiter ex inſtōne loqtur, quod
dicit Inno. ad alia non trahendū, ut no. de præb. in La
teranen. ſed id ſcripſi eo. ti. de monacis, ſuper 2. gl. quę
glo. allegatur ēt ad hanc partem in uer. ſi pleno iure,
quæ vr̄ innuere, ꝙ cathedraticum, & l. prædicta rema
neant, vbi ſimpliciter fit cōceſsio, ſed non, ubi pleno
iure: ſed ſupplenda & intelligēda eſt illa glo. ſm alias
ſ. in prin. allegatas. non ob. ēt quod no. de tranſac. præ
terea. 2. in 3. glo. quia ibi prima pars facit pro ſecunda.
non loquitur de epo, uel ſolum intendit excludere vi
tiū ſimoniæ. Ex prædictis collige tres modos, quibus
procedit plena abdicatio, quādo, ſ. interuenit papalis
confirmatio ex certa ſcientia, ut in ca. conſtitutus. qñ
ſic iudicatū eſt, nec appellatum, ut in ca. cū inter uos;
nec reſtitutio petita, de reſti. in inte. c. 1. li. 6. & quādo
ſic præſcriptum eſſet, alterius tamen noīe, vt dixi poſt
Ho. ſuper ea. gl. aliàs aūt teneo me cum gloſsis, & his,
quæ addidi ad dicta gloſſarū, ꝙ nō teneat plena renū-
ciatio, remiſsio, vel exēptio quo ad caſus, quos in prin
cipio dixi: tamen hoc puto, ꝙ ubi per epm cum con-
ſenſu capituli ſui ex cauſa ēt prædicti caſus excepti cō
cederentur, excepto cathedratico, reuerentia, & cha-
ritatiuo ſubſidio, ualeret conceſsio nedū perſonalis,
de qua dixi in prin. ſed ēt realis competens dignitati,
ita tamen, ꝙ per id non fiat abdicatio, ſed quædā ui-
cariæ commiſsio, licet perpetua. & facit, quod poſt In
no. dixi in præ. decreta. conſtitutus, in glo. dicit Inno.
unde ſingulos caſus reſumendo dico, ꝙ ſi uiſitationē
procurationem, & correctionē abbatiæ, uel alteri di-
gnitati conceſſerit, abbas ut eius uicarius faciet prædi
cta: ſed per hoc non erunt ab epo abdicata, qui pote-
rit ſaltem abbate negligente uiſitare; & ſuper hoc ui-
de, quod ſcripſi in præ. c. de monacis. ſic dico de inſti-
tutione, ꝙ licet illam faciat abbas: tamen & illā facere
poſſet eps per querelam, uel appellationem aditus, &
ſic non erit abdicata, uel excuſſa. De cathedratico ue-
rò no. Archi. de præb. c. 1. lib. 6. ꝙ licet generalis remiſ-
ſio nō extendatur ad illud; ſpecialiter tamen poſsit re-
mitti. inducit illas duas glo. de decreta. de monacis, de
præb. & de decre. præterea, de tranſac. quibus iam re-
ſponſum eſt. ſ. & Io. contra 16. q. 7. quicunq; in fi. 1. gl.
ubi dicit, ꝙ licet in eius quantitate currat præſcriptio,
ſupra c. proxi. non tamen in toto, cū nec remitti poſ-
ſit. De reuerentia, & charitatiuo ſubſidio ſatis placet,
quod eſt dictū, illa non poſſe remitti. de inſtitutione
auctorizabili, licet Hoſt. teneat illā præſcribi non poſ-
ſe in præ. decre. cū ſatis, contrarium tamen ſeruari ui-
demus: & tamen dato, ꝙ id uerū eſſet, non per hoc ſe-
quitur, quin poſsit remitti per modū prædictum, ut. ſ.
alius uice epi auctorizet: non tamen per hoc dicetur
abdicata, cum epo petenti fidem fieri oporteat. faciat
quod no. de reg. iu. c. 1. lib. 6. De receptione illorū, quę
ſunt epalis ordinis, idem dico, ualeat licentia de con-
ſenſu capituli ex cauſa data prælato, ut clerici, uel mo-
naci ſui poſsint illa recipere, à quo epo uoluerint, nec
per hoc dicuntur abdicata, cū illa ſit accumulatio tan
tū. conſtat enim, ꝙ ipſe epiſcopus concedens, ſine al-
terius licentia, uel dimiſſoriis illos ſuo iure poterit or
dinare, uel alia epiſcopalia conferre. ¶ *In glo. 3. in fine*] &
infra de regu. iur. in generali, lib. 6. ¶ *In glo. ulti. ibi, manda
mus*] uide quod ibi dixi [*& ibi, dixit Vinc.*] Io. Phi. Goff.
8 [*& ibi, † uiſitare*] honeſtè facit epiſcopus abſtinendo,
quæſtionē tamen ſibi non credo referri poſſe. ad hoc
infra eo. c. ulti. lib. 6. [*& ibi, uiſitandi*] ubi de hoc [*& ibi, ſo
lennitate*] ſic eſt differentia inter has duas in caſu cle. eo.
ti. ad noſtrum. §. nos igitur [*& in fi.*] ſecundum Io. uel
dic, ꝙ plus tenentur in hoc monaſteria, quàm eccle-
ſiæ: quia illæ ſubſunt l. diœceſā. monaſteria non, & ca
non mandat ea ſępius uiſitari. 18. q. 2. non ſemel. Io.
Goff. Vinc. Dixit Hoſti. ꝙ hic non loquitur de uiſita-
tione monaſterij, ſed eccleſiæ: ſed in antiqua patet, ꝙ
iſta erat eccleſia canonicorum regularium. dixit au-
tem Hoſt. loqui de ſpeciali conſuetudine, qualem di-
cit ſe expertum in monaſterio Ciſtercien. & ut dixit,
vulgariter dicitur in talibus eccleſiis, ꝙ epiſcopus in
eis procurationem habet cum fęno, & cum herba.

ANNOTATIONES.

a ¶ Præterea. In omnibus, quæ no. iſta glo. unum eſt aduertendum, quòd ſolus epiſcopus cum capitulo poteſt facere iſtas exemptiones, nec aliquid dicitur de archiepiſcopo, ad hoc de his, quæ fi. a præla. paſtoralis, & tamen in alienatione alterius rei de menſa ſua uidetur requiri ipſius conſenſus, ad hoc quod not. Ioan. Andr. de tranſac. cap. 2. in glo. qui ſic, & ſuper illa Ioan. And. in cap. 1. de re. eccle. non alie. lib. 6. ſuper uerbo, defenſore. quod uidetur mirabile: cum iſta ſint maiora re aliqua temporali.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ de nouo conuerſæ in procurationibus, & alijs ſeruabunt conſuetudinem uicinarum.*
*Compoſtellana eccleſia in qua ſit prouincia, & quondam à Saracenis poſſeſſa & recuperata.*
2 *Viſitandi, & procurandi ius nec remitti, nec præſcribi poteſt.*
*Metropolitanus in quibus caſibus iure communi iuriſdictionem habeat in prouincia. remiſſ.*
3 *Epilogus, & additio gloſſarum. nu. 4.*
*In conſuetudinum diuerſitate quæ ſeruanda, & quando Romanæ, & quando metropolitanæ*

## CAPVT XXII.

1 SVper eo. Caſus. Eccleſiæ † de no-
uo conuerſæ in procura
tionibus, & aliis ſeruabunt cōſue. uicina
rum. & ponitur primò conſultatio. ſecun-
dò ipſius reſponſio ibi, Tibi duximu s [*Ferè tota*] olim
enim erat in parte eccleſię Bracharenſis ſed interue-
niente iudicio & partium compoſitione ad eccleſiā
Iacobitanam conuerſa eſt, Vinc. Hoſtien. dicit, ꝙ ferè
totam occupauerunt Saraceni, quam poſtea Rex Ca
ſtellæ recuperauit, & ſubiugauit, & ſic quaſi iure poſt
liminii erant reſtituta eccleſiæ Compoſtellanæ. ff. de
a capti. l. poſtliminium [a] idem Pe. [*Partem*] hoc tamen in
tellige ſecundum id, quod habetur, infra c. Romana,
lib. 6. [*Obſequij*] ideſt obedire [*Tenetur*] ipſa prouincia cir
ca obſequium, & alia, quæ ad iuriſdictionem, & obſe
quia extraordinaria, & modum procurationis perti-
nent, & in iuris conſuetu. cadunt ſecundum Hoſtien.
2 qui † dixit hic, ꝙ ipſum ius uiſitandi, & procurādi nul
la contraria conſuet. tolli poſſet: quia talia nec remit-
ti poſſunt, nec præſcribi, ut ſupra cap. proxi. Item ſunt
quidam caſus, in quibus de iure communi iuriſdictio
nem habet, de quibus, ſupra de offic. ordi. paſtoralis.
3 ¶ Prima † glo. no. uicinarum &c. allega. 6. iura, & 4. in.
contrarium, & ſoluit. ¶ *In† glo. 1. ibi, non contradicunt*] &
ſophiſticè inducuntur ſm Vin. T. & Goff. [*& ibi, conſue
tudine*] ſi diuerſę eſſent conſuetudines, dic ut legitur &
no. ſ. de conſue. cum olim. Gof. [*& in fi.*] Item contrà,
attendenda eſt conſuetudo Romanę eccleſię. j. de hę-
reti. ad abolendam. So. illud uerum in ſententiis, & ſa-
cramentis eccleſiaſticis exhibendis, de quo dic ut no,
b de temp. [b] or. c. 1. & 2. Item cōtrà, attendenda eſt con



ſuetudo

ſuetudo metropolitana, de ſpon. duo. ca. fi. Sol. illud,
cum apparet: ſed hic non apparebat. Hoſtien.

ANNOTATIONES.

a ¶Poſtliminium. Ad hoc facit de elec. quia diligentia, & bona talia, dum ſunt apud hoſtes, poſſunt pure legari & donari. ad hoc de leg. 1. id quod apud, ubi uide Bar.

b ¶Temp. ord. Et de ſum. tri. c. 1. lib. 6. in glo. no. & conſuetudo Romanæ eccleſiæ præualet etiam contra determinationem l. ciuilis probat tex. de iur. ca. literas.

*SVMMARIVM.*

1 *Procuratio quando debeatur prælatis, & quibus, & quanta, & quouſque, & nu. 2. & 3.*
*Viſitantium officium quod, & nu. 7.*
2 *Ratio eadem ſi ſit priuilegij, an idem ſit priuilegium.*
3 *Legati, & nuncij ſedis apoſtolicæ procurationem habent, & quantam, & qua ratione.*
4 *Vltra procurationem quæ alia ueniant.*
*Euentus bonos non habet præda ſordida.*
5 *Procuratio ſi ab una non poſſit eccleſia ſolui, reintegranda ab alia & num. 6. cir. fin. & 7.*
6 *Ei ſoluendæ ſi dicat quis impotentem ſe, quando cogendus, & quo modo.*
*Soluendo qui impotens eſt non arctandus.*
7 *Onus in plures diuiſum facilius ſupportatur.*
*Prædicatio bonis, & malis fit, & cur.*
8 *Pereuntibus non incumbendum.*
9 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 10.*
11 *In procuratione, uel exenijs grauans eccleſiam in quantam condemnandus.*
*In quadruplum, uel duplum quibus caſibus hic condemnatio fiat.*

CAPVT XXIII.

1 PRocurationes. Caſus. Prælati †tunc ſunt pro-
curandi, cũ perſonaliter viſitant, & debent
tunc conciliũ Lateranenſe ſeruare, & præ
dicationi, correctioni, & reformationi uacare. legati
& nuncij papæ pro his diebus tantũ, quibus moram
trahunt, procurari debent. contra hanc conſtitutio-
nem exactũ eccleſiæ grauatæ reſtituitur duplicatum
& ſunt tres partes ſm Ab. ſecunda ponens, quid face-
re debent ibi, Porrò. tertia puniens ibi, ꝙ autem [*Aut
nuncijs*] iſti procurantur, quando trãſeunt, etiam ſi nõ
uiſitent, ut ſequitur, & patet. ſ. eo. cum inſtantia. nec
tollitur tẽpore, ut ibi. Quid de legatis, uel nunciis me-
tropolitani ſm Hoſti. uidetur, ꝙ ſint tranſeundo per
prouinciam procurandi. ſ. de iureiu. ego. N. de ma. &
obe. dilecti, de pœnis, Romana. unde etiã tenebat In-
no. j. eo. Romana, li. 6. ꝙ quando archiepſ pro nego-
cio totius prouinciæ in loco aliquo moram trahit,
erit continuè procurandus. ad hoc de ele. ut præteri-
tæ. eadem enim ratio, quæ in legato. ergo idẽ ius. Sed
2 †dices, licet ubi eſt eadẽ ratio iuris cõis, idẽ ius cenſea
tur; non tñ ubi eſt eadẽ ratio priuilegii, eſt idẽ priuile
gium, niſi à principe impetretur. j. de priuile. ſane. ſed
reſpõderi poſſet, aliud in priuilegio non corpore iu-
a ris clauſo,[a] q̃ in clauſo. & adde quod ſtatim dicam de
legato [*Moderamine*] i. temperamento. j. de uer. ſig. c. fi.
3 Circa † legatos tene, quod poſt multa dicit Hoſti. &
ſic ſeruatur, ꝙ legati ſedis apoſtolicæ ſint de latere,
uel non, de tota legatione leuant procurationem ſuã
nec leuant illam ratione uiſitationis, ſed ratione com
munis oneris, de procur. cum pro cauſa, de ele. ut præ
teritæ, de ſta. mo. in ſingulis. & ſic dicit intelligendum
quod no. in ſum. de offi. archi. §. quod ſit eius officiũ,
ut dixi, ſupra eo. cum inſtantia, in glo. deſcendit. lega-
tis non de latere, & nunciis curia certam quantitatẽ,
taxat pro die. & hoc facit tam in ſtando, quàm in iti-
nerando. legatis de latere taxare ſolet in itinerando.
40. Flor. ſed non in ſtando, cum enim ſunt in legatio-
ne, ſolent recipere, ut dicitur. 25. redituum. & ſicùt
olim illam recipiebant, ubi una ſola prouincia erat il
lis decreta, ſic & hodie recipiunt, quotcunque pro-
4 uincias regant [*Procurationum*] de his † quæ conſiſtunt
in uictualibus. nam ſi uelit accipere ueſtes, uel emen-
dam equorum mortuorũ, uel expenſas factas in eun-
do ad locum, uel ſi. hæc omnia petet ſupra rationem
expenſarum ad dies. Innoc. [*Numerum dierum*] ut ſi ex-
pendat. 100. ſol. in die, moraẽ per 10. dies leuet. 10. pro
curationes, & ſic 50. li. & non ultra, licet interdum cõ
tra fiat, & recondatur ad ditandos parentes, qui quan
doque non ſolum ex hoc ortis diſcordiis depaupe-
rantur, imò & occiduntur ſecundum Hoſti. qui dicit
talia cauẽda iuxta id, Non habet euentus ſordida præ
da bonos. Ouidius ſine ti. lib. 1. & uide quod dixi, ſu-
5 pra de deci. non eſt, ſuper glo. 2. [*Per ſeipſam*] puta, † po
tens eſt ſoluere centum ſol. quæ eſt integra procura-
tio. expediat igitur ſe, & ſoluat, ſi non poteſt ſoluere
niſi. 50. iungatur ſibi alia, quæ ſibi ſit æqualis, & ſic fa
ciant procurationem integram. & caueat rector ec-
cleſiæ, ne aliquid contingat ſm ea, quæ habes, ſupra
6 eo. cum inſtantia. ꝙ † ſi dicat ſe impotentem, legatus
dicit eum potentem. reſpondet Hoſti. aut euidenter
liquet de potentia ſecundum communem famam,
arg. ff. de flumini. l. 1. §. 1. & tunc compellatur. aut eui-
denter liquet, quod eget; & ſic non cogatur, ſupra de
ſolu. Odoardus. aut dubitatur; & tunc prælatus poteſt
ſi uult, exigere iuramentum, ꝙ dicat ueritatem, & ſta-
bit dicto ſuo, ſupra de iureiur. c. fi. aut poteſt ipſum ex
communicare, ſi habeat illum ſuſpectum ſub hac cõ
ditione, ſi in fraudem ueri ſe aſſerat impotentem, arg.
ſupra de ap. prætereà, & relinquat illum conſcientiæ,
ſuæ, ſupra de iureiu. mulieri, cum ſuis concor. [*Vel plu
res*] idem facit hodie archiepiſcopus, uel epiſcopus ui
ſitans; quod dic, ut infra eo. Romana. 1. reſpon. lib. 6.
Si autem tam pauper eſt eccleſia, ꝙ nil poteſt, nil da-
bit, de ſolu. Odoardus. & tunc eam, ſi uiſitatione indi-
get, prelatus ſuis ſumptibus viſitabit. de hoc, ſupra eo.
cum apoſtolus, in glo. 2. [*Coniungantur*] onus enim in
7 † plures diuiſum facilius ſupportatur, de præſcri. acce
dentes. Goff. de ſta. mo. in ſingulis [*Prædicationi*] quid
à clericis exquirere debeat, & quid eos docere, tradi-
tur. 10. q. 1. placuit. Phi. [*Exhortationi*] licet generaliter
& indiſtinctè fiat predicatio ad bonos & malos in ex
hortatione habetur bonorum, & malorũ deſcriptio.
exhortamur enim bonos, ut procedant de uirtute in
uirtutem, malos, ut à peccato recedant. & ſi nolunt
obedire, tunc intendunt correctioni ſeruato ordine,
de quo, ſupra de iudi. cum non ab homine: & refor-
mationi quò ad ſtatũ eccleſiæ deformatæ. de his for-
mis viſitationum dic, ut infra eo, Romana. §. ſane, lib.
8 6. [*Qui non † perit*] ibi enim nec erugo, nec tinea demo-
litur, neque fures fodiunt, nec furantur. Matth. 6. Lu-
cæ. 12. [*Tantundem*] additur pœna, infra eo. Romana. §.
procurationes, & §. caueant, & eod. titu. exigit, lib. 6.
9 ¶Prima † glo. tractat de triplici procuratione. ¶Vlti.
10 glo. ſignat contrarium, & ibi remittit. ¶*In 1. † glo. ibi, pa
cti*] quarta ratione priuilegii, arg. infra de exceſ. præla.
accedentibus. Hoſtien. [*& in fi.*] & adde quod no. in-
fra c. proxi. ¶*In glo. 2. ibi, inter cætera*] & ca. ſi epiſcopus,
11 lib. 6. dic ut ibi. ¶*In † glo. ulti. ibi, in quadruplum*] illud po-
teſt intelligi, cum per uim, uel concuſſionem aliquid
eſt extortum, arg. in aucten. ut iudi. ſine quo. ſuf. §. ſic
igitur, in fi. & §. neceſſiratem, in fi. & de hoc infra, de
ſimo. & ſi quæſtiones, ad fin. uidetur tamen, ꝙ in his
ſufficiat de iure canonico, ꝙ duplum reddatur. nam
decreta. infra eo. Romana, loquitur de exeniis, & de
uiolenter extortis, ſecundum Hoſtienſem.



ANNOTATIONES.

a ¶Clauſo. Vbi eſt maior ratio etiam in priuilegio, fit extenſio, ut de deci. ex parte, el 2. & uide Io. And. de reſcrip. poſtulaſti, in glo. idem ſi habeat. & uide Ioan. And. de priuile. per executionem, ſuper glo. finali.

*SVMMARIVM.*

1 *Procurare epiſcopum uiſitantem tenetur etiam eccleſia Ciuitatenſis licet ipſam nunquam procurauerit, & nu. 16.*
2 *Viſitare uolentem quæ non repellat exceptio, uel appellatio, & reliquis num. uſque ad 14.*
*Appellatio extraiudicialis quæ dicatur, & quæ iuſta.*
*Probationis contra ſe extra iudicium recipere quis non tenetur utens iure ſuo, & nu. 7. 8. & 10.*
3 *Per negationem quando dicatur res fieri dubia & habeat ea regula locum, uer. nec obſtat.*
*Iure ſuo uti nunquam per negationem, uel prohibitionem, uel appellationem debet ullus omittere, & nu. 4.*
*Ordini iudiciario quando locus.*
4 *Vt iudex ſi quid facio, non præiudicat mihi ut priuato.*
*Poſſeſſionem ſuam defendere etiam materialis, armis, & ſpiritualibus licet, & ſtatim recuperare, & nu. 5. & 10.*
5 *Ius ſibi dicere quibus caſibus liceat, & nu. 10.*
*Excommunicationis ſententia in recuſantem uiſitationem meam quando teneat, & nu. 6. 9. 13.*
6 *Epiſcopus, ſi iura epiſcopalia, quæ poſſidet, negentur ei, quomodo ſe gerere debeat.*
*Reum te conſtituere ſi poſſis, utile.*
*Delegationem ſuam delegatus oſtendere tenetur, excipitur legatus de latere.*
*Legatus de latere in quibus ſit priuilegiatus, remittit.*
7 *An iuriſdictio ſit ſua, iudici cognoſcere quando liceat.*
*Iudicem quem facio per quarum exceptionum oppoſitionem.*
8 *Coram arbitratore quod ſit, non dicitur in iudicio fieri.*
9 *Abſolutio ad cautelam quo caſu concedatur excommunicato propter recuſationem uiſitatoris.*
11 *Per exemptionis allegationem non ſpoliatus quis ſua poſſeſſione.*
12 *In cauſa ſua & qua poſſit eſſe iudex epiſcopus.*
13 *Excommunicare quis ut pars nequit ullum.*
14 *Intentionis uocabulum hic ut accipiatur.*
*Error non obeſt, cum conſtat de perſonis.*
*Ius commune pro ſe habens reijcit in aduerſarium probationem in fi. & ſupra nu. 9.*
15 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 16.*
*Viſitanti quæ ueniant.*
*Vicinitas loci non derogat iuri procurationis tribuendæ.*
*Obſequium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.*
*Cap. Charitatem. 12. q. 2. intellectus.*

CAPVT XXIIII.

1 VEnerabili. Caſus. Eccleſia † etiã Ci
uitatenſis procurare te
netur epiſcopum uiſitantem, licet ipſum
nunquã procurauerit. & primò ponit que
relam epiſcopi. ſecundo inſtructionem iudicum ibi,
diſcretioni ueſtræ [*Procurationibus*] quia ſæpe quæſtio-
nes occurrunt occaſione uiſitationum, & procura-
tionum denegatarum, ideò Inno. hic materiam pro-
ſequitur, quam glo. poſuit. Hoſtien. ſupra ca. proxi. in
2 fi. primò ponens † quæſtionem talem, quæ fuit in cu-
ria, epiſcopus Eduen. acceſſit ad mona. ſancti Marti-
ni in ſua diœce. ſitum, mandans abbati, & conuentui
ꝙ pararent ſe ad ipſum recipiendum & procurandũ:
quia intendebat eos viſitare. abbas reſpondit, ꝙ nullo
modo pararet ſe ad uiſitationem, ſeu procurationem
quia & ipſe & mon. exempti erant à iuriſdictione ſuã,
& appellauit ad ſe. apo. ſi in aliquo mon. hac occaſio-
ne grauaret: adiiciens, ꝙ coram ipſo epiſcopo, uel co
ram papa, ſi ei magis placeret, paratus erat probare
exemptionem prædictam. Epiſcopus uero non ob.
prædictis excommunicauit abbatem, & interdixit cõ
uentum: poſtea uenit Abbas, & egit contra epiſcopũ
de iniuſta excommunicatione, uel potius nulla, & pe
tiit abſolui ad cautelam. Pro Abbate autem dici po-
teſt, ꝙ excommunicatio nulla fuit: quia lata poſt ap-
pellationẽ ex cauſa legitima interpoſitam, quod ſuffi
cit, & ſi cauſa uera non ſit, & quia lata eſt ſine cauſæ
cognitione, arg. ſupra de app. ad audientiam, & c. dile-
ctis, maxime cum ex abundanti obtulit Abbas, ꝙ pa-
ratus erat probare exemptionem, ſupra de app. inter-
poſita. ſed ex eo apparet epiſcopum omnino eſſe pu-
niendũ: quia ſine manifeſta cauſa rationabili, ſeu pro
bata excommunicauit. nam per negationem, & con
tentionem abbatis facta fuit res dubia. C. quibus ad li
ber. procla. non licet. l. 3. ſupra de reſti. ſpo. Piſanis. In-
iuſtè ergo excommunicauit; & ideò puniendus eſt. 2.
q. 1. nemo, infra de ſen. excom. ſacro. Item ſi rector ali
cuius eccleſiæ diœce. Eduen. peteret decimas ab ali-
quo laico tãquam à parochiano ſuo, uel aliquod ius
parochiale, & laicus diceret, ꝙ non eſt parochianus
ſuus, ſed alterius, & hoc uellet probare coram epiſco-
po, planum eſt, ꝙ epiſcopus exceptionem hanc ad-
mitteret, nec ſuſtineret, ꝙ rector ipſum moleſtaret,
hac dubitatione pendente. ubi ergo iuſticia epiſcopi,
qui contra rectorẽ admittit exceptionem, quam con
tra ſe non admittit? utiq; hoc non eſt iuſticia, uel æqui
tas, imò iniuſticia, & iniquitas, ut poteſt colligi. 4. q.
4. c. 1. & in prin. decretorum, & in eo, quod le. & no. ſu
pra de offi. ordi. cum ab eccleſiarum, & c. ad reprimẽ
dam, & de reſti. ſpol. conquerente. Epiſcopus autem
econtrario pro ſe allegat: quia ex quo conſtat, ꝙ mo-
naſterium ſitum eſt in ſua diœc. præſumptio iuris eſt,
ꝙ ei debet uiſitationem, & procurationem, ut patet
in hoc. c. & infra eo. cum nuper, ſupra eo. cum uenera
bilis, & c. ſopitæ, ſupra de præſcrip. cum ex officii. per
quæ probatur, ꝙ ei ſubeſt in predictis, quia & preſum
ptio iuris eſt, & ueritas eſt. ergo iuſta eſt ſua ſententia
ideò autem iungit epiſcopus, ꝙ eſt ueritas; quia bene
fatetur, ꝙ ſi in ueritate probaretur exemptio, mala eſ
ſet ſua ſententia: ſed hoc tantum uult defendere, ꝙ ſi
abbas deficiat in probatione exemptionis, quamuis
probationem obtulerit, tamen ſententia reputabitur
iuſta: ergo pendẽte probatione prima facie iuſta pre-
ſumitur. unde & ei ſtandum eſt, quouſque contrariũ
probetur. patet in eo, quod no. ſupra eo. ſignificauit,
reſpon. 1. nec ob. quod Abba. dicit, appellationem ex
cauſa iuſta, quam paratus fuit probare interpoſitam,
& poſt ipſam ſine cauſæ cognitione ſententiam latã;
unde ſententia nulla eſt. reſpondemus enim pro epiſ-
copo, ꝙ quantumcunq; extra iudicium procedat ap-
pellatio ex cauſa legitima, & quantumcũq; appellans
probationẽ offerat, nunq̃ tamen cenſetur iuſta appel
latio, niſi ueritas cauſæ ipſius appellationis probetur,
ut no. ſupra de his, quæ fi. à ma. par. ca. ex ore, ſupra de
a ele. cum inter canonicos[a]. Hic autem, ut quidam di-
cunt, facta fuit appellatio extra iudicium, quod ex eo
apparet: quia abbas proponebat ſe exemptum, & per
conſequens dicebat epiſcopum non eſſe iudicem, ſi-
cut & cenſenda eſt appellatio extra iudicium, ſi quis
appellaret ab epiſcopo, ne ordinaret eccleſiam de ca-
nonicis, uel ne confirmaret electum, uel ne inſtitue-
ret repræſentatum, aſſerens ad ſe hæc omnia pertine-
re. licet enim hæc de lege iuriſdictionis exiſtant; non
tamen ſemper ordinẽ iudiciarium requirũt, nec pro
ipſis expediendis iudiciũ ordinatur: imò frequentius,
extra iudicium, quàm in iudicio expediũtur: uel dic,
ut notatur, ſupra de appellat. dilectis. ſed & ſi in iudi-
cio eſſent partes: tamen non fuit exceptio iuſtè pro-
poſita. oblatio enim probationis coram epiſcopo fa-
cta abbatem non releuat: quia coram eo non debe-
bat fieri probatio: cum nemo ſit iudex in cauſa ſua. C.
ne quis in ſua cauſa iudi. l. 1. ſed nec illud, quod offere-

batur coram papa ſe probaturum, ſufficiens eſt ad re
uocanda illa, quæ poſt app. ſunt attentata, niſi ueritas
cauſæ probetur coram illo, ad quem eſt appellatum,
ut ſupra de appel. interpoſita. nec ualet, ſi dicat Abbas
ſe uelle, ꝙ idem epiſcopus cognoſcat: quia in re ſua
nemo iudex eſſe poteſt, ut dictum eſt, nec etiam arbi-
ter. ff. de arbi. l. penul. ſed nec ualet, ſi dicat, ꝙ non de-
buit excommunicari ſine manifeſta cauſa. hæc enim
fuit cauſa ſufficiens, ſcilicet contumacia: quia epiſco
pum ad viſitationem recipere denegauit. & hęc cauſa
probatur manifeſta per prẹſumptionem iuris, ex quo
conſtat, ꝙ mona. in diœceſi ſitum: uel ſi probetur, ꝙ
idem epiſcopus eſſet in quaſi poſſeſsione uiſitandi,
3 donec contrarium ſit probatum. nec† obſtat, ſi dicas,
ꝙ præſumptio iuris tollitur per negationem Abbatis
per quam fit res dubia. C. quibus ad libert. proclama-
b re [b] non licet. l. 3. quia, ſicut ex lege illa colligitur, hoc
in his, quæ in iudiciis aguntur, & non extra iudicium
locum habẽt. & hæc exceptio exemptionis ſecundũ,
quoſdam extra iudicium proponebatur. uel melius
res dubia facta etiam per litem impedit, ne noua poſ-
ſeſsio detur, ut in præallegata. l. ſed non impedit, quin
ueteri quis utatur, ſupra ut lite pendente. c. 1. ſupra de
appellationibus, ſignificante, & ſupra ti. 1. conſultatio
nibus. Item quia nunquam per negationem, uel pro-
hibitionem, vel appellationem alicuius debet aliquis
dimittere uti iure ſuo. C. de rei uendi. ſi fundus. C. cre-
di. uen. pi. l. 1. & not. ſupra de maio. & obe. dilecti. nec
obeſt, quod opponitur de epiſcopo, ꝙ admitteret ex-
ceptionem laici contra rectorẽ eccleſiæ &c. quia quã
do epiſcopus inter ſubditos cognoſcit, debet ordinẽ
iudiciarium ſeruare, & ſecundum allegata potius, q̃
ſecundum ueritatem iudicare, ut 3. q. 7. iudicet. 2. q. 1.
Deus. 11. q. 3. illa. ff. de offi. præſi. illicitas. non enim per
ſonam ſuam gerit priuatam in iudicando, ſed iudicis
& publicę perſonę, quibus nõ eſt iudicare niſi de pro
batis. 6. quæſtio. 1. ſi omnia. ſed ad uiſitationem hanc
faciendam epiſcopus nõ procedit ordine iudiciario
ſeruato, nec ut iudex ſecundum quoſdam, maximè
quò ad thema & intentionem abbatis, qui ſe dicit exẽ
ptum, licet in ea ordinem aliquem ſeruare debeat, in-
fra eo. Romana, infra de accuſa. qualiter, ultra mediũ
in eo tamen, quod petit ad uiſitationem admitti, nõ
procedit ut iudex; ſed tanquàm utens iure ſuo. unde
non debet inquirere, ſi habet ius uiſitandi, cum ipſe
ſciat ſe habere, ſicut uerum eſt: nec debet admittere
exceptionem, cui non poſsit de hac exceptione co-
gnoſcere. Item iudex, qui eſt medius, debet omnia au
dire, ſed pars tantum utilitatem cauſæ ſuæ ſecundum
Deum & cũ bona conſcientia proſequi debet; quod
bene hic epiſcopus facit, ſi viſitatio ad epiſcopum p-
4 tinet. Ad hoc† etiam facit, quod ius dicit, ꝙ non præ-
iudicat alicui ut priuato, quod facit ut iudex, ſupra de
fide inſtru. inter dilectos, circa fi. uel dic & melius, ꝙ
etiam ſi in iudicio coram archiepiſcopo, uel papa ab
bas prouocaret in libertatem, uel etiam ſi epiſcopus
interdicto, uti poſsi. ageret contra Abbatem, nihilo-
minus epiſcopus lite pen. uteretur poſ. ſua. & contra-
dictores excommunicaret iuſtè, dummodò in ueri-
tate poſsideret, ſupra ut lit. pen. ca. 1. Item dicunt qui-
dam, ꝙ liceret epiſcopo cum armis materialibus de-
fendere poſſeſsionem ſuam, quare non magis cum
ſpiritualibus, ſcilicet per excommunicationem, quæ
eſt medicinalis. 2. q. 1. multi, quia arma epiſcopi, & mu
cro eſt excommunicatio. 16. q. 2. uiſis. 24. q. 3. corri-
piantur. So. ſi epiſcopus exequens officium ſuum, ſi-
cut dictum eſt in themate, uadat ad aliquod mon. ui-
ſitandum, in cuius poſſeſsione ſit uiſitandi, quantun-
cunq; abbas mon. alleget ſe exemptum, & hoc ipſum
offerat ſe probaturum, dummodo epiſcopus ſciat ſe

quaſi poſſeſsionem habere, quæ non potuit amitti ſi-
ne animo eius, & eo ſciente, ſi per ſe poſsidebat. ff. de
acqu. poſ. peregre. §. quibus, & quantuncunq; contra
dicat, uel appellet abbas, ſemper uiſitabit epiſcopus:
& ſi pertinaciter renuat, materialibus armis defendet
epiſcopus poſſeſsionem ſuam. de hoc no. infra de im-
mu. ecc. ca. 1. & ſpiritualibus armis, ſupra de præſcrip.
cum ex officii, infra eo. cum nuper. & ut bene proba-
uit epiſcopus in ſuis allegationibus, idem uidetur, ſi
incontinenti recuperet amiſſam poſſeſsionem, ſupra
5 de reſti. ſpo. olim. nam† & ſm iura ciuilia licet cuique
ius ſibi dicere in his caſibus; & in quibuſdam aliis, qui
no. in glo. generali. C. quando liceat cuiq; ſibi ius di-
cere, & in ſum. de re iud. ſub rubrica de ſententia. §. qs
debet, uer. fallit hic. Si autem eſſet quaſi in poſſeſsio-
ne talis iuris, quæ potuiſſet amitti etiam ignorante
epiſcopo, ut ſi aliquod ius per procuratorem poſside
bat, quia id bene amitteret epiſcopus etiam ignorans
tunc bene poteſt differre uti iure ſuo, ſi uult, & ſi non
uult, uteretur illo iure, & contradictores excommu-
nicabit, ſi poſtea apparebit coram iudice, coram quo
agitur de iniuſta excommunicatione, ꝙ adhuc tem-
porę excõicationis erat in poſſeſsione viſitandi, vel al
terius iuris, rata manebit ſententia. Si uerò apparebit,
ꝙ non poſsidebat tempore excõicationis reuocabi-
tur ſententia: & tamen non punietur epiſcopus de in-
iuſta excõicatione, uel nulla. ar. ad hoc, ſupra de offi.
dele. ex literis, niſi appareat de eius malicia, uel craſſa
ignorantia, quæ ſatis apparet, ſi abbas ſeriatim modũ
amiſſæ poſſeſsionis dicebat; & hoc ſe ei oſtenſurum
offerebat: nec obſunt huic opi. iura præal. ubi dicitur,
ꝙ ſententia excõicationis non debet ferri ſine cauſæ
cognitione, & ſine monitione: quia illa habent locũ,
quãdo procedit ut iudex: hic autem procedit ut pars,
quæ iura ſua defendit mucrone ſuo ſpirituali. nam &
aliàs ſine cauſę cognitione, & monitione procedit ex-
cõicatio. ſ. de offi. or. ſi ſacerdos, infra de ſen. ex. roma-
na. §. caueant. 5. q. 1. quidam. monitio tamẽ ſemper ui-
detur neceſſaria. infra de ſen. ex. ſacro. imò, ut dicebat
Hoſti. iuſta cauſa ſubeſt, ſ. quia non admittitur epiſco
pus ad uiſitationẽ, quæ ſibi de iure debetur. nec eſt ne
ceſſaria monitio, ex quo dicit Abb. ꝙ illum non reci-
piet, cum per hoc probetur ipſius contumacia mani-
feſta. nam in incertis non in certis &c. ff. de uer. ob. l.
continuus. ff. de re iudi. l. contumacia. & per hoc pa-
tet, ꝙ epiſcopus exequens officium uiſitandi non ad-
miſſus poteſt ſine alia monitione excommunicare
rebelles, de præſcrip. cum ex offi. & infra c. prox. ſed ſi
non exequens officiũ ſuũ viſitandi, ſed in iudicio vult
epiſcopus agere cõtra abbatem ius ſibi eſſe illud mo-
naſterium uiſitandi, debet eligere arbitros cum abba
te, qui hanc cauſam dirimant. 11. q. 1. ſi clericus, & epi
ſcopus coget abbatem ad arbitros eligendos. 11. q. 1.
peruenit, & ſupra de offi. dele. ſuſpitionis. Si autẽ con-
tra alium ageret, qui dicit ſe uiſitationem epiſcopa-
lem in eodem monaſterio habere, cõueniet eum co-
ram iudice rei. ff. ad munici. de iure, & de decur. l. 1. di-
cit Hoſtien. pri. coram metropo. mona. de foro com-
pe. ſane. Si autem ualet, ut eſt dictum, excommunica
tionis ſententia, quando conſtat mona. in diœce. epi-
ſcopi ſitum eſſe, ſic uidetur dicendum ſi in alia diœ-
ce. ſitum ſit, dum tamen epiſcopus fidem faciat, ꝙ in
quaſi poſſeſsione iuris uiſitandi eſſet, ꝙ ſi hoc coram
ſuperiore nõ probet, facilis erit ſuperior ad credẽdũ,
ꝙ mala fide tulit excõicationis ſententiã, & ad ipſum
epm puniendum: quod non eſſet, ſi in ſua diœce. ſitũ
eſſet præſcriptione iuris epiſcopũ releuãte, & de hoc
6 no. infra de uerb. ſi. ex parte. 1. Ex præmiſsis† patet, ꝙ
eps, cui iura epiſcopalia, quæ poſsidet, denegant, cau-
tè & prudenter agit, ſi ut pars & non ut iudex proce-
dat;



dat: qa ſic non aſtringit ad iuris ordinẽ obſeruandũ.
Item quia ex hoc ſe reum conſtituit, & conſeruat, &
aduerſarium actorem facit, qui neceſſe habet cõque
ri de iniuſta excommunicatione, vel nulla, ſup. de of-
fic. le. cum contingat, & ſupra de offi. or. ad reprimen-
dam, & ſic in dubio abſoluetur epiſcopus: quia fauo-
rabiliores ſunt rei, quàm actores, ff. de reg. iur. fauora-
biliores, & patet in eo, quod legi. & no. ſupra de re iu-
di. c. fin. & de proba. ex literis, ubi uerò epiſcopus non
tãquàm ordinarius, ſeu ius ſuũ proſequens, ſed quaſi
delegatus à Papa, uel ab alio deſcẽdit ad aliquod mo-
na. viſitandum, quantumcunque ſit delegatus in ueri
tate, tamen nunquàm eſt admittendus de neceſsitate
iuris, niſi fidem faciat de ſua delegatione, nec aliter te
c net excommunicationis ſententia [c] ab eo lata, ut pa-
tet, C. de man. princ. l. unica. imò ei reſiſti poteſt, C. de
iure fiſ. prohibitum eſt, lib. 10. & probatur in eo, quod
legi. & notatur de offic. dele. cum in iure. Excipe lega-
tum apo. ſe. ex latere maximè quantum ad procura-
d tionem, ar. 26. diſtinct. aliàs 97. diſt. nobiliſsimus, [d] qui
& in multis alijs priuilegiatus exiſtit, ut patet in eo,
quod legi. & not. ſupra de offic. le. officij. §. fin. Quid ſi
delegato ab epiſcopo, uel metropolitano dicat ab-
bas, Ego ſum exemptus, uel in poſſeſsione libertatis?
reſpondeo, ſi delegatus ſentit delegantem, à quo cau-
ſam habet, eſſe in poſſeſsione uiſitandi, non obſtante
hoc uiſitabit, & excommunicabit, ar. ſupra ut lit. pen.
c. 1. Quid ſi eidem delegato, vel etiam ordinario uiſita
re uolenti obijciatur, quòd excommunicatus eſt, &
probatio ſuper hoc offeratur, & quia nõ admittitur,
appellatur? reſpondeo, iuſta eſt appellatio, ſupra de ap
pel. interpoſita, & per conſequens excommunicatio-
nis ſententia poſtea lata nulla, ſupra de offi. dele. cum
7 olim abbas, in fin. Ex his† ergo patet, quòd viſitans,
qui in poſſeſsione eſt, nõ tenetur admittere exceptio
nem exemptionis, & tamen tenetur admittere exce-
ptionem excommunicationis, quę eſt ratio diuerſita
tis? reſpondeo, quia quando abbas excipit de excom-
municatione, & probationem offert, confitetur eum
e iudicem, [e] qui & de hac exceptione fori cognoſcere
poteſt, ſupra de reſcri. ſuper literis, Sed ubi dicit ſe exẽ-
ptum in prædictis, reſtat per conſequens, quòd negat
epiſcopum eſſe iudicem in eiſdem, & ideo coram nõ
iudice non poteſt proponere exceptionem fori. Sed
contra. ff. de iudi. ſi quis ex aliena. ff. ſi quis in ius uoc.
non ierit. l. 1. Sol. illa iura locum habent, quando con
ſtat, quòd citans iudex eſt, uel de hoc dubitatur. nam
ſi certum eſſet, quòd non eſſet iudex, non tenetur ci-
tatus comparere, ar. ff. qui ſatiſda. cogan. ſi uerò. §. qui
pro rei qualitate. In dubio igitur citatus cõparere te-
netur, & ratione dubij tenet lata ſententia, ſiue citans
ſententiet, ꝙ ſua ſit iuriſdictio: ſiue etiam ſuper princi
pali, ex quo partes non curant de iuriſdictione cõten
dere, ar. ff. de iudi. l. 2. §. ſed ſi duo, & l. ſi quis ex aliena,
ff. ad munici. de iure. C. de uſuris. ſi ea. Quod ergo di-
cunt prędictę leges, iudices debere cognoſcere, an ſua
ſit iuriſdictio: locus habet, quando citatus dicit, non
teneor reſpondere: quia habeo ius reuocandi domũ,
uel non teneor reſpõdere auctoritate literarum: quia
impetratæ ſunt per falſi ſuggeſtionem, ſupra de foro
compe. c. fi. §. fi. de reſcri. ſuper literis, vel quando quæ
ritur de iuriſdictione iudi. tantum, & non de principa
li. ff. de iud. ſi quis ex aliena. Secus eſt, ubi quæritur nõ
tantum de iuriſdictione, ſed de principali, ut in caſu
thematis noſtri apparet. Sic enim dicit abbas, Domi-
ne epiſcope, non poteſtis uiſitare mona. quia non eſt
is iudex, cum monaſterium ſit exemptum, in quo ca-
ſu non tantum quæritur de iuriſdi. epiſcopi, an ſua ſit:
ſed etiam de principali, ſcilicet an monaſteriũ ſit exẽ-
ptum, de quo nõ poteſt cognoſcere nec ut iudex, nec

ut arbiter, ut ſupra dictum eſt: nec etiam poſſet uideri
ſententiare ſuper iuriſdi. niſi & ſimul ſuper principali
pronunciaret. quinimò, & ſi cõſtet, quòd aliàs iudex
ſit, de priuilegio tamẽ exemptionis nullo modo ſine
conſcientia principis cognoſcere poteſt, ſupra de iu-
di. cum veniſſent. vel melius dic, quòd epiſcopus non
uocauit hũc abbatem vt iudex: ſed ut pars, uel ut pro-
ſequeretur officiũ ſuum. unde nec tenetur abbas ire,
uel ſuum priuilegium allegare: quia & ſi uellet abbas
omittere allegationem priuilegij, & quòd epiſcopus
procederet in principali tanquàm iudex, de iure hoc
nõ poſſet fieri, cum idem epiſcopus ſit actor, ex quo
ſequeretur, quòd idem eſſet actor, & iudex, & ꝙ quis
eſſet iudex in cauſa ſua, quod eſſet contrarium iuri,
ut patet. 4. q. 4. c. 1. infra de uerb. ſig. forus. §. in omni,
C. ne quis in cauſa ſu. iudi. in rubro, & nigro. Non ob-
ſtant ergo. ll. quæ inductę ſunt, ſupra pro contrarijs:
quia quãdo iudex procedit ut pars, ſicut eſt in noſtro
themate, non uendicant ſibi locum, imò loquuntur,
cum quis procedit ut iudex inter partes, & reus exci-
pit de iuriſdi. & de foro, dicens quòd non eſt ſuus iu-
dex: hic aũt loquitur, ubi epiſcopus procedit ut pars,
ut ſæpe dictum eſt, unde & ſi epiſcopus admitteret ex
ceptionem exemptionis, nihilominus tamen pendẽ-
te lite ſuper hac exceptione utetur poſſeſsione uiſitã-
di, ſi in ipſa eſſet, & contradictores excommunicaret.
Quod tamen non uidet Inn. quomodo poſsit eſſe. q.
d. iuri non congrueret, quòd ſic eſſet. Nec ob. ſi dicas,
8 quòd epiſcopus† poſsit eſſe arbitrator: quia quod co
ram arbitratore fit, non dicitur fieri in iudicio. ut no.
ſupra eo. de iureiuran. quintauallis. Item tales quęſtio
nes in principali negocio ſunt deferendæ, ſupra de fo
ro compe. ex parte, hoc eſt primò lis conteſtanda, &
poſtea de exceptione quærendum, de lit. conte. exce-
ptionis, li. 6. & hoc magis placuit Innocen. quàm ea,
quæ notata ſunt, ſupra uel infra de uerb. ſig. ex parte.
1. ubi not. quòd niſi abbas incontinenti oſtendat co-
ram epiſcopo priuilegium. uel aliquam aliam excep.
legitimam probet, quòd poteſt eum excommunica-
re epiſcopus. Si uerò oſtendat, non debet excommu-
nicare eum: hæc, inquam, non placent: quia non eſt
uis in exhibendo, uel nõ exhibendo probationes, cũ
non teneatur abbas ipſas exhibere, uel epiſcopus reci
pere: quia nec poſſet de hoc ut iudex cognoſcere, ut
præmiſſum eſt, licet tanquàm priuata perſona poſsit
ea uidere, ut inde inſtruatur, non ut de his iudicet. ſi.
ſupra de reſcrip. cum contingat, & in hoc tantum con
tẽdimus, an in ueritate monaſterium ſit exemptum,
9 uel non. Superior† uerò hunc abbatẽ non ſtatim ab-
ſoluet ad cautelam: quia cum monaſt. ſitum ſit in diœ
ce. epiſcopi, prẹſumptio iuris eſt pro epiſcopo contra
abbatem, cui ſtandum eſt, donec contrarium ſit pro-
batum, ut ſupra no. Si autem eſſet in alienã diœce. uel
etiam in eadẽ, ſed tamen abbas ſtatim exhibet aliquã
probationem, per quã licet ſemiplenè appareat vt cũ-
que prima facie de exemptione monaſterij, tũc ſupe-
rior ſtatim abſoluet abbatem ad cautelam, quod dic
ut le. & no. infra de ſen. excommu. ſolet, & ſupra de ex
cep. apoſtolicæ. Quid ſi abbas quantum ad ſolam uiſi
tationem dicatur exemptus, licet in alijs epiſcopo ſit
ſubiectus? Reſpon. ſi de exemptione uiſitationis appa
reat, propter hoc quòd in alijs eſt ſubiectus, non mi-
nus iudicabitur excõmunicatio nulla, ut patet in eo,
quod le. & not. de exceſ. præla. cum ad quorundam.
Quàmuis autem quidam dixerint, ſupradicta tantum
locum habere, vbi quis officium ſuum exequitur, vel
exigit ſibi debitum iure ſcripto, uel conſuetudine: alij
10 † tamen dicunt, & fortè melius, quòd unuſquiſq; epi-
ſcopus id, quod iuſtè poſſidet, quodcunque ſit illud,
poteſt defendere per excommunicationis ſententiam,
quan-

quantūcunque, & qualitercunque alius contradicat,
& iure ſuo probationes offerat, uerbi gratia, Aliquis
epiſcopus fundū aliquem poſſidet, vult colligere fru-
ctus eius: alius ſe opponit, dicens, domine non colli-
gatis fructus, quia meus eſt fundus, non ueſter: uel
quia ego poſſideo, & non uos, & hoc coram uobis
me offero probaturum, utique propter talem contra
dictionem, uel aſſertionem, ſeu probationis oblatio-
nem, uel etiam appellationem, ſi propter hoc ipſam
fieri contingat, non dimittet epiſcopus, quin fructus
colligat, & quin excommunicet opponentem, ſi ip-
ſum in poſſeſſione ſua perturbet, uel inquietet, & te-
nebit excommunicationis ſententia, dummodò ue-
rum ſit, ꝙ epiſcopus in poſſeſſione eſſet ipſius fundi.
Secus autem eſſet, ſi epiſcopus non poſſideret, ſed a-
lius: licet in ueritate ad epiſcopū fundi proprietas per
tineret: tunc enim licet poſſeſſori, & contradicere, &
appellare, & etiam cum armis reſiſtere epiſcopo uio-
lento, & eſt ratio in utroq;: quia poſſeſſor non eſt uio
lenter eijciēdus de poſſeſſione ſua, quam & poteſt de
fendere, & uim ui repellere, C. de rei uen. l. fi. ſupra de
reſti. ſpo. olim. 1. Sed & ſua, quàmuis de proprietate li-
queat, tamē per uim recuperare non licet, C. unde ui,
ſi quis in tantam. ff. quod me. cauſa, extat. 16. q. 4. pla-
cuit: nec eſt res poſſeſſa ab alio, quàmuis iniuſtè per
uiolentiam occupanda: alioquin etiam prædo reſti-
tuendus erit, ſupra de reſti. ſpo. in literis. Sed dices, ab-
11 bas † allegando exemptionem nō ſpoliat epiſcopum
f poſſeſſione[f] ſua. ergo propter hoc non debet excom
municari. reſpon. non excommunicatur: quia exem-
ptionem allegat, ſed quia epiſcopum ius uiſitādi poſ-
ſidentem non admittit, dum viſitat, ſupra de præſcrip.
cū ex officij: unde, ſi abbas propoſita exceptione epi-
ſcopum uiſitantem admittit, ſicut & tenetur facere,
vt ſupra vt lit. penden. c. 1. & 2. nunquàm poſſet epiſco
pus ipſum excommunicare iuſtè pro eo, quòd exce-
ptionem propoſuit: quia nemini facit iniuriam, qui
utitur iure ſuo, ſupra de elec. cum eccleſia Vulterana.
§. 1. Quàmuis autē omnia practicatoria ſint, & quàm
plurimum vtilia: tamē ad ſolutionem quæſtionis pro
poſitæ melius facit finis huius gl. quàm ea, quę in prę
cedentibus ſunt notata ſecundum Innocen. cuius eſt
quaſi hæc tota gl. quam nec per omnia approbat Ho-
12 ſtien. ſecundum quem † bene poteſt epiſcopus eſſe iu
dex in cauſa epiſcopalis mēſæ de conſenſu aduerſarij,
alio procuratore ad proſequendam, & defendendam
cauſam ab ipſo epiſcopo conſtituto, ut patet in eo,
quod leg. & not. ſupra de iura. calum. c. fi. imò, & ſuffi-
cit, quòd non recuſetur, ut patet in eo, quod not. in
ſum. de appella. ſub rubrica, de recuſa. §. 1. verſi. idem
etiam, & §. fi. uer. puto, & ſequen. quod dic, ut ibi not.
& in alijs remiſ. Summæ, ſupra notatis, omnino vide
de hoc in ſum. de ſen. & re iudi. ſub rubrica, de ſenten-
tia. §. quis debet, uerſi. ſed nunquid poteſt epiſcopus.
13 Sed quomodo † adaptabitur iuri, quòd epiſcopus pe
tat aliquid tanquàm pars, & excommunicet renuen-
tem? Aut enim dices, quòd excommunicat tanquàm
pars, & priuatus, ſicut & petit, & ſic nulla eſt ſententia:
quia ut priuatus excommunicare non poteſt. Aut ex
communicat tanquàm iudex, & ſic ſententia eſt iniu
ſta: tum quia non debet in priuata, & propria re iudi-
care, vt ſupra notatum eſt: tum quia & petitionis qua
litati, & formæ debet ſententia conuenire, ut patet in
eo, quod leg. & no. ſupra de ordi. cog. cum dilectus. §.
fin. Dicendum eſt igitur, quòd ut epiſcopus poteſt pe
tere in his, quæ notoria ſunt, & ut epiſcopus excom-
municare ſuper eo, de quo uide quod no. ſupra de iu
ra. calum. c. fin. & de teſti. inſuper, ſuper uer. inſtituan-
tur, cum remiſ. ſuis no. in fi. ipſius gl. [*Intentionem*] prin-
14 cipalem † uel ideſt intentionis impetrationem, ſi di-
cas, quòd hæc exceptio opponebatur contra reſcri-
ptum, quod non placet, infra de lit. conteſt. c. 1. lib. 6.
niſi forte dicas, ꝙ in reſcripto expreſſum fuerat de diœ
ce. & iſti excipiebant, quòd erant de ciuita. & tunc dic
ſecundum Hoſt. quòd in ciuitate, uel diœce. non erat
aliud monaſterium iſtius nominis, ſcilicet de Cultu-
ra, & ſic nō poterat eſſe æquiuocatio. nec obeſt error,
cum conſtet de perſonis, ut not. de reſcri. ſuper literis,
& ſic non ob. eo. ti. Rodulphus, ut ibi not. cum ibi eſ-
ſet uága, & nimium generalis clauſula, quod hic non
erat, poſſet etiā tunc dici hanc exceptionem tolli per
hoc ſecundum reſcriptum. ſi. de iud. quia. V. Sed prius
dictum plus placet Hoſtiē. Et ipſe ſup. poſuit primam
rationem monacorum: hic ponit ſecundam, quæ nō
iuuat, ut dicit gl. [*oſtenderint*] ius enim commune fun-
dat intentionem epiſcopi: ipſis ergo incumbit proba
tio. 100. d. contra morē, de decimis. dudū. Ia. Phi. Goff.
15 ¶ Prima † gl. reſpōdet ad primam alle. monacorum.
¶ Secunda gl. ad ſecundam. ¶ Vlti. glo. reſpondet per
16 quæſtionem, quam tripliciter ſoluit. ¶ [*In † glo. 1. in fin.*]
Iaco. videbatur contrarium: quia propter loci uicini-
tatem facile erat epiſcopo uiſitare, & in prima domo
comedere. Item nec debet petere, quod domi expen
deret, & ſi non uiſitaret. ad hoc de ui. & ho. cleri. cum
ab omni, de procura. cum pro cauſa, de elec. ut præte
ritę, cum & tunc ſolùm ſit epiſcopus procurandus,
quando non per ſuæ ciuitatis parochias fatigatur. 12.
q. 2. charitatem. Sed tamen ſecus eſt, ut hic dicit. hic
enim uiſitabatur monaſterium in ciuitate ſitum, &
tamen procuratio debetur ſecundum Goff. Et eſt ra-
tio ſecundum Hoſti. quia qui ſpiritualia ſeminat &c.
de præſcrip. cum ex officij, cum concor. & quia pro-
curatio eſt annexa uiſitationi, ſupra eo. cum uenera-
bilis. nec ob. allegata pro monacis: quia prima iura lo
quuntur de expenſis factis occaſione negociorum,
quæ tunc demum repetuntur, cum intereſt: procura
tio uerò petitur ratione officij, & ſi non interſit. nec
ob. c. charitatem, quod non loquitur de epiſcopo ui-
ſitante ex officio, ſed de uiſitatione iurium epiſcopa-
lis menſæ uacante ſede. vbi quidem clerici intra ciui-
tatē habentes propria hoſpitia, ibi illam gratis iuuāt:
ſi trahuntur extra, tūc eis prouidetur, ne obſequiū ſit
eis dānoſum, ut ibi in fine. in uiſitatione uerò epiſcō-
pi non conſideramus intereſſe, ſed officiū, ut prędixi.

ANNOTATIONES.

a ¶ Canonicos. bi uide Io. An. de app. interpoſita, & in c. 1. prælle-
ga. in gl. in c. & in gl. ſeq. & de ap. bonæ, in glo. bene petebat, & in
gl. 1. irrationabilibus, & ſupra eo. ſignificauit, in glo. mag. uerſi. &
idem uidetur dicendum.

b ¶ Proclamare. Quando negatio facit rem dubiam, uide Bal. in l. 3.
hic alle. & doct. & ipſum Bal. & d. Bar. de Sali. in l. 1. C. de procur.
& gl. & ibi not. Bar. in l. poſt rem iudicatam, ff. de tranſac. & Inno.
in c. ſolet, de ſent. excom. lib. 6.

c ¶ Excommunicationis ſententia. Vide plenius Io. And. in c. præte-
rea, ſupra de dilatio. & in quæſtione in regula, ſcienti, de reg. iur.
lib. 6. in ſolutio. & in gl. ſua fi. de offi. dele. cum in iure.

d ¶ Nobiliſſimus. Ibi uide gl. & ibi Cle. 1. de próba. & per Io. And. in
c. conſtitutus, infra de appella. ubi remittit ad Spec. & uide per ip
ſum de re iudic. ad apoſtolicæ, lib. 6. in uerbo proponi.

e ¶ Eum iudicem. Sed tunc obſtat alia ratio poſita, ſupra uerſi. ſed &
ſi in iudicio, uſque ad uerſiculum, nec obſtat.

f ¶ Poſſeſſione. Vide Io. And. in c. 2. de reſti. in inte. in gl. per mona-
cos, in prin. & nunquid turbat reſpondendo libello in interdicto,
uti poſſidetis, & illum negando, uide Bar. ff. de noui ope. nuncia.
l. ſi prius, & Bal. C. de rei uend. l. ordinarij.

*SVMMARIVM.*

1 *Viſitans iure metropolitico, uel legationis prouinciam, poteſt in prouinciales denegantes procurationem proferre ſententiam.*
2 *Viſitantes multi admittuntur.*

*Procuratio*



3 *Procuratio diuerſis temporibus recipi poteſt, & à quibus, uidetur ſoluta in duriorem partem in dubio.*
*Viſitans in dubio quo iure uiſitaſſe dicatur.*
4 *Procuratio ſingulis annis præſtanda an debeatur in anni principio, & cui debeatur, nume. 5.*
*Operæ quando debeantur.*
6 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 7.*
*Metropolitano uiſitare prouinciam quando liceat, & quæ uiſitet loca.*

## CAPVT XXV.

1 Cvm nuper. Is, qui iure † metropo-
litico, uel legationis ꝓ-
uinciam uiſitat, in prouinciales, qui ſibi ꝓ
curationem denegant, poteſt proferre ſen
tentiam, & in 1. deciſa querela. in ſecunda mandatum
ibi, Mandamus. in 3. comminatio ibi: Alioquin [*Au-
2 ctoritate propria*] de multis † uiſitantibus, qui admittun
tur, ne aliqua anima pereat per negligētiam, & vt vno
dormiente alter uigilet, dixi ſupra de offic. archidia.
[*Mandamus*] & de offic. archipresby. c. fin. quod hoc rę
3 petijt, Hoſtien. [*Siue noſtra*] innuit. ꝙ † diuerſis[a] tempo
a ribus poſſit procurationem recipere, & arg. ꝙ ſi archi
diaconus abſente epiſcopo conſtituitur uicarius epi-
ſcopi, & ſuo nomine, & nomine epiſcopi poteſt reci-
pere procurationem, ſed ſi iſte archiepiſcopus ſemel
ſimpliciter procuratus eſt. dixit Vincen. quòd præſu-
metur procuratio legationis, cui minus reſiſti poteſt.
in duriorem enim cauſam præſumitur facta prima ſo
lutio. ff. de ſolu. in his. nec facta prima uiſitatione ha-
bet, cur accedat, cum deſiit negligentia ſecūdum eū.
4 Quærit † etiam hic, cum ſingulis annis præſtanda ſit
procuratio, an debeatur in prin. anni ſicut annua præ
ſtatio, uel legatū. ff. de annu. leg. ſi in ſingulos; C. quan
do dies le. ce. l. 1. & dicit quòd nō, cum de fructibus de
beatur. vnde dabitur fructibus collectis. ff. quādo dies
leg. ce. Firmio Eliodoro. §. ult. & debet hoc præſignifi
care. ff. de offi. procon. obſeruare. Operæ enim deben-
tur, cum fuerint petitæ. ff. de ope. lib. cum patronus, &
l. quoties. nec ſolui debet procuratio per partes, ſicut
nec opera liberti. ff. de ope. lib. libertus qui. Vincen.
5 [*Viſitare*] perſonaliter † aliàs non procuratur. ſi. ſupra
c. procurationes, quod dixit Pe. verum eſt de procura
tione metropolitani. ꝓcurationem enim legationis
leuabit, ſicut & alij faciunt, quàmuis non uiſitet ſup.
eod. cum inſtantia [*Eidem*] archiepiſcopo [*Ratam*] hoc
eſt iuſtum, & æquum, de offic. ordi. cum ab eccleſia-
6 rum, & c. ad reprimēdam. ¶ Prima † gl. ponit dictum,
7 quod determinat, & remittit. ¶ [*In † gl. 1. ibi, non debet*]
Idem hic Vincen. imò poteſt etiam uiſitare, epiſcopo
non negligente, ſecundum formam decre. Romana,
Inn. IIII. ut infra, eo. c. ulti. lib. 6. Nec eſt uerum ſecun-
dum Hoſtiē. quod quidam dixerunt archiepiſcopum
uiſitare loca opulenta tantū, non minutas parochias,
niſi aliud audiat ſiniſtrum & graue: quia nec poſſent
ipſum recipere cū tot equitaturis, ſupra eo. cum apo-
ſtolus. ſtandum enim eſt prædictis iuribus.

ANNOTATIONES.

a ¶ Quod diuerſis: Contra, quia aut commiſit Papa illi viſitationem
ut delegato, & ceſſat officium ſuum ordinarium, de offic. deleg. pa
ſtoralis, aut non ut delegato, ſed ſolum excitat officium ſuum, &
nihil iuriſdictionis habet auctoritate papæ, de offi. ord. licet, & ſic
omni caſu una tantum procuratio debetur, ſed dic, quòd hic cō-
miſit illi generalem iuriſdictionem, cauſam, & legationē, & quæ
non tollit ordinariam iuriſdictionem, ad hoc uide bo. tex. in l. 1.
C. de off. prefec. ur. & ibi per Bar. & no. per gl. 25. q. 2. Galliarum,
& probat tex. de hære. per hoc, lib. 6.

*SVMMARIVM.*

1 *Ad monetam antiquam, uel eius æſtimationem ſoluendæ penſiones, uide num. 3. & 6.*
*In pecunia numerus, non pondus inſpicitur.*
*Eccleſia maior dicitur cathedralis, & ſua poteſt ab epiſcopo dici, & qua re.*
2 *Homagium an epiſcopus facere teneatur preposito, ſeu decano, uel capitulo.*
*Penſionem tamen ſoluet uni eorum.*
3 *Ex integro, ut hic accipiatur.*
4 *Epilogus, ſuffragium, & additio, gloſſarum, nu. 5. 6. & 7.*
*Pluralis locutio quando dicatur duobus contenta.*
7 *Moneta reproba ſolui non poteſt inuito creditori.*

## CAPVT XXVI.

1 Cvm canonicis. Caſus. Ad † anti
quam monetā,
uel eius ęſtimationem ſoluendæ ſunt pen-
ſiones antiquæ. Et hoc papa intimat parti
conquerenti, quomodo ſibi prouidit dando iudices
[*Maioris*] ſcilicet cathedralis [*Pecuniæ*] in numero: ſecus
in pondere, ut in marca: quia tunc de quibus ſolua-
tur, non eſt uis, Vin. [*Eccleſiæ tuæ*] ſecundum Hoſti. lo-
quitur epiſcopo, & tunc dic [*Tuæ*] ſcilicet cathedralis,
quæ tua ſponſa eſt, de tranſl. c. fi. forte enim poſſeſſio,
quæ debebat penſionem capitulo, peruenit ad epiſco
pum: uel hoc aliàs ratione eccleſiæ debebat canoni-
2 cis. Quid † ſi eſſet feudum, cuius ratione præpoſitus,
uel decanus homagium recipere conſueuit? non pu-
tat Hoſti. ꝙ epiſcopus ipſum facere teneatur, arg. j. de
ma. & obe. cum inferior. j. de reg. iur. c. fi. nam quicun
que hoc homagium recipiat, non tamen fit nomine
perſonę: ſed eccleſię, cuius fidelitatem epiſcopus iam
iurauit. ſ. de iureiurā. ego. N. Aut ergo epiſcopus ac-
quiſiuit feudum ſine cōſenſu canonicorum, & ſic ab
eo repetitur, ſicut à quolibet alio: aut cum conſenſu:
& ſic ſi homagium retinebant, epiſcopus non debuit
illam recipere: ſed ſi nō retinebant, cum ſciant, uel ſci
re debeant, ꝙ non faceret homagium, uidentur illud
tacitè remiſiſſe, arg. in eo, quod leg. & not. ſ. eo. cum
olim. §. 1. vel poteſt dici, ꝙ iterum iuret fidelitatē ſine
homagio nō præpoſito, uel decano, ſed eccleſiæ, arg.
hic, ꝙ dicit, eccleſiæ tuæ: penſionem autem poteſt, &
debet ſoluere ſine lęſione dignitatis: quia quęlibet res
tranſit cum onere ſuo, de decimis, paſtoralis. ad hoc,
quod no. eo. tit. de decimis. c. 2. forte Hoſti. exquiſiuit
hic epiſcopum in ſupraſcriptione, ut poſſet hāc gl. po
nere, poteſt enim eſſe, ꝙ inferiori prælato dirigitur de
3 cre. [*Ex integro*] reſtituta † quam receperāt: aliàs depre-
henderentur in euidenti calūnia plus petendi, uel dic
[*Ex integro*] nō ratione prioris temporis, ſed futuri. Di-
cebant enim canonici, ꝙ ſicut ſibi ſolui conſueuerāt
tot ſolidi Papienſiū, cum erant in vſu, ſic ſolui debent
totidem Turon. cum nunc ſint in uſu [*In mandatis*] qui-
4 buſdam iudicibus. ¶ Prima † gl. reſpondet per qō. de
quot annis intelligitur. arguit, ꝙ de duobus. ſoluit cō
5 trarium. ¶ Vlt. gl. quærit, & ſol. ¶ [*In † gl. 2. ibi, ſi quis quia*]
uide de emp. & uend. cum dilecti, ſuper glo. 2. [*& ibi, l.
pe.*] uide de uſur. nauiganti, ſuper 2. gl. ¶ [*In ult. gl. ibi. §. ſi
conuenerit*] vide hanc, & ſeq. quoties, de cleri. non reſi.
6 tuæ, ſuper gl. 2. ¶ [*In † gl. prima. ibi, hoc quoque*] & infra de
regu. iur. pluralis, lib. 6. ſolutio uerò patet per. l. præce-
dentem: quia regula locum habet, ubi numerus non
adijcitur [*& in fi.*] non eſt uis, an duobus, uel pluribus
annis facta fuerit ſolutio, niſi quò ad poſſeſſionem:
ſicut ergo factum acciderat, ita narrat, ut oſtendat
quaſi poſſeſſionem prelati in ſolutione antiquæ mo-
7 netæ. ¶ ¶ [*In † gl. ult. ibi, non poteſt ſolui*] inuito creditori.
Satisfactum enim eſſet, ſi ab eo ſcienter approbare-
tur.

tur.ff. de condi. & demon. quàmuis, & imputet ſibi,
qui talem elegit. ff. pro ſocio, ſocius ſocio. Tan. [ *& in
fi.* ] remittit Hoſti. ad no. ſ. de iureiur. quanto, ubi uide
in glo. fraudatur, uer. quærit autem, & dicit addendas
hic quæſtiones notatas, ſupra eo. quanto, & c. olim.

*SVMMARIVM.*

1 *Procuratio non debetur propter oratorium, & num. 3. ubi excipi
tur, & num. 5.*
*Oratorium campanas non poteſt habere.*
*Non poteſt fieri ad celebrandum, niſi in caſu.*
2 *Non gaudet immunitate, nec cenſetur locus religioſus, uel ſacer. Ca
mera fieri poteſt.*
*In Baſilica contrarium ius eſt.*
3 *Oratorium quando poteſt epiſcopus deſtruere, dicitur eſſe grangia.*
4 *Inter ipſum, & eccleſiam quæ differentia.*
*In eo celebrari quando liceat.*
*Procurationum ſpecies plures, remiſſ. in fin.*
*Extorquendi uerbum uiolentiam denotat, ibid.*
5 *Additio gloſſarum.*
*Curam quis habeat habitantium in grangijs monacorum familiæ
item, ſeu ſecularibus, & laicis bubulcis, & ſeruientibus eorum.
& ſimilium.*

## CAPVT XXVII.

1 AVctoritate. Caſus. Propter † priua
tum oratorium ꝓcu-
ratio non debetur. nõ diuiditur [*Inhibemus*]
hoc idem inhibuerat Honorius in compi
la. ſua, de capel. mo. c. 2. [*Oratorijs*] in quibus ſine aucto
ritate diœceſani non poſſunt ponere campanas, infra
de priuilegijs, patentibus: licet autem poſſint fieri ad
orandum, non putat Hoſ. ꝙ poſſint fieri ad celebran
dum, niſi auctoritas epiſcopi interueniat, vel aliud pri
uilegium à ſede apo. impetretur. ĵ. de priuile. in his, &
eſt expreſſum in auct. vt nul. fa. ora. do. §. 1. colla. 5. &
capitulis. ĵ. alle. nec ob. de cleri. pere. c. 3. quia illud non
intelligitur de celebrare uolente in domo, uel orato-
rio, ſed in eccleſia in ſecreto: aliàs contra, de con. di. 1.
2 nullus, & c. pre. & quãuis Goff. no. ꝙ tale † oratorium
gaudet immunitate. Hoſtiẽ. dicit contrarium, & eſt ſe-
cundum eum ratio: quia non intelligitur dedicatum
deo, nec cenſetur locus religioſus, vel ſacer. unde & ſi
hodie ſit oratorium, cras fieri poterit camera. nec ob.
quod induxit de immu. ec. c. pe. quia non loquitur de
priuato oratorio, ſed de baſilica facta ad cõſecrandũ,
& cui epiſcopus impoſuit primarium lapidẽ, de con.
di. 1. nemo. vnde non eſt mirum, ſi gaudet priuilegio,
cum nec poſſit ad humanos vſus redire, ſupra de reli.
3 do. c. 4. [*Aliqui*] ergo non certi. q. d. nullus † eſt ibi inti-
tulatus ad ordinariam, & continuam celebrationem:
licet ſit locus ordinatus ad orandum, & ſic non eſt ibi
rector, qui ratione huius oratorij debeat uiſitari. Di-
cit tamen Innocẽ. quòd ſi hi, quorum eſt oratorium,
non teneant illud honeſtè, nec ibi faciant celebrari,
epiſcopus ipſum poteſt deſtruere, de conſe. diſ. 1. om-
nes baſilicæ, & capitulis ſeq. Quod uerum putat Ho-
ſtiẽ. ubi eſſet dedicatum, & auctoritate Pontificis ędi-
ficatum ad celebran. aliàs contra, vt ſupra dixi. Si uerò
eſſet in oratorio aliquis rector conſtitutus, vel aliqua
certa perſona, uel una de certis, quæ deberet huic ora
torio deſeruire, non uidet Inno. quare epiſcopus non
poſſit ipſam uiſitare, & procura. ſuam exigere, de reli.
do. de xenodochijs, de con. di. 1. clericos. Nam quàm-
uis tale oratorium ſit grangia, tamen miniſter eius e-
rit epiſcopo præſentandus. argu. 16. qõ. 1. in parochia.
4 Alij contradicunt. Et † eſt not. quòd hæc eſt differen-
tia inter eccleſiam, & oratorium: quia dicitur eccle-
ſia, ubi ſtatuta ẽ certa dos pro rectore clericis, & alijs
neceſſarijs de con. diſt. 1. nemo, infra titu. primo. cum
ſicut. Oratorium, quod non eſt dotatum, nec ædifica
tum ad miſſam celebrandam, ſed ad orãdum, de con.
di. prima. vnicuique de licentia tamen epiſcopi poteſt
ibi, quandoque celebrari, ſed in maioribus feſtiuitati
bus non dabit hanc licentiam, ea. d. clericos, & cap. ſi
a quis extra,[a] ſecundum Innoc. [*Celebrant*] ex neceſſita-
te, cum ibi non ſit eccleſia uicina: aliàs non licet, de
con. diſt. 1. unicuique, & c. ſi quis etiam. Goffre. dic ut
dixi ſuperius [*Ratione*] hoc dicit, quia aliȩ ſpecies procu
rationum deberi poſſent, de quibus no. ſupra eo. pro
curationes, & c. ſeq. Hoſtien. [*Extorquere*] iſta uerba vio
5 lentiam denotant. ¶ *In † prima gl. ibi, ad caput* ] uel eccle-
ſiam, in cuius parochia habitant [*& ibi, cauſa colendi*] ſci
licet quis habet curã ibi inhabitantium? de fratribus
profeſſis planum eſt ſecundum Hoſtien. quòd abbas,
vel cui hoc committit, & epiſcopus, ſub quo habitãt,
& quàmdiu ibi habitant, de priuileg. c. 1. ad fin. lib. 6.
Quid de familia, ſeu ſecularibus, & laicis bubulcis, ſer-
uientibus, & ſimilibus? timet Hoſti. ne multi pericli-
tẽtur: quia nec proprio ſacerdoti, nec illi, ſub quo ha-
bitant, de licentia proprij epiſcopi cõfitentur: ſed quã-
doq; monacis, qui in tales nullam habent penitus po
teſtatem, ad hoc, infra de pœni. omnis. 16. q. 1. alia, &
c. placuit, & c. peruenit. Dicit autem, quòd in his eſſet,
per ſedem apoſtolicã prouidendum, ex quo nõ vult
quòd loca talia uiſitentur. Poteſt tamen per hoc effi-
cax argu. colligi, quòd eſſent uiſitanda: ſed non mul-
tum moueor propter hoc argu. Hoſtien. quia ſm id
idẽ poſſet dici de omnibus priuatis, & ipſorũ familia.

ANNOTATIONES.

a ¶Extra. Et de iſtis oratorijs priuatis uide plurimas quęſtiones per.
d. Pe. de Peru. in tractatu quartę epiſcopalis. c. 13. quæritur, & ibi
de imaginibus uirginis glorioſæ, uel aliorum ſanctorum.

*SVMMARIVM.*

1 *Diſpoſitio quæ ſit huius tituli.*
*Miſſæ ubi celebrandæ.*
2 *De conſecratione eccleſiæ, uel altaris quibus in locis iuris alibi in-
ueniatur.*

# De conſecratione eccleſiæ, uel altaris. Rubrica.

1 ¶Dictum † eſt ſupra de cenſi. Sed quia in cõſecratio-
ne eccleſiarũ conſueuerunt immunitates concedi, &
cenſus etiam retineri, ideo &c. Goff. uel aliter ſecun-
dum Hoſti. continuando ad inferiora: quia miſſæ, de
quibus dicturi ſumus, non ſunt celebrandę niſi in ec
2 cleſiis, uel altaribus cõſecratis, ideò &c. habetur † ma-
teria, de con. diſt. 1. & 68. diſt. eccleſiis, & 1. q. 2. c. 1. & re
petitur in 6. Cui conuenit, de reli. do. c. 1. de ſimo. cum
ſit, de adulte. ſignificaſti, de priuileg. tuarum, in prin-
cipio, uerſi. ſi eos.

*SVMMARIVM.*

1 *Conſecratio altaris, non eccleſiæ fit, eo moto, uel lapide continente
ſigillum, & quibus caſibus reconſecrandum, nume. 3.*
*Altare debet eſſe lapideum, & ubi ligneum ſic.*
*Non debet erigi ſine permiſſu diœceſani, & ubi.*
2 *Altare uiaticum poteſt moueri, & portari, & ideo ſic dicitur, ubi
cum eo celebrari poſſit, & quando conſecrandum.*
3 *Sigillum altaris quid, & cur ita dictum, & num. 4. & qua in par-
te ponatur eius, eod. num. 3.*
4 *Lapis altaris quibus nominibus alijs ſignificetur, & unde eius ori-
go, & ſignificatio, & ſupra, num. 3. & 5. ungitur, & firmatur,
& à quo num. 5. reconſecratur, & quando, num. 6. quæ in eo po
nantur, nume. 9.*

*Titulus*



*Titulus unde dicatur.*
5 *Cœmeterij officio quo caſu hic fungatur epiſcopus.*
6 *Eccleſię uiolatio an inducat uiolationem cęmeterij, & è contrario.*
7 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 8. & 9.*
*Altaris menſæ coniunctio quid ſignificet.*
*Eius conſecratio in quo conſiſtat.*
*Sacrum trahit ad ſe non ſacrum, & in quibus rebus.*
9 *Reliquiæ ſanctorum an ſint neceſſariæ in conſecratione eccleſiæ, &
an pro eis corpus Chriſti ſufficiat.*

## CAPVT IIII.

1 AD hæc, ſi altare. Ca. Moto † alta
ri, uel lapide cõ
tinente ſigillũ conſecrabitur altare, ſed nõ
eccleſia [*Altare*] quod dẽt eſſe lapideũ, nec
debet aliter conſecrari, de con. di. 1. altaria, prim. tamẽ
de Lateran. not. ꝙ eſt ligneum, & dicitur de cipreſſo.
pro quo facit exo. 36. & 37. & ſcias, ꝙ in eccleſia conſe
crata non debet erigi altare ſine permiſſũ diœceſani,
vt de con. di. 1. nullus presbyter. 2. & vide quod ibi no.
2 & 68. diſt. quàmuis [*Motum*] ſcias, ꝙ † altare uiaticũ in-
tegrè bene põt portari, & moueri, & ideò dicitur via-
ticum, de quo. ĵ. de priui. in his, & eo. ti. c. ſi. li. 6. & adde
quod dicam. ĵ. eo. ligneis, ad hoc, de conſe. diſ. 1. miſſa-
rum. ibi tamen innuit. ꝙ non licet celebrare niſi in lo
cis cõſecratis. Sed dic ſm Inn. altare uiaticum, ex quo
per epiſcopum conſecratum eſt, appellari locum cõ-
ſecratum: ſed ſi in ipſo uiatico altari moueatur lapis
3 ſigilli conſecrandum eſſet. Sigillum † autem dicimus
foramen, quod aliàs dicitur ſepulchrum ſm Inno. un
de, ut patet in libro pontificali, dicit epiſcopus, Conſe
cretur hoc ſepulchrum &c. ſm Hoſt. Et, ut dixit Inno.
hoc foramen quãdoq; ponitur in ſuperiori parte, ſci-
licet in medio tabulæ ſuperioris, & clauditur paruo la
pide quadrato, vel rotundo. Quãdoq; ponitur ſub ta-
bula, & clauditur cũ ipſa tabula, & tunc ſi moueatur
ipſa tabula, non eſt dubium, quin cõſecrandũ ſit alta-
re. ſic poteſt loqui de con. diſt. 1. ſi motum: imò idem
ſm Pet. ſi cõcuſſa ſit ita, ꝙ moueatur, licet remota nõ
ſit. Interdũ ponitur retro altare, uel ante, uel à dextro
latere altaris, & clauditur tantum paruo lapide, & nõ
magna tabula, in quo caſu ſi ille paruus lapis mouea-
tur, ipſum altare eſt reconſecrandum. Ille enim eſt la-
pis, de quo hic loquitur. in hoc etiam caſu ſi moueaƭ,
uel rumpatur tabula ſuperior, reconſecrandum eſt al
tare. ĵ. eo. quod in dubijs, ſm Innoc. [*Superpoſitus*] aliàs
4 ſuppoſitus [*Qui ſigillum*] ideſt quo † loco ſigilli poſitus
eſt, & dicitur titulus, ad quod pertinet, ꝙ Iacob tulit
lapidem, & erexit in titulum fundẽs oleum deſuper,
Gen. 28. G. & 80. diſt. epiſcopi. Dicitur enim ſigillum,
quaſi illud ſignans. demonſtrat enim, & ſignat, cuius
eſt, ſicut de ſigno dicitur, de con. di. 2. ſignum. quo re-
ſpectu ſigillum dicitur titulus declarãs ſignantẽ, ſicut
ille materiã libri declarat, de fide inſtru. inter dilectos,
uer. nam in ipſo. Dicitur, & titulus, quia ſolet intitula-
ri, ut dicam ſuper gl. Item quia illuſtrat, ideſt manife-
ſtat altare conſecratum eſſe. dicitur enim titulus à ti-
tan, quod eſt ſol. ſm Hug. Et eſt iſte lapis, de quo dici-
tur in ordinario, vel in pontificali, ꝙ epiſcopus ipſum
5 † confirmet ſubter chriſmate ſic dicendo. Sanctifice-
tur hoc ſepulchrũ in nomine patris &c. & poſtea im-
ponat tabulam ſuper reliquias, & debet firmare cum
calce, ſiue malta cõfecta ex aqua ſolẽniter benedicta,
ut ibi ſequitur, & ſic oportet epiſcopum eſſe cęmẽta-
rium. Sed quia quilibet non eſt aptus ad hoc, dicit Ho
a ſtien. ꝙ credit ſufficere,[a] quod ſeruauit, ſcilicet ꝙ epi-
ſcopus liniat locũ circũquaq;, & ſuperponat lapidẽ,
ſicut ſciet, & poterit, & poſtea melius firmeƭ, & apteƭ
per ſacerdotẽ, ſi talis præſens eſt, qui ſciat hoc facere
uel eo deficiente per clericum. & ſi nullus ipſorũ per
fectè ſcit in hoc ſe iuuare, fiat per laicum cęmẽtariũ:
quia neceſſitas legem non habet de con. di. 1. ſicut, &
ſic debet intelligi in eodem lib. quod ſequitur, ꝙ mi-
niſtri liniant menſam, & optime firment: quia nec epi
6 ſcopum decet tale officium. ſi igitur † frãgitur talis la
pis, uel diſſoluitur coniunctio, fiat reconſecratio [*Ec-
cleſia* ] hic tractauerat Hoſt. an violatio eccleſiæ indu-
cat uiolationem cęmeterij, uel ecõuerſo diſtinguens.
An violentia interuenerit, vel caſus. & an ſit ſeparatũ,
an uerò ſit contiguum, quod decido per id, quod ha-
7 bes, inf. eo. c. vno, li. 6. ¶ Prima † gl. rñdet per qõ. in quo
8 conſiſtat altaris conſecratio. ¶ *In † gl. prima ibi, coniunctio
ne* ] quę poteſt deſignare cõiunctionem fidelis animæ
ad deum. ſi. de biga. debitum [*& ibi, inferioris*] in coniũ-
ctione conſiſtit conſecratio, ſiue ſit mobile, ſiue im-
mobile, ſecundum. T. [*& ibi, uel aliquis*] idem Inno. ſu-
per rubrica ſed hoc nimis eſt rigidũ [*& ibi, non ſacrum* ]
hoc locum habet in liquoribus, & in his, quæ com-
mixtione confunduntur: in alijs non, ſecundum Ho-
ſtien. non tamen reconſecrabitur, cum non ſit enor-
9 mis læſio. ¶ *In gl. 2. in fine* ] Ala. & ibi, ſolent poni † reli-
quiæ, & nomen epiſcopi conſecrantis, & nomen ſan-
cti, in cuius conſecratur honorem, & ſufficit pro reli-
quijs corpus Chriſti ſecundum Io. qui hoc no. de cõ.
diſt. 1. placuit, in 1. gl. Hug. dicit reliquias de honeſta-
te, non de ſubſtantia, ca. diſt. nullus, expertus ſum, ꝙ
aliqui epiſcopi quęrũt trium ſanctorum reliquias, pu
tantes id de ſubſtantia, quod non placet, licet cõmen
dabilis ſit deuotio. Hoſti. in ſum. eodem ti. §. 3. dicit ſe
Lugduni conſuluiſſe Inn. ſuper illo dicto Ioan. quòd
corpus Chriſti ſufficiat pro reliquijs, quod etiã liber
pontificalis uelle uidetur, & dicit, ꝙ Inno. de aſſiſten-
tium conſilio reſpondit contrarium reſponſionis ra-
tionem non ponit, ſed pro hac reſpõſione facit: quia
cibus eſt animæ, de conſecra. diſt. 2. panis, & calix, & c.
non iſte panis, & c. in illo. nec ſeruari debet. ſed totum
poſt confectionem ſumi. ea. di. comperimus, inf. ti. 1.
ex parte, niſi id fiat ad opus infirmorum ea. di. tribus,
alleg. c ſeq. infra, tit. 1. ſane. de cuſto. eucha. c. 1. de ſent.
excommu. permittimus, & not. ſup. de officio archi-
presbyte. c. 3. in gl. 2. & utendum non eſt rebus niſi ad
id, ad quod inſtitutæ ſunt, ſupra de appella. c. 3. & ibi
concor. in 1. gl. fertur tamẽ de Leone papa, ꝙ deficiẽ-
tibus reliquijs dedit partem corporalis, & euchariſtiæ
pro reliquijs in dedicatione eccleſiæ. ¶ *In gl. ult. ibi, ideſt
altare* ] ſic econuerſo. 1. q. 3. altare.

ANNOTATIONES.

a ¶Sufficere. Pro hoc, quia uirtus ſacramentorum eſt in uerbis, &
elementis 1. q. 1. detrahe, non in actibus ſolis, uide tamen quod
no. de ſacra. non ite. c. ſi. & uide infra in glo. prima. & ſuper illa, &
in c. aqua, in gl. 2.

*SVMMARIVM.*

1 *Conſecrari poſſunt eccleſiæ diebus etiam non feſtis, & à quo, &
num. 3.*
*Licet, pro licitum eſt.*
*Eccleſiæ pro baſilicis.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 3.*
*Conſecratio rei animatæ diſtinguitur ab inimata.*

## CAPVT II.

1 TVa fraternitas. Caſus. Dieb⁹ † ẽt
nõ feſtis poſſunt
eccleſiæ conſecrari. breue eſt [*Tua*] in alie-
na enim hoc non debet: licet valeat conſe
tio, ſi hoc faciat: tamen punitur, quod dic ut. 7. q. 1.
epiſcopus

epiſcopus in diœce. [*Licet*] ideſt licitum eſt [*Eccleſiis*]
ideſt baſilicis. de hoc de relig. domi. c. ij. de iure patro.
2 nobis [*Dominicis*] ſup. & alijs feſtiuis. ¶ Prima † glo. re-
3 ſpondet per quæſtio. quæ ſcilicet fuerit ratio dubita-
tionis. ¶ *In † glo. i. ibi, iſta*] ſcilicet virginum conſecratio.
Dicebat Hoſtien. hoc ideo. quia eccleſia ſine delectu
dierum debet, quàm cito poteſt fieri, cōſecrari. tu dic
quòd merito inter cōſecrationem rei animatæ & ina
nimate diſtingui potuit, ſicut & alias, ut no. ſ. de relig.
domib. ad hæc.

*S V M M A R I V M.*

1 *Decretalis huius pars ubi.*
*Enallage temporis.*
*Sacrum ad non ſacrum quando trahatur per mixturam, & num. 4.*
2 *Epilogus, & Suffragium gloſſarum. num. 3.*
*Partes non trahunt ad ſe integrum, ſed contra ſecus.*
4 *Additio, gloß.*
*Dignius trahit ad ſe minus dignum regulariter, licet ſit ſecus aliquando, & ſupra. nu. 1. cir. fin. & 3.*

## C A P V T III.

1 QVod in dubijs Breue eſt, & huius
pars † de renunc.
de pœnis, & de ſenten. excomm. quòd † in
dubijs. ſecūda ibi, nec negamus [*Adhibetur*]
i. adhibita eſt [*Conſecrari denuo*]. i. reconſecrari [*Noc negamus*] reſpondet tacitæ quæſtioni, ſecundum Pe. dice-
ret aliquis, ſupra dictum eſt quòd tabula mota, vel fra
cta, ſi reparetur, debet reconſecrari altare. Sed nūquid
idem in oleo ſacro, ſi miſceatur ſibi non ſacrum? re-
ſpondet quòd non, rationem diuerſitatis collige ex
his quæ dixi ſ. c. i. ſuper. i. glo. [*Commiſceri*] ita quod ſor-
2 titur naturam conſecrati, & totum eſt ſacrum. ¶ Vlti.
† glo. alleg. iiij. iura, & duo alleg. in contrarium, in fin.
3 arguit. ¶ *In † glo. ubi. i. ibi: quæ religioſis*] vide de iudi. quan-
to, ſuper. i. glo. [*& ibi. Si alieni*] vide de pigno. c. fi. ſuper
glo. pe. [*& ibi, eum. qui ædes*] ſi poſsideo ædes, hoc inte-
grale eſt, & ſingulæ partes ædium non præſcribuntur
4 nec poſsidentur vt ſingulæ. ¶ *In. † gl. ulti. ibi, ſanguini*] po-
teſt eſſe ratio ſecundum Pe. & Abb. quia oleum con-
ſecratum remanet oleum, & ideò non eſt mirum, ſi li
quorem olei ſibi commiſcet etiam per minuta. ſed ui
num tranſit in ſanguinem, & ſic aliud vinum admix-
tum non eſt eiuſdem liquoris. Item ſicut ſanguis ille
incommutabilis eſt, ita & incommixtibilis. vel faciat
a hoc virtus [a] ſacramenti [*& ibi cum ſeculum*] primum eſt
regulare. Ioan. ad hoc. j. e. c. vno, lib. vj. In contrarijs. g.
vniuerſitas, cum qua tranſit ius pa. reputatur dignior,
cum illud ſit etiam temporale, licet mixtum: non ſic
in ſpiritualibus; vt dixi in præceden. c. ex litteris, in pri-
ma glo. ſcias quòd.

ANNOTATIONES.

a Virtus. Vide Ioan. An. infra titu. prox. cum Marthæ in ſua gl. differentia eſt, & in glo. ſequ. & in gl. i. circumtectum.

*S V M M A R I V M.*

1 *Eccleſia quibus caſibus reconcilietur, & nu. 2. & 8 & quando conſecrari nu. 8.*
*Rixæ fugiendæ, quibus debet iudex occurrere, & nu. 3.*
2 *Vulnera ſine ſanguinis effuſione non fiunt.*
3 *De uerbis ad uerbera facile peruenitur.*
*De uerberibus ad homicidia.*
4 *In reconciliatione nunquid epiſcopus procurabitur, uel aliàs cuius expenſis ſit.*
5 *Aqua hic benedicta quid deſignet.*
*Vinum quid.*
*Cinis quid.*
*Domus tota, uel maior pars exuſta ſi empta ſit ignoranter, non cogor emptionem perficere: ſecus, ſi minor.*
*Totum, & maior pars æqualet.*
8 *Suppletio gloſſarum, & nu. 9.*
*Conſecratio Eccleſiæ, uel altaris quibus probetur modis.*
*Probationes ſemiplenæ ſufficiunt, cum alijs non ſit præiudicium.*
*Altare quando conſecrandum, uer. Idem intelligas, quando reconciliandum, ibidem.*
*Conſecratio eius in quibus conſiſtat, & in quibus eccleſiæ, ibidem.*
*Eccleſia, & altare in quibus paria ſint.*
9 *An reparata egeat reconciliatione, uel conſecratione.*

## C A P V T IIII.

1 PRopoſuiſti. Caſus. Reconciliatur
† eccleſia, quæ per ho
micidia, vel vulnera hominum eſt polluta
& ſunt duæ partes. & conſultatio, & reſpō
ſio. ibi, Fraternitati [*Et rixas*] hæc ſunt fugienda. xlvj.
di. §. i. c. i. & §. ecce. & cap. ſeq. & his debet iudex occur
rere. ff. de vſufru. æquiſsimum [*Cuſtodiam*] fatue agunt
hi peregrini, licet bono zelo moueantur, qui propter
altaris inanimati cuſtodiam, de cuius etiam ſubtra-
ctione non eſt ſuſpitio, ad talia proſiliunt [*Vulnera*] li-
2 cet Hoſtien. dixerit, quod vulnera ſine ſanguinis effu-
ſione non fiunt. Not. tamen, quòd hic ſimpliciter di-
cit homicidia, quæ (planum eſt) fieri poſſe ſine ſangui
nis effuſione, ut cum tergitorio ad collum, & ſic re-
conciliandus eſſet locus. de hoc dixi, infra eo. capitu.
a uno, [a] lib. 6. Dixit etiam hic Pet. hoc intelligi de ho-
micidio iniurioſo, non caſu facto. propter quod di-
cit, quoſdam dicere, propter homicidium, quod quis
ad ſui defenſionem fecit, non debere eccleſiam recō
ciliari. Ipſe tamen putat tutius, quòd fiat reconcilia-
3 tio. Not. etiam † Hoſtien. quòd de facili de uerbis ad
uerbera, & de uerberibus ad homicidia peruenitur
(*Et altari*) ſine læſione ſaltem enormi ſecundum Ho-
ſtien. uel dic, ideſt manente conſecratione eccleſiæ, &
4 altaris [*Reconciliari*] nunquid † tunc epiſcopus procu-
rabitur. Vincen. in decre. conquerente, de offi. ordin.
tenet quod non, cum hoc ſit in iure expreſſum, & ad
hoc ſint eccleſiaſtici reditus deputati, de vi. & ho. cle-
ri, cum ab omni, & decre. cum ſit; de ſimo. loquitur
in cōſecratione, & facit, quòd ibi dicam. & hoc etiam
placet Archidia. de cenſi. c. i. lib. vj. Aliquibus videtur,
quod expenſis illius, qui violauit eccleſiam, epiſco-
pus illam reconciliet, arg. j. de iniur. c. fi. cum concor.
facit de off. ord. ſi canonici. §. pe. lib. vj. [b]. Et ſi non ap-
paret, quis fuerit, vel non ſit ſoluendo, recurreret ad
ſtatutum, vel conſue. loci, quæ determinaret, quis ta-
lia emendet. ix. q. iii. conqueſtus. & his deficientibus
parochiani cum rectore contribuant. facit, quod di-
xi, de ec. ædi. c. i. Si ſoluendo non ſunt, epiſcopus gra-
tis id faciat. i. q. ii. placuit. & x. q. iiii. cauendum (*Pote-*
5 *rit*) & debebit (*Aquam.* hoc deſignat † populum. j. ti-
tulo prox. cum Marthæ. §. quæſiuiſti (*Vino*) quod mix
tum aquæ habet deſignare vnionem deitatis, & hu-
manitatis. Abb. (*Cinere*) quæ deſignat memoriam paſ-
6 ſionis. (*Benedictam*) per epiſcopum. infra e. aqua. ¶ Pri-
ma † glo. ponit tres caſus, in quibus reconſecratur ec-
cleſia, & totidem, quibus recōſecratur altare, & duos
7 quibus reconciliatur eccleſia. s. ſ̄rium, & ſoluit. ¶ *In. i.*
*† glo. ibi, domum*) ſi domum emi, quę erat exuſta, ſed hoc
ego & vēditor ignorabam; ſi tota uel maior pars erat
exuſta, ſed remanſit area, cogor ego emptor emptio-
nē perficere: ſi minor, cogor, tñ refuſo pretio ad arbi-
8 triū boni viri. ¶ *In. i. glo. ibi, primo ſi dubitatur*) dicit Inno.
ſuper rubrica, quia nō apparet ſcriptura in libro eccle
ſiæ,



ſiæ, columna: vel tabula marmorea, vel vnus teſtis de
ponens de viſu, vel ſecundum quoſdam auditu, alleg.
de con. diſt. iiij. paruulos. xxiiii. q. ii. ſane. xxii. q. v. hoc vi
detur. dicit autem has ſemiplenas probationes ſuffice
re: quia aliis non fit præiudicium, ſcias, quod de his ca
ſibus Hoſt. ponebat verſus, Templa, cruor, ſemenq;
piant, dubium rogus, atq; Diruptio, reſecrant, ſed mē-
ſam, fractio motus. Templa, ideſt eccleſias. Cruor. i.
ſanguinis effuſio. Semen. i. effuſio ſeminis humani; ꝙ
dic vt no. j. e. vno, lib. vi. Piant. i. reconciliant, q. d. recō-
ciliari debet, non reconſecrari in his duobus caſibus;
& adde alios duos, quos dicam. j. e. conſuluiſti. & idem
de cœmeterio, vt ibi. Dubium. i: ſi dubitetur, an ſit cō-
ſecrata. Rogus. i. ſi comburatur. Diruptio. i. ſi deſtrua-
tur. Reſecrant. i. in his tribus caſibus debet reconſecra
ri [*Sed menſam*] repete, conſecrant duo quæ ſequuntur
fractio. ſ. enormis, vel quando accidit in ſigillo motus
ſ. quando menſa, vel tabula altaris diſſoluitur a iunctu
ra; de hoc. ſ. c. i. Idem intelligas, ſi de conſecratione al-
taris dubitatur, ut dictum eſt de eccleſia, cum eadem
ſit ratio, infra de conſan. tua, ſecūdum Hoſt. ſed in exu
ſtione dico contrarium: quia conſecratio eccleſiæ cō
ſiſtit in exteriori linitione parietum ab interiori parte
eccleſiæ, ſed conſecratio altaris conſiſtit intra parietes
& iuncturas, vnde plus operatur exuſtio ibi quam hic
poteſt ergo accidere ſecundum Hoſt. quòd altare in-
diget reconſecratione; ſed non eccleſia, & econuerſo
ſed in reconciliatione, ſecus propter connexitatem,
9 [*& ibi, Succeſſiue*] quaſi † eccleſia reparata ſit eadē. ff. de
iudi. proponebatur. ff. de leg. i. quòd † in rerum natu-
ra. Sed an hoc caſu egeat reconciliatione, Dici t Hoſt.
non haberi ius expreſſum, ſed poſſet diſtingui ſecūdū
eum, an caſu fortuito, uel per violentiam hoc recon-
cilietur, alleg. quæ no. infra capitulo fina. & Innocen.
qui dicit eam recōciliandam, alleg. de con. diſt. i, ſi mo
tum. ſubdit aliquos dicere etiam. eam eo caſu conſe-
crandam.

ANNOTATIONES.

a Vno. Vide gl. in c. i. infra eo. titu. lib. vi. & ad hoc facit. l. qua actione. §. i. ff. ad. l. aqui.
b Libro. vj. Ibi vide glo. & Ioan. An. & per Guil. de monte lau. in cle. i. de celeb. miſſa.

*S V M M A R I V M.*

1 *Decretalis huius pars ubi.*
*Altaria plura epiſcopi plures in ſimul in una eccleſia poſſunt conſecrari, & quibus diebus.*
*Cauſa dubitationis & decidendi quæ hic.*
*Epilogus & ſuffragia gloſſarum. nu. 3.*
*Vnius, & naturalibus filijs nominatio ſufficit ab reliquorum legitimationem.*
4 *Additio gloſſarum.*
*Affectus quandoq; ſufficit.*
*Inter animatum, et inanimatum facienda diſtinctio.*

## C A P V T V.

1 CVm ſis. Breue eſt. & huius † pars, de
auc. & uſu, & cū ſis. Potuit eſ
ſe dubitatio, q̄a ſicut vni pſonæ nō poſſūt
una die plures ſacri ordines conferri, ita
forte putabat non poſſe in una eccleſia ſimul plura al
taria conſecrari: uel ſecundum Hoſti. ſicut non debet
in die dici niſi una miſſa, infra titu. i. conſuluiſti, ſic pu
tabat, quod non deberēt conſecrari plura altaria, uel
plures epiſcopi, maximè cum conſecrationes illæ re-
quirant miſſam. de hoc ſupra de elect. quod ſicuti. uel
ſecundum eum, ſicut uno momento temporis non
non poteſt ſimul niſi una eccleſia conſecrari. arg. in-
fra. e. cum ſicut, ſic uidebatur de altaribus, & epiſco-
pis ſanciendum. Sed, ut ipſe dicit, non poſſunt ſic plu-
res Eccleſiæ, intra unam eccleſiam, ſicut plura altaria,
& plures epiſcopi congregari [*Epiſcopos*] diebus tamē
2 dominicis tātum. 70. diſt. quòd † a patribus. altaria ue-
3 ro etiam diebus priuatis. ſ. c. 2. ¶ Prima † gloſſ. arguit
contra Baz. & dat duo ſimilia. ¶ *In. i. † glo. ibi, ſi per uenditorem*] uide de reſti. ſpo. cum ueniſſent, ſuper glo. 2. [*et
ibi, ſi quis habens*] ibi, ſufficit unum ex naturalibus no-
4 minari filium non adiecto naturalem in teſtamento,
uel inſtrumento quòad legitimandos etiam reliquos
ex eadem matre genitos. ¶ *In † glo. i. ibi ſi per uenditorem*]
ille eſt caſus, in quo ſufficit affectus, de quo per aliquē
actum apparet. hic uerò requiritur certa forma [*& in
fine*] forte quærenti uidebatur diſtinguendum inter
animata, & inanimata, ut dixi ſupra. c. 2.

*S V M M A R I V M.*

1 *Altaris menſa fracta, quando ipſum et eccleſia conſecratur. Extremitas quæ dicatur.*
2 *Altare uiaticum, ſi remoueatur lapis à ligno, an ſit exoratum.*
3 *Additio gloſſarum.*
*Conſecrationis eccleſiæ ſubſtantia in quibus conſiſtat.*

## C A P V T VI.

1 LIgneis. Caſus. Corruente † tecto, pa-
rietibus illæſis, menſa tamen
altaris modicum fracta, nec altare, nec ec-
cleſia conſecrantur, & communis diuiſio
ſecunda pars ibi inquiſitioni [*Caſu*] ſecus, ſi uiolentia
quod dic, ut infra c. fin. Hoſt. [*Extremitate*] i. in extrema
parte, uel. i. in ſummitate. Hoſtiē. [*Modicam*] ſi. ſupra de
cor. uit. c. fi. [*Et infra*] i. quæris, an altare, uel eccleſia pro
pter hoc debeant conſecrari [*Enormiter*] de hoc ſupra
c. 1. (*Prædictam*) ſ. quia ligneum ædificium eſt conſum-
2 ptum. & per hanc decre. dicit Abb. quod † ſi altare uia
ticum eſt, & remoueatur lapis à ligno, non per hoc ſit
execratum, cum non in ligno; ſed in lapide conſiſtat
conſecratio. Iſtud putarem uerum, quando lapis ab-
ſtractus a ligno eſt per ſe, altare habens. ſ. ſigillum, &
ſepulchrum: ſed ſi foramen ligni erat ipſum ſepul-
chrum, tunc ſecus. ¶ *In † glo. 1. ibi, parietibus*) in quibus
fiunt cruces, & iniunctiones, & ibi potiſsimè conſiſtit
conſecrationis ſubſtantia. Hoſt.

*S V M M A R I V M.*

1 *Excommunicatorum corpora ſi in eccleſia ſepulta eſſent, quid agendum, quid ſi in cœmeterio, nu. 2.*
*Eccleſia quibus ſit reconcilianda, notantur quidā caſibus, & nu. 2.*
*Excommunicatos ſepelientes in eccleſia an incurrant minorem.*
2 *Conſecratio ſi eccleſiæ per excommunicatum ſit facta, uel aliud conſecratum, uel benedictum ab eo, eſt reconciliandum.*
*Excommunicatorum ſacramenta qualia ſint, & num. 3.*
*Dedicationes pro conſecratione, & reconciliatione, nu. 4.*
4 *Aqua conſecrationis, & reconciliationis Eccleſiæ quæ eſſe debeat.*
5 *Additio gloßarum.*
*Eccleſia polluta pollutum eſt & cœmeterium.*

## C A P V T VII.

1 COnſuluiſti Breue eſt [*Corpora*] ſi in ec
cleſia ſepulti eſſent, etiā
parietes eſſent dealbandi, de con. di. i. eccle
ſiam. Ioan. Goff. & ſit iſte tertius caſus ſecū
dum Hoſt. in quo reconcilianda eſt eccleſia [*Sepeliri*]
an ſepelientes incurrant minorem, uide infra de pri-
uil.

ui.ad hæc.in.i.glo.[*Reconcilianda*]idem, ſi pollutum ſit
ſanguine,uel ſemine.quia tunc etiam reconciliãdum
1 eſt. Quid † dices,cum eccleſia, uel cœmeterium, uel
aliud ſacrum conſecratur, uel benedicitur ab epiſco-
po publicè excommunicato? Dic quòd egent recõci
liatione,antequam fideles utantur eis ut ſacris.ad hoc
de ſacra.ite.uel non.ca. ii. & hic iunge,quòd † ibi dixi.
Nam ſi corpus excommunicati mortui eccleſiã, uel
cœmeterium execrat, ut hic & de con.di.i.eccleſiam
fortius ubi conſecratio trãſit, & perficitur per manus
excommunicati.ff.de teſta. l. Domitius. Vnde ſicut
de ſimoniaco ſimoniacè promoto dici ſolet quòd
intus ortus occidit,ſic dici poteſt de tali conſecratio-
ne. ſacramenta enim talium quo ad ipſorum merita
coinquinata ſunt,& coram deo fætent ſecundũ Hier.
i.q.i.§.quòd aũt ſacramenta,&.c.ſeq.&.c. odit deus,&
2 c.illi.quòd poteſt in hoc caſu & ſimili uerum † intelli
gi quo ad recõciliationem faciendam: aliàs vera ſunt
ſacramenta, dummodo ſint exhibita in forma eccle-
ſiæ,de ſacra.non ite.c.1.&.2.de ſepul. ſacris. uel illa iu-
ra & ſimilia intelligãtur quo ad corpus Chriſti, quod
3 †,perfectum eſt,a quocunque presbytero perficiatur,
ſecundum formam eccleſiæ, nec eget reconciliatio-
ne.Idem in baptiſmo,& aliis ſacramentis,de ſum.trin.
c.1.de coh.cleric.& mu.noſtra, & eſt expreſſum.i. q.1.
multi,ante ſi. In aliis vero exterioribus benedicendis
& conſecrandis obtinet,quòd præmiſi ſecundũ Hoſt.
4 [*Dedicationibus*].i.conſecrationibus.q.d.ſicut † aqua,cũ
qua conſecratur eccleſia,eſt ſolemniter benedicenda
per epiſcopum,ſic & illa aqua,cum qua reconciliatur
& ſicut eccleſia conſecratur cum aqua, ſic ſolemni-
ter per epiſcopum benedicta, ſic & cum tali aqua re-
conciliandum eſt cœmeterium, & aſpergendum ſe-
cundum Inno.Abba. exponit,in dedicationibus.i.in
5 reconciliationibus eccleſiarum conſecratarum. ¶ *In
glo.i.in fi.*]vnde in põtificali ponitur rubrica,de recon-
ciliatione eccleſię,& cœmeterii ſimul & cõnexim tra
ctando, vt doceat uno polluto reliquum pollutum,
quod † dic,vt infra eo.c.uno,lib.6.

*SVMMARIVM.*

1 *Eccleſiam dotare quis teneatur,& nu.6*
*Exhortationi,& conſilio quando neceſſariò parendum.*
*Tanquam,eſt ueritatis expreſſiua uox, & quo alio modo poſſi hic hic intelligi.*
2 *Epilogus,& Suffragium gloſſarum.num.3.*
*Dotare filiam pater cogitur.*
4 *Additio gloſſarum.*
*Eccleſia ſine dote non conſecranda.*
*Dos ei quæ ſufficiat,& pro ea contra quem detur,nu.5.*
*Eccleſiæ multæ in paupertate conſtitutæ & poſtea ditatæ*
5 *Epiſcopus tenetur ei,quem ſine titulo ordinauit, & quo caſu prouidere.*

CAPVT VIII.

1 CVm ſicut. Caſus.Qui fecit † eccleſiã
conſecrari eam dotare te
tur. In.i.narratio, in ſecunda exhortatio ibi
cum non[ *Debes*]per hoc patet huic exhor-
tationi, uel conſilio neceſſario parendum,de hoc.de
æta.& qua.ad aures,in vlti.glo.[ *Tanquam*]veritatis ex-
preſſiuum.i.vere ex debito.concor. de deci.parochia-
nos vel hoc dicit:quia tacite & ex quaſi contractu ad
hoc obligatur,arg.Inſt.de ob. quæ ex quaſi contractu
[*Teneris*]no.contra cõſecratorem dari condi.ex hac de
cre.ut dotet eccleſiã,ſecũdum Inno.ſed ut dicit Hoſt.
cum hic non loquatur epiſcopo conſecratori, ſed re-
ginæ patronæ potius probatur hoc de patrono, & di-
2 cam ſuper glo. ¶ Prima † gl.primò ampliat,& fortifi-
cat textum,ſecũdo quærit,& ſoluit, & iterum quærit,
ponit opin.quam approbat cum certa moderatione.
3 ¶ *In prima † glo.ibi qui liberos*]cogitur pater dotare filiã.
4 ¶ *In † prima gl. ibi placuit*] dicit ibi textus, non leuis eſt
iſta temeritas,ſi ſine luminaribus,vel ſine ſubſtantiali
ſuſtentatione eorum,qui ibi ſeruituri ſunt, tanquam
domus priuata conſecretur ecclia,& ibi de hoc[*& ibi.
c.2.*]quod fatetur Vin.ſi non habet populum,aliàs ha
bebitur ratio decimarum, & oblationũ, quas poteſt
habere in aſsignatione etiam dotis, dixit non habere
patronũ importune grauari,quia nunc uertitur quæ-
ſtio ſuper re a principio gratuita ſupra de cenſi.ex par
te.Dicebat etiam Hoſt.quòd ſi tanta deberet eſſe dos,
ut dicit glo.pàuci inuenirẽtur fundatores, qui ad hoc
uellent aſtringi.Dicit ergo,ꝙ cõmuniter ſufficit unus
manſus,ſupra.ti.1.c.1. nec tenetur talis ad hoſpitalita-
tem,uel ad epiſcopalia,ad quæ non ſufficit, unde nec
alis eccleſia procurabit epiſcopum. 10.q.3.cauẽdum
niſi ad pinguiorem fortunam perueniat,arg.ſupra de
conſue.cum dilectus.fuerunt enim multæ eccleſię in
paupertate fundatę,quę poſtea ſunt ditatæ,de dec.ſug
geſtum[*& ibi dixit Baz.*]de conſ. di. i. nemo.ibi tamen
no.Io.primò dãdam actionem in patronum, uel eius
hæredem,& demum in epiſcopum.Idem hic Hoſtiẽ.
nec ob.quod epiſcopus prouidere tenetur ei,quem ſi
ne titulo ordinauit,quia illud locum habet, cum nul
lus fuit præſentator: quia tunc primò in præſentato-
rem datur actio, ut in decre.cum ſecundum.

*SVMMARIVM.*

1 *Eccleſia polluta,per quem reconciliari poteſt,& qua aqua, & nu. 2.&.3.& quibus indutum,ibidem.*
3 *Terroris cauſa quid hic ſit bonum & decens, in fin.*
4 *Epiſcopatus eſt ordo.*
*Epiſcopalis ordinis quæ ſunt, quibus demandari poſſint, iuncto contextu.*
5 *Epilogus,& additio gloſſarum.num.6.*
*Iudicium ſoluitur uetante eo, qui iuſſit iudicare.*
7 *Additio gloſſarum.*
*Conſuetudo contra iuris naturam etiam tanti temporis, cuius non ſit memoria, non prodeſt,iuncta glo.*
8 *Reconciliatio pœnitentium,& infirmorum etiam ſimplici ſacerdoti demandari poteſt,& quæ.*
*Ea duplex eſt.*
*Defectus qui tolerentur.§.in glo.*

CAPVT VIIII.

1 AQua. Caſus.Eccleſia † polluta p ſacerdo
tem recõciliari non poteſt etiã ex
aqua per epiſcopum benedicta, & tria fa-
cit,ponit dictum,damnat contrariam con
ſuetudinem,cauſam reddens,& ſubdit præteriti tole-
rantiam,ſecunda ibi,non obſtante.tertia ibi, qđ autẽ.
[*Per epiſcopum*]dięceſanum,& dic maxime,quia & per
illum,cui cõſecrationẽ cõmittit,poterit benedici,ſed
dixit hoc,ut excludat presbyteros.Hoſt.Abb.[ *Benedi-
cta*]ſolemniter,ut ſupra.e.propoſuiſti[ *Alium*] unus er-
go benedicit aquã;alter ex illa reconciliat, ſicut & or
dinat,& cõſecrat.ſic ſupra de elec.ſuffraganeis,&. c.ꝙ
2 ſicut.§.præterea.ubi dixi ſecundum Hoſt.ꝙ † reconci
liãs eſſe debet indutus põtificalibꝰ, ſed fatetur id non
ſeruari[ *Epiſcopum*]ad petitionẽ proprii epi.7.q.1.põtifi
ces.uel ſi uacat eccleſia,ad reqſitionẽ capituli,de hęr.
3 ad abolẽdã.Pet.[*Non negamus*]cõcor.ſupra e.ꝙ † in du-
biis.uer.nec negamus[*Sacerdotes*]uidimꝰ,ꝙ papa pluri
bus epis indulſit, ꝙ p ſacerdotes poſsint reconciliare
eccleſias aqua priꝰ p epos bñdicta. Inn. Dicit Hoſt.ꝙ
Clemẽs.IIII.hoc nõ de facili ꝯcedebat, niſi đ eccleſiis
non



non conſecratis [*Prouinciæ*] aliàs eccleſiæ. quod idem
eſt in hoc caſu, ſicut & aliàs, ſupra de uſu pal c.1. erat
3 forte † cõſuetudo[a],ꝙ presbyteri, uel Abbates de aqua
a per epiſcopum benedicta recõciliabant eccleſias: for
te introducta fuit ex deſidia, uel nobilitate epiſco-
porum,qui timebant laborem, uel putabãt per id ui
leſcere.Dicit tamen Hoſt. ꝙ ubi uiolentia committe-
ref in eccleſia ſine ſanguinis effuſione,poſſit hæc cõ-
ſuetudo tolerari:quia in ueritate non eget reconcilia
tione.conſueuerunt tamen quandoq; presbyteri ceſ-
ſare à diuinis, donec ſaltem ſecundum hanc conſue.
reconcilietur:quia & ſi non ſit iure expreſſum, eſt ta-
men bonum & decens ad terrorem[*Ordinis*]no. quòd
4 † epiſcopatus eſt ordo. de hoc in proęm. 6.lib. in prin.
[*Gradus*]paribus ergo poteſt.fallit in pallio.ſup. de vſu
pa.ad hæc. Vin.[*Hactenus*] q.d.decætero id nullatenus
tolerandum [*Miſericorditer*]aliàs mediocriter. ¶ Secũ-
5 da † glo.exemplificat.quærit diuerſitatis rationem, &
6 ſoluit. ¶ Vlti.gl.obiicit, & ſoluit. ¶ *In † glo.2.ibi,iudicium*]
ſequitur, ſoluitur uetante eo, qui iudicare iuſſit. ¶ *In
glo.ulti.ibi,naturam rei*] ſtipulationem inutilem faciẽdo
7 utilem. ¶ *In † gl.1.ibi,non poteſt*] etiam tanto tempore,cu
ius non ſit memoria. Vinc.[*& in fine*]ſupra de tempo.
ordi.c.2. ¶ *In glo.2.ibi,maiori*] de offic.ordi.c. ulti.dum-
modò ſit clericus,de offi.deleg.cum te[*& ibi,reconcilia
tio*]dixit Goff.& Phi.quòd † reconciliationem pęnitẽ-
8 tium,& infirmorum ſimplici ſacerdoti demãdare po
teſt.26.q.6.presbyteri,& c.Aurelius.uel loquitur de re
conciliatione priuata.publicam uerò & ſolennem ſo
lus epiſcopus facere poteſt. ea.q.c.1. ¶ *In glo. ult.ibi,non
habebat*] ex ordine.& ſic loquuntur hæ concordantię:
b ſecus,ſi ex defectu iuriſdictionis[b][*& ibi,tolerantiam*]cõ
cor. de ſup.ne.præla.c.penul.& quod ibi dixi.

ANNOTATIONES.

a ¶Conſuetudo.Iſte tex.in iſta conſuetudine facit ad no.per Io.An.
de conſtitu.c.fi.ſuper uer.declaramus, & uide de ſpon.duo.tuas,
& de poſtulatio.præla.c.1.in gloſſ.licet, & in procemio decre. in
glo. ſuper uerbo decętero.
b ¶Iuriſdictionis. Iſta ergo reconciliatio, & benedictio aquæ cum
uino,& cinere non ſunt ordinis, ſed iuriſdictionis epiſcopalis: &
tamen non tranſit in capitulum,nec inferioribus committitur,ut
hic.uide tamen,de conſue.quanto, per glo.& Io.And.

*SVMMARIVM.*

1 *Eccleſia non conſecrata etiam polluitur,& qua pollutione, nu.2.*
*Pro ea effracta quis punitur, num.5.*
*Oratorium ſimplex ſecus.*
*Vniuerſalis uox, quodcunque,reſtringitur ad competentem materiam.*
2 *Pollutio,& ſanguinis effuſio, quæ polluat eccleſiam.*
*An per alterutram earum interdicatur eccleſia, num.3.*
*Pollutio quando ſit peccatum, ibid. num.2.*
3 *In interdicta eccleſia celebranti quæ pœna.*
*Eccleſia non conſecranda niſi aſſignata dote.*
4 *Epilogus,& additio gloſſarum, num.5.*
*Eccleſia non conſecrata æquiparatur conſecratæ, & in quibus, & num.6.*

CAPVT X.

1 SI eccleſiæ. Breue eſt[*Non † conſecrata*]
ad conſecrandum tamẽ
ædificata. & ideò deo dicata:ſecus ergo de
ſimplici oratorio. de hoc dixi,ſupra titu.1.
c.fi. [*Cuiuſcunque*] non dicit, ut includat bruta,quæ ſen-
ſu carent,ff.ſi quadru.pa.fe.dica.l.2. ſed ut omnes ho-
mines includat clericos,& laicos, hæreticos, & paga-
2 nos, ſecundum Hoſtien. De † his autem, quæ not.hic
Hoſtien.Pet.& Abb.quid, ſcilicet de occulta pollutio
ne,& quid de uxoria,quid de ſanguinis effuſione ca-
ſuali tene, quod no.infra eo.c.uno,lib.6.propter quæ
etiam dicimus, quòd nocturna dormientium pollu-
tio,licet quandoque ſit peccatum,ut 6.diſt.teſtamen-
tum, habet tamen generalis conſuetudo, ꝙ propter
illam non fiat reconciliatio,uel ſecundum Hoſt. con
ſulẽdus eſſet papa[*Suſpendantur*]inferebat per hoc Ho-
3 ſtien.quòd † eccleſia interdicta erat,dicens,quòd caue
re ſibi debebat celebrans à pęna, de qua, infra de cle-
ri.excom.mi.clerici,tu dicas, ut infra de ſenten.excõ.
is qui,lib.6. [*Conſecranda*] prius aſſignata dote, de hoc,
4 ſupra eo.ſicut. ¶ Prima † glo.arguit à minori,dat ſimi-
le.quęrit,arguit quod non,& contrarium ſoluit. ¶ Vl
ti.glo.quærit,arguit, & ſoluit,& ſolutioni ſignat con-
5 trarium. ¶ *In † glo.1.ibi.§.atrox*] uide de calum.c.1.ſuper
glo.2.[*ibi.§.ſacrilegium*] ad hoc reſponde.per no. ea.diſ.
c.ſacrilegium. Et quòd bene dicat gloſſ.patet,ea. q.ſi
quis domum, aliàs eſt uer.ſub.c.quiſquis. quòd tamẽ
ibi ſit principium ca.dicit Gratianus.11.q.3.§.euiden-
ter[*& in fine*] unde refert Hoſt. quòd per hæc iura Cle
mens. IIII. effractores eccleſiæ ſancti Clemẽtis Tre-
cenſis mandauit denunciari excommunicatos, licet
eccleſia conſecrata nondum eſſet, diuina tamen ibi
celebrantur. ¶ *In glo.2.ibi.per epiſcopum*] hoc tenet Hoſt.
& Io. de. ut refert Boa. [*& ibi,ſatis credo*] idem Egi. per
rationem,quę ſequitur,& per literã, Laucur, & per li
teram,Ne diuinæ laudis &c. ſuſpenderentur enim di-
uinæ laudis organa in expectatione epiſcopi.Item ex
quo ueniret epiſcopus,quare non conſecraret[*& ibi,
exorcizata*] ſecundum Hoſtien.ſupplet,Solenniter. nõ
6 † ſequitur,quòd ſi gaudet immunitate,eadem debeat
eſſe forma reconciliationis.cum enim plus peccaue-
rit uiolans conſecratam,ad eius & aliorum terrorem
maior ſolennitas requiretur. facit de ſenten. excom.
cum illorum,de ætate, & qualitate, cum bonæ.

*SVMMARIVM.*

1 *Continuatio tituli.*
*De celebratione miſſarum,ſacramento,euchariſtiæ,& diuinis officiis, quibus in aliis codicibus,& locis iuris agatur, nu.4.*
2 *Sacramenti euchariſtiæ miracula duo referuntur.*
3 *Si uinum in ſanguinem uiſibilem,uel hoſtiam in carnem uerſam uideat ſacerdos, quid agendum.*

## De celebratione miſſarum, & ſacramento euchari. & diuinis offi. Rub.

1 ¶Quia † in cõſecratione eccleſiæ ſolet & debet miſ-
ſa celebrari, ideo &c. uel quia in eccleſia conſecrata
celebratur miſſa,conficitur euchariſtia,& diuina offi
cia celebrantur, ideo &c. de prima & tertia parte, de
con.diſt.1,per totum,& q.5.conuenit,& duobus c.ſe.
91.& 92.diſt.per totum,& 15.diſ.in pal. quæ ſequitur.
c.ſancta.ſecunda pars habetur,de con. diſtin.2.per to-
2 tum,& reperitur in cle. Sciri † uolo, ꝙ duæ decretales,
ſcilicet ultima in titulo,de deci.in 1. compil. & ſecun-
da in titulo de pęniten.& remiſ.in compil. 2.ponebãt
duo miracula de Chriſti corpore. primum, quòd cũ
quædã fęmina illud haberet in arca,pars dimidia con
uerſa eſt in carnem, quare hoſtia illa portata fuit ad
parochialem eccleſiam, & propter oblationes obue
nientes fuit quæſtio inter epiſcopum Atrebaten. qui
de illis fecit eccleſiam reparari,& rectorem, qui dice-
bat illas ad ſe ſpectare,papa cauſam commiſit nil ſpe-
cificans,de modo diffinitionis.in decre.ſecunda præ-
dicta,fœmina quædam retenta in ore euchariſtia de-
dit oſculum uiro,putans per id plus ab eo diligi, quæ
poſtea in carnem conuerſa de ipſius ore trahi nõ po-

tuít,papa mandauit illam pęnitere, & operibus bonis
intendere, & pro ipſa orari, ſperās per id de ipſius ore
eucharistiam trahi poſſe,ſatis congruè cõpilator il-
3 las omiſit. Scias† autem,quòd ſacerdos, ſi uidet uinũ
uerſum in ſanguinem uiſibilem , uel hoſtiam in car-
nẽ,non debet illam ſumere, ſed mundè pro reliquiis
conſeruare:uel ſanguinem in baptiſterium proiicere,
& carnem cõburere,& cinerem ſeruare, uel in bapti-
ſterium ponere:hæc uide per Archi.poſt Lau.& Hug.
4 de con.diſt.2.de hac.de decretalibus† autem,quas ha-
bemus,conuenit primæ parti,de offi.Archidia.c.2.de
offi. archipresbyte.cap.2.& 3. quod facit etiam ad ſe-
cundam.Item de præben.ſignificatum, de cleri.æg.c.
2.de accu.ſi conſtiterit, de ſimo.accuſatum, & c. ſeq.
& c.tanta,de cleri.percuſ.c.2.& 3.de ſenten.excomm.
permittimus. Quod facit etiam ad ſecundam de priui
le.quoniam, lib.6. ſic & ultra rubricam tertiam, infra
eo.facit ad ſecundam partem decre.firmiter.§.vna,de
ſum.trinita. de cor.uici.c.fin. de his, quæ fi. à ma. par.
ca.c.1.in fi.de pœni.deus qui,& c.quod in te, & c.om-
nis. Et lib.6.de hæreti.ſuper eo,in fi.& clemen.de reli-
qui.& uene.capit.uno,de hære.ad noſtrum,uer. octa-
uo, de priui.c.1.in princ. Ad partem tertiam de ſeruis
non or. nullus, de immu.eccle.c.penul. de ſenten.ex-
commu. ueniens,& c.cum uoluntate,§.fi. Ad primã
& tertiam,de immu.eccle.decet,lib.6.de ſenten.excõ
municа.c.ult.§.adiicimus,& clemen.de priuile. c.2.de
ſenten.excommu. grauis.

*SVMMARIVM.*

1 *Matutinum quando inchoari, & quando expleri debeat.*
*Domino ſuo tributum ſeruus, & clericus penſum ſoluere tenetur.*
*Horas omnes interdum matutinum, & ueſpera includunt.*
2 *De horis ſeptem, & quare ſint inſtitutæ per eccleſiam.*
3 *Competentes quo tempore dicantur.*
4 *Scholares qui hic dicantur.*
5 *Horas quibus in choro dicere liceat, & quibus extra, & quomodo.*
*Extranei qui, & laici qui, hic intelligantur.*
*Moniales an & quem ordinem accipiant.*
6 *Presbyter, uel ſacerdos non debet abeſſe, ne quis abſque confeſſio-*
*ne, uel euchariſtia decedat.*
*Miſſam celebrare niſi ſemel licet ſacerdoti, excipitur neceſſitas.*
7 *Dies quomodo diuerſis horis incipiat, remittit.*
*Horæ nocturnæ quæ, & quæ diurnæ, & cur uigiliæ dicantur.*
*Et quando dicendæ, num. 9. & à quibus. 12.*
*Nocturnæ, cur numero multitudinis dicantur.*
8 *De noctis partibus quatuor ubi.*
*Laudes de quibus referendæ.*
*Officia in quos conferenda.*
9 *Epilogus, & additio gloſſarum. num. 10.*
11 *Miſſa quibus diebus & uſque ad quam horam celebranda.*
12 *Aetates ſeptem, & ubi de his tradatur.*
*In examinando, & approbando quot doctores requirantur.*
*Officium præſentium prodeſt abſentibus, uer. & dicit.*
*Horas omiſſas an & quis redicere teneatur, uer. ſed nunquid.*

CAPVT I.

1 PResbyter. Mane.Licet† in ma
ne debeat expleri,
debet in media nocte inchoari,ut in-
fra ſequitur,ſecundum Hoſtien.[*Pen-
ſum*] idem uer.4.diſtin.denique,& 45.
diſtin.omnis.Goffred.[*Seruitutis*] ſicut
ergo ſeruus tributum tenetur redde-
re domino ſuo,de cenſi.c.2.ſic & clericus tenetur hũc
a penſum ſoluere[a] domino ſuo[*Videlicet*] hic enumerat
5.horas.de una præmiſit, alteram ſupplebit,in fi. [*Ve-
ſperam*] interdum matutinum,& ueſpera omnes horas
2 includunt,ut no.92.diſtin.c.ulti. De† iſtis autem.7.ho
ris,& quare ſic fuerint per eccleſiam inſtitutę,collige
per hos uer. In matutino dãnatur tempore Chriſtus.
Quando reſurrexit,primam canit ordo fidelis. Tertia
cum canitur,tunc eſt cruci anima paſſus.Sexta ſunt te
nebræ per mũdi climata factæ.Emiſſus nona,diuinus
ſpiritus hora. Veſpere clauduntur Chriſti ſacra mem
bra ſepulcro. Chriſto biſſena cuſtodia ponitur hora.
3 Goff.[*Competentibus*] illæ ſunt† horæ competentes,qui-
bus melius creditur populum,qui cõuenire debet ad
eccleſiam,acceſſurum ad officium audiendum. aliàs
ſi non ſperatur aduentus populi,ipſas horas hoc mo-
do dicere non tenentur. Alii dicunt, ꝙ etiam ſi non
ſpectetur aduentus populi,ſemper tenentur clerici di
cere officium ſuis horis, ut ſint excuſati ſecundum In
nocen.& hoc ultimum tutius ſecundum Hoſtien. Et
dic [*Competentibus*] ut ſcilicet hora officii reſpondeat
horæ diei,nec reciprocè,ſed gradatim.de offic.archi-
4 presby.capitulo ſecundo[*Scholaribus*] id eſt† canonicis,
ſiue clericis, & per hoc facient ſine ipſo , quando ipſe
occupatus eſt , ſicut autem ſcholares per magiſtrum
inſtruũtur,& illum reuerentur, & ei obediunt, ſic iſti
à presbytero inſtrui,& ipſum reuereri,& ei obedire te
nentur.Inde dicuntur ſcholares.Nam & Romana ec-
cleſia uocat ſcholam quoſdam clericos deputatos ad
pſallendum,quãdo papa celebrat,quod uidetur Gre-
gorius reprobare.92.diſtin. capitulo primo, & ſecun-
5 do [*Compleantur*] ut† dicit Hoſtien.omnibus clericis e-
tiam ſimpliciter tonſuratis licitum eſt intrare chorũ,
& officiare cum aliis,arg.23.di.pſalmiſta.Exceptis illis
eccleſiis,quæ per ſpeciale ſtatutum, uel antiquam cõ
ſue. infra chorum extraneos non admittunt. Omnes
autem etiam de eodem uico oriũdi, niſi ad hoc cum
ſolita ſolennitate ſint recepti,extranei reputantur, ad
hoc,de ſup.ne.præl.c.2.C. de iure do.l.fi.§.ſimiliq;. C.
de re.uxo.ac.l.una,§.uideamus,ad fi. Laici verò etſi in
ſilentio dicere poſsint orationes,& pſalmos, qui dicũ
tur in horis,non tamen debent dicere, Dominus uo-
biſcum.idem cõſuluit.G.clerico excommunicato di-
b centi horas[b] in Spe.titu.2.§.iuxta.B.uer.quid ſi excõ-
municatus celebrat,ſed dicere poſſunt, Domine exau
di orationem meam. Nil etiam debent dicere in mo-
dum officii , arg.11.q.3.ſi quis epiſcopus , & ſeq. quia
non ſunt uocati in ſortem do. unde nec debent ſacra
miniſteria contingere,nec cum aliis clericis officiare
2.q.7.§.de his,& patet,de ui.& ho.cleri.c.1.Laicos, in-
tellige ſm Ho.etiam templarios, & hoſpitalarios,nec
non Ciſtercienſes fratres minores,& alios conuerſos,
qui clerici non ſunt,arg.in eo, quod le.& no. de deci-
mis,ad hoc, & c.quamuis.Moniales uerò literatæ etiã
cantando & ſolenniter dicunt officium : quia & poſ-
ſunt dici accipere aliquem ordinem in benedictione,
ſiue conſecratione ſua.unde aliquæ ex eis fiunt diaco
niſſæ,uigeſimaſeptima, quæſtione prima, diaconiſſa.
Is tamen ordo,& ſi ſufficiat ad dicenda diuina officia
non tamen eſt de ſeptem ordinibus eccleſiæ , ſecun-
dum Innocen.Nec dicit talis diaconiſſa,Dominus vo
biſcum,nec euangelium ſolenniter legit in miſſa,nec
miniſtrat altari, de cohabitatio. clerico. capitulo pri-
mo, in fine , quamuis in matutino legat homeliam,
quod ex cauſa deuotionis,religionis,& conſolatione
fragilitatis ſexus concedit eccleſia , ſicut diſpenſat cũ
depoſitis,& irregularibus quandoque,ut lectiones le
gant, & reſponſoria in choro ſeparatim cãtent, quod
de rigore prohibetur,infra de homi.ſicut,§. clericos.
De monacis, & aliis religioſis clericis dubium nõ eſt,
quin poſsint in eccleſia cum aliis clericis diuina ſo-
lenniter celebrare. Hoc enim omnibus clericis licet,
niſi ob.conſuetudo cõtraria,uel ſtatutum,ſicut Lug-
du.1. Vien. Pariſiis, & ferè in omnibus cathedralibus.
cc-



eccleſiis regni Franciæ, in quibus nullus admittitur
ad ſolenniter cantandum cum aliis, niſi ſit clericus
eiuſdẽ chori,uel epiſcopus inuitatus: ſed, ut dicit Ho-
ſtien. aliqui magni principes ſeculares totum diuinũ
officium ſibi in capellis celebrari faciunt,& quando-
que ſolennius, quàm prælati, & ipſimet dicũt omnes
horas,quam deuotionem Hoſt.non improbat,dum-
modò ſacerdoti curato, uel alii nullum ex hoc præiu
dicium generetur. Ad hoc de priuile.cum capella,de
6 decimis,tua nobis[*Viſitatis*] ne† quis ſine confeſsione
uel eucha.decedat. de of.archipresb.c.3.§.debet.Hoſ.
[*Iterum*] Iſtud denotat, ꝙ iã ſemel celebrauerat,ſemel
intelligas non ſumpto uino perfuſionis, quod dic,ut
infra eo.ex parte, imò & ſi alius ſacerdos eſſet paratus
iſte duas miſſas non dicet , cum ſolùm hic neceſsitati
ſuccurrere uelit,quod dic,ut infra eo.conſuluiſti, ſm
Hoſti. [*Propheta*] Dauid in pſalmo. 138. uer.principes
7 perſecuti ſunt me gratis[*Die*] naturali. quomodo† di-
uerſis horis dies incipiat , not.de fer.c.2. [*Nocturnis*] in
plurali dicit,quia ſunt tres, ſcilicet matutinum, quod
dicitur media nocte.prima,quæ ſecundum hoc dicẽ-
da eſt in diluculo, licet aliqui ſtatim poſt matutinum
illam dicant, quæcunque ſit hora, quod etiam ſeruat
capellania papæ;& pro his faciat hoc plurale.& com-
pletorium,quod in crepuſculo dicendum eſt, uel ali-
quantulum poſt , licet eccleſiá Gallicana ipſum dicat
ſtatim poſt ueſperas.Alii de magna nocte,& maximè
religioſi,qui conuentum non ſequuntur , ſed habent
intendere negociis,& uolũt ſeruare regulam, ne poſt
cõpletorium loquatur.Tertia uerò,Sexta, Nona, ve-
ſpera ſunt horæ diurnæ. Et dicit Hoſt. illas horas dici
uigilias:quia quando dicuntur, illis inuigilandum eſt
non torpendum,nec etiam melodia cantus ſufficit ſi-
ne corde.92.di.1.& 2. & ſic intelligit, quod de uigiliis
dicitur.91.diſt.§.1.& capitulis ſequen.[*Vigiliis*] de qua
8 tuor † partibus noctis, not.1.q.1.ſuperueniente[ *Ait*]
pſal.118.uer.portio mea[*Laudes*] de beneficiis præſen-
c tibus,& præteritis, non de futuris[c], ut no.97.diſtin.c.1.
fortius tamẽ aſtringunt præterita.Tullius,lib.1.de of-
ficiis.Si in eos, quos ſperamus nobis profuturos, non
dubitamus officia conferre , quales in eos eſſe debe-
mus,qui iã profuerunt[*Referamus*] ſumuntur hæc uer-
ba ſecundũ Hoſt.ex regula ſancti Benedicti.16.c.qua-
9 liter diuina opera per diem agantur.¶ Prima† glo.re-
ſpondet per ob.& ſoluit. ¶ Vlt.glo. dat.7.exempla,de
10 ſeptennario. ¶ [*In† glo.1.ibi, dimittat*] Ala.& hoc etiã ſer-
uant papa,cardinales, & epiſcopi ꝓ magna parte quò
ad horas dicendas ſimul,uſque ad 6.& uſq; ad nonam
incluſiuè: quia his expletis habent multa expedire, &
in his melius eſt præuenire,quàm præueniri, maximè
qa prima hora eſt ad hoc aptior,& deuotior,ad hoc,
ff.de uerb.ſig.l.2.§.uno.Hoſt.[*& in fine*] fertur miracu-
losè de quodam ſancto Eremita,quem deficientibus
eleemoſynis paſcebat angelus, quod tempore uuarũ
interdũ portabat ſibi bonas uuas, interdum agreſtas,
interdum marcidas , quod cum Eremita quæſiuiſſet
ab angelo huius diuerſitatis cauſam, reſpondit ſe bo-
nas deferre,cum congruo tempore horas dicebat, a-
greſtas,cum præueniebat,marcidas,dum tardabat:&
erat hoc ideo, quia Eremita occupationibus inuolu-
tus non erat.¶ [*In gl. 2.in fine*] hoc maximè in cathedra
libus , & conuentualibus eccleſiis obſeruatur, ſecun-
dum Hoſtien. ¶ [*In glo. de con. in fine*] de teſti.c.1. ¶ [*In glo.
11 miſſam, in fine*] habet generalis† conſuetudo ſecundum
Hoſtien. quòd omni die celebrari poſsit miſſa, uſque
ad 6.ad hoc.44.diſtin.non liceat.In uigiliis uſq; ad no-
nam.In ſabbatis quatuor temporum, uſque ad ueſpe
ram:aliqui tamen pręoccupant horam etiam in ordi
nationibus, quod corrigendum eſſet, licet poſsit tole
rari, cum & Romana eccleſia hoc faciat , ſecundum
12 Hoſtien. ¶ [*In glo.ult.ibi.7. ætates*] ſeptima† dicitur quie-
ſcentium.8.reſurgentium:unde propriè ſunt.6. ut no.
in procœmio Sexti,ad fi. [*& ibi, diaconi*] ſic requirũtur.
7.doctores in examinando,& approbando,C.de pro
d feſ.& medi.ſi quis,lib.10.& no.eo.titu.magiſtros[d] [*&
ibi, non teneantur*] præcipuè , ſi non ſunt in aliqua eccle-
ſia intitulati,arg.92.diſtin. c.ulti. ubi de hoc. Hoſt.ue-
rò exponit [*Presbyter*] id eſt ſacerdos,diaconus,vel ſub
diaconus,uel quicunque beneficiatus , ut largè ſuma
tur,de cohabi.cler.c.2. Si enim conſtitutus in ſacris te
netur , licet non ſit beneficiatus, in quo dicit nullum
diſcordare,ad quod inducitur,quia ordinandus ad ſa-
cros in ordinatione monetur , ut ſi fuit ad eccleſiam
tardus,fiat uelox:ſi ſomnulentus,fiat uigilans,& ſecũ
dum hoc illa litera, quæ habetur.92.diſtin.c.fi. eccle-
ſiæ deputatus reſpicit ſolum illud uerbum , clericus ,
cui annectitur, non autem quod procedit de presby-
tero,& diacono.Si ergo redeundo ad uerba Hoſti. te-
netur conſtitutus in ſacris non beneficiatus , multo
magis clericus , quantuncũque ſimplex beneficium
habẽs,de cleri.con. quod à te,& capitulo diuerſis.Di-
cebat tamen Pet.de.& Abb.hic,quòd clericus in mi-
noribus beneficiatus abſens ex cauſa probabili, pu-
ta ſtudiorum,excuſetur à horis dicendis, ſi in eccleſia
faciat eas dici per ſubſtitutum , & iſta decre. non ob.
quæ loquitur de ſacerdote,qui tenetur & ratione or-
dinis , & ratione beneficii. unde dixit Innocen. quòd
quilibet clericus etiam non in ſacris debebat ſingulis
diebus officium dicere , uel audire, & ſi beneficiatus
eſſet, officiare debebat eccleſiam cum aliis.92.diſt.c.
fi. Occupati tamẽ forte circa adminiſtrationem tem-
poralium excuſari poterant ab eccleſia officianda,dũ
modo equitando, uel alio modo dicant horas. Et di-
cit Hoſtien. quòd ſicut abſentis miniſterium tempo-
raliter prodeſt his,qui ſunt in eccleſia,ita & illis abſen
tibus ſpiritualiter prodeſt officium præſentium. facit
ſupra de cleri.non reſiden.cum dilectus,unde reſiden
tes cenſentur,eo.titu. ex parte.In magnis uerò feſtiui-
tatibus debent ſemper eſſe clerici in eccleſia , niſi ex
magna cauſa excuſentur, ſeptima,quæſtione prima, ſi
quis in clero,de con.diſtinctione prima, ſi quis extra.
De infirmis autem dixit, quòd excuſantur à dicendo
& etiam ab audiendo, ſi talis eſt infirmitas, in qua di-
rectò,uel occaſionaliter timeretur obeſſe , ſi celebra-
tioni diuinorum intereſſent , ut talibus infirmis non
ſit lex poſita, de obſerua. ieiu. conſilium,§.fina.Secus
ſecundum Hoſtien.ſi eſſet uetus quartana,uel alia de
bilis infirmitas , qua non obſtan. ſua negocia procu-
raret,ff. de re iudica.quæſitum,ad finem. Sed nũquid
poſt conualeſcentiam tenentur dicere , quas omiſe-
runt? uidetur quibuſdam , quòd ſiue ex neceſſitate,
uel ex uoluptate , uel ex accurata negligentia omiſe-
rint, non peccent non reſumendo.Sed de peccato o-
miſsionis eſt eis pœnitentia indicenda:& ſatis eſt con
ueniens , quòd ſacerdos imponat ei pœnitentiam in
eo, in quo deliquit, ſcilicet in officio omiſſo redicen-
do, uel commutet in aliam pęnitentiam, ſi magis cre
dit proficere.Idem dixit Hoſtien.ubi tanta eſt diuerſa
rum horarum multitudo, quòd quaſi impoſsibile eſ-
ſet eam redicere,ad hoc, ff.de regulis iuris, impoſsibi-
lium, de pact. capitulo fina. Si uerò tanta fuiſſet infir-
mitas,ut ex toto impediat laborantem ad horas dicẽ-
das,tunc ſecundum Hoſtienſem , nec tenetur redice-
re , nec pœnitentiam agere, ad hoc, de cleric. non re-
ſiden. ad audientiam . Si tamen ad cautelam hoc fa-
cere uelit, commendandum eſt.Secus, vbi finxit, quo
caſu pœnitere tenetur , ut eſt dictum . adde quod di-
xi,infra eodem dolentes. Libenter uiderem, quòd fa-
uore ſtudii ſtatueret eccleſia , quod clerici ſaltem in
minoribus tantum beneficiati, ſaltẽ non curati, occu

pati bono zelo ad ſtudium tenentes uicarium excu-
ſarentur ab horis dicendis, dicendo officium beatæ
uirginis.

ANNOTATIONES.

a ¶Soluere. Nec iuuat præſcriptio, ſicut nec in cenſu, ut no. de reli.
domi. conſtitutus, per Io. And. in gl. non cenſum, & plenius, uide
C. de præſcrip. 30. anno. comperit.
b ¶Horas. Ad quas an teneatur, uide in c. 2. de cle. excom. in gl. qua
ſi in officio, & per Hoſt. in ſum. de ſen. excom. §. fi. de excommu-
nicato minori ibi in uerſiculo, ſed nunquid ligatus, & Guil. in
Spe. de le. §. iuxta, uer. quid ſi excommunicatus.
c ¶Futuris. A futuris tãtum periculis orare poſſumus nos liberati;
ut in oratione miſſæ ibi, libera nos domine &c.
d ¶Magiſtros. Vbi uide Bart. & ſcis, quòd approbatio ſcholaris non
ſtat in doctoribus, ſed ſolum teſtificatio ſufficientiæ, uel inſufficiē
tiæ, & Archid. uel epiſcopus approbat. uide docto. & maxime. d.
Bart. de Saly. in l. nulli, C. de aduo. diuerſo. iudi.

*SVMMARIVM.*

1 *Propter miſſam ſpecialem miſſa de feria dimittenda non eſt, excipi
tur, num. 3.*
2 *In ſanctos reuerentia ad trinitatem principaliter referenda inuoca
ti pro nobis interpellant apud deum.*
3 *Miſſam ſi quis dicat, ut aliquos perdat, conficit, ſed & qualiter pu
niendus.*
4 *Epilogus, & ſuppletio gloſſarum. num. 5.*

CAPVT II.

1 QVidam laicorum. Caſus. Pro
pter† miſsã
ſpecialem miſſa de feria dimittenda non
eſt. ſecunda ibi, & ideò [*Laicorum*] & clerico
rum, quinimò & prælatorum ſm Hoſt. [*Singulos*] qua-
ſi pro nullo feſto hoc præterirent, nec uidetur eis, ꝙ
miſſam audiant, niſi illam audiant, & hoc reprehen-
dit [*Euangelium*] credentes, ut dicunt uetulæ, ſe die illa
ſine pęnitētia non poſſe decedere. Abb. [*Michaele*] uel
aliis ſanctis, in quos deuotionem ſuam ſpecialiter fi-
xerunt [*Concilio*] ſi. de ſuc. ab inte. c. 1. [*Suo tempore*] ſ. in
2 proprio feſto [*Trinitatis*] no. totam† reuerentiam, quã
habemus ad ſanctos, ad trinitatem principaliter refe-
rēdam. Sine ipſa enim ſancti nil poſſent. Deus enim ſe
pro nobis hoſtiã obtulit. ipſe igitur adorandus, & orã
dus eſt, qui per ſe poteſt nos exaudire, quod alii ſan-
cti non poſſunt: ſed inuocati pro nobis apud eum in-
terpellant, Inn. & Hoſt. uide quod no. de hoc plenius
in clem. de reliqui. & ue. ſan. c. uno, in glo. magna, in 4.
membro [*Deuotione*] puta ut debeat meliores habere
ſegetes, Inn. ponit hic Innoc. de his, qui ex deuotione
uirginis plus putant peccare deierando, cum per eam
iurant, quàm ſi iurent per deum. cõcor. quod dicam,
3 de male. c. 2. in prin. [*Cantentur*] ſup. & non† ſit ibi niſi u-
nus ſacerdos: aliàs peculiarem poſſet in ſecreto, & ēt
aliam audire, de con. diſt. 1. hoc quoque [*Viuorum*] Si
dicat quis miſſam, ut deus aliquos perdat conficit, ut
no. 1. q. 1. dictum, in vlt. glo. deponi debet, tamen. 26. q.
5. quicunque [*Defunctorum*] quaſi celebrando pro ui-
uis celebret etiam pro defunctis, & è conuerſò. ¶Se-
4 cunda† glo. cauſam reddit. dat unum ſimile, & arguit.
5 ¶[*In† gl. 1. in fi.*] Vin. uel. i. quas ſibi appropriant, Inn.

*SVMMARIVM.*

1 *Miſſam in die quoties celebrari liceat, nu. 3. 4. & 5. cur tres in die
natalis domini celebrentur, num. 3.*
2 *Epilogus, & additio gloſſarum, num. 4. 5. & 6.*
*Sol iuſtitiæ, quando dicatur oriri, in fine.*
4 *Miſſam diei, qui dixit, celebrare poteſt pro defunctis poſtea, non
contra, & ratio.*
5 *Epiſcopum abſque miſſa celebranda, uel audienda non decet ullum
diem præterire.*
*Euchariſtiæ partem qui ſumit, totum ſumere dicitur, & ratio.*
6 *Eam in tres partes licet diuidere celebranti, unam ſibi, & reliquas
quibus diuidat, ex conſuetudine Roma. eccleſiæ.*

CAPVT III.

1 COnſuluiſti. Breue eſt [*Vnam*] nec
Augu. approbat† unã
in die celebrari, de con. diſt. 2. quotidie. Io.
2 ¶Prima† glo. reſpondet per quæſtionem,
quare in natali dicãtur tres miſſæ. ſoluit, & ponit uer.
3 ¶Secunda glo. quærit, & ſoluit. ¶[*In† glo. 1. ibi, nocte ſan-
cta*] ubi de hoc [*& ibi, propheta*] Iſa. 9. A [*& ibi, tenebris*]
& officium legitur de generatione Chriſti, Dominus
dixit ad me. Vin. [*& ibi, hodie*] & prophetia, ſpiritus do
mini &c. [*& ibi, natus eſt*] & epiſtola, Multifariè [*& in
fine*] T. uel aliter. prima miſſa deſignat generationem
æternam, quæ occulta eſt, & ideo in nocte celebratur
prima miſſa. Secunda ſignificat natiuitatem natura-
lē, ſcilicet ex muliere, & quia ex uirgine, ideò partim
naturalis, partim occulta. ideò celebratur in mane.
Tertia ſignificat generationem ſpiritualem, quæ fit ꝑ
gratiam: & iſta in tertia: Quia clareſcit, & ex ſtudiis eo
rum cognoſcetis eos. Oritur enim ſol iuſtitiæ, cũ con
uertitur malus, & quicunque facit uoluntatem pa-
4 tris &c. Vincen. ¶[*In glo. 2. ibi, moriatur*] Dicit Pet. ꝙ† ha-
bet conſuetudo eccleſiæ, ꝙ qui dixit miſſam de die,
celebrare poteſt poſtea pro defunctis, ſed non è con-
uerſò. Ratio; quia à defunctis nullus regredit, & ideo
celebrata miſſa defunctorum non celebratur illa de
die, ſed omnes tendimus ad mortem. vnde celebrata
miſſa diei celebrari poteſt pro defunctis, & facit pro
a hac conſuetu. 11. diſtin. eccleſiaſticarum[a] [*& ibi, utilita
tis*] non dicit, lucri, & ponderat utilitatem, uel conſo-
lationem audientis, uel alterius nõ celebrantis, ut pa-
tet in exemplo. Pone etiam, ꝙ deeſt euchariſtia ad o-
pus infirmorum, quod perpendit presbyter ante per-
fuſionem, & nouiter eſt ſibi nunciata infirmitas paro
5 chiani [*& ibi, perſona*] puta† epiſcopus, quem abſq; miſ
ſa celebranda, uel audienda ullam diem tranſire non
decet, de priuile. c. ulti. lib. 6. [*& ibi, Audire*] ſup. & non
ſit alius paratus ad celebrandum, & ille ſit ieiunus, ſu-
pra c. 1. infra c. 2. unde dicebat Hoſt. ꝙ propter defun-
ctos, propter peregrinos, propter hoſpites, propter cõ
meantes, propter infirmos, propter raritatem presby-
terorum, cũ unus duabus præeſt eccleſiis, & propter
duas miſſas proprias, quæ quandocunq; concurrũt,
ut dicam, infra eo. cum creatura, licet eidē plures miſ
ſas celebrare: aliter non, ut hic, & ibi [*& in fine*] Si tamē
6 de tribus† partibus euchariſtię ſumit unam, diaconus
& ſubdiaconus, qui miniſtrat, reliquas duas, dicitur
totum ſumere, cũ ſit indiuiſibile, & hoc approbat cõ-
ſuetudo Ro. eccle. in qua papa publicè celebrans ſu-
mit dimidiam hoſtiæ: reliquã diuidit diacono, & ſub-
diacono, cardinalibus miniſtrantibus. Hoſt.

ANNOTATIONES.

a ¶Eccleſiaſticarũ. Et forte hac de cauſa in canone miſſæ prius ora-
tur pro uiuis, poſt pro defunctis ibi, Memēto etiam famulorum.

*SVMMARIVM.*

1 *Decretalium partes diuiſæ, ut congruunt titulis, exemplum huius
hic, & ex initijs, & perſonis eiſdem cognoſcitur, ut hic, & alibi
ſæpe.*
*In miſſa commemorationis licet dicatur propria præfatio, non ta-
men dicitur Hymnus, & Symbolum.*

Pro-



*Profeſti dies qui.*
*Romana eccleſia ſequenda, in fin.*
2 *Epilogus, & ſuppletio gloſſarum. num. 4.*
*In cælo non eſt peccatum, ſed quæ.*
*In terra quæ.*
*Pax imprecanda, & in quibus.*
4 *Beatæ Mariæ uirginis miſſæ præfationes quot, §. 1.*
*Eius laus, gloria, & reuerentia quæ.*

CAPVT IIII.

1 COnſilium. Pars† de obſer. ieiu. con-
ſiliũ. & hoc dicit. In miſ
ſa commemorationis, licet dicatur ꝓpria
præfatio, non tamen dicitur hymnus, nec
ſymbolum, & cauſam redit. 2. pars ibi, Inquiſitioni
[*Pro feſtis*] præter id, quod dicit gloſſ. poteſt exponi
cum Hoſt. ideſt quæ pro feſto ſumuntur, & feſtinãtur
ac ſi feſtum eſſet. hoc faciunt multi in feria ſecunda ꝓ
defunctis, in 3. de angelis, uel trinitate. in 4. de ſancto
Nicolao. in 5. de ſpiritu ſancto. in 6. de cruce. in ſabba-
to de domina noſtra, & hæ poſſunt dici peculiares, de
quibus, ſupra c. 2. [*Apud nos*] hoc ſequendum eſt, ſupra
2 de tempo. ordi. c. 2. ¶[*In† glo. ult. ibi, illud*] §. minus autem
3 tribuere uidetur, & ſi nihil tributum ſit. ¶[*In† glo. 2. in fi
ne*] Ioan. Lucæ. 2. de hoc Inno. dicit Hiero. ad Theodo
ram. B. In cœlo, ubi non eſt peccatũ, gloria eſt, & laus
perpetua, & indefeſſa præconia: in terra autem, ubi ſe
ditio, bella, atque diſcordiæ, pax imprecanda eſt, non
in omnibus, ſed in his, qui bonæ uoluntatis ſunt. ¶[*In
glo. præfatio, ibi, reliquos*] nouem ſcilicet [*& in fine*] T. & ſi
plures inuenerit, eas deleas, cum iſtæ tantum ſint per
Ro. eccle. approbatæ, Hoſtien. ¶[*In gl. ult. in fine*] La. & ſ.
de his, quæ fi. à præla. cum apoſtolica. facit quod dixi,
de ſi. licet Heli, in glo. ſic ſupra, uel dic ſecundum Ho-
4 ſti. ꝙ† iſtud, Regularius, ponitur propriè propter lau-
des, & matu. de domina noſtra, in quibus de commē-
dabili deuotione dicimus, Te deum, & meritò, ut ali-
quid habeat propriũ, quod enim ſibi fit, deo fit, hinc
Bernar. manifeſtum eſt indiuiduam matris, & filii
gloriam, & commune utriuſque eſſe præconium, cu
ius diffinitio omnem ſuperat intellectum. idem reue
rentia, quæ matri debetur, etiam illi, qui eam talem fe
cit, ut uirgo, & mater eſſet, exhibetur.

*SVMMARIVM.*

1 *Sacerdos poſt receptum ſacramentum utrum manus debeat perfun-
dere, & quo.*
*An ſi perfuſionem ſumpſerit, poſſit eadem die iterum celebrare,
num. 2. 3. & 6.*
3 *Communicati aliquid ſanguinis relinquere in calice non eſt lici-
tum.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum. num. 6. & 7.*
*Ad medicinam tenetur ægroto, qui debet alimenta.*
6 *Euchariſtiam ſumere an medicina, & quæ alia impediant, & ſup.
num. 2. & 3.*
*Miſſam celebraturo quantum temporis abſtinendum.*
7 *Innocentius pontifex eiuſdem nominis tertius ſcripſit de miſſarum
myſterijs.*

CAPVT V.

1 EX parte. Pars de obſer. ie. cap. 1. & eſt
breue & dicebat hic Hoſt. ꝙ
† quatuor erant hic quæſtiones, utrum ſa-
cerdos poſt receptum ſacramentum de-
beat manus perfundere. ſecunda quo liquore. 3. an
perfuſionem illam ſumere debeat. 4. an ſi ſumpſerit il-
lam, poſsit eadem die iterum celebrare, & ad hæc om
nia reſpondetur, ponit autem dictum, à quo excipit
ibi, Niſi, & cauſam ſubdit ibi. Ne ſi [*Perfundere debet*] &
uinum perfuſionis bibere, aliàs non habet locum ex
2 ceptio, niſi &c. an† uerò is, qui uinum nõ poteſt bibe-
re, poſsit promoueri, not. 1. quæſtione 7. ipſi apoſtoli
[*Si forte*] ideſt qualitercunque, ſiue quia non ſpera-
bat celebrare, ſiue quia tradidit obliuioni, unde non
coniungitur cum uer. impediret, ſed cum uer. accipe-
ret, uel aliter, ut dicit gloſſ. dicit autem Hoſtien. hoc
locum habere etiam in miſsis natiuitatis, de quibus,
ſupra c. cõſuluiſti. ut ſcilicet ſi perfundit, & bibit poſt
primam, non celebret ſecundam, nec tertiam, ſi poſt
ſecundam, nõ celebret tertiam, & dicit, quòd aliquos
magnos hic uidit errare [*Perfuſionis*] dicit Inno. quòd
3 †non reprobat conſuetudinem Ciſtercienſiũ, & quo
rundam aliorum, qui poſt aſſumptionem ſacramen-
ti aliquid de ſanguine dimittunt in calice, ut ſuperpo-
natur uinum purum, ad hoc, ut & poſtea communi-
cantes poſſint inde aliquid ſumere. hoc non eſt illici-
a tum[a]: quia etiam non ieiunis, ſed infirmis in caſu ne-
ceſſitatis datur: hoc etiam fit ex iuſta cauſa: quia non
eſſet decens, uel ſecurum tantum ſanguinem confice
re, qui ſufficeret omnibus de conuentu: tamen, ut di-
cit Hoſt. poſt talem potum non liceret celebrare, inf.
eo. cum Marthæ, §. quæſiuiſti, & ibi etiã dicam in ma-
4 gna gl. ¶Vlt.† glo. reſpondet. per quæſtio. quare dicat,
forte, & dupliciter ſoluit. Secundò quid de illo, q ſum
pſit medicinam, & ſoluit, in fin. quærit, & ſoluit, & po
5 nit opinio. Hug. ¶[*In† glo. ult. ibi, ut ieiuni*] de hoc, de con
ſe. diſt. 1. ſacramenta [*& ibi, quod in dubijs*] ſolue, ut ibi
dixi, ſuper ult. glo. [*& ibi, alimenta*] is tamen, qui tene-
tur ad atimenta, tenetur ad medicinam neceſſariam
ægroto, de hoc in ſpec. qui fi. ſint legi. uer. ſed nũquid
6 is, qui [*& ibi, non eſt† uerum*] etiam ſi tantum modicum
aquæ calidę, uel frigidę receperit, cum aqua ſit potus.
& dicunt experti, ꝙ plus uiueret homo bibēdo ſolam
aquam, quàm ſolum uinum. Hoſt. procedunt autem
hæc in reuerentiam ſacramenti, cum aliàs ieiunium
abſtinentiæ non frangatur per medicinam, ut dicam
de obſer. ieiu. ſuper rubrica, ad fi. [*& ibi, digeſtus*] ſufficit
forte, ſecundum Hoſ. tantum quieuiſſe, quantum eſt
de prima, uſque ad ſextam, uel à tertia uſque ad ueſpe
ram, ut innuit canon, quem ſtatim alle. de hoc remit-
tit Hoſt. ad ſum. eo. titu. §. qualiter, quidam per decre.
conſuluit, ſupra de officio delega. dicunt, quòd abſti-
nuiſſe debet poſt mediam noctem, cum tũc incipiat
dies [*& ibi, malè faceret*] unde & deponi poſſet, de accu
ſa. ſi conſtiterit [*& ibi, conficit*] idem Baz. & Ioan. Vin-
cen. Phi. Goff. Hoſt. [*& ibi, liquido*] ubi de hoc [*& in fi-
ne*] ubi de hoc, in ſuperſcriptione [*& ibi, quondam*] nunc
erat in monaſterio Claræuallis. Ioã. unde in deciſa de
prin. dicebatur, ꝙ iſte renunciauerat officio Marthæ,
& elegerat ſolitudinem Mariæ [*& ibi, commendatur de
ſcientia*] Idem de quæſtionibus formatis non ad ciui-
le, uel temporale commodum, ſed ad animarum pro
7 fectum. Scias, quòd huius† decre. auctor, in lib. quem
compoſuit de miſſarum myſteriis, parte quarta, proſe
quitur materiam primæ & ſecũdæ quæſtionis, quam
ibi facile per rubricas inuenies.

ANNOTATIONES.

a Eſt illicitum. Quaſi dicat, iſta commixtio non facit uinum in ſan
guinē tranſire, & ſic ſumunt uinum cum ſanguine, & ſic non ieiu
ni, & uide infra eo. cum Marthæ, in glo. 1. circuntectum.

*SVMMARIVM.*

1 *Canonis miſſæ uerba unde accepta credere debeamus, & q̃ ſint, n. 2.
quot de cauſis dicatur ſecretè, n. 3. eius expoſitio. n. 5. 6. nõ nocet*


*inſer-*

*Inſertio uerborum, & quorum, num. 10.*
*Diuiſio decretalis.*
2 *Canon diuerſis modis accipitur.*
3 *Mandati uerba diligenter attendenda.*
4 *Ieſus quæ fecit, non omnia referuntur,*
*Exanime, ideſt ſine anima.*
*Argumentum à minori ad maius ualet, num. 5.*
5 *Minoribus ſi aſſurgis, tanto fortius maioribus.*
*Teſtamentum fit dupliciter.*
6 *Sacramentum unde dictum.*
*Myſterium, miniſterium quid.*
7 *Subtilitas hic commendatur.*
*Panis, & uinum in miſſa conſecrandi ex quo conficiendi.*
*In quod tranſubſtantientur, nu. 8. 9. 32. per quæ uerba, num. 17. & 21. & a quo eo. num. 21. & facta tranſubſtantiatione, quid ſic tunc de eorum ſubſtantia, nu. 15. & 32. & 34.*
*Vinum quod dicatur.*
*Acetum quod.*
8 *Scholaſtici qui dicantur.*
*In ſacramento altaris uinum, & aqua offerendum, & quid ſi uinũ tantùm offeratur, quid ſi tantum uinum, & utriuſq; quantitas quæ eſſe debeat, nu. 9. 11. 12. & ſequentibus uſq; ad 19. & nu. 22. an aqua cum uino in ſanguinem conuertatur, nume. 13. 14. 15. 16. & 17.*
9 *Sub eorum utraque ſpecie Chriſtus integer eſt.*
13 *Et, & cum, particulæ an idem ſignificent, num. 14.*
*Dinum in digeſta iuris, & Iacobum de Ra. citat.*
14 *Prouiſio facienda de dignitate eccleſiæ cum canonicatu, & præbenda, ſi conceſſa ſit, an canonicatum & præbendam habere poſſit, non uacante dignitate.*
*Separatio an fiat coniunctim conceſſorum.*
15 *Mixtio ſpecierum quomodo à philoſophis, & quomodo ab eccleſia conſideretur, nu. 17. & 18.*
16 *Madidare quid.*
17 *Sanguinis receptio qualiter à ſacerdote facienda.*
*Perfuſio, uel ſuperfuſio ab eo poſt receptionem eius quanta, & quotuplex eſſe debeat,*
*Impedit ſecundæ miſſæ celebrationem, num. 15. ad uerb. Remanet.*
*Ieiunus quis non cenſetur ei aquæ potu, ibid.*
18 *Philoſophorum dicta ſunt naturalia, & quare hic non recipiantur, & ſupra num. 15. & 17. & infra 19.*
*Conſecratum quando trahat ad ſe non conſecratum, & ſup. nu. 17.*
19 *Accidentia uariantur naturaliter eodem manente ſubiecto, contrarium uerò in ſacramento altaris.*
20 *In Chriſti corpore quæ miracula, in quibus rationes deficiunt, ſimilitudines autem ſeruiunt, & quæ.*
*Natura cedit miraculo.*
21 *In ſacramento altaris, ut in alijs ſacramentis, eſt materia, & forma tria ſunt in eo, & quæ, cum ſimili. num. 33.*
*Conuerſio omnis lege naturali formalis eſt, ſecus autem diuina uirtute.*
23 *Aqua uino mixta quid ſignificet, & quæ aliæ ſint eius ſignificationes.*
24 *Secreta, quid in miſſa.*
*Antiquitas non ſemper ſeruatur.*
*Sacramentariorum nomine, quid hic denotetur.*
25 *Allegatio generalis hic fit.*
*De oratione per modum ſummæ ubinam tractetur.*
26 *Sanctis ſemper ſupereſt, quo poſſunt creſcere.*
*In malo an aliqui tantum poſſint, quantum in bono creſcere.*
*Expiatio quomodo hic accipiatur.*
*Propitiatio, quid hic, in fine.*
27 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum, nu. 28.*
*Ex conſuetudine ſumitur argumentum.*
*Voluntatis ſupremæ homini liberum debetur arbitrium, §. 2.*
*Ambulatoria eſt & mutabilis ad uſque mortem, §. quarto, & numero 31.*
29 *Additio gloſſarum, & num. ſequen.*
*Euangelio addere, uel adimere non licet, & quad, & quæ ſit pœna, excipitur.*
30 *In dando nobilitas etiam ultra promiſſa.*
*Accipere quanta, & quando liceat.*
33 *Circulus, taberna & uinum in ea quid deſignent.*
34 *Mixta ſeparare cuius ſit.*
*An oret eccleſia pro malis uiuentibus, remiſſ.*
35 *Decimam detrahendo de ſumma, an & quomodo eatur in infinitum.*

## CAPVT VI.

1 CVm Marthæ. Caſus. Si quatuer
ba ſunt in canone
miſſæ, quæ ab euangeliſtis dicta non fue-
rint, credere debem⁹, quòd à Chriſto apo-
ſtoli, & ab ipſis eorum ſucceſſores acceperint, hoc pri
mò. ſecundò quòd in ſacramento euchariſtiæ aqua
cum uino tranſubſtantiatur in ſanguine. tertiò quòd
oratio, quæ dicitur in ſecreta in feſto ſancti Leonis,
immutata eſt: quia ſancti & perfectè beati orationib⁹
noſtris non indigent. ſecunda ibi, queſiuiſti. tertia ibi,
Tertiò. & primam partem Abb. ſubdiuidebat, in 7. ſe-
cunda ibi, uerum. tertia ibi, Sanè. quarta ibi, Cæterũ.
quinta ibi, Cæterum ſicut. ſexta ibi, Ex eo. ſeptima ibi,
Diſtinguendum [*Quis*] ſi doctorum, uel maiorum.
Goffred. [*Adiecerit*] quod eſt infra [*Expreſſit*] in cęna,
quam fecit cum diſcipulis. de con. diſtin. 2. panis [*Cano-*
2 *ne*] Dicit †Hoſtien. quòd licet quidam ſimplices ſacer-
dotes dicant canonem, quicquid eſt in ſecreta miſ-
a ſæ[a], ſumitur tamen ſolùm pro uerbis, quibus fit tran-
ſubſtantiatio, ut hic. & ſecundum Pet. aliter ſumitur
canon. 3. diſtin. regula [*Euangelium*] Matt. 26. [*Accipiens*]
Chriſtus [*Teſtamenti*] hic interponitur myſterium fi-
dei, de quo ſequitur [*Pro multis*] quia non omnes ſal-
uantur, pro quibus effunditur. Pet. [*Canone*] ſexto de
3 †cauſis ſecundum Petrum canon dicitur ſecrete. Pri-
ma, quia deus cordis, non uocis clamorem attendit.
Secunda, ne ſacerdos longo clamore deficiat. Tertia,
ne impediatur populus orare. Quarta, ne uerba tanti
myſterii quotidiano uſu uileſcant. Quinta, quia hæc
ad ſolum pertinent ſacerdotem. Sexta, ne uerba cano
nis ſæpius audita diſcantur à laicis, & in locis incon-
gruis recitentur [*Verum*] reſpondet per aliam quæſtio
nem, ſi. 1. quæſtione prima, ſicut urgeri. Ioan. [*Diligen-*
*ter*] quod faciendum eſt, ſicut & de forma mandati
dicitur, de reſcriptis, cum dilecta. Hoſtien. [*Eleuatis*]
materialiter tenentur. Tancre. [*Omiſſa*] Hieronymus
4 ſuper Ioelem. E. Non† omnia, quæ fecit Ieſus, ſcripta
referuntur [*Actibus*] uigeſimoſexto capitulo. & hic
probat, de uerbis omiſsis [*Nullus*] hic probat de factis
omiſsis ad Corinthios prima, quintodecimo capitu-
lo [*Tres*] ſcilicet Matthæus, Marcus, & Ioannes [*Lucas*]
uigeſimoſecundo capitulo [*Matthæus*] uigeſimoſexto
[*Marcus*] decimoquarto [*Ioannes*] undecimo capitulo.
& docet, quare dictum fuerit eleuatis oculis. T. [*Ele-*
*uaſſe*] Idem in miraculo quinque panum, & duorum
piſcium, Lucæ. 9. ibi, Reſpexit in cœlum, & cætera.
ad idem Ioannes decimoſeptimo. A. [*Exanime*] ideſt
ſine anima. decimatertia, quæſtione ſecunda, capitu-
lo, animæ, in fine [*Probabilius*] quia id fuit maius & for
tius: & ſic ſi id, de quo minus ineſſe uidetur, ineſt,
& id, de quo maius. de hoc de electiõ. cum in cun-
5 ctis, Hoſtien. [*Commutauit*] argumentum, quòd † ſi aſ-
ſurgis minoribus, fortius debes aſſurgere maioribus.
Vincentius [*Nam uetus*] docet, quare ſit dictum, &
æterni. Tan. [*Temporalia*] abundantiam frugum, &
terram fluentem lac, & mel [*Aeterna*] ſcilicet ui-
tam æternam. concord. Hieronym. ad Dardanum,
capitulo [*Illud*] promittens temporalia, quæ tran-
ſeunt uelut umbra [*Ratione*] ad docendum, quare di-
ctum fuerit, & æterni [*Teſtatoris*] ideſt Chriſti [*Apo-*



*ſtolus*] ad Hebræ. 11. [*Scriptura*] ideſt vltima uolũtas in
ſcriptis redacta [*Promiſſio*] ſine ſcriptis, quaſi dicat: teſtõ
rum aliud ſolenne; aliud nuncupatiuum, remittit de
his Hoſtien. ad ſummã, de teſtamentis, §. qualiter con
ficiatur [*Apoſtolus*] eo. c. [*Repromiſit*] Ioan. 6. [*Sacramen-*
6 *tum*] quod† dicitur à ſacris, uel à ſecretis uirtutibus [*My*
*ſterium*] dicitur myſterium, domino cum ſacrificatur:
atque miniſterium quodlibet officium dicitur, ergo
myſterium, & ſacramẽtum, quod habet ſecretam &
reconditam diſpoſitionem gratiæ. 1. quæſtio. 1. mul-
ti. Pet. & adde, quod dixi, de ſacra. non ite. ſuper rubri-
ca [*Putauerunt*] ut patet. 4. ſenten. 10. diſt. c. 1. iſti dicunt
Chriſtum dixiſſe: Hoc eſt corpus meũ, ſicut dixit apo
ſtolus, Petra autem erat Chriſtus. 1. ad corin. 10. & de
hoc per Tho. 2. parte ſum. quæſtio. 75. articu. 1. [*Intelli-*
*gunt*] ad idem de ſacra unct. capitulo uno, uer. ſi. [*Ma-*
*nifeſtat*] ad Rom. 4. [*Epiſtola ſua*] 1. Pet. 2. [*Viuamus*] ad
Rom. 6. [*Propheta*] Iſa. 53. [*Subtiliter*] not. ſubtilitatem
7 †commendari. de hoc, de iudi. dilecti, ſuper 1. gloſſ. de
fer. capellanus [*Panis, & uini*] quomodo panis eſſe de-
bet de puro frumento, & quid ſi aliud granum, uel
piper miſceatur, & quid de muſto, uel agreſta, aceto,
uel nectare, no. de conſecra. diſt. 2. c. 2. & 5. quod hic re
petit Innocen. cuius glo. poſuit Hoſt. & Abb. dicens
panem eſſe debere de puris granis frumenti, & uinũ
de uuis, de con. diſtinct. 2. in ſacramento, ſed & de ui-
no expreſſo de botro, ideſt de uuarum granis, hoc eſt
de muſto confici poteſt, de con. diſtin. 2. cum omne,
ultra medium, ſecundum Innoc. Quid ſi aliqua gra-
na ſiliginis, uel ordei, uel alterius bladi ſint præmix-
ta cum granis frumenti, de quibus factus eſt panis, nũ
quid illa grana alia à frumento tranſubſtantiantur? di
cas quòd non, ſed ſolum frumẽtum: quia & Chriſtus
fuit granum frumenti, ſicut ipſe dicit Ioann. 12. Niſi
granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit
ipſum ſolum manet. unde nec de lolio conficeretur,
quamuis dicatur ab eis, qui experti ſunt, ꝙ lolium na-
ſcitur de frumento, & forſitan econuerſò. 56. diſtin.
naſci. Item ſecundum Innocen. uidetur aliquibus, ꝙ
de agreſta, uel uino ſpiſſato per decoctionem, & fa-
cto nectare, & de aceto, & de uino extorto de vuis nõ
fit ſanguis. In talibus tamen non eſt temere iudican-
dum. ſed bene dicimus, quòd melius eſt non celebra-
re, quàm de talibus cõficere: quia aliqua ex prædictis
generant abominationem, uel non ſunt pulchra, ſiue
decentia, & in tanto ſacramento cõficiendo ſunt pul-
cherrima eligenda, ſecundum Innocentium. Alii di-
cunt, quòd de nectare, dummodò ſpeciem uini non
mutauerit, confici poteſt. nã & ſi coletur per ſpecies,
nihilominus uinum remanet: & quamuis mutentur
accidentia, ſicut color, ſapor, & odor, ſpecies tamẽ nõ
mutatur, ſicut & aqua colata per cineres aqua rema-
net. unde & dicũt hi, quòd in lexiuia baptizari poteſt,
idem dicunt de uino, quod aliquantulum acuit, &
quod omnino uini ſpeciem non mutauerit, confici
poteſt: quia propriè eadem eſt uſia: ſecus, ſi omnino
factum ſit acetum ita, quòd uini ſpecies ſit mutata, de
tali enim non conficeretur, quod probatur, ff. de con
trahenda emptione, in uenditionibus, ante finem. de
uino uerò exorto de uuis nulla dubitatio eſt, quin cõ
fici poſsit, ut nota. ſupra eadem glo. circa principium
[*Credimus*] poterat dicere quærẽs: Bene ſcio, quare fue
runt addita illa uerba, ſed hoc non quæro: ſed quæro,
quis fuerit [*A chriſto*] uide, quod nota. 68. diſt. corepi-
ſcopi, in gloſſ. ſed nonne [*Quæſiuiſti*] ſecunda quæſtio
8 [*Scholaſticos*] qui† ſequuntur ſcholas. Abbas, ſcholares,
uel doctores. Egi. & idem in capitulo, de reſtitut. ſpo-
liatorum, frequens, §. ſolet, libro ſexto [*Cum uino*] uide-
tur ueritas, quòd panis tranſubſtantiatur in corpus, &
uinum, & aqua ſimul in ſanguinem, ſecundum Inno

centium. Intelligas tamen ſecundum Hoſtienſem,
quòd aqua non tranſubſtantiatur per ſe, ſed tantum
inquantum eſt mixta uino, & ideò uerius dicitur ui-
num cum aqua mixtum tranſubſtantiari, niſi autem
hoc dictum Innocentii ſic exponeres, error eſſet, ut
patet in eo, quod nota. infra eodem, §. uerſiculo præ-
a tereaª, hoc igitur modo tranſubſtantiatur uinum, &
aqua in ſanguinem. Dicit enim capitulum, quòd in
calice domini non eſt tantum uinum, uel tantum a-
qua, ſed utrũque permixtum, ſcilicet uinum, & aqua
offerendum: quia utrunque ex latere in paſſione flu-
xit, de conſecreatione diſtinctione ſecunda, captulo
primo & ſecundo. Et eſt ratio, quia ſi ibi eſt tantum vi
nũ, eſt ibi tãtum Chriſtus ſine nobis. Si uerò eſt aqua
tãtum, eſt ibi eccleſia ſine Chriſto, debet enim ſimul
utrunque offerri. Coniunctio enim uini, & aquæ ſi-
gnificat unionem Chriſti, & eccleſiæ, uerum ſi ex ne-
b gligẽtia prætermittatur aqua, nihilominus[b] uidetur,
ꝙ ibi ſit uerum ſacramentum, ſed non prefectum: de
bet tamen tam parum poni de aqua, ꝙ uinum illam
abſorbeat; quia Chriſtus non mutatur in eccleſiam,
ſed eccleſia in Chriſtum. unde Auguſtinus in perſo-
na domini ſeptimo libro confeſ. Cibus ſum grandiũ,
crèſce, & manducabis me: nec tu me mutabis in te, ſi-
cut cibum carnis tuæ, ſed tu mataberis in me. Sunt &
multæ aliæ rationes, quod dic ut nota. infra capitulo,
9 pernicioſus, ad finem. Et nota† quòd licet tantum pa-
nis tranſubſtantietur in corpus, & uinum & aqua in
ſanguinem: tamen ſub utraque ipſe Chriſtus integer
c eſt, non enim eſt corpus hominis uiui ſine[c] ſanguine,
& anima, nec ſanguis ſine corpore & anima. Quid ſi
tantum aqua ſit in calice ſine uino: dic quòd non eſt
ibi calicis ſacramentum, & ideò quandocunque hoc
perpendet ſacerdos, antequàm ſumat, debet reinci-
pere uerba, per quæ fit conſecratio calicis, illa uide-
licet, Simili modo poſtquàm cænatum eſt, & cæte-
ra, cum omnibus ſequentibus orationibus, quæ in
10 canone miſſæ ſequuntur nec nocet ſi aliquando inſe-
rantur uerba, quæ ſacramentum corporis referun-
tur, ſicut illa, Panẽ ſanctum uitæ æternę, & illa. Sacro-
ſanctum filii tui corpus: quia non ſunt illa uerba, per
quæ conficiatur corpus, ſed illa tantum, Hoc eſt cor-
pus meum, hoc etiam placet Hoſtien. ita tamen, quòd
ſi nondum ſumpſit corpus Chriſti, quando reiterat,
non debet ſuper hoſtiam conſecratam ſigna facere,
11 quæ iam ſunt facta. Quid† ſi poſtquàm ſacerdos ſum
pſit corpus, ex geſtu, uel aſpectu deprehendat in cali-
ce, non eſſe uinum, ſed aqua tantum? Reſpondeo, di-
cunt aliqui, quòd non debet à capite incipere, ſed di-
mittat, & de negligẽtia pœniteat. Aliis uerò uidetur,
& melius, quòd debet ponere uinum in calice, & re-
petere totam conſecrationem ſanguinis ab illo loco,
Simili modo &c. uſque in finem, ut ſupra notatum
eſt, & ſi timet ſcandalum in prorogatione miſſæ, ſuffi-
cit, quòd dicat illa tantum uerba, per quæ conſecra-
tur ſanguis, ſcilicet illa, Simili modo &c. uſque, in
mei memoriam faciatis, nec eſt neceſſe, quòd repe-
tat orationes ſeqnentes ſecundum Innocen. cuius eſt
quaſi hæc tota gloſſ. & hoc intelligas, quando aquã
tantum guſtauit, ideſt in ore poſuit, ſed non tranſglu-
tiuit ideſt, bibit. Quid ergo, ſi iam habet aquam in o-
re, & tũc ſentit, quòd aqua eſt? Dicas, ꝙ ſi ſine ſcan-
dalo fieri poteſt, cautè debet ipſam reponere in cali-
ce, & facere poni in ſacrario cum reuerentia: quia ꝓ-
pter particulã corporis Chriſti, quæ in ipſa aqua fuit
poſita, non eſt in terra ſpargenda, nec uiliter, tractãda
ſed nec eſt tranſglutienda: alioquin tãquam non ieiu
nus ulterius non debet conficere illa die 7. q. 1. nihil,
& patet in eo, quod no. ſupra. capitulo, proxi. Quod
12 autem ſupra† dixit Inno. ꝙ ſine aqua, & ſi uerum ſit ſa

cramentum,non tamen eſt perfectum;uerũ eſt quan
tum ad ſignificatum: quia non eſt ibi repræſentatio
unionis chriſti,& eccleſiæ: quantum autem ad ſubſtã
tiam ſacramenti & verum eſt & perfectum,vt patet in
eo,quod legitur & no.infra eo.§.uerum,ſm Hoſt.[*In
calice*]no.extra de con.diſt.2.cum omne[*Aquam cum ui*
13 *no*]differentia † eſt inter opinionem, quæ habet, ꝙ ui-
num,& aqua,& aliam,quæ habet,ꝙ aqua cum vino,
ad hoc,ff.de fundo inſtru.ſi cui fundum. nam ſi teſta-
tor,qui legauit fundum,& inſtrumẽtum,poſtea ven-
dit fundum,petitur inſtrumentum.Sed ſi legauit fun-
dum cum inſtrumento,ſecus,arg.contra,ff.de vſufru.
le.l.illi cum illo,ff.de lega.1. Titiæ, §. nihil. dicebat ibi
Dyn. ꝙ quò ad uerbalem coniunctionem nõ refert,
an dicatur ille, & ille, an ille cum illo: ſed quò ad ſen-
ſum bene,Iac.de Ra.dicebat, ꝙ quædã ſunt, quæ ſunt
acceſſoria,& adiacentia aliis rebus, & quædam nõ.In
primis non operatur idem, &,&,cum,ut præ.l. ſi cui,
& ff.de pecu.le.l.1.& l.2.3. & 4.Inſtitu. de leg.§. ſi quis
ancillas,ff.depo.l.1.§.quæ depoſitis. In aliis idem ope
retur,ut in contrariis,& ff.de uſufru.accreſ. ſi quis Ti-
d tio, & ff.commo.ſi ut certo, §. ſi me rogaueris[d]. Scio
14 † ꝙ materiæ non congruit,ſed faciunt hæc ad quæſtio
nem illius pro quo papa ſcripſit, ut ſibi prouideretur
de dignitate eccleſiæ cum canonicatu,& præbẽda,an
canonicatum, & præbendã habere poſsit, dato ꝙ nõ
uacet dignitas? Aliquibus uidetur ꝙ nõ:quia coniun-
ctio,cum,uidetur facere cõditionem,& ſic ceſſat gra-
tia,niſi uacent utraque, arg.ff. de con. & demon.l. Iu-
lius Paulus,& potiſsimè hæc in mandatis,de præben.
cui de non, lib.6. ſed contrarium tene, niſi appareret
papam id intellexiſſe, bene facit, ff. de leg.1. ſi ancilla
cum liberis,& l.ſi cui ſerui, & l.ſi quis inquilinos, §. ſi
ita,& ff.de uer.ſig.triplici modo,de manu.te.ſi ita fue
rit ſeruus.§.fin.& quod ibi no.& facit,ff.de uſufru. ac-
creſ.l. ſi mulieri. ſi eſſet in litera copula, &, ubi poſui,
cum, non eſſet quæſtio,ut de præben.quia ſæpe,lib.6.
uide, quod dicam, de reg.iu.nullus ex conſilio, lib.6.
e poſt[e] quæſtiones[*Remanet*] alii † dicunt,ꝙ aqua nõ tran
15 ſit in ſanguinem,ſed abſorbetur omnino à ſpeciebus
uini,cum quo miſcetur ita,ꝙ deſinit eſſe aqua, & om
nino mutat ſpecies adeo,ꝙ nõ remanent ibi niſi ſpe-
cies prioris uini, & ſic accidentia mutant ſubiectum
contra naturam,ut ſequitur,& hoc poſſet dici verum
ſecundum Hoſt.quando apponitur aqua cũ uino an-
te conſecrationem: ubi uerò fit appoſitio poſt conſe-
crationem,aut ponitur tam parua quãtitas, ꝙ ſpecies
appoſiti omnino abſorbentur à prioribus ſpeciebus
uini trãſubſtãtiati in ſanguinem,aut tanta, ꝙ nõ abſor
bentur,ſed manent, in primo caſu adhuc poteſt uerũ
f eſſe[f].quod dictum eſt,cum enim ſpeciebus prioris ui
ni abſortis & deficientibus deſinat eſſe ſacramentũ,
quod ſub eis latet,& infra dicam,non eſt mirum,ſi ab
ſortis ſpeciebus uini appoſiti dicamus abſorberi &
ipſum uinum appoſitum, quod maius, & fortius eſt
ſacramentum,quàm uinum,argum.op. de tranſla.c.
2.Sed in 2.caſu,quando tanta quantitas apponitur, ꝙ
ſpecies appoſiti non abſorbentur, adhærendũ eſt pri-
mæ opinio. Diuerſitatis ratio, quia poſt conſecratio-
nẽ fit ſimplex appoſitio ſine miraculo,vnde nil muta
tionis poteſt ibi notari ultra naturalem rationem.ſed
ubi prius fit appoſitio, & ſequitur conſecratio,totum
fit miraculoſè,& ſupra naturam.& ſecundum hoc ex
pone hic[*Remanet*] ſup.ante cõſecrationem,nam poſt
& ſi tranſubſtantientur,tamen penitus abſorbetur,&
annichilatur uirtute ſacramenti. unde ſumens ſacra-
mentum non ſumit aquam iam annihilatam & ab-
ſortam, unde nec impedietur celebratio ſecũdæ miſ-
ſæ,de qua dicit glo. dummodo perfuſio nõ ſumatur,
ut ſupra c.prox. Et quod,infra dicit,ꝙ ſi poſt calicis ſa
crationem aliud uinum mittatur in calicem, ſcilicet
poſt receptionem ſanguinis, ſicut in perfuſione illud
non miſcetur ſanguini,ideo,quia non poteſt fieri cõ-
mixtio tranſubſtantiatorum,& alteratorum,ſed alte-
ratorum tantum. Ariſto. mixtio eſt mixtibilium alte-
ratorum pro minima unio. Conſtat autem,ꝙ ſanguis
alteratus non eſt,ſed uinũ tranſubſtantiatũ in ſangui-
nem, & ideò non poteſt miſceri cum uino, ſed ſolùm
priores ſpecies, quæ alterationi ſubiacent, miſcentur
cum uino appoſito, & ipſius ſpeciebus, quæ poſſunt
alterari[*Commiſcetur*] non ob.ſupra titu.1.quod in du-
biis,ut ibi dixi,ſuper ul.gl.[*Accidentibus*] corpori enim
non poteſt miſceri,ut prædixi [*Vini*] olim,nunc tran-
16 ſubſtantiati [*Non † madidans*] ideſt ita, quòd non madi-
dat. Abb.uel,ideſt non humifaciens. Lucanus, Frater-
no primi maduere ſanguine muri,& no.iſte uer.ff.de
rerum di.l.ulti. ubi de Romulo, & Remulo habetur.
& uide 7.q.1.in apibus [*Circunfuſum*] ideſt circuntectũ.
Abb.dicit Hoſtien.[*Circunfuſum*] ſcilicet corpus,uel ſan
guinem Chriſti:hoc tamen tunc uidetur habere locũ
quando aliquæ reliquiæ remanent de ſanguine; & ap
ponit multum de uino. tunc enim cenſetur totum ui
num,& nihil remanet ibi de ſanguine. quare, ſi ſuſci-
piatur, hæc ſuperfuſio celebrationẽ impedit illa die,
17 ſupra c.ex parte.& ideo no. ꝙ † ſacerdos in receptione
ſanguinis ipſum ſugendo decenter & ſine ſonitu, de-
bet euacuare calicem quãtum poteſt, & poſtea uinũ
in competenti quantitate ſuperfundere, & quamuis
aliqui faciant unam tantum ſuperfuſionem, laudabi-
lior tamen eſt conſuetudo aliorum, qui faciunt duas.
Quid ergo in cõuerſo caſu, puta parum uini ponitur
cum ſanguine, ſicut ſeruant Ciſtercienſes,ut no.ſupra
eo.ex parte, in ulti.glo. fratres communicant in con-
uentu: ſacerdos, qui tenet calicem cum ſanguine, ui-
dens ꝙ quantitas ſanguinis nõ ſufficeret omnibus fra
tribus,ponit ibi aliquantulum de uino, ſed quantitas
ſanguinis maior eſt in magna parte uino appoſito,nũ
quid cenſebitur totum ſanguis? Adhuc dicas ꝙ nõ in
hoc caſu.nũquam enim illa pars uini,quę apponitur,
tranſubſtantiatur:quia non fit tranſubſtantiato niſi ꝑ
uerba canonis,infra eo. de homine, reſpon. 1.ſup.eo.
c.1.reſpon.1.tamen quia totum mixtum uidetur, nec
poteſt diſcerni ſub illis accidentibus, quæ in ſanguine
remanſerant,ſuſcipitur Chriſtus, non tamen madida
tur ſanguis à uino,qui non eſt ibi per effuſionem, ſed
per corporis glorificationem, totum corpus Chriſti
integrum & glorificatum. unde ſicut proiectum ſu-
per hominem non madidaret ſanguinem uenarum,
ſic nec uinum appoſitum ſanguinem Chriſti:ſed quia
in calice per accidentia,quæ remanſerunt,non poſſu
mus hoc diſcernere, communicans intelligitur ſan-
guinem recipere: ſed nec ammodo quò ad celebran
dum propter uinum appoſitum ieiunus dicetur, ſu-
pra eodem ex parte,ubi de hoc.hoc autem intelligas,
quando tam parum liquoris alterius miſcetur ſangui
ni,quòd ſpecies ipſę, ſiue accidentia, puta, color, ſa-
por,& odor uini non corrumpuntur,ſed manent.tũc
enim ipſis, ſcilicet manentibus manet ſub ſacramen-
tò uerum corpus chriſti,& ſanguis. Quid ergo,ſi tan-
ta quantitas alterius liquoris miſceatur ſanguini,ſiue
ponatur cum ſanguine, quanta eſt quantitas ſpecie-
rum,uel maior? Reſpõdeo,dicit Ariſto. ꝙ nullum mi-
ſcibiliũ ſuũ eſſe retinet,qđ intelligitur,quando æqua-
lis eſt mixtio. Idem,ſi nouem lagenæ uini miſceantur
cum 5.lagenis aquæ,non eſt mixtio, ſed augmentum
dominantis,ſ.uini.q.d. in hoc caſu tantum uinum di-
cetur,& nominabitur, & non aqua. & his rationibus
moti dicunt quidã, ꝙ in iſtis duobus caſibus uidẽtur
ſpecies non manere,ſed uidetur fieri tertium,ſicut vi-
des in farina & aqua ſimul mixta,ex quibus tertiũ fit,
ſ.pa-



ſ.paſta prioribus ſpeciebus.ſ.aquæ, & farinæ non ma-
nentibus, ſed mutatis: quibus non manentibus deſi-
nit eſſe,quod prius erat,ſ.aqua pura & per ſe,& farina
per ſe pura,ſic & dicunt in pręmiſſo caſu,ꝙ nõ manẽt
priores ſpecies uini, quibus non manentibus deſinit
eſſe ſacramentum. Sed quicquid dicant philoſophi
in hac materia,rõnes ſuas naturales non admittimus,
ſicut nec debemus,ut patet,infra eo.§.uer. contingit
igitur,ideò dic,quod hoc eſt intelligendum,quando
tanta quantitas alterius liquoris admiſcetur ſanguini,
quod uiſibiliter & ſenſibiliter apparet, omnino prio-
res ſpecies non manere,quod poteſt magis ſenſu per-
cipi,quàm aliqua locutione exprimi,ſicut aliàs dicũt
iura.ff.de ſolu. ratum.ff.rem ra. ha. quo enim tutore.
§.Iul.ſupra de dona. apoſtolicæ.§.pe. poteſt enim ui-
num adeò rubeum eſſe, adeò forte, adeò odoriferũ,
ꝙ non ſolum ſit tantumdem aquæ, ne dicam alterius
uini, ſed etiam ſi duplũ cũ ipſo admiſceatur de aqua,
adhuc retinebit in parte colorem, & ſaporem vini, &
odorem,ergo manent ſpecies,ergo & ſacramentum,
ſicut euidenter probat hæc litera, & eſt ſuperius præ-
libatum. hoc igitur teneas, ꝙ quantũcunque alterius
liquoris apponatur cum ſanguine,ſemper remanen-
tibus ſpeciebus manet & ſacramentum. ipſis autẽ nõ
18 manentibus deficit & ſacramentum. Si † quęras,qua-
re dicta philoſopho.in hac materia nõ recipimus. Re
ſpondeo: quia ipſi loquuntur naturaliter,& de miſci-
bilibus:nos autẽ loquimur de immiſcilibus,& de his,
quæ ſunt ſupra naturam & miraculoſè fiũt.quod no.
j.uerſi.1.aliud in oleo non conſecrato.ibi.n.quia nul-
la tranſubſtãtiatio fit, partes miſcent, & per cõtractũ
olei cũ oleo. & ideo ſine periculo fidei dicere poſſu-
mus,ꝙ conſecratum trahit ad ſe non cõſecratum, ſu-
pra titu.1.quod in dubijs.tamẽ & quod ibi dicitur in-
telligendum uidetur, quando pars olei conſecrati ſa-
tis maior eſt parte olei non conſecrati.quid ſi iterum
deficiat oleum,eadem ratione & eodem modo pote
rit commiſceri. ideo etiã forſan dicitur, quod in hoc
ſacramento,ſ.altaris,magis apponendum eſt de uino,
quàm de aqua:quia hoc ſacramentum in uino magis
elucesſcit, cum ſine aqua poſsit confici. quod dic, ut
no.ſup.eo.§.1.ſecundum Ho.[*Vinum appoſitum*] in par-
ua quãtitate ita,ꝙ maneãt accidentia, quæ prius erãt.
Hoſt.[*Afficere*] ſup.qđ ex inde conijcitur: quia ſi aqua
fuerit appoſita in parua quãtitate, ſicut dictum eſt de
uino,de quo præmiſit ſecundum Hoſti. [*Permutare*] ſ.
19 naturaliter:quia ſecundum † naturam manente eodẽ
ſubiecto accidentia uariãtur, nam idem homo nunc
albus,poſt niger, modo calidus,modo frigidus, mo-
do æger,modo ſanus:unde accidens abeſt, & adeſt ꝑ-
ter ſubiecti corruptionem. hic uerò eſt contrarium:
quia remanentibus accidentibus uariatur ſuiectum:
quia ille ſapor,& color,pondus,qui primo habebant
ſubiectum panem,& uinum, modo habent ſubiectũ
corpus, & ſanguinem Chriſti. & ideò bene ſequitur,
20 Cedit quippe &c. Abb. ¶ Notandum † eſt in corpo-
re Chriſti eſſe miracula, quibus rationes deficiũt, ſed
ſimilitudines ſeruiunt.i.tranſubſtantiatio panis,& ui-
g ni in corpus.& ſanguinem[g] Chriſti: ſimilitudo in ci-
bo, & potu, quod mediante natura fit humana caro.
ſecundò quod tota die trãſubſtantiatur,& nullũ aug-
mentum fit in Chriſto: ſimilitudo in ſecreto manife-
ſtato.tertiò ꝙ tota die ſumitur, nec diminuitur.ſimili
tudo in lumine accendente alia lumina.quartò ꝙ in-
diuiſibile diuiditur in quamlibet partẽ totum rema-
nens:ſimilitudo in ſpeculo.quintò ꝙ à malis ſumptũ
non inquinatur:ſimilitudo in ſole,qui per fętida loca
tranſit. ſextò ꝙ debilibus eſt mortale: ſimilitudo in
ſummis cibarijs, quæ infirmis & debilibus ſunt no-
h ciua. ſeptimò ꝙ ſumptũ ſtatim repetitur[h] in celum.
incõtaminatus.n.exiuit de uirginis corpore,& incor-
ruptus de monumento clauſo. octauò ꝙ immẽſum
in parua ſtat hoſtia: ſimilitudo in oculo paruo ma-
gnum montem comprehendente. nonò ꝙ idem cor
pus in diuerſis locis à diuerſis percipiť: ſimilitudo in
i ſono cãpanæ.decimò ꝙ remaneant accidentia[i] tran-
ſlato ſubiecto.& in hoc cedit natura miraculo. ut hic
[*Cedit quippe*]hoc dicit logicis & naturalibus reſpõden
do. Natura Ambro. quid quæris naturæ ordinem in
Chriſti corpore, cum præter naturã ſit natus ex uir-
gine? de con.di.2.in quibus,in fi.& c.re uera, in fi. Idẽ
21 credere iubemur,diſquirere nõ permittitur. Iſtud † er-
go no.ꝙ in ſacramẽto altaris,ſicut & in alijs ſacramẽ-
tis,eſt elementum ſenſibile,ſiue materia,de qua con-
ficitur ſacramentum, ſ.panis & uinum. Eſt & uerbo-
rum forma,qua accedẽte ad elementum, & ſacerdo-
te rite ſecundum claues eccleſiæ ordinato hoc,profe-
rente, & intentionem ſuam ſecũdum formam eccle-
ſiæ dirigente,fit ſacramentum in ipſa uerborum pro-
latione finali, ita, ꝙ non tranſlatur pars corporis per
partem ſyllabarum,uel dictionum,ſed in ultima ver-
borum ipſius formæ prolatione, ad quam ordinatur
omnium præcedentium uerborum prolatio, fit trã-
ſlatio corporis. Idem de uino. & fit hoc remanenti-
bus ibi miraculoſè accidentibus prioris ſubſtantię,ſe
cundum Hoſti.unde, ut dicebat Tho.licet omnis cõ-
uerſio ſecundum leges naturæ ſit formalis: quia nul-
lum agens, ſiue creatum poteſt agere niſi ad immuta
tionem formę,propter quod omnis naturalis cõuer-
ſio eſt formalis,actio tamen dei,qui eſt infinitus,actu
ſe extendi tad totam naturam entis. non ſolum ergo
facere poteſt cõuerſionem formalem, ut forma ſuc-
cedat formæ in eodem ſubiecto, ſed etiam totius en-
tis,ut tota iſtius ſubſtantia conuertatur in totam ſub-
ſtantiã illius,& hoc fit diuina uirtute in hoc ſacramẽ-
to,ut tota conuertatur in totum. unde non contine-
tur hæc conuerſio inter ſpecies motus naturalis: ſed
proprio nomine dici poteſt tranſubſtantiatio,quę fit
uirtute agentis infiniti,& fieri non poſſet virtute agẽ-
tis finiti [*Miraculo*] uide quod notaui in clemen.de re-
liqui.c.uno, in gloſſ.quod optauit [*Operatur*] ad hanc
opinionem facit ſecundũ Abb. quia nulla uerba ſunt
in canone apta ad tranſubſtantiationẽ aquæ [*Corpore*]
22 conſecrato in altari [*expreſſius elucescat*] ergo † & elucet
expreſſe,ſi aquã dicamus non trãſubſtantiari.unde &
ſine appoſitione aquæ uerum eſt ſacramentũ, & dũ-
modo nõ fiat animo inducendi hæreſim, ſed ſola ob
liuione, uel negligentia uerum eſt ſacramentum: ta-
men iudicatur graue peccatum. qui tamen fecit hoc
ex certa ſcientia, grauiter peccat, & ſi ex contemptu,
grauiſsime. & ita dicendum eſt de Grecis. & de hoc.j.
ca.fi.& ſic non dixit hic Inno.auctor, ꝙ non celebreť
ſine aqua,ſicut ei appoſuit frater.P.Remenſis in apo-
ſtilis ſuis Matth.26.ſuper ver.remiſſionẽ peccatorũ.&
adde,quod dixi ſuper uer.cum vino [*Sacramenti*] redẽ-
ptionis,& regenerationis,infra c.2.imò charitatis, re-
demptionis,& unionis,ut ſequitur,ſecundum Hoſti.
23 [*Aquæ*] aqua † ſignificat genus humanũ propter flu-
xum mortalitatis,iuxta illud.2. Regum.14.c. Omnes
morimur,& quaſi aquæ dilabimur in terrã, quæ non
reuertentur. Oſtendit igitur hæc admixtio Chriſtum
fuiſſe pro humano genere paſſum, & humanum ge-
nus per paſsionem redemptum. alias ſignificationes
aquæ ponit Hiero. ſuper Hiere. 19.c.F.[*Multi*] apo.17.
[*Legitur*] Iſa.32. [*Seminant*] prædicando [*De noſtro*] ſ.hu-
manitatem [*De ſuo*] ſ.redemptionem in paſsione. Ho-
ſti. uel dic.i.carnem diuinã in altari [*Vnionem*] de ſum.
trini.damnamus,uer.cum ergo [*Inquit*] Ioan.27.[*Ter-
tiò*] hæc.3.pars, & 3.quęſtio [*Secreta*] ideſt in oratione
24 † ſecreta, quæ dicitur in feſto ſancti Leonis, in vigil.
apo-

apoſtolorum Pe.& Pau.T.Vinc.[*Antiquiores*] hic no.
non ſemper antiquitatem ſeruari,de ſacra unc.c.vno,
ad fi.[*Sacramentarijs*]i.miſſalibus, in quibus continent
orationes dicēde in miſsis,& in exhibitione ſacramē-
torum.ſic.38.diſt.quæ ipſis, Hoſt.[*Oblatio*] dicit Hoſti.
ꝙ eadem correctio inuenitur in ſecreta beati Grego.
[*Scripturæ*] dictum fuit Aug. ut legitur.4. ſenten.45.di.
capitulo ſecundo,in fine, & fertur eum hoc dixiſſe in
25 ſermo.de uer.apoſtoli, omel. 18.& not.pro † generali
alleg.de hoc, ſupra de cohabi.cleri.ueſtra [*Sanctis*]alijs
confeſſoribus, uirginibus, & omnibus electis [*Eorum
orationibus*] materiam orationis per modum ſummæ
uide in clemen.de reliqui.ca.uno, in glo.de oratione
[*Ad hoc proſit*] q.d.non ad hoc ut ſaluetur,cum iam ſit
ſaluus. petitioni ergo illi ſuperfluæ reſponderi poſſet,
quod petis intus,habes.ff.de verbo.obliga.nemo rem
26 ſuam,Hoſti.[*Augmentari*] Proſper, Semper † enim ſu-
pereſt ſanctis,quo creſcere poſſunt [*Valde mali*] an ali-
qui tantum in malo, quantum in bono creſcere poſ-
ſint, no.47. diſt. omnes [*Expiationes*] dupliciter expo-
nitur.ſ.expurgationes plenę. & ſecundum hoc intel-
ligetur de his,qui ſunt in purgatorio:ſed ſi de damna-
tis intelligatur, dici poteſt expiationem hic poni pro
alleuiatione, ut ponunt doctores exemplum de por-
tante tempore æſtiuo magnum pondus,quem ſi, re-
tento pōdere,cibo,& potu reficis, facilius portat, ſed
pondus in ſe nō diminuitur,ſed ille fortior fit ad por-
tandum[*Propiciationes*]i.ꝙ dominus proficietur eis in
27 mitigatione pœnarum. ¶Vlti. † glo.quærit obijcien-
28 do,& ſoluit dubitatiuè.item obijcit,& ſoluit. ¶*In † gl.
nam quod,ibi, quæſitum*] uide de ma. & obe.ſolitæ, ſuper
glo.antepe. ¶*In glo.no.ar.ibi, qui ſemiſſes.i reſpon.*] melius.
1.§.& uide in c.illo uos,ſuper ulti.glo.[*& ibi, ex uſu*] ſi
legauit teſtator uinum uetus,ex ipſius uſu.ſ.quot an-
norum uino utebatur pro ueteri, æſtimabitur legatū
[*& ibi. §. teſtamento*] legauit teſtator ſeruo libertatē, &
peculium. ſeruus in rationē loculorū, quia.ſ.tenebat
burſam,aliqua tempore mortis expēderat.& erat cō-
ſuetudo domini, ꝙ amplius in rationem loculorum
expendebat exſoluere,propter conſuetudinem illam
peculio legato ueniet etiam, quod domini ratio de-
bebat,& ſolita erat reddere[*& ibi.§.aſinam*]vide de ver-
bo.ſigni.propterea,in glo.2.[*& ibi,ſi numerus numorum*]
uide de cenſi.ex parte,ſuper tertia glo. [*& ibi.§.quod di
citur*] uide de ſenten.excom.ad hæc,ſuper gl.2.¶*In glo.
C.de,ibi.l.1.*] nil eſt,quod magis debeatur hominibus,
quàm quod ut ſupremæ uoluntatis poſtquàm iam
aliud uelle non poſſunt,liber ſit ſtylus[*& ibi,quem indi-
gnum,in fi.*]ibi, qui facultates ſuas cupiunt ordinare,in
quacunque inſtrumenti materia conſcribere, & qui-
buſcunque uerbis uti liberam habeant facultatem,
¶*In glo.ambulatoria,& ibi,pœnitentiam*] ſequitur,accipere
debemus ſupremam : or inde ſi vxori donauit, dein-
de pęnituit, mox deſijt pęnitere,ualet donatio, & no.
de dona.inter ui.& uxo.c.fi.in 3.glo.[*& ibi.l.3.*] ſecun-
dum codicillum primo contrarium tollit primū[*&
ibi, ſi quis*] etiam qui hæredem imperatorem inſtituit,
mutare poteſt,& alium hæredem inſtituere[*& ibi,pa-
ctum quod dotali*] pactum factum filiæ, dum dotaretur,
ꝙ patri æqua portione cum fratre ſuccederet,non va-
let,nec aufert patri libertatem teſtandi [*& ibi,omnium*]
ibi, ne poſt ſententiam noſtram inhibitum uideatur
commutationis arbitrium. ¶*In glo.qui dicunt, ibi.§. cum
quis*] uide de ui.& hone.cleri.clerici, ſuper.6.glo. ¶*In
glo.penul.ibi,illud*] uide hanc & ſeq.in c.cum dilectæ, ſu-
per.3.glo. ¶*In glo.ulti.ibi, leuia*] uide de accuſa.ueniens,
29 ſuper.1.glo. ¶*In † glo.2.ibi,inter corporalia*] 31.q.1.ꝙ ſi,&
apoca.ulti.G.ſi quis appoſuerit ad hæc, apponet deus
ſuper illum plagas ſcriptas in hoc libro:& ſi quis dimi
nuerit,aufert deus partem eius de ligno uitæ, & de ci-
uitate ſancta: ſed dic nil apponendum cōtrarium, uel
pro errore fauendo:alias licet, ut dicit glo.ſecundum
Hoſt.ſi.quod poſt eum dicam, de uerb.ſig.abbate, in
30 glo.in priuilegio.¶*In glo.3.in fi.*] ſuperfluit gl.¶*In † glo.
16.q.7.in fi.*] dicit Hoſti.ꝙ nobilitas eſt in dando etiam
ultra promiſſa, de dona.capitulo primo, pauca uerò
debent recipi,de ſimo.& ſi quæſtiones. & dicit uetus
prouerbium,Neque omnia,neque ſemper,neque ab
omnibus.inhumanum enim eſt à nemine accipere,
ſed paſsim omnia ſemper, & à quolibet viliſsimum,
& auariſsimum.ff.de offi.procon. ſolent.§.1. nil verò
debemus quærere.imò nec concupiſcere,de cōſti.nā
concupiſcentiam.¶*In glo.Paulus,ibi,abortiuus*] ſiue qui
per abortum emittitur. Hoſti. ¶*In glo.nam quod, ibi, &
31 hæc dicimus*] uer.& cum,& ibi no.in gl.ſupple. ¶*In † glo.
ambulatoria,ibi,non liceat*] etiā ſi iuraſſet ipſum teſtamen-
tum non mutare.de hoc.13.q.2.ultima, & plenius in
ſpe.de inſtru.edit.§.compendioſè,ver.quid ſi quis iu-
rauerit.uide quæſtionem, quam poſui ſuper regula,
k quod ſemel,de reg.iur.[k] lib.6. [*& in fine*] de hoc.18. d.
quoniam, & infra de conſti.c.1.lib.6.& plenè in ſum.
32 Hoſti.de teſta.§.qualiter confirmetur. ¶*In glo.de † cor-
pore,ibi,opiniones*]& habentur per ordinem.4.ſen.11.di.
capitulo primo,& 2.& 3.[*& ibi, corpus Chriſti*] ſecundū
dum Vin.ſed quid ſit tunc de ſubſtantia panis,& uini,
dicunt quidam, ꝙ reſoluitur in placētem materiam,
vel in nihilū, quod poteſt ille facere,qui de nihilo cū-
cta creauit:ſed,ut dicit Tho.neutrum horum deſigna
ri poteſt per uerba formæ.Item cū,ut inf.dicā,non ſit
dare modum, per quem corpus Chriſti incipiat eſſe
in hoc ſacramento niſi per conuerſionem ſubſtantię
panis in ipſum.iſta cōuerſio tollit poſita annihilatio-
ne, uel reſolutione prędictis. Quidam hanc ſecundā
reprobat dicētes, ꝙ ſi quis induitur veſtibus alterius,
non ideo cōuertitur,uel tranſit in illum, cuius ueſtes
induit. dicit autem Hoſtiē.ꝙ in primam & ſecundam
catholici conueniunt:ita tamen,ꝙ illud fit,quod dici
tur.in prima notet conuerſionem,uel tranſubſtantia
tionem.propoſitio enim iſta,Panis fit corpus Chriſti,
duplex eſt,ſi denotat materiam, eſt falſa. Panis enim
nec fuit, nec eſt,nec erit corpus Chriſti. Si uerò con-
uerſionē denotet,uera eſt.vnde hic ſemper dicit,mu-
tatur, uel commutatur, uel tranſit, vel tranſubſtantiatur,
ut hæc omnia no.& probantur cum alijs.11.quæſtio-
nibus.i.ad Co rin.11.F.ſuper uer. Quotienſcunque bi-
beritis. Hoſti.[*& ibi,tertia*] hanc tertiam tenent quidā
moderni, ſed Tho.illā abhorret.3.par.ſum.q.75.arti.
2.dicens per eam tolli uirtutem ſacramenti, ad quam
pertinet, ꝙ ſit ibi uerū corpus Chriſti, quod quidem
ante conſecrationem ibi non erat:ſed aliquid non po
teſt eſſe,ubi prius non erat,niſi per loci mutationem,
uel alterius conuerſionē in illud, ſicut in domo inci-
pit eſſe ignis,aut quia illuc defertur, aut quia ibi gene
ratur. Conſtat autem corpus Chriſti nō incipere eſſe
etiam in hoc ſacramento per motum localem : quia
quod localiter mouetur, non peruenit ad locum, ni-
ſi priorem deſerat, ſecundum quod deſineret eſſe in
cęlo. Item corpus localiter motum tranſit media,quod
hic dici non poteſt. Item eſt impoſsibile corpus loca-
liter motum terminari ſimul ad diuerſa loca,cum ta-
men in ſacramēto corpus Chriſti ſimul in diuerſis lo
cis eſſe incipiat.Ex his concluditur, corpus Chriſti nō
poſſe incipere eſſe in hoc ſacramento niſi per conuer
ſionem ſubſtantiæ panis in ipſum.id autem,quod in ali-
quid conuertitur, conuerſione facta non manet, per
quod relinquitur facta conuerſione.i. poſt conſecra-
tionem ſacramenti ueritatem, ſalua ſubſtantia panis
ibi manere nō poſſe, imò nec remanet forma ſubſtā-
tialis panis,ut ibi probat arti.7.Item,ut dicit,eſſet con
tra uenerationem huius ſacramenti, ſi aliqua ſubſtā-
tia



tia ibi eſſet,quæ adorari non poſſet adoratione latrię.
addit etiam ibi aliam rationem: quia ſecundū id poſt
aſſumptionem unius hoſtiæ alia ſumi non poſſet.ad-
ditur ratio : quia ſecundum illam non deberet dici,
Hoc eſt corpus meum,ſed,hic eſt corpus.& ubi dicitur,
hic eſt ſanguinis,ponitur pro iſte,nō locatiue.i.in hoc
33 loco [*& in fi.*] idem no.de con.diſt.2.in ſum. ¶*In † glo.
ſ.forma,in fi.*] ponit Abb. exemplū in circulo, taberna,
& uino.circulus habet deſignare tabernam : taberna
deſignata à circulo deſignat uinum uenale: ſed uinū
ibi repertum nil habet ulterius deſignare, ſed eſt res
ab illis duobus deſignata. Circulus ergo eſt deſignās:
taberna ſignatum, & ſignans, uinum uerò ſignatum
tātum. Ad propoſitum forma panis, & uini deſignat,
ueritas cor.& ſan.ſigna,& ſignat.uirtus unitatis & ca-
ritatis ſignatum eſt,non deſignans, cum ſit ultimum
34 & finale, quod hic quærimus. ¶*In glo.prima † ſpecies, in
fine*] T.& ſic non deſinit ibi eſſe panis,& uinū,ſed ſunt
ibi ſpecies panis,& uini,& nihilominus corpus & ſan-
guis Chriſti. Hoſti.ſecundum hanc opinio. ¶*In glo.qui
dicunt,ibi,uidetur*] unde Ariſto.mixta ſeparare ſolius dei
eſt,& opus naturæ, quaſi dicat non hominis. ¶*In glo.
ulti.ibi,in mortali*] quod intellige,ut ibi no.& e.q.nō ęſti
memus,& 11.q.3.ſi quis epiſcopus, aut abbas. in qui-
bus etiam not. an eccleſia oret pro malis uiuentibus
35 [*& ibi,in † portione*] uide ad oculum,& ſenſum,decima.
10.librarum ſunt.20.ſol.remanent.9.librę,quarum de
cima ſūt. 10.ſol.decima reſidui.16.ſol.2.dē.& de quin-
que partibus duæ unius den.uide in mille,cuius deci-
ma eſt centum. reſidui decima.90.reſidui decima.81.
tantum habes in prima decima, quantum in ſecunda
quantum ad proportionē: quia utraque decima, ſed
non quantum ad quantitatem. & ſic ſi non remane-
ret niſi unus den. adhuc ille eſſet decimādus. & quod
remaneret,iterum decimandum, & ſic in infinitum :
quia nunquam erit reperire totum tolli, ubi nouem
partes remanent quantuncunque minimæ [*& in fin.*]
notant hoc idem.13.qu.2.tempus.ad hoc.2.ad Cor.5.
ſuper uer.ſiue bona fecerit,ſiue mala, & Hoſt.in ſum.
de pœni.§.quibus mortuis, & ibi uideas.

---

ANNOTATIONES.

a ¶Præterea. Et ſic uoluit Innocen.ut patet : quia dicit, uinum, & aqua ſimul mixta,& ſic aqua cum uino,uide inf.in gl.differentia.

b ¶Nihilominus. Sed ſi non ſit uinum,an ſit ſacramentum,uide infra proxi.& uide in fine huius gl.

c ¶Sine. Et ſic ibi eſt ſanguis neceſſariò per concomitantiam.uide plenius Hoſtiē.infra eodem de homine, licet illud non ponat ibi Ioan. And.

d ¶Rogaueris. Vide Bar.in l.ſi cui,præalle.& doc.in le.ſecunda, C. de uerbo.ſignifi.

e ¶Poſt. Et uide Bar.in l.1.§.ſi plures, ff.de exacto.

f ¶Verum eſſe. Quod aqua abſorbetur,& euaneſcit propter ſacramentum, uide infra in glo.1.circumtectum, uerſicu.quod ergo.

g ¶Sanguinem. Vnde non eſt amplius panis, aut uinum,vt ſupra in glo.uerè ueritas.

h ¶Rapitur. De conſe.diſtin.2.non eſt,& ibi uide glo.& in cap.& ſi Iudæos,infra de Iudæis.

i ¶Accidentia. Albedo panis, & rubedo uini, & odor, & ſapor, & pondus, & tamen eſt caro.

k ¶De reg.iur. Et uide Barto.in l.ſi quis,in prin.ff.de lega.3.& uidetur limitari, niſi teſtamentum tranſeat in contractum: quia tunc non poteſt reuocari, de quo in l.hæredes palam.§.fina.ff. de teſta. & per Cy.plenè & per do. Bar.de Sali.in l.generaliter, C.de non nu.pec.& uide Bal.in l.ſtatuimus,C.de teſta.& doc.C.de pac.l.fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Simulatio confectionis grauior, quàm cōfectio in mortali, & nu.2.*
*In mortali qui eſt, ſuſpenſus eſt quò ad ſe.*
*Canonis uerba quid ſi alius ſacerdos aſſiſtens celebranti, & omittenti dicat?*
*Corpus non poteſt eſſe ſine ſanguine, & è conuerſo.*
2 *Simulata æquitas duplex eſt iniquitas.*
*Simulare quantum peccatum ſit.*
*Euchariſtiam non ſacratam qui dant, in quod incurrant.*
2 *Epilogus, ſuffragium gloſſarum, nu.4.*
*Serui qui pileati funus domini præcedunt, fiunt liberi, & quādo.*
5 *Additio gloſſarum.*
*Inimicus in quo magis gaudeant.*

CAPVT XVIII.

1 DE homine. Caſus. Grauius † peccat,
qui ſimulat ſe conficere,
& non cōficit, quàm is qui cōficit in mor
tali.& ſunt duæ partes, quæſtio, & eius ſo-
lutio.2.ibi, Cum ergo [*Incauto*] & ex eo cautiorem ſe
eſſe credebat [*Mortali*] & ſic ſuſpēſus quo ad ſe.de hoc
cohabi.cleri.cap.fina.[*Intermittere*] bono modo, & ſi-
ne murmuratione populi [*Cęteris*] excepto canone
[*Suppreſſis*] quid ſi alius ſacerdos aſsiſtens uerba cano-
nis tunc dixiſſet? uide quod plene dixi de electio. ꝙ
ſicut.§.ſuper eo,in gl.per hoc [*Corpus*] tractat hic Ho-
ſtien.quomodo corpus nō poteſt eſſe ſine ſanguine,
& econuerſo.de hoc dixi, ſupra cap. proxi. [*Purum*] i.
non conſecratum.T.[*Intendit*] ſ.à confectione abſtine
2 re [*Simulare*] Grego.Simulata † æquitas duplex eſt ini-
quitas. Hiero.ſuper Iſa.lib.6.In comparatione duorū
malorum leuius malum eſt apertè peccare, quàm ſi-
mulare,& fingere ſanctitatem,Cum ille,qui celebrat,
cū ſit in mortali.iſte uerò,qui fingit celebrare, & non
celebrat [*Non ueretur*] ſi.C.de iudi.rē non nouā[*Aſtrin-
gat*] eadem ratione dixit Tho. in ſuo 6. quolibet. q.6.
peccare in idolatriam ſacerdotem, qui peccatori oc-
culto petenti euchariſtiam dat hoſtiam non ſacratā.
3 ¶Penultima † glo.ponit duas lecturas. ¶Vltima glo.
no.duo, & à ſecundo duos caſus excipit. ſecūdo quę-
4 rit,& ſoluit. ¶*In 5. † glo.ibi.§.ſed & qui domini*] ſerui ma-
numiſsi præcedunt funus pileati, & qui ſic incedunt
pileati de uoluntate teſtatoris,uel hæredis fiūt liberi,
5 ne populus,& cętera. ¶*In † glo.2.in fine*] Vin.& infra de
condi.ap.uerum. ¶*In glo.quia populus,in fi.*] Ioā.de elec.
dudum.2.infra de reli.& ue.ſan.ca.1.& 2.¶*In glo.pe.ibi,
occultè*] facit quod no.1.q.ulti.ſancimus[*& ibi,corrigat*]
in dictis patrum in nullo ſic gaudet inimicus, ut in il-
lo, qui cogitationes ſuas manifeſtare non vult. Eſt &
alia ratio:quia uidetur ſciēter id facere.ff.de ritu nup.
l.fina.[*& ibi,tuetur*] 82.diſt.plurimos,de pœniten.di.6.
cap.1.in fine (*& ibi,nemo*) ubi de hoc,& 81.diſtin.cleri-
cus ſolus (*& ibi,intellige*) ſecundum.T.Vincen. Goffre.
¶*In glo. ultima*] poteſt dici ſecundum Ioan.T. Vincen.
nec ob.33.diſt.habuiſſe, quod intelligitur de illo, qui
nec pęnitet, nec conteritur (*& ibi,quod ſic*) facit, quod
no.7.q.1.nihil, & 1.diſtin.de his.2.in fi.ulti.glo.

*SVMMARIVM.*

1 *Quòd aqua in ſacramento altaris conuertatur in flegma, improbatur opinio.*
*Quòd Chriſtus fuerit uerus deus, & uerus homo, probat, & num.2.*
*Item quòd de ipſius latere exierit aqua uera.*
2 *Anima rationalis & intellectiua eſt humani corporis forma per ſe & eſsentialiter, ab ea triſtitia, & lętitia.*
*Qui contra ſentit, hæreticus eſt.*
3 *Anima Chriſti æterna & immortalis, & quomodo oſtendatur.*
*Sanguinis, & aquæ exitus de corpore mortui Chriſti fuit miraculoſus.quid deſignet, nu.6.*
4 *Creata omnia de nihilo ſunt à deo.*
*Natura cedit miraculo.*
*Componentia quæ hic dicatur.*
5 *Suffragium gloßarum.*

*Quando*

*Quando mentem, non uerba inſpicere debeamus, & quando ſecus, afferuntur exempla.*
7 *Additiæ gloſſarum.*
*Ad corporis humani compoſitionem quattuor elementa & quattuor eis conueniunt humores, & qui, in fin.*

## CAPVT VIII.

1 IN quadam Caſus. Improbat † opinionẽ, quæ habet, ꝙ
in ſacramento altaris aqua conuertatur in
flegma, & probat Chriſtum fuiſſe uerum
deum, & uerum hominem, & ꝙ de ipſius latere exijt
uera aqua. dicebat Goff. improbando opinionem, de
qua loquitur. dicit Inn. Chriſtum uerum deum, quod
probat illa auctoritate, Tres ſunt, qui teſtimoniũ dant
in cęlo, pater, uerbũ, & ſpiritus ſanctus, & hi tres vnũ
ſunt. ſecundò probat Chriſtum verum hominem. pri
mò per auctoritatem illam, Tres ſunt, qui teſtimoniũ
dant in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis. Principaliter. n.
homo cõſiſtit ex duobus, ſ. ex corpore, & anima. Chri
ſtus ueram habuit animam, quod probat ex eo, quia
inclinato capite tradidit ſpiritum. alibi, In manus tuas
commendo ſpiritum meum, quod non de ſpiritu ui-
tali, ſed de anima rationali intelligendum eſt, iuxta il-
lud, Triſtis eſt anima mea. & illud, Poteſtatem habeo
ponendi animam meam. tertiò probat, ꝙ uera aqua
exiuit de latere Chriſti in paſſione, & non flegma, qđ
probat. Primò ex eo, quòd cõtinuò exiuit ſanguis, &
aqua. Secundò ex eo, ꝙ tres ſunt, qui teſtimoniũ dant
in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis. Tertiò quia ſicut ve-
rus ſpiritus, & uerus ſanguis, ſic & uera aqua exiuit de
latere Chriſti, nã Chriſtus eſt veritas, & à ueritate om-
nis fallacia aliena. Quartò quia ille, qui uidit, teſtimo-
niũ perhibuit, ſicut dixit de aqua, ſic dixiſſet de fleg-
mate, ſi flegma de latere exiuiſſet. Quintò, quia in a-
qua regeneramur, non in flegmate. Sextò quia aqua
miſcetur in calice, nõ flegma. Septimò quia de petra,
quam Moyſes virga percuſsit, non flegma, ſed aqua
manauit. In fine ponit, quare de latere Chriſti exiuit
ſanguis, & aqua. Goffr. [*Aquaticum*] pro hac opi. faciat
glo. in Io. ibi dicit, ter nominat aquam propter baptiſ-
a ma, quod conſecrauit: ſecundo propter lachymas [a],
quas fudit: tertiò propter aquam elementi, uel potius
ueri corporis humorem, quem de latere emiſit. Hoſt.
2 [*Epiſtola*] i. 5. ca. [*Cœlo*] i. de † cęleſtibus Chriſti. ſ. ipſum
fuiſſe uerum deum [*Terra*] i. de terreſtribus, ſ. ꝙ Chri-
ſtus fuerit uerus homo [*Anima*] de rationali loquitur.
unde in concil. Vien. de ſum. trini. & fi. ca. fidei. §. por-
rò, damnatur, & hæretica iudicatur opi. quæ habet, ꝙ
ſubſtantia animæ rationalis, uel intellectiuæ per ſe &
eſſentialiter non ſit humani corporis forma. de ſenſi-
tiua, & uegetatiua non dubitaꝉ, ut ibi ſatis ſcripſi [*Tra-
didit*] Io. 19. [*Clamauerat*] Luc. 23. F. [*Prædixerat*] Matth.
27. [*Triſtis*] ergo habebat animam rationabilem, quæ
lętitiam, & triſtitiam habebat. Innocen. [*Et iterum*] per
3 † hoc oſtendit, ꝙ anima eius erat æterna & immorta-
lis, non temporalis & tranſitoria, ut brutorum. Inno.
[*Latus*] Ioã. 19. F. [*Exiuit*] miraculosè. i. ſumma uirtute
naturæ naturantis. i. dei, quia de corpore mortui non
ſolet exire naturaliter nec ſanguis, nec aqua. hoc autẽ
fuit figuratum in muliere formata de latere dormiẽ-
tis, Gen. 2. Hoſti. & ꝙ tunc mortuus fuerit, eſt appro-
batum in concil. Vien. de ſum. tri. c. fidei. i. reſpon. ubi
ponitur hæc figura [*Ille*] Io. euangeliſta [*Veritas*] Io. 14.
Ideò forte interrogatus à Pilato, q̃d eſſet ueritas, no-
b luit reſpõdere, ne uideretur ſe iactare. [b] [*Sed aqua*] Exo-
4 di decimoſeptimo [*Creata*] de nihilo † enim deus crea-
uit omnia, & in talibus natura cedit miraculo, ſupra
eodem cum Marthæ. §. queſiuiſti. Hoſti. [*De componen-
tibus*] i. elementis, quæ ad compoſitionem hominis
ueniunt. uel. i. de membris Chriſti, quæ ad eius com-
poſitionẽ venerant. Inn. [*Vera fuit*] quemadmodũ &c.
quod ſequitur, eſt interpoſitio [*Verus*] quia nec in ſan
guine, nec in ſudore, nec in aqua fuit aliqua falſitas,
uel fictio (*In terram*) Lucę. 22. c. (*Illis*) ſ. elementis (*Iſtis*)
ſ. humoribus (*Maximè*) alias maxima, & melius, & di-
cuntur maxima ſecundum Hoſtien. quia nec ſine re-
5 demptione, nec ſine regeneratione ſalus eſt. ¶ *In † glo.
antepe. ibi. l. 3.*) ſi dixit teſtator, Talis filius meus alienus
meæ ſubſtantiæ fiat, exhæredatus eſt, non præteritus.
nec egemus interpretatione, cum uerborum ſenſus
ſit manifeſtus (*& ibi, promittendo*) dotem, ſi nuptiæ ſe-
cutæ non ſunt, ex ſtipulatu non agiꝉ, ut magis intuea-
mur rẽ, quàm uerba (*& ibi, ſi alij*) ſi teſtator legat uni
fundum, & alteri illius uſufructum, intendens ꝙ alter
nudam proprietatem habeat, illi tamen diuident vſu-
fructum, & plus ualebit ſcriptura, quàm quod actum
eſt. debuit enim exprimere, ꝙ alteri legabat fundum
uſufructu detracto (*& ibi, non aliter*) vide in c. ꝑpterea,
6 in gl. 2 ¶ *In † glo. 2. ibi, uerus homo*) q. exitus aquæ deſigna
re habet frontem, uel fluuium, non corpus humanũ
(*& ibi, corporis*) quem, ſupra ſanguinem hominis mi-
nuti natare uidemus ſecũ dum Abb. (*& ibi, uidebantur*]
ſed dato, quòd illa fuerit uera aqua, ſicut papa dice-
bat, nec textum, nec glo. ſufficienter intelligebat (*& in
fi.*) ut patent hæc omnia in an. ¶ *In glo. 3. ibi, defecta*] iſta
ſub. [*& ibi, quidam*] uer. Manichæi. ¶ *In glo. pater, ibi, dixit*]
Matth. 3. [*& ibi, transfiguratus*] Matth. 17. A. [*& ibi, requie
uit*] Ioan. 1. D. [*& in fine*] Actu. 10. & eſt eadem glo. ſup.
de ſum. trini. damnamus. ¶ *In glo. ideſt, in fi.*] 56. diſt. na-
ſci. ¶ *In glo. ſic ſupra ibi, ex literis*) & c. cũ dilectus. ¶ *In glo.
ult. in fi.*) Vincen. & breuiter talis eſt ſanguis, eſt aer, co-
lera, eſt ignis, flegma, eſt aqua, melancholia, eſt terra.

### SVMMARIVM.

1 *Diuiſio capituli.*
*Commeßationes illicitæ clericis, & quando maxime.*
*Fabulationes item, & ubi.*
*In cõuiuijs clericorum miſceri lectio debet ſacrarum ſcripturarum.*
2 *Dies ut finiatur.*
*Tempus in quibus illicitè expendatur à clericis.*
*Quàm temporis nulla iactura grauior, & nil eo carius.*
3 *Requies qualis & quanta eſſe debeat.*
*Auroræ etymon quod.*
*Dormientem quòd ſolis radius inueniat, indecens Chriſtiano.*
4 *Pſalmi quot in paſcali tempore, & quomodo canendi, & qui generaliter dicendi, nu. 5. pœna tranſgreſſoris, ibid.*
*Romanæ eccleſiæ mos in quibus ſeruandus.*
5 *Ad officia eccleſiaſtica quomodo eundum, ſtandum, & pſallendũ à clericis, & nu. 8. & 12. quando peccent aliud cogitando, uel interponendo, num. 6. quid ſi non integrè interſit, num. 7. ab eis qui retrahitur, uel ipſorum deuotione, uel impeditur dicere quãdo, & quantum peccet, nu. 9.*
*Ex omiſſioce uerſus, uel pſalmi an & quantum peccent, omiſſum an & quando repetendum. uide & nu. 7.*
*Orandum à clericis quoties ſit præceptum, & nu. 8.*
7 *Officis diuinis qui interſunt laici, & non intelligunt, quæ leguntur, quomodo ſe habere, & quid orare debeant.*
8 *Epiſcopi nullum diem ſine miſſa dicenda, uel audienda tranſire debent.*
10 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 11. 12.*
*Miſſam an celebret ſyncopatè loquens, & quando.*
13 *Cõtra canonẽ qui uenit, monẽdus, niſi certa pœna ab eo ſit inflicta.*
1 *Contra iudicem qui uenit ſtatim puniri poteſt.*

## CAPVT VIIII.

DOlentes. Tolle pro ſumma finem capi
tuli, & duo † facit. Primò po-
nit duplicem clericorum exceſſum. ſecun-
dus



dus ibi, Sunt & alij. Secundò id prohibet ibi, Hoc igi-
tur [*Clerici*] beneficiati, de hoc ſupra capitulo primo,
Lau. [*Commeſſationes*] quæ ſunt illicitę, maximè diebus
feſtis. 43. di. §. 1. & capitulo primo, & idem dico de fa-
bulationibus, maximè in conuiuijs, iuxta Catonis cõ
ſilium. unde miſceri debet ſacrarum ſcripturarum le-
ctio e. d. pro reuerentia, ſecundum Hoſti. [*Alijs*] gra-
2 uioribus. Goff. [*Medietatem*] & ſic † finiunt diem ſecũ-
dum computationem, de qua. ff. de ferijs, more, & ſu-
pra de offi. dele. conſuluit. Vincen. [*Expendunt*] Ioã. 17.
Noctem verterunt in diem. vnde dicere poſſumus ſe-
cundum. B. Ber. cum nil carius tempore, nil uilius re-
putatur. Iſti. n. tempus, quod habent, pro nihilo expẽ-
dunt nunc comedendo, nunc fabulando, nunc cachi
nando, & inter fabulam calices hauriendo, de uita &
honeſtate clericorum, à crapula. Hoſti. Marcus Var.
Nulla iactura grauior eſt ſciẽti, quàm temporis. Sen.
i. epi. in principio, Vẽdica te tibi, & tempus, quod aut
auferebatur, aut excipiebat, aut ſurripiebatur, colli-
3 ge, & ſerua [*Somno*] requirit natura † requiem: tamen
captãda eſt hora congrua. unde Sen. Quies tibi ſit, nõ
deſidia. Ouidius ſine titulo, Stulte, quid eſt ſomnus ni
ſi gelidæ mortis imago? Longa quieſcẽdi tẽpora fata
dabunt [*Diurnum*] ſ. in aurora, ſic dicta quaſi auiũ hora.
Surgunt ergo ualde mane, orto iam ſole. Matth. ulti.
A. Dicit Aug. indecẽs eſt Chriſtiano, ꝙ ipſum ſolis ra-
dius dormientem inueniat [*Excitantur*] ſup. & tunc in-
trant eccleſiam tranſcurrendo &c. & ſic uerſus euiſce
rant, quod quandoque accidit ſecundum Hoſti. pro-
4 pter officij prolixitatem. Vnde licet ſecundum † mo-
rem Ro. non ſufficiat in paſcali tẽpore dicere tres pſal
mos, de con. diſ. 5. in die reſurrectionis, non reprobat
aliorum conſue. qui dicunt tres tantum, quia melior
eſt. 5. pſalmorum &c. e. diſt. non mediocriter. nec con
ſiſtit hoc in cantus modulatione, ſeu uerborum mul
titudine, ſed in corde. 92. diſtin. capituló primo, & ſe-
cũdo, nec ob. prę. c. in die: quia licet mos eccleſiæ Ro.
in ſacramentis ſit ſeruandus, in officijs non de neceſ-
5 ſitate ſecundum Ho. [*Matutinum*] ad eccleſiaſtica † of-
ficia eundum eſt in honeſto habitu & decenti, ſup. de
ui. & ho. cleri. cap. pe. & cum deuotione ibi ſtandum.
ideo plus corde, quàm uoce pſallendum. 92. diſt. capi-
tulo ſecundo, & uidetur, ꝙ clericus, qui eſt in diuinis
officijs, non peccat, ſi quod dicit ibi, nõ intelligat, dũ-
modo cor ſuum ad deum habeat, & ei pſallat. imo &
ſi aliquem uerſum omittat ex negligentia, nõ peccat,
ſecundum Inn. intelligas mortaliter. uenialiter enim
peccat ſecundum Hoſt. nec eſt ſecundum Innocen. à
capite pſalmi propter hoc ſine magna cauſa recurrẽ-
dum: quia ſi fieret, aliquibus forte ſcandalum genera
ret. imò & ſi omittat pſalmum, non debet ad illum re
dire propter prædictam cauſam ſecundum Innoc. I. ſi
aliquis de choro alijs cãtantibus nil dicat de pſalmo,
propter id ſolum non reiterabitur pſalmus, nam ſi to
tus chorus omiſiſſet pſalmum, puto ꝙ dicẽdus eſſet,
niſi forſan ſcandalum immineret: ut infra eo. gl. ver.
poteſt & illud dici: ſed & ille ſolus debet ſuam negli-
gentiam confiteri ſecundum Inn. tanquam de uenia-
li, non mortali, ſed contra Hiere. 48. A. Maledictus ho
mo, qui facit opus domini deſidiosè. Sol. illud intelli-
gitur accurata, uel lata & malicioſa negligentia. Nos
uerò loquimur de leui, ſiue de leuiſsima, quę forte ex
nimia contemplatione, ſeu meditatione contingit ſe-
cundum Inno. aut propter ſomnũ nimium, propter
quod ſi quis ad eccleſiã tardius ſurgat, inter uenialia
computatur. 25. diſt. §. aliàs, ante fi. In hoc tamen caſu
ſatis poteſt dici ſecundum Inn. ꝙ ille, qui omiſsit pſal-
mum, ipſum dicat in ſilentio, dum alij cantãt noctur
num. Poteſt & illud dici, ꝙ ſi pſalmum totum omiſit,
pſalmus non eſt cum ſcandalo alicuius reiterandus,
non enim eſt tanti unius pſalmi omiſsio, ꝙ propter
hanc ſit aliquis ſcandalizandus, arg. ſupra de prę ſcrip.
nihil. nempe præceptum eſt, ꝙ ſepties in die oret ho-
mo. i. clericus in ſacris, uel beneficiatus, ſupra eo. ca. 1.
Sed ꝙ iſti, uel illi pſalmi dicantur, non eſt in pręcepto.
& no. ſi. infra e. §. fi. ſuper uer. penitus inhibentes, uer.
uel dic, ꝙ dicere officium, & ſequentibus. Vnde & ui-
demus. ꝙ una eccleſia dicit quoſdam pſalmos, & alia
alios ſecundum Inno. hoc verum eſt: nihilominus ta-
men clericus uniuſcuiuſque eccleſiæ debet dicere il-
los pſalmos, quos ſua dicit eccleſia. alioquin, ſi ex cõ-
temptu aliter faciat, tanquam tranſgreſſor conſtitu-
tionis, uel conſue. eiuſdem eccleſiæ iudicari poterit,
& puniri, & per conſequens tanquam tranſgreſſor le
6 gis. 11. diſt. in his. ¶ Sed nunquid † peccat clericus, qui
dum eſt in officijs, cogitat ſuper alio bono ſpirituali,
uel temporali? Reſpondeo, non debet alijs intendere,
niſi neceſsitas, uel utilitas, quæ dilationem non capit,
cogat eum de alijs cogitare ſecundum Inno. argu. in
eo, quod le. & no. infra de reg. iur. quod non eſt licitũ:
uerumtamen cum ſecundum Boætium cor hominis
uagum ſit & mobilius omni mobili, nõ eſt adeò for-
tis homo, ꝙ tales cogitationes euitet, unde nec ſemꝑ
in his mortaliter peccat, ſed uenialiter, ut ſup. no. ideò
ſus.quæ præputium nō habent,a ſacramento circun
ciſionis.Pe.& Abba.[*Periit*]ergo, ſi circunciſa fuerit,
non peribit[*Intonat*]Io.3.c.[*Non intrabit*]ergo a cōtra-
rio renatus intrabit[*Mortem*]per quam † confirmatū
6 eſt nouum teſtamentum,quòd † promittit æterna, vt
ſupra ti.1.cum Marthæ,uer.ceterum[*Obſeratum*]i.clau
ſum. Tancr. unde olim cæriemonialia tollebant ſola
venialia,de hoc 12.q.2.aurum.quomodo autem à cę
reo dictæ ſunt cærimoniæ, ponit Valerius lib. 1. ca.1.
ultra medium[*Rubricari*] quod figuratū fuit per aquā,
quæ exiuit de Chriſti latere,quam ſanguis profluens
rubricauit.Abba.Hier.ad Dardanū.B.ſanguis Chriſti
clauis eſt paradiſi,dicētis ad latronē. Hodie mecū eris
in paradiſo[*Perire*]i.ad Timo.2.in prin. [*Procurauit*]ob
7 hoc eis,& alijs omnibus uniuerſalem paſtorem reliq.
infra de hom.pro humani,lib.6.(*De paruulis*)in anima
pueri nondum baptizati ſunt tria conſideranda ſecū-
dum Inno.primum pronitas ad peccandū,quæ con-
trahitur ex carnis corruptione.ſm quædam macula,
uel ſordes aīæ,quā,ꝯxit in ſua infuſione ex admixtio-
ne carnis corruptę, ꝑꝑ quā quouſq; in baptiſmo lota
ſit,indugnū eſt,hominem dei conſpectui præſentari.
Tertium eſt,qđ ex ſecundo ſeqtur.ſ.reatus, ſiue debi-
tum pœnæ æternæ,cui primi parētes cū oī poſterita-
te ſua ꝑꝑ peccatū,qđ cōmiſerunt,adiudicati fuerunt.
Si.quæras,qđ iſtorum ſit originale peccatū,vr̃ dubiū
nam magiſter Pe.Lōbardus in ſentētijs vr̃ ſenſiſſe, ꝙ
primū,ſ.pronitas ad peccādum,ſit peccatū originale,
quæ etiā dicit̃ cōcupiſcētia,& fomes peccati. Sed cō-
tra eum eſt, qa illa ꝓnitas remanet poſt baptiſmum,
vnde ſecundum ſuā ſententiā uideret̃, ꝙ ēt poſt bap-
tiſmum remaneret peccatum originale. Ipſe tñ magi
ſter reſpondebat,illi ꝓnitati acceſſorium eſſe, ꝙ eſſet
peccatum. Sed qa nō vr̃ vera ſua opi.nec ſufficiēs ſua
rñſio;ideo fere oēs moderni dicūt,ꝙ peccatū origina
le nō eſt ꝓnitas,neq; fomes peccati;ſed eſt q̃dam ma-
cula annexa fomiti,de qua no.ſupra uerſi.ſm, & illa
macula in baptiſmo delet̃.Sed & qa illa macula anne
za eſt fomiti,ſeu ꝓnitati:ideò aliqñ fomes,ſiue illa ꝓ-
nitas dr̃ originale peccatum,& ſm hoc intelligit̃,qđ
dicit Aug.ſ.ꝙ peccatū originale trāſit reatu,ſed rema
net actu, quia ſcilicet illa macula,q̃ facit hominē reū
pœnæ æternæ trāſit, ut decætero rōne illiꝰ peccati ori
ginalis nō ſit hō pœnæ æternæ aſtrictus: ſed idē pec-
catū originale,licet minus ꝓprie dr̃ remanere actu.ſ.
quia



quia ibi remanet pronitas, ſiue fomes, ex quo inſur-
guntur concupiſcentiæ actuales. Sed dices, quomo-
do eſt hoc, quòd ſine aliqua culpa actuali & volunta
ria adiudicatur quis pœnæ æternæ,ut patet in eo, qđ
no.ſupra eo.uer.tertium.hoc enim videtur iniquum.
Reſponde,hæc pœna eſt tantum priuatio, ſiue caren
tia viſionis dei,& nō eſt pœna actualis,nunquā enim
punitur quis actuali pœna, niſi volūtarie peccet. Sed
& malunt taliter puniti ſic eſſe; q̃ omnino non eſſe ſe
cundum Inno.cuius eſt hæc tota glo. Nec ob. ꝙ † di-
cit Aug.Si mali poſſent, mallent in inferno deum ui-
dere,& in pœnis eſſe,quā extra pœnas deum non ui-
dere:quia & ſi hoc mallent,tamē adhuc magis uolūt
eſſe,quā nō eſſe,ſm hoc intellige.1.q.1.firmiſsime,&
de conſ.diſt.4.firmiſsimè,&.c.nulla præter baptiſmū.
Vt aūt de prædictis tribus notatis.ſ̃.in prin.huius glo.
aliquā claram & cōpēdioſam vtilitatem reportes,di-
cas,ꝙ ſecundum,ſcilicet macula,ſiue ſordes eſt pecca
tū originale,ut patet in eo, quod no.in ſum.de pęn.§.
de quibꝰ peccatis.ver.1.& ſequētibus.qđ in baptiſmo
delet̃,quantū ad tertiū,qđ ex ipſo ſecūdo ſeqtur.ſ.de-
bitū pœnæ æternæ,quia hoc debitū quantū ad origi-
nale peccatum omnino remittitur per baptiſmū, ut
ſ̃.eo.§.prox.quantū uero ad primū,ſ.peccati pronita-
tē,ſiue fomitē,& ſi proſit baptiſmus ipſū debilitando
non tñ ipſum omnino tollit,quia cū corruptioni car
nis adhæreat,nō eſt mirū, ſi quantū ad appetitū natu
rā corruptionis ſapiat. quæ enim corruptioni adhæ-
rēt,corruptibilia ſunt,arg.ff.de rei uen. quæ religioſis
ff de regu.iur.cum principale.licet autem ex ui ſacra-
mēti,q̃ in oībus æqualiter opatur, nō omnino tolla-
tur,ut dictum eſt;poteſt tñ filius dei,cui uult,gratiam
facere ſpecialē,& fomitē adeo debilitare,ꝙ nō præua
leat,uel ipſum oīno extinguere, ſicut patet in glorio
ſiſsima matre ſua,& in quibuſdā alijs ſanctis ēt in ute-
ro ſanctificati.exemplū in Hieremia,& in Ioāne Bap
tiſta.ſ̃.de renū.niſi cum pridem.Hoſt.[*Crediderit*]Mar.
ulti.[*Non poſſint*]hoc intendit, ſicut pars affirmatiua
ipſius auctoritatis intelligitur de adulto,cum nō poſ
ſit paruulus credere,ſic pars negatiua intelligenda eſt
etiam de adulto [*Virtutes*] & informantem gratiam,
& hæc approbata in concilio Vien. de ſum.tri.c.uno.
§.fi.& ibi uideas in glo.;eſt ſciendum[*Verum*]2.princi-
8 palis quæſtio[*Dormientibus*]alibi enim † æquiparantur
hæc tria genera hominū.ſ.pupilli, dormiētes,& amē-
tes.ff.de acq.poſ.l.1.§.furioſus.Goſ.[*Similibus*]ſed iſtud
nō eſt omnino ſimile,ut infra patebit[*Remittitur*]i.par
uulis. La.[*Relaxetur*] requiritur ergo in illis contritio,
de ſen.exc.a nobis.2.& ſic no.aliquid diſſolui eo mo-
do,quo ligatur,infra de reg.iur.omnis.ff.eo.nihil tam
naturale.[*Sed adhuc*]3.quæſtio.[*Sabbato*]Ioann. 5. &. 7.
[*Item quæritur*]4.q.cuius ſubdiuiſionem uide in. 1.glo.
huic autem quæſtioni reſpondet in fi.[*Character*]quid
9 ſit † Character,dixi.ſ̃.de ſac.non ite.in rubrica[*Per ſe*]
i.abſq; cōſenſu accipientis.La.[*Similia*]ut cōfirmatio,
& extrema unctio[*Detrimentum*]corporis, uel rerū.ſ̃.
quod me.c.1.&.2.& per totū [*Imprimit*] ēt ſi per iocū
hoc fiat,uel deriſum.1.q.1.§.ecce,de cōſ.di. 4. quāuis
&.c.ſolet.ideo cōſtat, ꝙ paruulus characterē recipit,
cui ſemel recepto renūciare nō pōt,infra de diuor.q̃-
to,licet reclamet,quādo peruenerit ad perfectam ęta
tem,de cōſe.diſt.4. quærit,&.c.paruuli.Effectui tamē
characteris renūciare poteſt,ut in eiſdem capitulis,&
ſic tollitur contrariū,ſupra de reg. cum ſcimus.Ratio
quare characteri renūciare nō pōt,eſt, quia qđ factū
eſt,nequit eſſe infectū.23.q.5.ſi Paulus. Effectui uero
renūciari poteſt:quia ex libero arbitrio ſaluatio, uel
damnatio ſua pendet,ſecundum Hoſt.[*Perdurare*] fa-
cit.ff.de his,qui ſui uel alie. iuris ſunt. l. patre furioſo,
10 [*Obicem*]i.obſtaculū.Pe. ¶[*Glo.hinc colligitur*] alleg.duas
concor.ſignat unum contrarium,& ſoluit dupliciter
¶[*Glo.uniformis*]alleg.unam concor.& unū contrariū.
[*Glo.de conſe.*arguit,alleg.duo iura in contrariū, demū
elicit tria argumēta.¶[*Glo.ſed nonne*]obiicit, & duplici-
ter ſol.¶[*Glo.ar.quod*]arguit,alle.duo iura. ¶ *Glo.quia ad*
*fidem*]alle.tres concor.ſignat unum contrariū, qđ du-
pliciter ſol.*Glo.& ſic*]quærit,arguit ꝓ,& ſol.ponit opi.
Io.¶ *Glo.ſic infra*]quærit,arguit pro. ſecundo obiicit,&
11 ſol. ¶Antep. gloſſ.quærit, & ſol.*In † gloß.imò, ibi,l.* 2]
quæ ſic dicit.Verbum hoc,ſi quis,tam maſculos,quā
fœminas amplectitur.¶*In glo.ar.quod ibi;non poſſunt*] ui-
de in.c.inter cæteras,ult.glo.[*& ibi.l.ulti.*] incipit,ſi im
perialis,& uide in.c.cauſis, ſuper.1.glo.¶ *In glo.de conſe.*
*diſt.ibi,in hoc iudicio*]uide de conuer.coniug. placet, ſu-
per.4.gl.[*& ibi,in cauſæ*]ut omnia iudicia à proc. trāſfe
renda ſunt,aut nulla[*& ibi.l.* 3.]incipit.an pars.uide de
priuile.ex ore,ſuper glo.pe.[*& ibi,cum hi.§.ſi prætor*] Si
in tranſactione alimentorum prætor de omnibus nō
quæſiuit,quæ mandat oratio,licet de aliquibus quæſi
uerit,non ualet tranſactio[*& ibi.§.penul.*]incipit,item
ſi ita.uide de pœnis ſuam,ſuper prima gl.¶*In gl.ſed non*
*ne,ibi,ſi domus*] uide de priuile. paſtoralis, & ſuper ulti.
glo.[*& ibi,ad probationem*]uide in.c.cum contingat, ſu-
per glo.penult.¶*In glo.ar.quòd ibi.§.ulti.*] uide de iureiu
ran.debitores,ſuper glo.2. ¶ *In glo.ſic infra ibi;non cogen-*
*dum*]aliàs,itē ſi unus,in fin.§.ſi in tres,aliàs eſt lex, quā
uide de arbi.c.1.in glo.2[*& ibi.l.2.lib.* 10.] cōſentit pa-
ter aſſumptioni filii in poteſtate cōſtituti ad decurio-
natum,ſi nō teſtificatur ſe diſſentire nominationi[*&*
*ibi,ſed hæ perſonæ*] ita debet eſſe,&.l.pomponius,debet
allegari[*in fi.*]& uide in præ.c.ex parte decani, in glo.
antepenul.¶*In gl.ſi infra ibi,eum qui*]ſequitur, uolunta-
tem mutatam dicit,probare hoc debere[*& ibi lucius*]
ſi teſtator legauit mihi militiam ſuam, quam po-
ſtea uiuus uēdidit,& partē precii mihi dedit,eo mor-
tuo peto reſiduum,niſi probet teſtatorem uoluntatē
mutaſſe,quod probare ſpectat ad ipſum, qui recuſat
legatū ſoluere[*& ibi.§.ſurdo*]muto, & ſurdo, cui lega-
tur,mādari pōt,ut cū morietur reſtituat.nam & igno
rantes,quibus teſtamēto q̃ritur emolumentū, aſtrin-
guntur fideicōmiſſo.¶*In † glo.ulti.ibi,ſi filius.* 2) quā ui-
de.de teſti.cū ueniſſet,ſuper glo,2.(*& ibi,ſi is*) ſi pater-
fami.putans ſe filium iuſſu patris adijt, illi intendens
acquirere,nec illi,nec ſibi acquirit.is autem,qui dubi
12 tat,an filius,uel pater,adire poteſt.¶*In gl.* 1.*ibi,huic ſedi*)
cum enim aliis permiſſum fuiſſet laxare rete, ſoli Pe-
tro dictum eſt,duc in altum, Luc.5.in prin.24. q.1.nō
turbatur,& concor.ſupra de appell.ut debitus, in fin.
¶*In glo.ſed circunciſio,ibi;in templum*) Leui. 22. ¶ *In glo hic*
13 *colligitur,in fi.*) T.ut † dicit Hoſt. præceptum circunci-
ſionis datum fuit ad probationem obedientiæ, ſicut
& illud,Egredere de terra tua &c.Gen.12. A. unde A-
braam circuncidit filium.8. die, ſicut præcepit ei do-
minus, Gene.21. Item data fuit circunciſio ad populi
diſtinctionem,Gene.17. circuncidetur ex uobis om-
ne maſculinum &c. ut ſit ſignum fęderis inter me, &
uos.Item ad culpæ originalis purgationem, ut hic di-
cit.¶*In glo.imò,in fine*]de hoc,infra de elec.generali,lib.
6.¶*In glo. ideſt,in fine*] per quod arguebant hæretici, ut
in anti.paruulos baptizatos, uel non eſſe damnādos.
14 ¶*In † glo. uniformis, ibi, debet eße*] regulariter ſecundum
Hoſtien.qui etiam de hoc remittit, ſupra de appel.in-
quiſitioni[*& in fine*] ſi gloſ.ponderat,quòd auctoritas
illa,Nolo mortem &c.non congruat prius dictis, ubi
de corporali morte fuerat ſermo,dici poteſt illam de
utraq; intelligi,& ſic eſt uniformis.Si uerò gl.ponde-
rauit finem, c.idem, ſiue intelligatur, ut canon. 2.q.7.
placuit,ſiue de mortuis diuinis actibus: quia.ſ.nil me-
15 rentur.¶*In glo.ſicut,ibi,iuſtitia*]& de imperatore, qui eſt
ſemper Auguſtus, de iuram.ca.capitulo 1.aptitudine

ut in prin.Inſti.ubi de hoc Rubrica,& adde quòd † di
xi de cauſa poſ.c.1.ſuper gloſſ.¶ *In glo.oritur in fi.*] & in-
fra de uer. ſigni. cum olim, ſicut finis unius cauſæ fa-
cit ingreſſum ad alteram.ff. de acquir.poſ.l. exitus.G.
¶ *In glo.de con.ibi crimina*] dic quòd excommunicatio,
& ipſius abſolutio ſunt actus humani, in quibus nil
communiter eſt perfectum.Tullius.3.de officijs. Nil
difficilius, quam reperire, quid ſuo genere ſit omni
parte perfectum. & idem Priſcianus maior [*& ibi in
hoc iudicio*]de hoc ſupra de conuer. coniug. placet [*&
ibi non liberatur*]de hoc infra de pœnis,ſuam.¶ In gloſſ.
paruuli,ibi;perpetua. Dicit Hoſtien. ſed mors æterna
peior dicitur.¶ *In glo.ſed nonne,ibi,uiſionis dei*] de hac ho-
die in conſtitutio.Benedicti, quæ incipit, Benedictus,
[*& ibi diuerſifica*]ſecundum Vincent. Dicebat Hoſtien.
16 quod littera ſic legi debebat, ponamus † per impoſsi-
bile,quòd per actuale non impediatur adultus a uiſio
ne dei, ſed per originale tantum. ſi dicamus origina-
le tolli,& actuale remanere; ſequetur euidens abſur-
ditas,de qua dicit tex. nullus enim poteſt deum uide-
re,& cruciari,nec qui cruciatur, poteſt uidere deum,
ut patet in auctoritate Aug. quam ſupra poſuit ſuper
uer.de paruulis;& ſic dicit litteram planam.¶ *In glo.ar.
quòd,ibi,ægritudine*]ubi idem no. [*& ibi,baptizatur*] non-
ſic in illo, qui alias non communicauit, & ægritudi,
nis timore communicat.rationem quære.l.diſt. c.is
uero qui,in fi.1.gloſſ.¶ *In glo.idem in fi.*]uel.i.quantum
ad effectum characteris. ¶ *In glo. 1. q.1.ibi, ficti*]hic ad-
de.quod ibi no.¶ *In glo.quia ad,ibi.c.1.*)& 45. diſtinct.&
qui emendat,ubi de hoc in ult gl.(*& ibi,non debent*) in-
fra de diuor.gaudemus. ¶ *In glo.& ſic,ibi,matrimonium*)
17 quando † non eſt iuſtus metus, ut patet per ſequen-
tia(*& ibi,ordinem ſacrum*)& ibi Ioã.dixit hoc, &.74.diſt.
ubi iſta.idem Vin.Phi.ſed Goff.contra hic, & in ſum.
de æta.& qua.§.circa hanc, & duobus.§.ſequen. Niſi
prius habuiſſet uxorem legitimam, qua licitè uti po-
terit ſecundum eum[*& ibi eo uti.*]ſed caueat, ſi poſtea
utetur priuilegio,& compelletur continere, & hoc te
neas ſecundum Hoſt.& intelligit ratificari etiam taci-
tè,ut ſi ſemel indutus dicat epiſtolam. ad hoc de regu
la.uidua [*& in fi.*]aliquos tales ſpeciales caſus uide no.
quod me.cauſa,abbas,in fin.gloſſ. & ſuper ea.¶ *In glo.
ſimile,ibi baptizantis*] & ideo non datur a puero non do
li capace,nec a furioſo,de hoc.1.q.1. ecce quando.

ANNOTATIONES.

a Terminatur.Illud.c.facit pro ſecundum opinionem, quam ibi te-
net glo.& Hoſtien.ſecundum autem op.Gof.facit contra.
b Veſtitum.Vide gl.& Bar.in.l.iuriſgentium.§.quinimò.ff.de pac.

*SVMMARIVM.*

1 *Baptizare ſeipſum nullus poteſt, & nu.2.*
*Iudæus quis non debeat baptizari, & quanto tempore debeat eſſe cathecumenus.*
2 *Negatiua aſſumitur per dictionem, Tantum.*
*Quod potuit qui fecit, uidetur ualere.*
*Baptizatus ut quis ſit, qui debeant interuenire, & quanta aqua, & quam partem corporis aqua ſpargi ſufficiat, & nu.3.*
3 *De baptiſmi ſubſtantia eſt pronomen, Ego.*
*Quid ſi baptizari, nolit amplius Iudæus, qui ſe ipſum baptizauit.*
*Ad baptiſmum quis cogi poſſit.*
*Pœnitere quando cuipiam non liceat.*
4 *Chriſtus quare uoluit baptizari, & quare aqua.*
*Aqua cur in baptiſmo Ioannis, an poſtea fuerit baptizare baptiſmo Chriſti.*
*Baptizari non poteſt, qui non eſt natus ſecundum carnem.*
6 *In baptiſmo unus ſolus debet eſſe patrinus.*
*In eo quis exterior patrinus, & quis interior.*
7 *Epilogus, & additio gloſſarum.num.8.*
*Perſonarum diſtinctio debet eſſe in contractu.*
9 *Pactum nudum an ueſtiatur re, uel alijs, & quibus.*

CAPVT IIII.

1 DEbitum. C.Nullus † poteſt baptiza
re ſeipſum. huius pars de
biga.debitum.Cõmunis diuiſio, & ſecũda
pars ibi,reſpondemus[*Iudæus*] ſi fuiſſet uſu
rarius,& non reſtituiſſet,non debet baptizari,de cõſe.
diſt.4.Iudæi,ubi de hoc.ſup.niſi caueat.facit de uſuris,
quamquam,lib.6. Quanto uero tẽpore Iudęi debeãt
teneri cathecumeni,uide in præd. c. Iudæi, &. c. di.nę
quod aſit.quæ tamen intelligas, niſi periculum immi
neret.de hoc per Hoſt.in ſum.eo.ti.§.quæ ſit eius for-
2 ma,uer.ut autẽ,in fi.[*Tantum*]aſtruit † negatiuam, de
cã poſ.cũ eccleſia, & hoc forſan dicit,quia Iudeꝰ libẽ-
ter ab alio recepiſſet baptiſmũ, ſed nullus Iudeus ipſũ
uoluit baptizare.unde fecit,ꝙ potuit, quare ualere ui
detur.22.q.2.faciat.[*Seipſum*]idem legimus de ſcã Bar-
bara.[*Immerſit*]oportet ad hoc,ut ſit baptizatus, ꝙ aliꝰ
baptizãs ipſum immergat,nec ſufficit, ꝙ ipſe ſeipſum
immergat,& alius uerba apta dicat, quia qui non im-
mergit,nec poteſt dicere,ego baptizo te,ſupra eo. c.1.
ſed ſi non immergat,nec etiã eum tangat,ſed aquã ſu
per eum ſpargat,dummodo balneet totũ,uel maiorẽ
partẽ corporis,uel ſolũ caput,ſufficit.ff.de reli. & ſup.
fu.l.cum in diuerſis. Alij dicunt,& forte melius,quòd
etiã ſi modica ſcintilla aquæ proiectæ à baptizante eũ
tangat,baptizatus eſt.& hoc ſatis uidetur cõſonare iu
ri,& æquitati,licet primum dictũ ſit tutius. Innoc. de
hoc de pœ.di.1.uulgaris,& de conſec.di.4. propriè in
morte,in fi.& Gof.infra c.prox.Hoſt.remittit ad ſum.
eod.ti.§.quæ ſit forma,uer.licet autem totus, & ſequ.
3 [*Ego*]ar.pronomen hic † eſſe de ſubſtantia de hoc ſu-
pra c.1.[*Et infra*]quæris an talis baptizatus ſit,uel iterũ
debeat baptizari[*Dicentis*]Matth.ulti. [*Baptizare*]ſi apo
ſtoli alios baptizant;ergo patet,quòd alius baptizans,
alius baptizatus[*Baptizandus*]hic poteſt cõtinuari uer.
Quid ſi pœnitet Iudeum,nec uult amplius baptizari?
uidetur quòd pœnitere poſsit, cum res ſit integra,&
nil ſit collatum. ad hoc de iure patron. cum layci, de
elec.in cauſis,nec eſt quis inuitus ad fidem cogendus,
de hoc ſupra c.proxi.uer.uerum. Sed contra,quia &
cum de malo quærimus,non dicitur res integra,cum
quis proceſsit ad actum: de pœ.di. 5. is qui cum telo.
multo fortius cum de bono.ad hoc de uoto.c.2. &.3.
& ſi papæ,cui præſentatur poſtulatio, nõ debet illudi
multo minus deo,ſupra.c.proxi.uer.finem.Dicit Ho-
ſtien.potiſsimè in fauorem fidei talem cogendum,ut
baptiſmum recipiat,& fidem ſeruet.ad hoc de cõuer.
infide.c.2.& quod ibi no.& ſupra de renun.c.fi.ubi ſi-
milis quomodo,& non tam fauorabilis eodem mo-
a do terminatur.Prima iura locum haberent, quando
ad nullũ actum proceſsiſſet.Item nõ debemus pati Iu
dæos aliquid facere,quod fidei cõfuſionem inducat,
uel uerti poſsit in deriſum, uel contumeliã creatoris,
de Iudęis,& ſi iudæos,&.c.in nonnullis, & quid de il-
lo, qui uotum religionis emittit, legitur & no. ſupra
4 de regula.conſulti [*Voluit*] quare † hoc uoluit, cũ bap-
tiſmꝰ ſit ablutio peccati,& Chriſtus peccatũ nõ fecit?
de conſe.diſt.4.per aquam,ubi de hoc,dicebat ibi La.
hoc actum,ut impleret omnem humilitatis gradum,
qui triplex eſt,ut no.de reli.do.cum de quibuſdam,in
ulti. glo.uel illud ideo,ut nobis aquas ſanctificaret ad
baptiſmum,ea.diſt.nunquam. Item quæritur, quare
baptizatus eſt in aqua? Reſpondetur, quòd aqua eſt
igni contraria. peccatum autem dicitur ignis, ſicut
ira in animo;concupiſcẽtia in carne,quæ ut extingua
tur,baptizatur in aqua. Item aqua ſordes lauat: ſitim
extin-



extinguit, imaginem reddit: ſic gratia ſpiritusſancti
in baptiſmo ſordes peccatorũ lauat, ſitim animæ ver-
bo dei extinguit, imaginem dei per culpam amiſſam
reſtituit.Idẽ facilius in alijs liquoribus,quã in iſto po-
tuiſſet excuſatio propter inopiam inueniri, cũ iſte ſit
communior. reliquis enim liquoribus, puta uino,&
oleo,multi carent.[*Baptizare*]Ioã.1.Matth.3. & dicunt
theologi, quòd baptizatus fuit baptiſmo Ioãnnis,an
5 † vero baptizati baptiſmo Ioannis poſtea fuerint bap-
tizati baptiſmo Chriſti,nota.1.quæſt.1.cap. dedit bap-
tiſmum Iudas.[*Talis*]i.taliter baptizatus[*Patriam*]ęter-
nam,ꝙ † intelligas, ſi veram contritionem habebat.
[*Fidem*]quam præſumitur habuiſſe feruentem [*Sacra-
mentum*]quo ad baptiſmũ fluminis[*Veritas*]Io.3[*Denuo*]
vnde,qui natus non eſt ſecundum carnem. baptizari
non poteſt,de conſec.di.4. qui in maternis.[*Carnali*]ex
hac comparatione eſt euidens ar. ſecundum Hoſtiẽ.
6 quòd † vnus ſolus debet eſſe patrinus in baptiſmo, de
quo dic,vt infra de cog.ſpiritua.quamuis,lib. 6.[*Exte-
rius*]per presbyterum,& uiſibiliter[*Interius*]per ſpiritũ
ſanctum inuiſibiliter,de ſacra vnc.c.vno,in prin.[*Vtro
biq;*] nam presbyter patrinus eſt reſpectu exterioris.
7 Prima † gloſſ.inducit duo ſimilia, & vnum diſsimile.
8 ¶ Penultima gl.inducit vnum ſimile.¶ *In glo. 1.c.ulti.*]
ſic alius emptor,alius venditor, aliud precium, aliud
merx,uel res uendita.ff.de re.permu.l.1.[*& in fi.*]ſecun
dum Ioã.ad hoc ſupra de ſum.tri.firmiter.§. vna,Gof.
¶ In gl.de con.dicit Abb.quod hæ concor.melius ad-
aptantur ad verbum,euolaſſet.¶ *In glo.pe.in fi.*] & alia.
30.q.1.omnes,&.q.3.c.1.&.2.Gof.¶ *In glo.ult.in fi.*]& ar
9 guit Hoſt. pro domino ſuo. qui dicebat † pactum nu-
dum non veſtiri re,uel conſenſu,uerbis,vel litteris,cũ
a non poſsit ibi diſcerni veſtiens,vel veſtitum[a],remittit
autem ad ſummam de pactis.§. quot ſint diuiſiones,
ſub.§.ſupereſt, vt de pactis.

ANNOTATIONES.

a Alius liquor.Vide ſupra.c.proxi.in glo.quare.
b Baptizatus.Hoc tenet glo.in.c.baptiſmi uicem,de conſe. diſt.4.
c Propoſito.Contra hanc opin.facit, quod ibi no. glo. ſed quòd,& quod no.ſupra.c.proximo in glo. oportet vbi ſola ſparſio aquæ.

*SVMMARIVM.*

1 *Baptiſmi ſacramentum non eſt, ubi deeſt uerbum, & elementum aquæ, & nu.2.in eo quando non deſit ſpiritus ſanctus, ibid.*
*Maior pars præualet, & quo caſu hic.*
2 *Mutus baptizare non poteſt; ſecus in mutaſtro.*
3 *An baptizatus dicatur puer, qui ob remotam eccleſiam, apparentibus in uia ſignis in eo mortis, fuit in puteum proiectus à dicente, Ego te baptizo, &c.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum, num.5.*
*Ex pane confecto ex aqua roſacea an fiat uerum ſacrificium.*
*Beat.Thomas citatur etiam ab Archidia.in fin.*

CAPVT V.

1 NOn vt apponeres. C. Vbi
† deeſt ver
bum,& elemẽtum aquæ,non eſt baptiſmi
ſacramentum. Communis diuiſio. ſecun-
da ibi. Reſpondemus.[*Baptiſmo*]i. loco baptiſmi,vel.i.
baptizare intendens. [*Salute*] & ſic defuit elementum
aquæ,cum tamen vino,oleo,vel alio liquore ab aqua
quis baptizari nõ poſsit.Quid ſi qs baptizatur in aqua,
cui vinum ſit mixtũ? vt dicit Hoſt. generalis conſuetu
do habet, quòd in pura aqua detur hoc ſacramentũ.
In talibus conſuetudo ſeruanda, de conſe. diſtin.4. de
trina.de cele.miſ.pernitioſus. Putat ergo baptizãdum
in pura aqua ſecundum formam decre. ſecundæ, ſo-
pra e.ti.& ſic ſol.in ſum.e.ti.§.quæ ſit eius forma, uer.
a quid ſi alius liquor[a]. Dicit etiã hic poſſe diſtingui, an
ibi ſit maior pars aquæ,& tunc dicatur baptizatus, an
b vero minor,& tunc non ſit baptizatus[b].ad id ſupra ti.
1.in quadam,ad fi.&.c.cum Marthæ.§. quæſiuiſti.ſed
primum tutius ſecundum eum[*Liniuit*]nil dicendo;&
ſic defuit etiam verbum, & ſup.hic, quod quærebat,
an tales ſint baptizati,& huic reſpondet[*Verbum*]mu-
2 tus † ergo non poteſt baptizare;ſecus in mutaſtro, vt
no.1.q.1.detrahe[*Veritas*]Matth.vlti.[*Dicat*]Io.3.][*Spi-
ritu ſancto*]iſtud ergo eſt tertium, ſine quo prima duo
nil operantur,ſ.ſpiritus.S. [*Sed ideo*]ſupra hoc non ex-
preſsit,quia ex quo prima duo interueniunt,nunquã
deeſt tertium, ſed ſemper adeſt a quocunq; confera-
tur,ſeruata forma.1.q.1. dedit, & capitulis ſeq.ſecun-
dum Hoſt.[*Alterum*]ſiue ſit verbum, vel elementum.
3 Ponebat hic Abb. quæſtionem de illo; qui dum † ad
remotam eccleſiam deferret puerum baptizandum,
apparentibus in via ſignis mortis in puero, nec aqua
poſſet haberi; proiecit puerum in puteum,de quo ci-
tra mortem puer reduci non poterat veriſimiliter,di-
cendo verba apta.Ego te baptizo &c.quærit, an talis
baptizatus ſit, & in cœmeterio ſepeliendus. Dicit au-
tem,quòd per lectorem prędicatorum in monte Peſ-
ſulano fuit terminatum quòd non, & dicit,quòd tũc
multi canoniſtæ fuerunt id atteſtati per hanc decre.
cum ibi fuerit verbum,& elementum. Dicit etiam ſe
poſtea magiſtrum ſuum conſuluiſſe; qui reſpondit,
quòd non erat baptiſmus, cum in eo requiratur non
ſolum in aquis immerſio,ſed etiam ab aquis eleuatio
per quam reſurrectio deſignatur,de conſe.diſt.4.pro-
c prie, quòd † quia in caſu propoſito[c] defuit, non fuit
4 baptiſmus.¶ Prima † glo. reſpondet per contrarium.
5 ¶ Secunda glo.tripliciter exponit litteram.¶ *In † glo. 1.
ibi,ubi de hoc*]in.1.glo.[*& in fi.*]valet tamen, dato quòd
aqua ſit lutoſa:ſecus,ſi lutum:ſi tamen aqua exprime
retur ex luto, bene fieret baptiſmus. Dubitatur de
baptizato in roſata aqua,vel roſacea.i.quæ fit ex roſis.
Et quod non ſit baptizatus ſic probatur, aqua baptiſ-
mi nunquam purgaret peccata credentium, niſi do-
minici corporis tactu ſanctificata fuiſſet, de conſe.di.
4.nunquam,ſed conſtat,quòd aqua inferior elemen-
tum eſt. Et eſt illa, quæ in flumine Iordanis ſic ſancti-
ficata fuit; ergo extra illam non eſt baptiſmus. Dice-
bat ergo Thom.3.parte ſum.q.66.artic.4. quod in ta-
li aqua, vel aquis alchimicis non poteſt dari baptiſ-
mus alias & in vino dari poſſet. aqua enim conuerſa
in liquorem vuæ fit vinum: fieri autem poteſt in ue-
ra aqua qualitercunque tranſmutata,dummodo non
ſoluatur ſpecies aquæ. vnde in liſciuio, & aquis ſulfu-
reorum balneorum fieri poteſt, quia non incorpo-
rantur per artem, uel naturam aliquibus corporibus
mixtis, ſed ſolum recipiunt alterationem tranſeun-
do per aliqua corpora facit quod poſt Innoc. dixi ſu-
pra ti. 1.cum Marthæ,in gloſſ. quomodo panis, ad fi-
nem. an autem ex pane confecto ex tali aqua roſa-
cea fiat uerum ſacrificium,no. Archid. de conſecrat.
diſtinct. 2.capit. 1. dicens fratrem Thom. tenere quòd
non: quod uidere potes. 3. parte ſum. quæſt. 74. arti-
cu.7.in fin.

*SVMMARIVM.*

1 *Baptizatos a Latinis non debent rebaptizare Græci.*
*Mores, & Ritus quomodo hic accipiantur.*
*Deferendum nulli contra deum.*
2 *Baptiſmi forma, quam Greci ſeruant, poteſt ab eccleſia tolerari, eius quæ aliàs forma ſit, cum quorum impediat intentio, nu.3. a quo cunque collatus ualet, & nu.4.*

*Baptizare etiam mater poteſt in neceſsitate per uerba uulgaria.*
4 *Periculum indulgere, eſt occidere.*
*Altaria ab excommunicato non inquirantur. Quid ſi ab eo conſecrentur.*
*Pars turpis eſt, quæ non conuenit toti.*
*Paſtor uniuerſalis eſt Roman. pontifex, in fi.*
*Excommunicatio hic an ſit latæ ſentẽtiæ, per dictio, percuſſus, ibid.*
5 *Romana eccleſia eſt & Græcæ, & omnium aliarum eccleſiarum mater, & magiſtra.*

## C A P V T VI.

1 LIcet græcos. C. Baptizatos † à Lati-
nis Græci rebaptiza-
ri non debẽt. Concilium præmittit exor-
dium, & narrat duplicem Græcorũ exceſ-
ſum. ſecũdo id fieri prohibet. tertio pœnã imponit. ſe
cũda ibi, volẽtes. tertia ibi, ſi quis. [*Mores*] quãtũ ad alia
quæ ſunt extra ſacramenta [*Ritus*] quãtum ad illa, quæ
ſũt de ſacramẽtis, ſm Pe. [*Cum domino*] i. ſic, ꝙ nõ offen
datur deus, & fides, Nulli enim deferendũ eſt contra
deũ. 14. q. 3. Iulianus [ *Suſtinendo*] j. de diuor. deus qui,
Vin. [*Nec debemus*] 14. diſt. ſicut. Vin. [*Periculum*] licet igi
2 tur † forma baptiſmi, quam Græci ſeruant, poſsit ab
eccleſia tolerari, ut dixi ſupra. c. 1. error tamẽ illorum,
qui eſſet intolerabilis, ſi illum vellẽt inducere, tolerã-
dus non eſſet, ut ſi in nomine patris inuocare intẽdũt
uirtutem diaboli, uel patris carnalis, uel aliud ſimile.
Tali enim ſeruata forma nõ eſt puer baptizatus, etiã
ſi baptizans exprimeret uerba, quæ Romana eccleſia
ſeruat propter corruptã intentionem. Quid ſi dicat in
nomine parietis, & tecti, & fundamẽti, cũ per hæc tria
intendat inuocare uirtutẽ patris, & filij, & ſpiritus ſan
cti; reſpondeo, nõ eſt puer baptizatus, quia ad minus
oportet baptizantem aliquas principales ſyllabas reti
tinere; ut, & ſi non bene, & expreſſe & integraliter for
met uerba; tamen ſaltem aliqualiter exprimere uidea
tur nomina perſonarũ. Quid ergo ſi dicat, in nomine
patri, & filio, & ſpiritui ſancto? Dicas, ꝙ baptizatus eſt
puer dummodo baptizãs ex defectu lingue, ſicut po-
teſt poni exemplum in homine Græco, uel theutoni
co, uel alio barbaro, ſic pronunciet, errorem tamẽ in
ducere non intendẽs, de conſe. diſt. 4. ſi non ſanctifice-
tur, & c. retulerunt. Quinimo uidetur, ꝙ etiã ſi bapti-
zans bonus clericus eſſet, & ſic baptizaret, ualeret bap
tiſmus. Superior tamen uehementer præſumet cõtra
eum, ꝙ uoluerit errorem inducere, niſi certis indicijs
conſtet cõtrarium, ar. j. de ſen. excõ. ſacro. §. 1. & 3. Sed
dicetur, hæc nõ eſt uera forma; ergo puer nõ eſt bap-
tizatus. reſpondeo, forma uerborum ex toto non eſt.
ueruntamen eſt quaſi forma, uel iuxta formã uerbo-
rũ; & inſuper eſt forma intellectualis & integra, quia
nomine earũdẽ pſonarũ intelligitur baptizare, ſicut
& ille, qui uerbaliter & plenarie format uerba, qd̃ ex
eo patet, quia ẽt mater in neceſsitate poteſt filiũ bapti
zare per uerba uulgaria, & Græcus in Græco, & Theu
tonicus in Theutonico, & ſic de ſingulis, arg. C. de ſen.
3 & interlo. om. iudi. iudices, & notandum eſt, ꝙ † licet
intentio baptizantis, & baptizati impediat ſacramẽtũ
vt no. ſ. c. 1. intentio tamen patrinorũ nullũ affert im-
pedimẽtũ. Quid ſi baptizãs, & baptizatꝰ intẽdat bapti-
zare, & baptizari, nõ tamẽ credunt, ꝙ baptiſmus con
ferat niſi corporis ſanitatẽ: uel ad hoc tantũ intẽdant
ut infirmus baptizãdus ab infirmitate liberet̃ baptizã
do; Reſpõdeo nihilominus valet baptiſmus; dũmodo
ipſum conferre, & cõferri intẽdant. Si uero non intẽ-
derent conferri baptiſmũ; ſed tantũ quandã medicinã
cõtra infirmitatẽ facere, quãtumcunq; uerba formæ
plenè exprimerẽtur: nõ tamẽ eſt credendũ baptiſmũ
4 conferri. ſm Inno. & Hoſti. [*Animarum*] nam † indulge
re periculum, eſt occidere, non curare. l. diſt. abſit, &
quædam ſunt culpe & c. 28. diſt. quia ſunt culpæ. Gof.
[*Eccleſiaſticæ*] ſimile de foro compe. ex tenore [*Subtraxit*] de maio & obe. inter quattuor. [ *Inquinata* ] ꝙ non
eſſet. etiam ſi Latini celebrantes excommunicati fuiſ
ſent. ſ. de ſacra. non ite. c. 2. Quid autem ſi excommuni
catus altare cõſecret, ibi dixi, & ſ. de conſe. eccl. vel al-
ta. conſuluiſti, ſm Hoſt. ] *Lauiſſent* ] ſi. j. de Iudæis, & ſi Iu
dæos [ *Rebaptizare* ] ſatis imprudenter, quia ſacramentũ
baptiſmi collatũ a quocũq; etiam hæretico valet. 32.
diſt. §. uerũ, & purus fluuius per lapides & c. 1. q. 1 ſi fue
rit. Gof. [*Auſu*] per hoc faciebãt iniuriã ſacramento, 1.
q. 1. ꝙ quidã, & . c. ſacramẽta, de cõſe. diſt. 4. oſtenditur.
Phi. [*Confirmantes*] turpis eſt pars, & c. de ſpõ. duo. c. ult.
8. diſt. quæ cõtra. Gof. [*Ouile*] Io. 10. ante medium. alibi
unus thalamus. 21. diſt, quamuis [*Paſtor*] uniuerſalis, ſ.
Romanus ponti, 7. q. 1. Nouatianus, de tranſla. inter.
(*Percuſſus*) ipſo iure, Pe. Abb. Hoſt. fatetur quoſdã hoc
tenere, ſed dicit, ꝙ alij exponunt per ſentẽtiam ꝙ in-
5 nuit uer. deponatur. ¶ *In* † *glo. i. in fin.* ) & illius, & aliarũ
omnium eccleſiarum mater eſt Romana eccleſia, &
magiſtra, de ſum. tri. c. 2. ad fi. de homici. pro humani,
lib. 6. in auct. de eccl. ti. col. 9. C. de ſum. tri. l. fi. ad idem
2. q. 6. ad Romanam. 2.

*S V M M A R I V M.*

1 *Continuatio tituli.*
*De presbytero non baptizato ubi alibi, quã in hoc titulo tradatur.*

# De presbytero non baptizato. Rubrica.

1 Viſo † de baptiſmo: & ipſius effectu, quia contingit in-
terdum nondum baptizatos ordinari; ideò & c. de ma
teria, 1, q. 1. ſi quis confugerit, & . c. ſi quis per ignoran
tiam.

*S V M M A R I V M.*

1 *Hec decretalis eſt ultimæ infra eod. ſumma.*
*Baptizatum ſe non eſſe ut deprehendatur, & in dubio quid agendum.*
2 *De ordinato ad ſacros prætermiſsis minoribus, remittit.*
*Per ordinationẽ non baptizati non imprimitur character, et nu. 3.*
4 *Additio gloſſarum*
*Ordinatus non baptizatus, poſt baptiſmum, ſi nolit ordinari, eſt laicus, & contrahere matrimonium poteſt.*

## C A P V T I.

1 SI quis. Breue eſt, & ſic † ſumma
decre. vltim, infra eo. ( *De-
prahenderit*) quia comperit à parẽtibus
ſe non fuiſſe baptizatum niſi aſperſio
ne ſaliuæ. Abb. uel pone in expoſito,
uel reperitur erratũ in verbis, uel miſ-
ſus fuit nutriendus ſtatim poſt nati-
vitatem, quem nutrix credens baptizatum, baptizari
non fecit. Quid ſi non deprehendit pro certo; ſed du-
bitat. dicit Hoſt, ꝙ idem iuris, dũmodo probabile ſit
dubium; & tunc ſeruetur, ꝙ dicitur ſupra ti. 1. c. 2. ta-
mẽ non debet de facili dubitare, ut patet. j. c. fi. 1. fi (*Se
2 non eſſe*) ꝙ no. hoc Inn. de † ordinato ad ſacros præter-
miſsis minoribus, dicam. j. de cler. per ſal. pro. c. uno, ſu
per vlti. glo. (*Iterum*) iſtud, iterum, non denotat reitera
tionem ſacramẽti; ſed reiterationẽ ordinationis, quia
per primã ordinationẽ non fuit character impreſſus,
aliàs non iteraretur ſacramẽtũ. 1. q. 1. ꝙ quidam de ſa-
3 cra. nõ ite. c. 1. & ulti. ſecundũ Hoſt. ¶ *In glo. 1. in fi.*) vbi,
hoc, & . e. q. ſi quis confugerit. ¶ *In* † *glo. 2. ibi nullum*) ita, ꝙ
nec eſt character impreſſus. vt dixi in tex. unde uide-
tur, quod ſi poſt baptiſmũ iſte nolit ordinari, & ſit lai
cus;



cus: & licet contrahere non debeat, quaſi continen-
tiam uouerit; tamen cum uotum non fuit ſolenne, te
neret matrimonium, ſi contraheret. & facit, quod
no. de uoto. c. uno, lib. 6. in glo. ergo ſi.

*S V M M A R I V M.*

1 *Orari debet, pro eo, qui credens ſe baptizatum, in fide Chriſti ſine baptiſmo deceſſit, & nu. 2.*
2 *Opinio præfertur ueritati, & nu. 7.*
3 *Mors utiæ terminus.*
*Neceſſitas pro ignorantia probabili.*
4 *Auguſtinus, & Ambroſius ueneratione digni.*
*Iugis, pro continuo.*
5 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 6.*
*Baptiſmus triplex, & quibus quiſque proſit,*
7 *Generatio ſpiritualis habet aliquid commune eum carnali.*
*Iterari quæ debeant ſacramenta, & ſolennitates, ſi aliàs collata fuerint à non baptizato presbytero.*

## C A P V T II.

1 APoſtolicam. Caſus. Orari † debet
pro eo, qui credens
ſe baptizatum, in fide Chriſti ſine baptiſ-
mo deceſsit. In 1. deciſa conſultatio. in 2.
ibi, unde inquiſitioni, ponitur reſponſio, quam dua-
bus auctoritatibus probat. prima ibi, lege. ſecunda ibi
Etiam librum [ *Reſpondemus quòd* ] alias ſine ꝙ, & tunc
dic, reſpondemus, 1. reſpondendum incunctanter ãſ-
ſerimus, quod eſt, infra cũ quòd, dic quod aſſerimus
incunctãter & c. [*Perſeuerauit* ] ipſe preſbyter, nec ſacra-
mentum contempſit: quia ſe baptizatum credebat,
2 & præfertur † opinio ueritati. de hoc, ſupra de bigam.
nuper [*Adeptum* ] re, uel ſpe: aliàs non eſſet pro eo oran
dum, ſi iam eſſet in paradiſo, de cele. miſ. cum Marthę
[*Incunctanter*] i. indubitanter [*Lege*] uerbum eſt impera-
tiui modi. quod dixit Hoſtien. ſe ponere, quia aliquos
fecit muſare [*Super*] planius dixiſſet in octauo [*Inuiſibiliter*] ut habes, de conſe. diſt. 4. baptiſmi uicem, & c. ca-
thecumenum, & c. non dubito [ *Miniſtratur* ] per ſpiri-
3 tum ſanctum [*Neceſſitatis*] i. mors, q̃ † eſt terminus ne-
ceſſarius omnia mundana diſſoluens, in auctent. de
nup. §. deinceps, colla. 4. & nil morte certius, & nil ip-
ſius hora incertius, ff. de condi. & demon. l. 1. ad fi. ſe-
cundum Hoſtien, Vel [*neceſſitatis*] i. ignorantiæ proba-
bilis, ſecundum Pet. [*Librum*] reuolue, quod eſt, infra
4 [*Doctorum*] ſcilicet Augu. & Amb. de quorum † uenera
tione, de reliqui. ca. uno, lib. 6. [*Iuges*] ideſt continuas.
Phi. [*Presbytero*] putatiuo. in ueritate etenim preſby-
ter non fuit, nec confecit, ſupra ca. 1. & infra c. 1. ¶ Pri-
5 ma † glo. ſignat contrarium, & ſoluit. ¶ Vlti. glo. quæ-
6 rit, ſoluit, & remittit. ¶ *In* † *glo. 1. ibi, fluminis* ] & iſte pro-
deſt paruulis, & aliis, dummodò non inueniat obicẽ
contrariæ uoluntatis, ſupra de bap. maiores, ad fi. Ba-
ptiſmus uerò flaminis omnibus prodeſt, de quo ſe-
quitur, doli capacibus, de delic. pu. c. 1. habentibus fi-
dem, & charitatem, & per conſequens non contem-
nentibus baptiſmum fluminis, ut hic, & ſupra ti. 1. de-
bitum. paruulis non; & ſi de hoc intellexiſſent hæreti-
ci, de quibus, ſupra eo. maiores, uerum dixiſſent. ba-
ptiſmus uerò ſanguinis eſt, quo baptizati fuerunt in-
nocentes; & ſic patet, ꝙ communis eſt paruulis, &
adultis, de conſe. diſt. 4. baptiſmi. Et ſcias, ꝙ latro, qui
cum Chriſto ſuſpenſus fuit, non fuit baptizatus ba-
ptiſmo ſanguinis, non enim propter Chriſtum paſſus
eſt martyrium, ſed propter ſuorum facinorum deme
rita, ut ibi; unde baptizatus eſt flamine, ¶ *In glo. ulti ibi,
7 uentrem* ] ad inſtar † mulieris, quæ parit abortum, habet
generatio ſpiritualis aliquid commune cum carnali,
ſupra ti. 1. debitum [*& ibi, non in ueritate* ] idem Goffre.
& probatur, de ſum. tri c. 1. §. una [*& ibi, alios* ] mortuos
ſcilicet in his, qui uiuant, ſolennitates; & ea, quæ ite-
rabilia ſunt, iterari debent: baptiſmus non. Euchari-
ſtia expenſa. i. iam data, & matrimoniũ eſt apud om-
nes. de hoc, infra c. proxi. ibi uide in glo. alias, & in fi,
2. in glo, quia cum iam.

*S V M M A R I V M.*

1 *Huius capituli ſumma quæ, & diuiſio.*
2 *Eucbariſtia quibus non danda.*
3 *Argumentis non inſiſtendum, ſi ius habeamus expreſſum.*
4 *Periculum animæ ubi uertitur, tutius quod eſt animæ interpretari debemus, & nu. 7, §. 2.*
*Innocentius ſibi contrarius notatur.*
5 *Legitimus an aliquis in dubio reputandus.*
6 *Epilogus, & additio gloſſarum, nu. 7.*
*Ordinem poteſt nullus recipere ante baptiſmum.*
*Baptiſmus an ianua ſit omnium ſacramentorum.*

## C A P V T III.

1 VEniens. Capitulum † primum, ſupra
eo. ſit huius ſumma. & pri-
mò ponit de baptiſmo uſque ibi, cunque.
ſecundò circa ordinem alleg. pro & cõtra
uſque ibi, quia uerò. tertiò diffinit [*Quod cum*] quidam
habent per ſingulos ordines [ *Acceſſiſſet* ] aliàs aſcen-
diſſet (*Baptizari*) q. d. de baptiſmo non debuerat epiſco
pus dubitaſſe, licet de ordinibus dubitare potuerit,
quod infra diſputat (*Ordinibus*) an ſcilicet eſſet ordinan
dus, uel non (*Chriſtus Ieſus*) 1. ad Corin. 3. (*Salutifera*) i,
quæ dant ſalutem æternam, & de his non dubitatur,
ſupra c. proxi. (*Coniugij*) quod eſt de ueteribus (*Euchariſtiæ*) quod eſt de nouis (*Ante baptiſmum*) aliàs à non ba-
2 ptizatis, nec † intelligas, ꝙ talibus ſcienter dari debeat,
quia nec dari debet alicui, de quo conſtet, quòd ſit in
mortali, ſupra de ele. licet, uerſi. ſi quis autem, & cap.
Oſius. Occultus uerò peccator monetur, ut abſtineat
ſed præciſè non prohibetur, de conſe. diſt. 2. non pro-
hibeat, & c. ſeq. hoc autem intendit, ꝙ non baptizato
dari poſsit in caſu decre. proxi. uel dic, ꝙ dari non de-
bet non baptizato: ſed ſi detur, uerum eſt ſacramen-
tum in ſui eſſe, ſed non effectu, ideſt quò ad uirtutis
operationem (*Leuitici*) ut patet in Moyſe, Aaron, & fi-
liis eius, de deci. c. 1. in prin. (*Videretur*) alicui, & falsò, ſi.
uidetur, ſupra de elec. cum nobis olim. G. (*Legitur*) ut
3 dicebat Hoſti. non erat † inſiſtendum argumentis, ex
quo ius habebamus expreſſum. Dicet ergo ſimplex
canoniſta, quicquid dicatur, Birria ſemper homo, ar-
gum. ſupra de iudi. dilecti. Hunc tamen caſum uocat
infra dubitabilem propter rationes, & iura probabi-
lia. ad idem de reſcri. paſtoralis. uel ideo dubitabilem
uocat, ut nos inſtruat in dubiis fidei, uel ſacramento-
rum ad papam recurrendum, uel quia circa formam
baptiſmi, de qua loquimur, de facili poteſt oriri dubi
4 tatio (*Tutius*) ubi igitur † uertitur periculum animæ, de
bet interpretari, non quòd æquius eſt, uel mitius, ſed
quod tutius animæ. l. di. ponderet, in fi. & c. eos, infra
de ſponſ. iuuenis, ſecundum Hoſtien. (*Per ſingulos*) &
non ſeruatis interſtitiis, diſpenſatiuè continuis ordi-
num temporibus poterit ordinari, ſecundum Hoſti.
qui remittit, de elec. cum in cunctis. §. inferiora (*Permixtas*) ſup. ex quo promotus fuerit (*Ambigitur*) etiam
de iure. Inno. & dicit Hoſti. quòd in hoc eſt ſibi con-
trarius in his, quę notauit, ſupra eo, ca, 2, dic ut ibi (*De
ſacramento*) i, de fide ſacramẽti, per quam quis ſaluatur,
& ſi deficiat ſacramentum (*Certitudine*) circa hoc uide,
quod no. 68. di. preſbyteri (*Habenda*) argum. ꝙ ſi dubite
5 tur † an aliquis ſit legitimus, eſt reputandus legitimus,
ad hoc, de ſcruti. in or. fa. c. uno, infra qui fil. ſint le. ex
tenore,

tenore, infra de uerbor. ſi. abbate. §. contra quod. Ar.
contra, quia non præſumitur matrimoniũ, niſi pro-
betur, 30. q. 5. aliter, & c. noſtrates. ergo nec legitimus
præſumetur, niſi hoc pateat. So. ſi infamatus eſt, & nil
probatur contra eum, ſe purgare debet, infra de pur.
ca. accedens. Si non eſt infamatus, & ſemper uixerit
ut legitimus, ſuæ conſcientiæ relinquatur, infra qui
fi. ſint le. tranſmiſſæ, & c. peruenit. Hoſti. allega. etiam
C. de præſcrip. quæ pro lib. in rubro, & nigro, de iure-
iur. mulieri, cum ſuis concord. & remittit ad ſum. de
clan. deſpon. §. quam pœnam, uer. etiam in conſpe-
ctu. & facit quod no. in ſpecu. de ſpon. in fin. ¶ *Glo. ſed*
6 †*obijcitur*] obiicit, & ſol. demum quærit, & reſpondet.
7 ¶ Antepe. glo. quærit, & reſpondet. ¶ *In† glo. in cuius ibi,*
*matrimonij*] & in omni uoluntario, ſine quo poteſt ſa-
lus haberi. 1. q. 1. §. ſed notandum, ſecundum Glo. ¶ *In*
*glo. quam, in fi.*] Tan. ¶ *In glo. incluſiuè, in fi.*] ſic 32. diſt. de
hoc, de tranſla. c. 2. uer. ſed neque, de æta. & qualita. à
multis. Hoſtien. ¶ *In glo. ſequenti, ibi, credebat*] & ſi non
credebat propter ſuam peruerſam conſcientiam, di-
ſpenſationem non meretur: ſed ſecundum Vinc. in-
certum eſt eccleſiæ, quid ipſe crediderit, cum ipſe ſo-
lus non notauit. vnde, quod tutius eſt, eligitur. placet
tamen ipſi Vincen. & Io. nullum poſſe recipere ordi-
nem ante baptiſmum aquæ, de quo ſecundum eos
dicitur, quod ſit ianua omnium ſacramentorum. 32.
diſt. §. uerum.

*S V M M A R I V M.*

1 *Diſpoſitio tituli.*
*De ſacramenti euchariſtiæ, & aliorum ſacramentorum cuſtodia ubi alijs in locis iuris contineatur.*

## De cuſtodia euchariſtiæ, & aliorum ſacramentorum, Rub.

1 ¶ Viſo† qualiter euchariſtia conſecretur, tractat, quo
modo cuſtodiatur, & quia in baptiſmo utimur chriſ-
mate, ut patet, ſupra de ſac. unc. ca. uno, ſubmittit de
cuſto. chriſmatis, & generaliter de aliis ſacramentis.
de materia. 23. diſt. non oportet, cum capitulis ſeq. de
con. di. 2. qui bene, & c. ſi per negligentiam, cum capi
tulis ſe. & 1. q. 1. interrogo, & de euchariſtia vide, quod
dixi de cele. miſ. ſuper rubrica.

*S V M M A R I V M.*

1 *Euchariſtia, & chriſma debent fideliter cuſtodiri, & multa nefaria ex his ſortilegæ committunt.*
*Euchariſtiæ etimologia.*
*Si de ea quid cadat in terram, uel mus eam corroderit, quid iuris.*
3 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 4. & 5.*
*Ex culpa tenetur quis ad ea quæ ſequuntur ex ea, in foro tamen animæ contrà, & an id ſit perpetuum.*

C A P V T I.

1 STatuimus. Caſus. Euchari-
ſtia† & chriſma
debent fideliter cuſtodiri. rationem
ſubmittit, & pœnam addit. 2. ibi, Ne
poſsit. 3. ibi, Si uerò [*Euchariſtia*] hæc
Græcè. Latinè dicitur bona gratia. 1.
q. 1. multi. & adde, quod dixi, de cele.
miſ. ſane [*Ne poſſit*] ratio [*Manus*] ſortilegarum, quæ ope
rantur ex his, quod diſcretius eſt tacere. 41. diſt. ſit re-
ctor. Hoſtien. [*Spectat*] ſacriſta, de offi. cuſto. c. 1. Vinc.
[*Suſpendatur*] quamuis nil nefandum, inde contingat
2 [*Contigint*] ſi de† corpore, uel de ſacrificio quid cadat
in terram, uel mus illud corroderit, quid iuris, habes
de conſe. di. 2. ſi per negligentiam, & c. ſeq. & cap. qui
3 bene. Innocen. & Hoſtien. ¶ Secunda† glo. arguit, al-
lega. duo iura pro, & in contrarium allega. alia duo.
Item ſecundò arguit, allega. duo iura. finis reſpondet
4 per quæſtio. ¶ *In† glo. 2. ibi, uerum*] uide de accu. cum di-
lecti, ſuper glo. cauſa [*& ibi. §. in hac*] pe. eſt. & uide de
5 teſti. ſicut, ſuper glo. 4. ¶ *In† glo. 1. ibi, diaconus*) quo caſu
diaconus baptizare, uel euchariſtiam dare poſsit, ibi
no. ¶ *In glo. 2. ibi, culpa*) dixit hic Vincen. quòd licet fal-
ſum teſtimonium perhibens ſit reus omnium malo-
rum, quæ inde ſequuntur; in iudicio tamen animæ
non imponetur ſibi pœnitentia, niſi de falſo teſtimo
nio, licet aggrauetur per mala ſecuta, argumen. ff. de
ſer. cor. l. Neratius. §. 1. ubi dicitur, quòd ſi perſuaſi ſer-
uo, ut corrumpat chirographum, ſi inde traxerit con
ſuetudinem, de illa non teneor (*& ibi, placuit*) ubi de
hoc, & ſupra de teſti. ſicut (*& ibi, inebriauerunt*) ibi ſolui-
tur. lex uerum, ſoluitur in regula imputari, de reg. iur.
lib. 6. (*& in fi.*) idem Hoſtien.

*S V M M A R I V M.*

1 *In eccleſiis poni non debent ſupellectilia, niſi urgente neceſſitate.*
*Eius uaſa, & ueſtimenta debent munda teneri.*
*Clerici non debent alijs eſſe exemplo malo.*
*Incultum pro immundo.*
*Vaſorum eccleſiæ nomine quæ contineantur. alia de his, n. 3. & 4.*
*Pallæ appellatione quid hic ſignificetur.*
2 *De domo Dei ubi tractetur.*
*Zelo Dei quis comedatur.*
3 *Eccleſia quando teneatur de cuſtodia rerum.*
*Per uaſa interdum animæ figurantur.*
*Si fuerint uetuſtate conſumpta, quid agendum,*
*Vbi lauanda, quibus uſibus adhibenda, nu. 4.*
*Deo dare indignum, quod homo dedignatur.*
4 *Additio gloſſarum.*
*Mentis qualitatem inducit incompoſitio corporis.*

C A P V T II.

1 REliqui. Caſus. Supellectilia† in ec-
cleſiis poni non debẽt, ni-
ſi neceſsitas urgeat. eccleſiæ uaſa, & ueſti-
menta debent munda teneri. Recitat con
cilium duos exceſſus. ſecundus ibi, Sunt & alii, con-
tra quos prouidet, ibi, Quia non. & primò contra pri
mum. ſecundò contra ſecundũ ibi, Præcipimus (*Pro-*
*prijs*) ſi alios prohibere dicunt, fortius ſeipſos, infra de
na. ex li. uen. c. uno, cum ſuis concor. Item non dicũt,
alii dare malum exemplum. 11. quæſtio. 1. præcipuè,
de uoto, magnæ (*Transferretur*) multo minus debet ibi
poni. facit. 44. di. nulli (*Templum*) Mar. 11, (*Incultas*) ideſt
immundas, non ſcopatas (*Vaſa*) calices, patenas, am-
pullas, urceollos, pelues, & ſimilia (*Pallas*) non ſolum
corporales, ſed alias mappas, ſ. quæ ponuntur ſub cor
poralibus ad ipſum ornandum, de conſe. di. 1. nemo.
Alii dicunt pallam pannum inceratum, qui poſt con
ſecrationem ponitur ſuper altare, & alicubi uocatur
chriſmale altaris: ſed primum plus placet Hoſti. quia
2 pannus ille uix ablueretur (*Domus †Dei*) Io. 2. & 23. q. 4.
qui peccat, & uide plures auctoritates de hac domo.
24. q. 1. Omnibus, quod falsò attribuitur Hiero. quia
fuit Augu. ut ſcripſi in Hiero. G. zelo Dei comeditur,
qui quælibet praua, quæ uiderit, corrigere ſatagit, ſi
3 nequit, tolerat, & gemit (*Refugium*) & tunc† eccleſia te
netur de cuſtodia, ſupra de depoſi. grauis. quod dic,
ut ibi in gloſ. 2. ſed non tenetur de uiolentia, niſi po-
tuit deponenti nunciare. ff. loc. item quæritur, §. exer-
citu, ff. commo. ſicut. §. uero. Vinc. [*Reportentur*] ſic. 1.
quæſtio. 1. quod pro neceſsitate, & q. 7. quod pro re-
medio (*Vaſa*) per uaſa interdum animæ figurantur. 1.
q. 1. ne-



q. 1. neceſſe (*Conſeruentur*) & cum fuerint uetuſtate cõ-
ſumpta, dentur incendio, de conſe. diſt. 1. altaris. Laua
ri uerò debent intra eccleſiam, ea. diſt. nemo (*Profa-*
*nis*) indignum eſt dare Deo, quod dedignatur homo,
49. di. cap. ulti. in fi. uide in Hiero. ad Demetriam. C. &
4 ſuper Malachi. C. ¶ *In† glo. 1. in fi.*) & c. decet, lib. 6. ¶ *In*
*glo. 2. in fin.*) Io. & aliis uſibus eis utendum non eſt niſi
eccleſiaſticis, & deo dignis officiis, ut ibi, & ead. di. ad
nuptiarum. ¶ *In glo. 3. ibi, ornati*) dicit Hoſtien. quòd hic
non poteſt ſumi argum. de ornatu, ſed de mundicia
tantum (*& ibi, mentis*) De Catilina dictum fuit hoc, ut
no. de eiec. cum in cunctis, in glo. 2.

*S V M M A R I V M.*

1 *Diſpoſitio, uel continuatio tituli.*
*De materia huius tituli ubi alibi tractetur, & loca quæ ei conueniant.*

## De reliquiis, & ueneratione ſanctorum, Rubrica.

1 ¶ Viſo† de cuſtodia, & reuerentia ſacramentorum,
uidendum eſt de reuerentia ſanctorum. de hoc, de
conſe. diſt. 1. placuit, & c. corpora. facit. 11. q. 1. ſi quis
dixerit, & c. ſequen. l. diſt. ſi quis præpoſtera. repetitur
in Sexto, & in Clemen. Conuenit rubricæ de feriis,
per totum, maxime. cap. 1. & ultimo, & rubrica, infra
proxima, & ſupra de teſti. uenerabili, & de iure patr.
capitu. 2.

*S V M M A R I V M.*

1 *Sancti qui uenerandi, & nu. 2.*
*Sanctum canonizare quid ſit, & nu. 3.*
3 *Ad eius canonizationem quo ordine perueniatur, & quando, nu. 4. & à quo fiat, nu. 5. & 6.*
*Miracula quandoque fiunt etiam per malos, & quandiu, & nu. 4.*
4 *Fides præ cæteris uirtutibus in miraculis operatur, & non ſufficit ſine operibus.*
5 *Carolus in capella ſola Aquiſgrani ex tolerantia eccleſiæ uenera tur, eius miracula à quo referantur.*
*Speculum hiſtoriarum citatur hic & alibi ſæpe ab hoc auctore.*
6 *Vix quod fit, tamen fit.*
*Feſta omnium non coluntur ubique.*
7 *Epilogus, & ſuppletio gloſſarum, nu. 8.*
*Ebrietas quando ſit, mortale, quando ueniale, & quando nullum peccatum, & quid ſit.*

C A P V T I.

1 AVdiuimus. C. ſine† papæ li-
centia non licet
aliquem uenerari pro ſancto. Et pri-
mò narrat, quod audiuit. ſecundò il-
lud improbat ibi, Cum uix. tertiò il-
lud prohibet ibi, Illum ergo [*Veneran-*
*tur*] ultra illa, quæ notaui, infra eo. c.
2 uno, lib. 6. in glo. pe. Scire† debes, ꝙ omnes ſancti ca-
nonizati ſunt uenerandi. Canonizare autẽ eſt aliquẽ
ſanctum per papam catalogo aliorum ſanctorũ aſcri
bere, & publicè, ſolenniter, canonicè, & regulariter
declarare, diffinire, & ſtatuere, ꝙ tanquàm ſanctus ab
omnibus honeretur, & fiat certa die officium ſolen-
ne annuatim, quale pro aliis ſanctis illius cõditionis.
ſi ut confeſſor canonizatur, officium confeſſorum.
3 ſi ut martyr, martyrum, & ſic de ſingulis. Ad hanc† ca
nonizationem peruenitur hoc ordine. Primò expe-
ctatur, quòd aliquæ perſonæ honeſtæ & auctenticæ
denuncient factum Romano pon. & ſupplicent pro
canonizatione ſancti facienda; & hoc non tantum ſe
mel, ſed pluries & inſtãter, ſicut no. de ceſsione, & de
pallio, ſupra de elec. cum poſt petitam, & de renunc.
quidam cedendi. Non enim cõſueuit moueri ſtatim
ad comittendam hanc inquiſitionem Romanus põ.
ſed potius expectare, quòd diu pulſetur, & famam at-
tendere, & utrum miracula crebreſcant, & continuẽ-
tur ante, quàm inquiſitionem commitat, & bene: qa
& quandoque per malos miracula fiunt. 1. q. 1. tenea-
mus. unde cauendum eſt, ne decipiatur populus, ut
no. infra eo. c. ad fi. & quia circa maiora periculũ uer-
titur, cautius eſt agendum. 42. di. quieſcamus. 41. diſt.
miramur. 1. q. 1. §. ecce cum honoris. Dicunt autem
aliqui, quòd ſi ſit eluſio, uix poſſunt continuari mira
cula ultra 40. dies; de quo tamen certi non ſumus. Se-
cundò ſi continuentur ſupplicationum inſtantiæ, &
fama, & miracnlorum continuatio perdurare dica-
tur; conſueuit hoc Romanus pontifex ponere inter
fratres, & aliquibus epiſcopis patriæ illius, qui dicitur
ſanctus, uel conuicinæ, uel aliis perſonis honeſtis, diſ-
cretis & incorruptibilibus committere, ut inquirant
de fama, & deuotione populi; de miraculis, & aliis,
quæ eidem ſunt nuncianda in genere, non in ſpecie,
& quò ad famam, non quò ad ueritatem, & quòd ſi-
bi reſcribãt, quæ inuenerint: & an eis uideatur, quod
ſuper ueritate eorundem, & in ſpecie ſit inquiſitio cõ
mittenda. Tertiò ſi reſcribant talia, per quæ uideatur,
quod inquiſitio ueritatis committi debeat, requirit
iterum ſummus pontifex fratrum conſilia, & diffinit
utrum ſit inquiſitio committenda, uel non. Quartò
ſi inquiſitio committenda ei videtur, iterum ſcribit
eiſdem, uel aliis, ꝙ ueritatem inquirant, primò de fa-
ma: ſecundò de uita: tertiò de miraculis exactè, dili-
genter, fideliter & prudenter ſecundum articulos, &
interrogatoria, quæ ſub bulla ſua tranſmittit, de quo
legitur & not. ſupra de teſti. uenerabili, quod inuene-
rint, remittãt ſub ſigillis ſuis incluſum. Quintò remiſ-
ſa inquiſitione committitur examinatio in curia ali-
quibus capellanis, uel aliis perſonis auctenticis, & di-
ſcretis, quæ & forment rubricas. Sextò rubricæ ſic fa
ctæ examinentur cum exacta diligentia per dominũ
papam, & fratres, & requirat papa conſilia eorundẽ,
an ſcilicet uideantur probata talia, propter quæ ſit ca
nonizatio non immeritò facienda. Septimò ſi uidea
tur domino papæ, ꝙ facienda ſit, diffinit hoc ſecretò
primitus inter fratres. Octauò coadiunctis epiſcopis,
qui ſunt præſentes in curia, narrat publicè in conſi-
ſtorio ea, quæ acta ſunt & probata, ſecreta diffinitio-
ne iam facta ſuppreſſa, & requirit conſilium prælato
rum. Nonò aſsignabitur certa dies, ut omnes conue-
niant ad aliquam certam eccleſiam certa die, in qua
